Ἔπειτα δὲ αὐτοῦ ἐτελεύτησεν Ἀμουράτης ὁ Ὀρχάνεω παῖς, Σουλαιμάνεω δὲ ἀδελφός, ὡς ἐπύθετό οἱ αὐτὸν τελευτήσαντα, τούς τε [18] νεήλυδας, καὶ ἄλλους τοὺς τῶν θυρῶν ὄντας λαβὼν, καὶ ἐς τὴν Εὐρώπην διαβὰς, παρέλαβε τὸ στράτευμα αὐτοῦ ἅπαν, καὶ ἐπὶ Ἀδριανούπολιν ἐλάσας, τὰ βασίλειά οἱ αὐτοῦ ἐποιήσατο. Καὶ ἐντεῦθεν ὁρμώμενος, ἐληΐζετο τὴν τῆς Μακεδονίας μεσόγαιον χώραν, καὶ ἀνδράποδα συχνὰ ἀγόμενος, ἐπλούτιζε τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ στρατιώτας, καὶ Τούρκων ὅσοι ἐπ' ἐλπίδι τοῦ κερδᾶναι ἑτοῖοι εἵποντο αὐτῷ, ἐδωρεῖτο ἀνδραπόδοις τε καὶ ὑποζυγίοις, ἃ ἡλίσκετο ἀπὸ Μυσῶν τε καὶ Ἑλλήνων. Λέγεται μέντοι καὶ τόδε, ὡς Σουλαιμάνης ἐπεὶ ᾔσθετο τῆς Τριβαλλῶν καὶ Μυσῶν δυνάμεως ἐπ' αὐτὸν ἀθροιζομένης, καὶ ἔπραττεν ὥστε δοθῆναί οἱ ἑξάκις μυρίας δραχμὰς, ὥστε ἀποδοῦναι αὐτοῖς ὅσα τῶν πολισμάτων προσηγάγετό οἱ, καὶ αὐτὸν οἴχεσθαι ἀπαλλαττόμενον εἰς τὴν Ἀσίαν ἀποχωρήσειν, τηνικαῦτα πολιορκοῦντα τὰ ἐν τῇ Θρᾴκῃ πολίσματα Ἑλλήνων. Ὡς οὖν πυθόμενοι οἱ Ἕλληνες ἀπεδέχοντό τε, καὶ ἕτοιμοι ἦσαν ἐπὶ τούτοις σπένδεσθαι, ξυνηνεχθῆναι σεισμόν τε μέγαν, καὶ τὰ τείχη τῶν πόλεων διαῤῥαγῆναι, ὥστε αὐτοὺς ἐλεῖν ἀπὸ τούτου τὰ πλέω οἷς ἐπήλαυνον πολιορκοῦντες. Καὶ ἑλόντας παρὰ τῶν Ἑλλήνων τὰ πολίσματα, ἔχεσθαι τοῦ λοιποῦ τῆς Εὐρώπης, μηδέν τι τοιοῦτον ἔτι προσιεμένους. Μετὰ δὲ ταῦτα ἤλαυνεν ἐπὶ Μυσοὺς καὶ ἐπὶ Τριβαλλούς. Τὸ δὲ γένος τοῦτο παλαιότατόν τε καὶ μέγιστον τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν· εἴτε ἀπὸ Ἰλλυριῶν μοίρας ἀπεσχισμένον ταύτην ᾤκησε τὴν χώραν, εἴτε, ὡς ἔνιοι, ἀπὸ τῆς πέραν τοῦ Ἴστρου

A qua muri parte intrare solitus erat, a tergo eum secutus est, tentaturus si per eam rimam in urbem sibi pateret aditus. Urbem itaque ingressus est. Quo facto, rediit in castra ad Sulaimanem, actaque edocet. Sulaimanes igitur eductis in aciem copiis, ad urbem accessit. In quam cum irrepsisset, duce Turco, qui rimam invenerat muri, illico ejus dominium nactus est. Postea promptis castris Philippopolim obsidet: quæ tandem pactionibus in ejus fidem traditur. Ferunt, hunc regem habuisse virum rei militaris perquam gnarum, quo nullus fuerit superior incursionibus faciendis bellisque gerendis. Præterea aiunt ad tantam potentiam eum hac ex causa venisse, quod summa celeritate in rebus gerendis uteretur. Sulaimanes morbo implicatus est.

B Hinc festinabat in Asiam. Morbo tandem ingravescente, moritur. Moriens præcepit suis ut corpus sepelirent in Chersonesi isthmo, ubi antea contigerat filium suum fato fungi: et magnificæ sepulturæ tradi ordinavit, et reditus sacerdotibus qui eo loci erant, ut celebrarent nocturnos ludos ad sepulcrum, seque filii sepulturæ jungi voluit.

Cum jam animam efflasset, Orchanis filius Amurata (19), Sulaimanis frater, re cognita, peregrinos et reliquos Januarum milites assumens in Europam trajecit: exercitusque omnes qui ibi erant, accepit. Hinc contendens Adrianopolim, eam sibi regni sedem designavit. Rebus ita compositis, incur-

C sionem in Macedoniæ mediterraneam regionem fecit: brevique captis mancipiis plurimis et alia præda, milites suos admodum opulentos reddidit. Turcos, qui eum lucrandi animo comitabantur, mancipiis et jumentis Græcorum et Mysiorum, quæ belli jure obvenerant, liberalissime donat. Ferunt **17** Sulaimanem, postquam nuntiatum erat Triballorum et Mysiorum copias adversum se pergere, collocutum cum Græcis, si numerarentur sibi sexaginta millia drachmarum, velle se restituere Græcis quæcunque in Thracia ipsorum cepisset oppida et relicta Europa discessurum in Asiam. Hunc cum Græci audissent suas in Thracia obsidere urbes, promptissimis quidem animis prædictam conditionem accepissent: at cum maximus

D terræmotus accidisset, oppidorumque muri procidissent, Turci accedentes armati, urbes plurimas, etiam Græcorum, in ditionem suam redegere: nec amplius tales obtulere conditiones Græcis, verum Europam obtinuerunt. Post hæc bellum avertit in Mysios et Triballos. Triballos autem gentem esse totius orbis antiquissimam et maximam, compertum habeo. Appulerunt in hanc regionem, sive (variant enim auctores) divisi ab Illyriis, sive, ut quorumdam sententia est, ab ea regione quæ ultra

Notulæ marginales.

(19) Amurates I, quartus rex, anno 1350.

[18] *In ora* Ἰαννιτζάρους.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Istrum in extrema Europa est, et a Croatia Prussiisque septentrionale mare accolentibus: necnon a Sarmatia, quam hodie Russiam vocant, propter suæ regionis frigus invictum profecti, Istrumque transgressi, in regionem Ionio affusam penetrarunt, ubi quoque habitarunt, cum armis eam regionem quæ Venetos spectat subegissent. Si autem quis contrariam sequatur sententiam, quasi e regione versus Ionium vergente digressi, Istroque superato, in illam accesserint, unde eos antea prodiisse diximus regionem, haud quidem contendero: nec tamen eam tuto arripere audeo. Attamen scio, quamvis populi isti nominibus sint discreti, non tamen moribus quidquam inter se differunt: idem linguæ usus iisdem etiam hodie est. Dispersi hinc inde, domicilia per totam habuere Europam, incolentibus quibusdam de illo grege Peloponnesi regionem Laonicam, qua patet ad montem Taugetum, et ad Tænarum. Ubi etiam habitavit a Dacia ad Pindum usque montem, in Thessaliam se projicientem, alius quidam populus: utrisque nomen fuit Bacchi (20). Nec tamen scio, utrum in Epiros commigrasse asseverem. Haud me fugit, Triballos, Mysios, (21) Illyrios, Polonos, et Sarmatas eadem inter sese lingua uti. Si igitur hinc conjecturam facere licet, existimo omnes istos unum hominum esse genus, nec diversum. Ut autem tandem in diversos abierint mores, et in alias concesserint regiones, a nullo accepi, ut certum quid de iis præsenti historiæ inserere ausim. Ultra citraque Istrum colunt, longe lateque regnantes.

18 Itaque, mea quidem sententia, magis verisimile videtur hoc hominum genus variis fortunæ procellis jactatum, Ionii regionem insedisse, trajectoque Istro, ibi sedes fixisse: ibidemque potius habitasse, quam inde discedentes, adierint ad eum orbis terrarum tractum, qui propemodum inhabitabilis sit hominibus. Illi itaque sive necessitate, sive voluntate tracti, ad sui defensionem seorsim a reliquis segregati habitare instituerunt, ut videre est magis conjectanti, quam veritatem rei pronuntianti. At hic sitam esse superiorem et inferiorem Mysiam, non eam regionem recte dici, quæ supra Istrum, verum quæ ultra Istrum colitur: nec etiam inferior Mysia nuncupatur regio, quæ Istro subjecta est. Ad istam regionem Istri, quæ ad Italiam usque se porrigit, Bulgaros, quos inferioris Mysiæ incolas perhibent, et Græcam linguam callere aiunt, scio pervenisse a Bydena urbe usque ad Euxinum Pontum, Trinabum urbem regni sui sedem decernentes. Hos quidem Alexander, quem Serviæ Triballorumque dux Crales regno præfecit, imperio rexit, donec moreretur, supersite filio Susmano, qui in paternum successit regnum.

A ἐπ' ἐσχάτων τῆς Εὐρώπης, ἀπό τε Κροατίας καὶ Προυσίων τῶν ἐς τὸν ἀρκτῷον ὠκεανὸν, καὶ Σαρματίας, τῆς νῦν οὕτω Ῥωσίας καλουμένης, ἔστε ἐπὶ χώραν τὴν διὰ τὸ ψῦχος ἀοίκητον [19] κἀκεῖθεν ὡρμημένοι, καὶ τόν τε Ἴστρον διαβάντες, ἐπὶ τὴν ἐς τὸν Ἰόνιον χώραν ἀφίκοντο. Καὶ ταύτῃ ἐπὶ πολὺ ἐπὶ Ἐνετοὺς διήκουσαν, καταστρεψάμενοι, ᾤκησαν· εἴτε δὴ τοὐναντίον μᾶλλον εἰπεῖν ἄμεινον, ὡς ἐντεῦθεν ἀπὸ τῆς ἐς τὸν Ἰόνιον χώρας ὡρμημένοι, καὶ Ἴστρον διαβάντες, ἐπέκεινα ἐγένοντο τῆς οἰκουμένης, οὐκ ἂν δὴ λεγόμενον, ἀσφαλῶς λέγοιτο ὑφ' ἡμῶν. Τοσόνδε μέντοι ἐπίσταμαι ὡς τοῖς ὀνόμασι ταῦτα δὴ τὰ γένη διεστηκότα ἀλλήλων ἤθεσι μὲν οὐκέτι, γλώττῃ δὲ καὶ φωνῇ τῇ αὐτῇ χρώμενοι, κατάδηλοί εἰσιν ἔτι καὶ νῦν. Ὡς μέντοι διέσπαρται

B ἀνὰ τὴν Εὐρώπην, πολλαχῇ ᾤκησαν, ἄλλῃ τε δὴ, καὶ ἔν τινι τῆς Πελοποννήσου χώρας τε τῆς Λακωνικῆς ἐς τὸ Ταῦγετον ὄρος, καὶ ἐς τὸ Ταίναρον ᾠκημένον. Οὗ δὴ καὶ ἀπὸ Δακίας ἐπὶ Πίνδον τὸ ἐς Θετταλίαν καθῆκον ἐνοικῆσαν ἔθνος. Βράχοι [20] δὲ ἀμφότεροι ὀνομάζονται· καὶ οὐκ ἂν δὴ ἔχω διεξιέναι, ὁποτέρους ἂν τούτων λέγοιμι, ἐπὶ τοὺς ἑτέρους ἀφικέσθαι. Οὕτω δὴ κἀνταῦθα τούς τε Τριβαλλοὺς καὶ Μυσοὺς, καὶ Ἰλλυριοὺς, καὶ Κροατίους, καὶ Πολανίους, καὶ Σαρμάτας, τὴν αὐτὴν ἐπίσταμαι ἱέντας φωνήν. Εἰ δέοι ταύτῃ τεκμαιρόμενον λέγειν, εἴη ἂν τοῦτο τὸ γένος ταυτό τε καὶ ἓν καὶ ὁμόφυλον ἑαυτῷ. Ὑπὸ δὲ τοῦ καιροῦ ἐς ἤθη τε διενηνεγμένα ἀλλήλων, καὶ ἐπὶ χώραν ἄλλην ἀφικόμενοι [21] ᾤκησαν. Οὐκοῦν δὴ λέγεται πρὸς οὐδένων ὥστε σαφές τι περὶ αὐτῶν

C ἔχειν ἡμᾶς ἐς ἱστορίαν ἀποδείκνυσθαι. Βασίλεια μὲν ἔστιν αὐτοῖς κἀνταῦθα τοῦ Ἴστρου, καὶ πέραν τε τότε γένος τοῦτο πολὺ μεῖζον, καὶ ἐπὶ πολὺ μᾶλλον διῆκον. Ὥστ' ἂν μᾶλλον ἐκεῖθεν φάναι κάλλιον παρέχον, ἐπὶ τάδε ἀφικέσθαι τὸ γένος τοῦτο, καὶ οἰκῆσαι πρὸς τῇ κατὰ τὸ Ἰόνιον χώρᾳ, καὶ παρὰ τὸν Ἴστρον διαβῆναι, καὶ αὐτοῦ μᾶλλον οἰκῆσαι, ἢ ἐντεῦθεν ὡρμημένον, ἐπὶ τὰ ἐκεῖ τῆς οἰκουμένης σχεδόν τοι ἀοίκητα ἀφικέσθαι. Εἴτε μὲν οὖν ἀνάγκη τινὶ προηγμένον, εἴτε καὶ ἑκούσιον ἀπέμειναν [22] στελλόμενον χωρὶς οὕτω ἀπ' ἀλλήλων ἀφικισμένον ἔτυχεν, ὡς ἔστιν ἰδεῖν τεκμαίρεσθαι μᾶλλόν τι, ἢ διισχυρίζεσθαι δέοι ἄν. Ἐντεῦθεν μὲν οὖν καὶ τήν τε ἄνω Μυσίαν καὶ κάτω Μυσίαν φάναι κολῶς ἔχειν οἴονται ἔνιοι, ὡς τὴν ἄνω Μυσίαν οὐ τὴν ἐς τὰ

D ἄνω τοῦ Ἴστρου, ἀλλὰ τὴν ἐς τὸ πέραν τοῦ Ἴστρου ᾠκημένην χώραν, τὴν δὲ κάτω Μυσίαν οὐ τὴν ἐς τὰ κάτω τοῦ Ἴστρου, τὴν ἐπὶ τοῦτο τοῦ Ἴστρου χώραν, ἔστε ἐπὶ Ἰταλίαν καθήκουσαν. Τοὺς μέντοι Ἰουργάρους [23], οὓς κάτω Μυσίαν καλοῦσιν οἱ ἄμεινον Ἑλληνικῆς ἐπαΐοντες φωνῆς, ἐπίσταμαι καθήκειν ἐπὶ τὸν Ἴστρον, ἀπὸ τῆς Βιδίνης πόλεως ἔστε ἐπὶ Εὔξεινον πόντον, ἐν Τρινάβῳ πόλει τὰ βασίλεια σφίσιν ἀποδεικνυμένους. Τούτους [24] μὲν οὖν, ὁπότε Ἀλέξανδρον ὁ τῆς Σερβίας Κράλης ὁ τῶν Τριβαλ-

Notulæ marginales.

(20) Valachi.

(21) Alii addunt Croatios.

[19] ἀνίκητον. *In ora*, ἀοίκητον. [20] *In ora*, Βλάχοι. [21] ἀφικόμεναι *R. ut in cont.* [22] ἐπέν *In uno ut in cent.; in al. in ora*, ἀποίκεσαν οἶμαι. [23] Ἰουργάνους. *R.* Ἰουργάρους. [24] τούτοις. *Sic ms.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λῶν ἡγεμών, ἐς τὴν βασιλείαν κατέστησεν, ἐβασί- A
λευέ τε οὕτως, ἐς ὃ δὴ τελευτήσας κατέλιπε βασιλέα
τοῦ γένους τὸν παῖδα αὐτοῦ Σούσμανον, ἐφ' ὃν δὴ
ἐστρατεύετο Ἀμουράτης ὁ Ὀρχάνεω. Ἐπεὶ ἐς Τρι-
βαλλοὺς ἐσέβαλε, καὶ μάχῃ κρατήσας αὐτῶν Φερρά τε
ὑπηγάγετο πόλιν εὐδαίμονα, καὶ τὰ ἐς τὴν Ῥοδόπην
χωρία καταστρεψάμενος, μεγάλα ἀπεδείκνυτο
ἔργα. Σαΐνῃ τε τὴν Φερρῶν ἐπιτρέψας πόλιν ἀνδρὶ
ἀγαθῷ, ἐστρατεύετο ἐπὶ Σούσμανον, τὸν Μυσίας βα-
σιλέα, καὶ συμβαλὼν αὐτοῦ ταύτῃ ἐτρέψατό τε τοὺς
Μυσούς, καὶ διέφθειρεν οὐ πολλούς, διασωθέντας
ἐπὶ τὰ ἐς τὸν Ἴστρον χωρία. Διαπρεσβευσάμενος δὲ
πρὸς Ἀμουράτην Σούσμανος ὁ Ἀλεξάνδρου, σπονδάς
τε ἐποιήσατο καὶ συμμαχίαν, ὥστε τὸν αὐτὸν ἐχθρόν
τε καὶ φίλον νομίζειν, καὶ ἐπιγαμίαν ποιησάμενος,
θυγατέρα αὐτοῦ, κάλλει τε ὑπερφέρουσαν, καὶ ἀπὸ B
Ἑβραΐδος, ἣν ἠγάγετο τρωθεὶς, γεννηθεῖσαν, τῷ
Ἀμουράτῃ· ἐξέδοτο μέντοι καὶ ἑτέραν τῷ Ἑλλήνων
βασιλεῖ. Ὃς τηνικαῦτα τῶν Ἑλλήνων τὸν Κανταχου-
ζηνὸν ἀφελόμενος τὴν ἀρχὴν, ἐβασίλευε γένους τοῦ
Ἑλληνικοῦ. Ὁ μέντοι Κανταχουζηνὸς, ἐπεί τε ἐβα-
σίλευε παῖδας, δύο ἔχων, τὸν μὲν νεώτερον Μανουῆ-
λον, ἔπεμψεν ἐς Πελοπόννησον ἡγεμόνα, τοῦ Μιζί-
θρα [25], τὸν δὲ πρεσβύτερον καθίστησι βασιλέα τοῖς
Ἕλλησιν. Ἰωάννης δὲ ὁ τοῦ Ἀνδρονίκου παῖς, ὡς
ἐπὶ τὸ ἱκανὸν τῆς ἡλικίας ἀφίκετο, συνίστατό τε
τοῖς Ἕλλησι, καὶ συνετίθετο σὺτοῖς, ὡς ἐπὶ τὴν βα-
σιλείαν ἀφιξόμενος. Ἔτυχε δὲ διαίτας ἔχων ἐν τῇ
Μακεδονίᾳ. Οἱ δὲ Ἕλληνες ἀχθόμενοι τῇ διαίτῃ καὶ
ὕβρει τοῦ βασιλέως, ὡς ἕκαστος εἶχεν αἰτίας αὐτῷ, C
ἐπαγόμενοι ἀπὸ Μακεδονίας τὸν νεανίαν, ἐς τὴν βα-
σιλείαν κατεστήσαντο. Ὡς δὲ ἐς τὴν βασιλείαν κατ-
έστη, τὸν μέντοι Κανταχουζηνὸν Ναζηραῖον ἐποιήσ-
ατο, Ματθαῖον τοὔνομα. Ὁ τούτου δὲ πρεσβύτε-
ρος παῖς, ὃν ἀπέδειξε βασιλέα τοῖς Ἕλλησιν, ἀφί-
κετο μὲν τὰ πρῶτα ἐς Ῥόδον, παρὰ τὸν ταύτῃ αὐ-
τοῦ ἀρχιερέα, δεόμενος ἐπικουρίας τυχεῖν, καὶ ἐδεῖ-
το κατάγειν αὐτὸν ἐς τὴν βασιλείαν, καὶ πολλὰ
προῖσχόμενος, ὥστε οἱ γενέσθαι τιμωρίαν τινά· ὡς
οὐδὲν εὕρατο ἐπιτήδειον παρῆν [26] αὐτίκα, μετὰ
ταῦτα, ἐς Πελοπόννησον παρὰ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ
Ἐμμανουὴλ, τὸν ἡγεμόνα τῆς Σπάρτης, καὶ παρ'
αὐτοῦ τὴν δίσιταν ἐποιεῖτο. Ἰωάννης μὲν οὖν τῷ τε
Ἀμουράτῃ νεωστὶ ἐς τὴν Εὐρώπην διαβάντι ξυμ-
μαχίαν ἐποιήσατο, καὶ τὴν τοῦ Μυσῶν [27] θυγατέρα D
ἠγάγετο ἐπὶ τῷ παιδὶ αὐτοῦ Ἀνδρονίκῳ, ἀφ' ἧς
ἐγένοντο αὐτῷ παῖδες, πρεσβύτερος μὲν Ἀνδρόνι-
κος, Δημήτριος δὲ καὶ Ἐμμανουὴλ οἱ νεώτεροι, καὶ
Θεόδωρος. Καὶ Θεόδωρος εἵπετο τῷ Ἀμουράτῃ,
ὅποι ἂν στρατεύηται, καὶ φόρου τε ὑποτελεῖς ἅμα
ὄντες τῷ Ἀμουράτῃ, ἐπισπόμενοι ὅποι ἂν στρατεύ-
οιτο. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ Δράγασυν τὸν Ζάρκου ἡγε-
μόνα, τὴν ἐν τῷ Ἀξιῷ ποταμῷ χώραν στρατευσά-
μενος κατεστρέψατο, ἐς φόρου τε ἅμα ἐπαγωγὴν,
καὶ αὐτὸν οἱ στρατευόμενον ἕπεσθαι ἐπὶ τοὺς πολε-
μίους, ἐς τοσούτους τὸν ἀριθμὸν ἔχοντα ἱππέας.

A Hunc bello aggressus est Amurates, Orchanis so-
boles. Postquam autem castra in Triballos movit,
eos prælio vicit, Pherasque urbem opulentam in
potestatem redegit, et loca Rhodopen spectantia in
ditionem accepit, maximaque virtutis militaris pa-
trabat opera. Saini viro optimo cum commisisset
Pheras urbem, adversus Susmanum Mysiæ regem
arma cepit. Tandem cum Mysiis manus conseruit,
quorum interfecit paucos, cum fuga evasissent in-
violati ad loca Istro proxima. Susmanus inde le-
gatis missis ad Amuratem, qui pacem orarent,
fœdere icto in societatem acceptus est, ut deinceps
hospes et amicus Amurati foret. Hinc et affinis
Amurati factus est, data in uxorem filia sua forma
excellente, ex Braide, quam uxorem vulneratus
B duxerat, prognatam : alteram connubio junxerat
Græcorum regi, Andronico Joannis filio. Joannes
enim regno jam expulerat Cantacuzenum, qui
puerum ipsum gubernarat : cum arrepto Græco-
rum regno, filiorum quos habebat, alterum Emma-
nuelem natu minorem misit in Peloponnesum, ut
esset dux Mizithræ, quæ olim Sparta : natu vero
majorem, Græcorum regem esse jubet. Joannes
autem, Andronici filius, cum jam eam attigisset
ætatem, quæ rebus gerendis idonea erat, conspi-
ratione facta cum Græcis, rogavit ut regno 19
præficeretur. Eodem autem tempore rex in Mace-
donia agebat, luxuriosiore victu et intemperan-
tiore dissolutus. Græci indignantes propter victus
C rationem dissolutiorem, et convicia regi facien-
tes, ut quisque habebat quod crimini verteret,
Joannem Andronici filium in Macedoniam abduc-
tum communi assensu applausuque regem desig-
nant. Inito regno, Cantacuzenum in Nazaræo-
rum sive monachorum ordinem transtulit, quem
mutato nomine Matthæum appellavit. Hujus se-
nior filius, quem pater Græcis regem destinarat,
in Rhodum navigat, petiturus a sacerdote summo,
quem Magnum magistrum vocant, qui insulam
regebat, auxilium, quo adjutus recuperaret amis-
sum regnum. Multis autem nequidquam perten-
tatis, quibus in suas partes sacerdotem pelliceret,
ut spem auxilii affulgere vidit nullam, ad fratrem
suum juniorem Emmanuelem in Peloponnesum
D Spartæ ducem iter flectit : apud quem vitæ con-
suetudinem et necessaria habuit. Joannes autem
cum Amurate in Europam transgresso societatem
contraxit, filioque suo Andronico Mysiorum regis
filiam uxorem dat : ex qua sustulit filios : Andro-
nicus quidem natu maximus, Demetrius vero et
Emmanuel et Theodorus natu minores erant.
Theodorus autem sequebatur Amuratem, quocun-
que bellum avertisset. Reliqui, quos modo dixi-
mus, vectigales et stipendiarii erant Amuratis,
ipsumque comitari cogebantur, contra quoscunque
expeditionem suscepisset. His ita compositis, exer-

Notulæ marginales.

[25] ἡγεμόνα τῆς Σπάρτης. *In ora*, ἤτοι Μιζίθρα. [26] παρεῖναι *R*. παρῆν. [27] βασιλέως. *Sic R*.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

citum contra Dragasem Zarci ducem movit, regionemque juxta flumen Axium domuit, sibique tributariam bellique sociam effecit. Ducem quoque in potestatem accepit, quem sub se stipendia facere jussit, equitum impetrata manu non modica. His præclare gestis, etiam Pogdanum eo loci regnantem debellavit: quem sub se merere cum exercitu, quem habuerat, voluit. Amurates autem per omnia imitatus æquitatem Cyri Cambysis filii, maxima modestia et liberalitate tractabat duces Triballorum, et Mysiorum Græcorumque, qui in suam potestatem concesserant. Cum moratus esset longo tempore in Europa bello astrictus, nuntiatur, suos in Asia præfectos conjuratione facta Asianos sollicitare ad defectionem, plurimamque regionem jam ab Amurate avertisse, conscriptisque exercitibus, Asiæ statum quam maxime conturbare, oppida quædam capientes, quædam vero oppugnantes non cessare. Quamprimum hæc certo accepit, transitum 20 in Asiam parat, suosque ita instruit, ut hostes quam potentissime contundere et profligare posset. Cum hos deprehendisset in Mysia castra collocasse, copiis in aciem eductis, tale excogitavit, ut qui esset summa rei militaris scientia præditus, stratagema. Dicitur enim, cum æstatis esset tempus fervidissimum, etesias ventos ab occidente spirare. Ibi autem suorum ordines ita disposuit, ut ventum a tergo haberent præliantes. Hinc princeps prælium inibat, ubi hostium acies erat confertissima, irruens, et quam fortissime pugnans. Cum autem prælium utrinque æquo Marte ferveret, ipse in editiorem tumulum conscendens, voce quam potuit maxima suos in hunc modum allocutus est: O commilitones mei, filii dilectissimi, non subit animos, quanta pericula in Europa multorum annorum durissima militia perpessi sitis? Quid ceditis? an nescitis omnia in vestra fore potestate, illis superatis? Agite igitur, promptis animis me sequamini. Quod si cunctati fueritis, hostes nos vincent. Hæc locutus, admisit equum in hostem, et in confertissimos hostium cuneos se conjecit, acerrime prælians: confestimque, ut prædixerat, ventus exortus est, et in hostium faciem se fudit. Hinc cum mutua hortatione adversum hostes procederent, maximoque impetu eos adorirentur, primum eos in fugam conjecerunt, et insequentes plurimas trucidarunt. Fertur, maximam exercitus sui partem ibi intercidisse. Hostes autem fuga sibi consulentes, singuli ad sua dispersi sunt. Hinc cum legatos misissent ad Amuratem, petitum pacem, haud passi sunt repulsam. Hac tamen conditione pax data est, ut se, quocunque exercitus movisset, impigre sequerentur.

Ut autem pax cum Turcis in Asia facta est, etiam res in Europa interturbatæ sunt. Sauzes, natu maximus filiorum Amuratis, in Europa relictus est, ut eam defenderet: et si qua seditio coorta esset, aut periculi quid ingrueret, curaret ut Europæ res in tuto collocarentur. Hic

A Μετὰ ταῦτα Πόγδανον τὸν ταύτῃ ἡγεμόνα ὑπαγόμενον, ὥστε οἱ ἕπεσθαι σὺν τῇ αὐτοῦ στρατιᾷ, μεγάλα ἀπεδείξατο ἔργα, ἐπιείκειαν μὲν κατὰ τὴν Κύρου τοῦ Καμβύσεω ἐπιδεικνύμενος, καὶ ὡς μετριώτατά τε καὶ ἐλευθεριώτατα προσφερόμενος τοῖς ὑπ' αὐτὸν γενομένοις, ἡγεμόσι Τριβαλλῶν, καὶ Μυσῶν, καὶ δὴ Ἑλλήνων. Κατὰ μὲν οὖν τὴν Εὐρώπην διατρίβοντα συχνόν τινα χρόνον, καὶ πρὸς τούτους ἔτι διαπολεμοῦντα, ἀφίκετο ἀγγελία, τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ βαρβάρων ἡγεμόνας ἀλλήλοις συνθεμένους, ἀποστῆσαί τε ἀπὸ Ἀμουράτεω χώραν οὐκ ὀλίγην αὐτοῦ, καὶ αὐτοὺς στρατιὰν συλλέξαντας ὅσην ἠδύναντο μάλιστα, ταράξαι τε τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ πράγματα αὐτοῦ, καὶ χώρας τῆς ἑαυτοῦ τὰ μὲν καταστρεφομένους, τὰ δὲ καὶ πολιορκοῦντας οὐκ ἀνιέναι. Ἐπεί τε δὴ τάχιστα
B ἐπύθετο, διαβὰς ἔετο ἐπὶ τοὺς ἡγεμόνας παρασκευασάμενος [28], καὶ ἐς τὰ ἔσχατα πειρασόμενος, ᾗ ἐδύνατο κράτιστα ὡς διαμαχούμενος. Εὑρὼν δὲ τούτους ἐν Μυσίᾳ στρατοπεδευομένους, παρετάξατο ἐς μάχην. Οἷα δὲ μάχης ἐμπείρῳ πολλαχῇ γενομένῳ ἐμεμηχάνητο τοιόνδε. Λέγεται γὰρ ὡς ἐπεὶ θέρους ἦν ὥρα, καὶ ἠπίστατο μεσημβρίας ἐπιγιγνομένης, ἐπιπνεύσειν ἐτησίαν ἄνεμον ἀπὸ ἑσπέρας. Ταύτῃ δὲ παρεγγυῶν τῇ στρατιᾷ, τὸ μέρος ἐκεῖνο κατὰ νώτου λαβεῖν, ἐς μάχην τε καθίστατο περὶ πλήθουσαν ἀγοράν, καὶ συμμίξας τοῖς πολεμίοις, ἐμάχετο ἰσχυρῶς. Μάχης δὲ ἀμφοῖν ἰσορρόπου γενομένης, ἐπὶ λόφου τινὰ αὐτοῦ που λέγεται ἀναβῆναι, καὶ φωνῆσαι μέγα τοῖς ἑαυτοῦ τάδε· Παῖδες ἐμοὶ στρατιῶται, μέμνησθε ἡμῶν αὐτῶν ὅσα ἐπεπόνθειτε ἐν τῇ Εὐρώπῃ τοσοῦτα ἔτη [29] διαπολεμοῦντες; Τί δὴ ὑποχορεῖτε;
C Οὐκ ἴστε ὡς τὰ πάντα ἐφ' ἡμῖν ἔσται, τούτων περιγενομένοις; Ἄγετε δὴ ἐμοὶ ἕπεσθε, ὡς ἢν μὴ ἀρτίως ἕπησθε [30], ταχὺ περιεσομένων τῶν πολεμίων ἡμᾶς. Ταῦτα εἰπόντα τὸν βασιλέα, ἐλαύνειν ὁμόσε τῷ ἵππῳ ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἐς τὸ μέσον στῖφος ἐμβάλλοντα· καὶ αὐτίκα ἐπιπνέοντα τὸν ἄνεμον ἀπὸ νώτου τῇ στρατιᾷ, ἐνοχλεῖν ἐπὶ πρόσωπον τοὺς ἐναντίους. Καὶ οὕτως ἅμα ἀλλήλοις διακελευσαμένους, καὶ ἐς τὸ πρόσθεν ἰόντας, καὶ βιαζομένους, τέλος δὴ τρέψασθαί τε καὶ ἐπιδιώκειν ἀνακράτος ἀπολύντας τοὺς πολεμίους. Καὶ διαφθαρῆναι μὲν λέγεται τὰ πλείω τοῦ στρατεύματος αὐτοῦ· διαφυγόντας δὲ τοὺς πολεμίους, οἴχεσθαι ἀπαλλαττόμενον ἕκαστον
D ἐπὶ τὰ ἑαυτοῦ. Ἐνταῦθα διαπρεσβευσαμένους, σπονδάς τε αἰτεῖσθαι, καὶ συμβῆναι αὐτῷ ἐφ' ᾧ ἕπεσθαι τούτους ᾗ ἂν ἐξηγεῖτο τοῦ λοιποῦ στρατευόμενον.

Ἐν ᾧ δὴ κατὰ τὴν Ἀσίαν διέτριβε, περιῄει, καὶ τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ καθίστη πράγματα, καὶ τοῖς Τούρκων ἡγεμόσι σπονδὰς ἐποιεῖτο. Σουζῆς ὁ πρεσβύτερος τῶν παίδων αὐτοῦ ἐν τῇ Εὐρώπῃ καταλειφθεὶς ὥστε ἐφορᾷν τε τὴν ἀρχὴν, καὶ ἤν τι ἐπῄει δεινὸν ἢ χαλεπὸν κατὰ τὴν ἀρχὴν, ἐπὶ τὸ δοῦναι αὐτῷ ἀσφα-

Notulæ marginales.

[28] Παρασκευασμένος R. [29] ξθνη πολ.. [30] ἕπεσθε R. ut in C. ἕπησθε R. ut in cont.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λῶς ἔχειν, καταστησάμενος. Οὗτος δὲ συνίστη τε καὶ τοὺς κατὰ τὴν Εὐρώπην ἀριστέας ὡς ἡδύνατο, μάλιστα εὖ ποιῶν τε καὶ ἀνακτώμενος, καὶ τοῦ Ἑλλήνων βασιλέως τῷ πρεσβυτέρῳ παιδὶ Ἀνδρονίκῳ, ὡς οἰχομένου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Ἀμουράτῃ τῷ Ὀρχάνεω, ἐς τὴν [21] κατὰ τὴν Ἀσίαν, πρός τε ἡγεμόνας αὐτοῦ πολεμῶν, ἐγκατελείφθη ἐν τῷ Βυζαντίῳ, καὶ ἐπετέτραπτο τὴν βασιλείαν τούτῳ, ἀφικόμενος ἐς λόγους, ἐπειδή τε ἀφίστασθαι ἀπὸ τῶν πατρῴων, καὶ ἄμφω κατασχεῖν τὴν πατρῴαν ἀρχήν, τὸν αὐτὸν σφίσιν ἐχθρόν τε καὶ φίλον ἡγουμένους, καὶ ἤν τις ἐπίῃ πόλεμος ἀμύνοντας παραγίνεσθαι ἀλλήλοις κατὰ τὸ δυνατὸν πάσῃ δυνάμει. Ταῦτα ὡς αὐτοῖς ἐδόκει ποιητέα, ἔσπενδε τό τε [22] καὶ ὅρκια ἐποιοῦντο, ἐμπεδῶντες ὡς μάλιστα τὰ τοιαῦτα σφίσιν αὐτοῖς, ᾗ ἀσφαλέστατα ἐδόκει ἀμφοῖν ἔσεσθαι. Ὡς δὴ ταῦτα ποιησάμενοι δῆλα ἐποιοῦντο, καὶ ἠσφαλίζοντό σφᾶς παρασκευαζόμενοι, ἤν ἐπίῃ ἐς τὴν Εὐρώπην Ἀμουράτης, ὡς ἀμύνασθαι.

A seditionem excitavit, concilians Græcorum nobilium in Europa animos. Cum venisset colloquendi gratia ad Græcorum regis filium seniorem Andronicum, cui Byzantium regnique curam mandarat pater, cum proficisceretur cum Amurate in Asiam adversus duces isthic seditiosos, tandem eo deducti sunt, ut uterque a patre deficeret suo, paternumque regnum teneret, eumdemque et hostem et amicum ducerent, quem alter jussisset : præterea si quid ingrueret, alter alteri auxilio esse ne cunctaretur. **21** Hæc cum ipsis visa essent, quo majoribus animis observarentur, majoreque fide colerentur, jurisjurandi religio utrinque interposita est : quibus expeditis, quam commodissime ex aperto præparabantur obsistere Amurati, si in B Europam transire conaretur.

Ταῦτα ὡς ἐπύθοντο τάχιστα γενόμενα κατὰ τὴν Εὐρώπην, καλέσας Ἰωάννην βασιλέα Βυζαντίου, ἔλεγε τοιάδε · Βασιλεῦ Ἑλλήνων, ἐμοί τε νεωστὶ παρὰ τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ πιστοτάτων ἀγγελία ἀφίκετο, ὡς Σαουζῆς ὁ ἐμὸς παῖς, ὑπὸ τοῦ σοῦ παιδὸς ἀναγκασθείς, ἀνήκεστά μοι βουλεύονται πράγματα. Πῶς οὖν ἔχει μηδέν τοι ἐπισταμένου σοῦ τούτων περὶ ἐς τοσοῦτον ἀφικέσθαι ἀφροσύνης, ὥστε μὴ μόνον ἐπιχειρῆσαι τὸν ἐμὸν παῖδα, ἀλλὰ καὶ σὸν παῖδα συνέπαινον γενέσθαι ἐς ταῦτα ; Πῶς δ' ἄνευ σῆς γνώμης τὰ τοιαῦτα γενέσθαι ἐξείη λογίζεσθαι ; Ἀλλ' εἰ μὲν δίκην ἐπιθήσων τῷ σῷ παιδὶ ἥντινα ἂν ἐπιτάττοιμεν μηδοτιοῦν ὑπολογιῇ, εἴσομαι τότε σαφῶς, ὡς ἄκοντος σοῦ ταῦτα ἐγένετο · ἤν δὲ ἄλλῃ λογιζόμενος ἄλλοῖον ἢ ἐμοὶ δόξει περὶ τοῦ ἐμοῦ παιδὸς μὴ τιμησάμενος μὴ βούλοιο τίθεσθαι, ἴσθι δὴ σαυτὸν ἐν αἰτίᾳ ἕξων ἐς ὕστερον. Βασιλεὺς δὲ Ἑλλήνων ἀμείβετο τοῖσδε · Ὦ βασιλεῦ, οὐκ ἂν δή ποτε τοῦ λοιποῦ ταύτην ἔμοιγε τὴν αἰτίαν αἰτιώμενος ἐπιθείης σὺν δίκῃ · ἢ γὰρ κἀμοὶ γενήσεται ὁ παῖς οὗτος ὃν σὺ ἔφησθα ἐπὶ ταῦτα ὁρμῆσθαι, οὐδέν τοι ἧττον ἐμοῦ συνειδότος, ἤδη δὴ τότε σαφέστατα, ὡς ἔχοι μὲν εὐνοίας τε καὶ φιλοφροσύνης περὶ σέ τε καὶ τὴν σὴν δυναστείαν. Ἤν δ' ἂν ἐπιτάττοις δίκην ἐκείνῳ ἐπιθεῖναί με, μὴ ἂν οὕτω μεμηνέναι δόξαιμι, ὥστε τῷ ἐμοί τε καὶ σοὶ ἐχθίστῳ τε καὶ πολεμιωτάτῳ διατεθειμένῳ χαρίζεσθαι, ὁτιοῦν ἐνδιδόντα τῆς δίκης. Ταῦτα εἰπόντι τῷ βασιλεῖ, ἐδέδοκτο Ἀμουράτῃ τὴν αὐτὴν ἀμφοῖν ἐπιθεῖναι τὴν δίκην. Κατὰ ταῦτα ἄμφω τὼ πατέρε ἐπαιτιωμένω τοῖς παισίν, ἐξορύσαι τὼ ὀφθαλμὼ ἑκατέρῳ ἐκείνοις. Ὡς δὲ ταῦτα ἐδέδοκτο, ἤλαυνεν ἐπὶ τὴν Εὐρώπην, στράτευμα ἀγόμενος ᾗ ἐδύνατο πλεῖστον. Καὶ διαβὰς ἐπὶ τὴν Εὐρώπην, ἔτο ὀμόσε ἐπὶ τὸν παῖδα, ὅπῃ δὴ ἐπυνθάνετο αὐτὸν ἐνστρατοπεδευόμενον σὺν τῷ Ἑλλήνων βασιλέως παιδί. Οἱ δὴ τὸ Εὐρώπης στράτευμα συλλέξαντες ἐστρατοπεδεύοντο ἐν χώρῳ τινὶ Βυζαντίου Ἀπικριδίου καλουμένῳ. Οἱ δὴ τούς

Ubi de istis certior factus est Amurates, advocato Joanne rege Byzantii, hujuscemodi exorsus est orationem : Rex Græcorum, mihi nuper a fide dignissimis in Europa nuntiatum est, Sauzem filium meum a filio tuo coactum, instituere ad extremam me devolvere miseriam : qua ratione igitur fieri posset, ut inconsciis vobis ad tantam devenerint dementiam, ut non solum meus filius tam impia aggrediatur, verum tuus accedat auxiliator et adjutor? Absque tuo concilio hæc parari, quo pacto cogitare possum? Verum si pœnas exegeris de filio tuo, quas ego dictavero, certo sciam, te inscio et invito ista contigisse. Sin autem alia tibi C quam mihi placuerit puniendi filii sententia, scito harum turbarum culpam omnem me in te translaturum. Cui Græcorum rex respondet : Nequaquam, o rex, hanc culpam vere in me rejicies. Nam si nunc mihi daretur filius ille meus, quem ais adeo impia in te patrare : sane cogniturus esses liquido, quam ardentissimis studiis te tuumque regnum complecterer. Sin autem mihi animadvertendi in filium negotium injunxeris, ne me adeo dementem fore existimes, ut quidquam gratia repressus, de pœnæ severitate remittam : præsertim cum is puniendus sit, qui tibique mihique inimicissimus et infestissimus est. Rex dicendi cum finem fecisset, placuit ut uterque parens suum filium simili pœna, cum D crimen utriusque simile foret, feriret. Pœna autem erat constituta, videlicet ut utriusque oculi eruerentur. Hæc ubi sunt decreta, copiis quam potuit maximis succinctus, festinavit in Europam. Quibus transvectis in Europam, summo studio contendit adversus filium in eum locum ubi cum cum Græcorum regis filio castra communivisse acceperat. Qui quidem coacto in Europa exercitu, castrametati sunt in Byzantii quodam loco, Apicridium dicto : quo sane congregatos esse constabat Græcos, et optimos quosque ex Europa. Ibidem juxta

Notulæ marginales.

[21] τῆς *et R.* [22] ἐσπένδοντό τε.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

torrentem quemdam, quo quasi vallo muniebatur, castra locavit Sauzes Amuratis filius, patris adventum exspectaturus. Amurates cum exploratum haberet, filium suum, additis Græcis, in prædicto loco castra posuisse, composito agmine accedit, prælaturus cum hoste. Cum autem prælium prohiberet torrens, etiam 22 ipse torrenti castra imposuit. Fama est, Græcorum quosdam congressos cum Amuratis militibus, eos fudisse. Deinde cum cognovisset locum istum ad prælium committendum minus esse opportunum, noctu profectus e regione castrorum hostilium, ad oram torrentis quam proxime ad hostium castra accedit. Hinc cum facile exaudiri posset, sublata voce singulos nominatim inclamavit : quorum egregia facta locis temporibusque notata, oratione secunda extollebat. Deinde cum singulos satis collaudasset, equo transiit torrentem, et talem orationem habuisse fertur : Viri heroes, quo fugitis, relicto me, patre vestro ? Quare præceptoris vestri disciplinam abjicientes, ad filium meum convertimini desertorem ? Qui ubi primum captus in meas venerit manus, tergo suo pœnas pendet. Nam flagellis cædetur, si modo id per vos mihi licuerit : nec quidquam mali aliud adolescentis perpetietur corpus. Sin autem spreta hac sententia mecum volueritis decernere ferro, pro certo habetote vos ad summam abituros miseriam, nec meam bonitatem unquam experturos. Agite ergo, ad nos transite, nihil mali suspicantes. Nec ob nostræ virtutis reverentiam, nec etiam propter filii flagellationem, ad me confluere erubueritis. Juro per eum, cujus ope ad istud insigne imperium conscendi, me nihil mali cuiquam vestrum illaturum. Fama est, Sauzis milites his auditis nonnihil confusos voce regis, quæ erat clarissima, sibique timuisse male, virtutem ejus et fortunam optime callentes. Attamen persuasi auctoritate dicentis, cum inter se multum essent collocuti, nocte ea quæ insequebatur, castra deserunt : et quo cuique opportunum videbatur, eo dirigebat gressum. Plurimi cum Amuratis castra intrassent, deprecati sunt culpam, factum excusantes, se non sponte, verum necessitate circumdatos, castra Sauzis esse secutos. Sauzes ubi intellexit milites suos e castris aufugisse, nec non illos quos sibi fidissimos et deditissimos judicabat, abiisse, concessit Didimotychum. Secuti sunt eum Græcorum filii : quorum auxilio subnixus, res quam animosissime gerebat. Amurates comperto filii discessu, e vestigio insecutus est, urbemque obsidione circumdedit. Illi qui erant cum Sauze, fame oppugnati, cum antea nullum frumentum in arcem congessissent, semet fidei Amuratis sive pactionibus tradidere. Amurates itaque cum urbem fame enectam accepisset, etiam Sauzem filium cepit : quem oculis privari jussit. Græcos autem reliquos

A τε Ἕλληνας ἅμα καὶ τοὺς ἀρίστους ἀπ' Εὐρώπης συλλέγεσθαί οἱ ὡς μάλιστα ἐλογίζοντο. Ἐνταῦθα δὴ ἐπὶ χαράδρᾳ τινὶ ὡς ἐπὶ χάρακι ἐστρατοπεδεύετο Σαουζῆς Ἀμουράτεω παῖς, τὸν πατέρα ἐπιόντα οἱ ἐπιδεχόμενος. Ἀμουράτης δὲ ὡς ἐνταῦθα κατέλαβε τὸν παῖδα αὐτοῦ, καὶ τοὺς Ἕλληνας στρατοπεδευομένους, συνταξάμενος ἐπῄει ὡς συμμίξων αὐτίκα τοῖς ἐναντίοις. Ὡς δὲ ὑπὸ τῆς χαράδρας διεκωλύετο, ἐστρατοπεδεύσατο καὶ αὐτός. Συνέβαλλον ᾗ ἐνεχώρει, Ἑλλήνων τινὲς τοῖς τοῦ Ἀμουράτεω στρατιώτοις, καὶ ἐτρέψαντο τούτους ὡς λέγεται. Ὡς δὲ ἐφαίνετο χαλεπῶς ἔχειν τὸν χῶρον ἐκεῖνον μάχῃ συνάψαι τοῖς πολεμίοις, νυκτὸς ἐλάσας ἐναντίον τοῦ στρατοπέδου, ἐπὶ τὸ χεῖλος τῆς χαράδρας, ὡς ἐγγυτάτω γενόμενος τοῦ στρατοπέδου τῶν
B πολεμίων ὡς ῥᾷστα ἐπακούοιτο, φωνῇ τε μεγάλῃ ἐπικαλούμενος ὀνομαστὶ ἄνδρα ἕκαστον, ὡς εὐκλείζων ἅμα τῶν πεπραγμένων ἑκάστῳ, εἴ τῳ φιλότιμον πώποτε ἢ ἀγαθὸν ξυνηνέχθη γενέσθαι. Μετὰ δὲ εὐφημίζοντα ἕκαστον παρὰ τὸ χεῖλος διιππεύοντα, λέγεται ἐπειπεῖν τοιάδε · Ἄνδρες ἥρωες, ποῖ δὴ οἴχεσθε, ἀπολιπόντες ἐμὲ τὸν πατέρα ὑμῶν; Ποῦ τοῦ διδασκάλου τῆς διδασκαλίας ὑμῶν ἀφέμενοι, ἐπὶ παῖδα ἐτράπεσθε ἔτι ἀπαλλάττοντα, ὃν ἐπειδὰν ἐς χεῖρα ἐμὴν ἀφίκηται, συλλαβὼν μαστιγώτω, οὐδέν τοι ἄλλο λυμηνάμενος τὸν νεανίαν, ἂν μέντοι μόνον ὑμῖν βουλομένοις ἐξῇ ἐκείνου [33] τοιαῦτα ποιῆσαι · ἢν δὲ ἄλλοι πειρώμενοι τῆς γνώμης ἐμοῦ, ἐθέλητε διὰ μάχης ἰέναι, ἴστε δὴ ὡς ὑμῶν οὐδὲν ὑγιὲς ἐσεῖτο [34] τοῦ λοιποῦ. Δεῦρο δὴ οὖν ἰόντες παρ'
C ἡμᾶς μηδοτιοῦν ὑπολογίζεσθε αἰδοῖ τῆς ἡμετέρας [35] ἀρετῆς, καὶ ὑπὸ παιδὸς μαστιγία αἰσχύνεσθε τοιαῦτα ἐπιτηδεύοντες, καὶ ἐπόμνυμι τὸν τὴν ἀρχὴν τήνδε ἐμοὶ ἐπιτρέψαντα, μηδένα μηδὲν ἔτι ἀνήκεστόν τι ἐργάσασθαι. Ταῦτα ἀκούσαντας τοῦ Σαούζεω στρατιώτας αἰδεσθῆναί τε λέγεται τὴν βασιλέως φωνήν · φωνεῖν τε γὰρ διάτορον μάλιστα δὴ ἀνθρώπων, καὶ περὶ σφῶν αὐτῶν δεδιέναι τὴν τύχην αὐτοῦ καὶ ἀρετὴν ἐξεπισταμένους, καὶ οὕτω πεισθέντας, ὡς ἐδίδοσαν σφίσιν αὐτοῖς λόγον ἐπὶ τῷ γεγονότι, νυκτὸς ἐκείνης ἀπηλλάσσοντο ἐκ τοῦ στρατοπέδου, ἀπιόντες ᾗ ἑκάστῳ προεχώρει · τοὺς δὲ πλείους ἀφικομένους παρὰ [36] τοῦ Ἀμουράτεω στρατόπεδον, παραιτεῖσθαι ὡς ἀνάγκῃ προηνεγμένοι, συνελέγησαν ἐς τὸ Σαού-
D ζεω στρατόπεδον. Αἰσθόμενος δὲ ὁ Σαούζης ἀποδιδράσκοντας τοῦ στρατοπέδου τοὺς στρατιώτας αὐτοῦ σὺν τοῖς ἀρίστοις, οἷς ἐώρα εὐνουστάτοις αὐτῷ, ᾤχετο ἐπὶ τὸ Διδοιμότυχον, συνεπισπωμένων καὶ τῶν παίδων. Ὅσοι ἐς τόνδε οἱ συνεπιλαβομένων τὸν πόλεμον, ὡς προθυμότατα καὶ συμπροθυμούμενος ἐδόκει τούτων ἀντιλαβέσθαι ᾗ ἐδόκει ἐῤῥωμενέστατα. Πυθόμενος δὲ Ἀμουράτης ἤλαυνε κατὰ πόδας, καὶ ἐπολιόρκει τὴν πόλιν. Οἱ δὲ σὺν τῷ Σαούζῃ λιμῷ πιεζόμενοι, ἅτε σίτου οὐκ εἰσενεχθέντος ἐς τὴν ἀκρόπολιν πρότερον, καὶ ἐν βραχεῖ ἐπιλελοιπότος, παρεδίδοσαν σφᾶς αὐτοὺς χρῆσθαι, ὡς ἂν μάλιστα

Notulæ marginales.

[33] ἐκείνον *R. al. ut in cont.* [34] ἐσεῖται *R. ut in cont.* [35] ἡμετέρας ἀρ. *Al. ut in c.* [36] ἐπί. *Sic R.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αὐτῷ δοκοίη. Ἀμουράτης δὲ τὴν πόλιν λιμῷ παραστησάμενος, εἷλε τὸν παῖδα αὐτοῦ Σαούζην, καὶ λαβὼν ἐξέκοψε τὼ ὀφθαλμώ αὐτοῦ. Τοὺς δὲ ἄλλους κελεῦσαι αὐτὸν δεδεμένους, ἐπὶ κεφαλὴν κατὰ κρημνὸν κατενεχθῆναι ἀπὸ τῆς πόλεως ἐς τὸν ποταμόν. Τὸν δὲ ἐσκηνωμένον παρὰ τὸν ποταμὸν καὶ θεώμενον ἐπιφερομένους τούς τε ἀρίστους ἐπὶ κρημνὸν, σὺν δύο τε ἅμα καὶ σὺν τρεῖς ἀναγκάζειν, οἷς ἐπισπεύδοντα κυσὶ λαγὼ ἐπιδιώκουσι, παῖδας τῶν παρ' ἑαυτῷ ἀρίστων, σὺν τῷ Σαούζῃ ἀπιόντας, ἐκέλευσε τοὺς πατέρας αὐτῶν αὐτοχειρὶ διαχρήσασθαι. Δύο δὲ τούτων λέγεται μὴ ἐθελήσαντας τοὺς παῖδας αὐτῶν ἀποκτεῖναι, αὐτούς τε ἅμα ἀνελεῖν, καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν κελεῦσαι ἀνελεῖν. Γνώμῃ δὲ ἔφασκε τῶν πατέρων ἀφικέσθαι τοὺς παῖδας ἐπὶ τὸν Σαούζην, καὶ ὀφικέσθαι ταλαντευομένων αὐτῶν ἐπ' ἀμφότερα. Ταῦτα δὲ ποιησάμενον, ἐπιτεῖλαι πέμψαντα ἄγγελον τῷ Ἑλλήνων βασιλεῖ, τὸν παῖδα τὰ αὐτὰ τούτῳ ποιῆσαι, ᾗ συνέθετο αὐτῷ τὴν ἀρχήν. Κἀκεῖνον δέ φασι λαβόντα τὸν παῖδα αὐτοῦ δῖξαι ζέοντι [37] κατενέγκαι τὼ ὀφθαλμώ.

ex urbe vinctos, **23** præcipites in flumen subjectum dejici imperavit. Castris autem juxta flumen fixis, spectabat optimates Græcorum ut præcipitarentur ex urbe, nunc bini, deinde et terni. Studio deinde spectandi addictus, cum intervenisset ex improviso lepus a canibus agitatus, fertur cachinum sustulisse. Posthæc parentibus eorum qui se junxerant Sauzi seditionem concitanti, præcepit ut filios necarent suis manibus. Patres duo fuere, qui noluere tam crudele exsequi imperium. Hinc et ipsi trucidati sunt simul cum filiis. Nam dicere solebat, nequaquam istos citra consilia parentum defecisse ad Sauzem. Nunc autem cum fortuna utantur dubia, eos nutare in utramque partem. His ita expeditis, nuntium mittit ad Græcorum regem, ut filium suum plecteret, sicuti initio convenerat : qui infundens oculis ejus acetum fervidum, visum ei ademit.

Τότε μὲν οὖν οὕτως ἐτελεύτα ἀμφὶ τόνδε τὸν πόλεμον. Μετὰ δὲ ταῦτα, ὡς Ἐμμανουῆλος ὁ τοῦ Ἑλλήνων βασιλέως παῖς, Θέρμην, τὴν ἐν Μακεδονίᾳ Θεσσαλονίκην ἐπικαλουμένην, ἐπιτροπεύων διέθυνε. Καί τινος λαβόμενος ἐπιστάτου ἀμφὶ τήνδε τὴν χώραν τῇ Φερῶν πόλει ἐπιβουλεύων ἑάλω, πρὸς δὲ καὶ νεώτερα πράττων πρὸς Ἀμουράτην, ἐπιπέμψας ἄνδρα [Χαρατίνην] μὲν μέγα δυνάμενον, διὰ σύνεσιν δὲ τὰ ἐς πόλεμον, οὐδενὸς τῶν παρ' ἑαυτῷ λειπόμενον, ἐπέτελλε τὴν Θέρμην αὐτῷ παραστησάμενον ἥκειν, ἄγοντα τὸν τοῦ βασιλέως Ἰωάννου παῖδα. Χαρατίνης μὲν δὴ ἐν τούτοις ἦν· Ἐμμανουῆλος δὲ αἱρήσεσθαι τὴν πόλιν οἰόμενος ταχὺ ὑπὸ Χαρατίνεω, ἅτε τῶν πραγμάτων τῶν ἐν τῇ πόλει πονηρῶς ἐχόντων, καὶ ἐπ' οὐδενὶ ἀγαθῷ οἱ ἀποδεδεγκότων, αὐθαδέστερόν τε γὰρ αὐτῷ, ἀχθόμενοι, ἐχρῶντο οἱ τῆς πόλεως, ἢ ὡς ἐχρῆν, ὡς εἶχε. τάχιστα ἀπηλλάττετο διὰ θαλάσσης ἐπὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ, ἐν νῷ ἔχων ἀπιέναι. Ὡς δὲ ἐπιπέμπων αὐτῷ ὁ πατὴρ προηγόρευεν ἄλλῃ πῃ ἀπιόντα ἀπαλλάττεσθαι, ὡς οὐκ ἔτι αὐτῷ ἐνὸν δέχεσθαι διὰ δέος τοῦ Ἀμουράτεω, ἔγνω δεῖν ἐς αὐτὸν ἴεσθαι δὴ τὸν Ἀμουράτην παραιτησόμενον, εἴ τι μὴ ἐν δέοντι διαπραξαμένῳ αὖθις αὐτῷ μεμελέτηκεν. Ἀμουράτης δὲ, πυνθανόμενος τὸν βασιλέως παῖδα ἐπ' αὐτὸν ἀφικνεῖσθαι, ἠγάσθη τε αὐτὸν τῆς γενναιότητος [38], καὶ ἀπαντήσας ᾗ πρότερον εἰώθει ποιεῖν αὐτῷ ἐπελαύνοντι, ἔπειτα προσεῖπε, καὶ ἐπισχόντι βραχὺ οὕτω διηλέγχθη. Μετὰ δὲ ταῦτα προσγελάσας αὐτῷ, ἔλεγε τοιάδε· Ὦ παῖ βασιλέως, ὡς μὲν σὺν δίκῃ τῇ ἐμῇ χώρᾳ νῦν, πρότερον δὲ ἡμετέρᾳ οὔσῃ ἐπιβουλεύων ἑάλως, καὶ ταῦτα ὅσα διεπράξω, σὺν δίκῃ διαπεπραγμένος εἶης, ἐπισταμένῳ μοι ταῦτά ἐστι, καὶ ἤδη συγνώμην σοι παρεχόμενος ἐν τῷ παρόντι, ὅρα μὴ εἰσαῦθις ἀλῷς, τοιοῦτον ἐς ἐμὲ καὶ τὴν ἐμὴν ἀρχὴν διαπραττόμενο, εἶης. Ἐμέ τε γὰρ καὶ Θεὸν ἅμα τὸν

Talem finem isti bello imposuit. Postea cum Emmanuel, regis Græcorum filius, Macedoniæ Thermam, quam Thessalonicam nominant, regens et auxilium nactus, deprehensus esset Pheris urbi insidias struere, resque novas contra Amuratem moliri : misso Charatine potentissimo viro, et militari scientia nulli postponendo, ei præcepit ut Thermam occuparet : nec reverteretur, nisi adducens filium Joannis regis vinctum. Iis quidem Charatines efficiendis præcipue intentus erat. Emmanuel cum præsentiret urbem non posse sustinere Charatinis vires, cum alioqui urbis res essent comminutæ, nec quidquam boni præ se ferrent (nam contumeliosius illum tractabant, quam fieri par erat, viro maxime infensi), quapropter animo agitabat quam ocissime mari contendere ad patrem. Pater autem misso nuntio cum edixisset ut alio quam ad se diverteret, quasi eum non amplius excipere audereret Amuratis metu : statuit ire ad Amuratem, hunc que suppliciis fatigare, ut sibi admissorum impunitatem concedat. Amurates cognito filium regis ad se venire, ejus admodum gavisus est generosa indole. Cui cum processisset, ut antea consueverat, obviam, primo eum allocutus est. Deinde paulisper silentium tenentem cum eum reprehendisset, renidenti ore sic locutum esse accepimus : O fili regis, jure quidem convinceris, quod regioni nostræ, antea vestræ, insidiatus sis : et quæcunque feceris, juste te fecisse compertum habeo. Nunc autem cum tibi præteritorum veniam impertiar, cave deinceps talia adversus **24** me meumque regnum coneris. Mihi enim et hujus rei curatori Deo satis declarasti, te pessimum esse factum. Itaque ubi melior nunc factus fueris, etiam res Europæ sub vobis melius sunt habituræ. At ego, inquit ille, sciens Deum

Notulæ marginales.

[37] ζέον *R. ut in cont.* [38] νεότητος *R. ut in cont.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

omnia quam optime agere, ad te veni tot criminibus irretitus, rogaturus veniam eorum quæ in te regnumque impie commisi. His dictis, veniam dedit Amurates : et ad patrem suum eum remittens, jussit ut filium cum bona gratia susciperet. Qui imperata faciens, filium illico admittebat Byzantium.

A τοῦδε κηδόμενον, ἀποδεδειχὼς ἤδη φαυλότατά σε δὴ διαγενόμενον· ὡς ταύτῃ ἄμεινον ἔχει γενόμενος, ἐφ' ὑμῖν τὰ τῆς Εὐρώπης πράγματα. Ἀλλ' ἐγώ, ἔφη ἐκεῖνος, καὶ Θεὸν αὐτὸν παρὰ σοῦ ἥ ἔχει ὡς ἄριστα διανύνοντα αἰσθόμενος ἥϊα, ἔπειτα τοσαύτῃ αἰτίᾳ γενόμενος, ὡς ἄν μοι ἐπιτηδείως σχοίης, ἐφ' οἷς πεπλημμέληταί μοι ἐπὶ σὲ καὶ τὴν σὴν βασιλείαν. Οὕτω δὲ καὶ Ἀμουράτῃ συνέγνω τε αὐτῷ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἐπιπέμπων, ἐκέλευε τὸν παῖδα αὐτοῦ δέχεσθαι· ὁ δὲ ἐποίει τε οἷα ἐνετέλλετο, καὶ τὸν παῖδα αὐτίκα προσίετο ἐς Βυζάντιον.

Charatines occupata Therma, et defectoribus in servitutem redactis, plurimum gloriæ invenit apud Amuratem, cum antea multum, nunc plurimum apud eum polleret. Exstant enim hujus Charatinis plurima memoratu digna, ut qui Amurati optima suggesserit consilia ; et pleraque egregia opera in Asia Europaque facta hujus ex industria provenere. Exstant viri hujus sermones quidam memoratu dignissimi, quos cum rege habuisse fertur, contendens cum eo super illis quæ ad prudentiam reique militaris scientiam attinent. Nam eum interrogationem instituentem, dixisse memorant : Rex Amurates, quo pacto res bellicæ administrandæ sunt, ut eo, quod desideras tuis copiis effici potjare ? Regem aiunt respondisse : Si singulis occasionibus, ne aufugiant, diligenter fuero intentus : præterea, si plurimis beneficiis militum animos mihi devinxero. Charatinem subjecisse audio : At qua ratione occasiones non omiseris, præterea scopum tuæ militiæ attigeris ? Regem intulisse : Si animo diligenter verisimilia quæ ad scopum spectant, pensitaverim : et in istis quæ ad scopum faciunt, non aberravero. Hinc tradunt, Charatinem in maximum effusum cachinnum, dixisse : Rex Amurates, plurima sapientia te instructum esse cerno. At quo pacto verisimilia diligenter animo expendas, nisi præsens utraque experimentis cognoveris, quæ fieri, quæque non fieri oporteat ? hæc in consultatione ut respuas, illa ut maxima cura deligas. Ista ubi præcesserint, significat etiam requiri celeritatem, quæ plurimum momenti ad res præclare gerendas habet, ut nihil magis ducem quam celeritatem et indefessam curam in agendo et consultando sectari oporteat. Præsens esse ne negligat, ubicunque sua præsentia opus fuerit. Talia cum inter se conferrent sermocinantes, pronuntiarunt sententias, quantum pertinere videtur ad res gerendas, nequaquam inutiles. Amurates quocunque movisset exercitus, **25** statim metus adversariis oboriebatur. Hincque accurate loca sua muniebant. Usus est opera Charatinis viri optimi, qui in omnibus quæcunque rex facere aggrediebatur, operam suam locavit indefessam, regique maxima necessitudine devinctus fuit. Adjutus ab isto viro, non modica fecit, quæ tendebant ad subjugandum sibi Europæ imperium. Tot

B Χαρατίνης δὲ, τήνδε Θέρμην παραλαβὼν, καὶ τοὺς ξυναφεστῶτας δουλωσάμενος, μέγα εὐδοκίμει παρ' Ἀμουράτῃ, καὶ πρόσθεν μέγας ὢν παρ' αὐτῷ καὶ μέγιστον δυνάμενος, λέγεται μὲν περὶ Χαρατίνεω πολλὰ ἄξια λόγου, ὡς ὑποτιθεμένου Ἀμουράτῃ τὰ δέοντα, καὶ τὰ πλείω ὑπηρετοῦντος διαπράττεσθαι μεγάλα ἄττα κατά τε Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην. Καὶ λόγοι δὲ αὐτοῦ πρὸς Ἀμουράτην ἀπομνημονεύονται, ἐρίζοντος αὐτῷ περὶ συνέσεως καὶ στρατηγίας. Ἐρομένου γὰρ αὐτοῦ λέγεται· Ἀμουράτη, ὦ βασιλεῦ, πῶς ἂν δὴ μάλιστα στρατηγῇ, ἕως ἂν βούλοιτό οἱ γενέσθαι τούτων ῥᾳδίως ἐπιτυγχάνοι ; Τὸν δὲ φάναι λέγεται, Εὖ τε στοχαζόμενος, καὶ τοὺς στρατιώτας ὡς οἷόν τε μάλιστα εὐεργετῶν. Τὸν δὲ ἐπανέρεσθαι, Καὶ πῶς ἂν δὴ εἰπόντα στοχάζοιτο ὀρθῶς ; Τὸν δὲ φάναι, Εἰ μετρῶν τὰ εἰκότα, μὴ σφάλη-αι περὶ τὰ μέτρα. Ἐνταῦθα καγχάσαι [33] λέγεται Χαρατίνην πάνυ μέγα, καὶ ἐπειπεῖν Ἀμουράτῃ, Ὦ βασιλεῦ, σωφρονεῖν ἄριστ' ἂν δοκοίης· πῶς δ' ἂν μετροίη ἂν μὴ παρὼν ἑκάτερα θεωρῇ τά τε δέοντα, καὶ τἀναντία τούτων, τῶν μὲν ἀπέχοιτο, τὰ δὲ αὐτῷ μεταδιώκοι ἑλόμενος, φθάνων τε τὸν τούτων καιρὸν τὰ δέοντα ; Διὰ ταῦτα δὲ, ταχύτητα αἰνιττόμενος προφέρειν μέγα τῶν ἄλλων ἀγαθῶν, ἐς τὸ μεγάλα κατεργάζεσθαι, ὡς οὐδὲν ἄλλο πρὸ ταχυτῆτός τε καὶ σπουδῆς τόν γε στρατηγὸν χρῆναι ἐπιτηδεύειν, καὶ πανταχοῦ παραγενόμενον ὅποι ἂν δέοι πη παρεῖναι. Ταῦτα μὲν οὖν διειλεγμένους ἀλλήλοις ἀποδείκνυσθαι γνώμας οὐ τοῦ δέοντος ἐλλειπεῖς. Ἀμουράτης μὲν οὖν διιὼν ἀπανταχῇ ὡς τάχιστα, δέους τε ἐπλήρου ἅπαντα καὶ φυλακῆς, Χαρατίνῃ χρώμενος ὑπηρέτῃ τῷ πάντα ἀρίστῳ, καὶ ἐς τὸ συλλαμβάνειν αὐτῷ καὶ ὁτιοῦν ξυνεπιλαβέσθαι, καὶ ἐπιτηδείως ἔχοντι ἐς τὰ μάλιστα, καὶ οὐκ ὀλίγα ἐς τὴν ἀρχὴν αὐτῷ ποιησαμένῳ κατὰ τὴν Εὐρώπην. Ὑπηγάγετο μὲν οὖν τοσάδε ἔθνη καὶ ἡγεμόνας τοὺς ἐν τῇ Εὐρώπῃ· καὶ συνεπομένους αὐτῷ ὅποι ἂν στρατεύοιντο Ἑλλήνων βασιλεῖς εἶχέ οἱ στρατευομένους. Ἐμμανουήλῳ δὲ ἠρέσκετο, μάλιστα δὲ ξυμπάντων Ἑλλήνων. Εἶχε δὲ καὶ τῶν Μυσῶν βασιλέα, πρὸς δὲ καὶ Δράγασαν τὸν Ζάρκου παῖδα καὶ Μπόγδανον τὸν τὴν Ῥοδόπην κατέχοντα, καὶ ἄλλους τοὺς ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἡγεμόνας, καὶ Τριβαλλῶν, καὶ Ἑλλήνων, καὶ Ἀλβανῶν. Τούτων δὲ ἁπάντων κατεστραμμένων, καὶ τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἡγεμόνων αὐτῷ συνεπομένων ἐς τοὺς πολέμους ἤλαυνε δὲ τελευτῶν. Ὡς μὲν οὖν Ἕλληνες

Notulæ marginales.

[33] καγχαλάσαι *R. ut in cont.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κατεστραμμένοι ἐδεδούλωντο Ἀμουράτῃ τῷ Ὀρχάνεω, καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται, καὶ νῦν δὲ τοσάδε ἂν λέγοιτο ἐς ὑπόμνησιν ἱκανῶς.

A sibi subegit gentes, tot in Europa duces stipendium pendentes : præterea Græcorum gentes, quæ cogebantur, quocunque terrarum dixisset, Amuratem militantem subsequi. Emmanuele præ omnibus Græcis plurimum delectabatur. In Amuratis potestatem devenit rex Mysiorum Drageses, Zarci filius : nec non Pogdanus, qui Rhodopen imperio tenebat. Accessere etiam in ditionem et alii Europæi duces, Triballorum videlicet, Græcorum et Albanorum. His omnibus imperio suo admotis etiam Asianis ducibus stipatus, deinceps quoslibet bello lacessere statuit. Græci quo pacto ex regno in servitutem ceciderint, jam ante explanavimus. Prædicta nunc breviter in memoriam revocare juvat.

Ἰωάννης γὰρ ἐπεί τε κατέσχε τὴν βασιλείαν, συνελάσας [60] Κανταχουζηνὸν τὸν πρόσθεν βασιλεύοντα Ἑλλήνων, ἐς τὴν Ναζηραίων δίαιταν, ἐνεώρα γε τὰ Τούρκων πράγματα ἐπὶ μέγα χωροῦντα δυνάμεως, ἀπέπλευσεν ἐς Ἰταλίαν. Καὶ πρῶτα μὲν ἐπὶ Ἐνετοὺς τραπόμενος, ἐπικουρίας μὲν οὐδέν τοι ἀξίας λόγου τυχὼν, ἐδανείσατο χρήματα, ἐν ᾧ [61] ἔχων ἐπὶ τὸν Γαλατίας [62] βασιλέα ἀπιέναι. Ἀφίκετο μὲν οὖν καὶ ἐπὶ [63] τοὺς λοιποὺς τῶν πρὸς ἑσπέραν ἡγεμόνας, δεόμενός τε ἐπικουρίας, καὶ ἀποπειρώμενος ὡς οἷόν τε μάλιστα αὐτῷ. Παριόν [64] τε ἐπὶ τῶν Κελτῶν βασιλέα, κατέλαβε μὲν τὰ οἴκοι αὐτῷ διεφθορότα, καὶ πάνυ δὲ ἔχοντα μοχθηρῶς, τυχεῖν οὐδενὸς, ὧν ἕνεκα ἀφίκετο ἐπὶ Ἰταλίας. Ἐπανιὼν δὲ ἐπ' οἶκον, ὡς ἐγένετο, κατὰ τοὺς Ἐνετοὺς, καὶ τὸ δάνειον οὐκ εἶχεν ἀπαιτούμενος ἀποδιδόναι, ὃ ἐδανείσατο, ἀπιὼν ἐπὶ Γαλατίαν [65], κατεσχέθη τε αὐτοῦ ὑπὸ Ἐνετῶν οὐ μεθιεμένων αὐτὸν ἀποπλεῖν οἴκαδε, ἄχρις ἂν μὴ ἐκτίσῃ τὸ χρέος τοῖς δανεισταῖς. Ὁ δὲ ἐν ἀπορίᾳ γενόμενος, ἐπιπέμπων ἐς Βυζάντιον παρὰ Ἀνδρόνικον τὸν παῖδα αὐτοῦ ἐπιτετραμμένον τὴν βασιλείαν, ἠξίου χρήματα ἐξευρόντα ἀπό τε τῶν ἱερῶν κειμηλίων, καὶ ἄλλων τῶν κατὰ τὴν ἀρχὴν, πέμψαι οἱ ἱκανά, ἀπολῦσαι αὐτὸν, καὶ μὴ περιιδεῖν αὐτὸν ἐν φυλακῇ ὄντα, πάνυ πολὺν διατρίβειν χρόνον. Ὁ μὲν οὖν Ἀνδρόνικος ἐν ὀλιγωρίᾳ ἐποιεῖτο τὰ ἐπεσταλμένα αὐτῷ, οἷα περὶ τὴν βασιλείαν μαλακιζόμενος, καὶ τῷ πατρὶ οὐ πάνυ τοι ἀρεσκόμενος, ἐπιστέλλων ἔφασκε, μήτε τοὺς Ἕλληνας ἐπιτρέπειν αὐτῷ χρῆσθαι τοῖς ἱεροῖς, μήτε αὐτὸν ἄλλωθέν ποθεν οἷόν τ' εἶναι χρήματα ἐξευρεῖν, ἐκέλευέ τε ἄλλῃ τραπόμενον, μὴ διαμέλλειν κήδεσθαι ἑαυτοῦ, ὅπως ἂν ἀπολύοιτο τοῦ χρέους. Ἐμμανουῆλος δὲ ὁ νεώτερος βασιλέως παῖς, πυνθανόμενος οἷας ἀνάγκης ἀφίκετο ὁ πατὴρ αὐτοῦ βασιλεὺς ὑπὸ Ἐνετῶν, εὑρὼν χρήματα, καὶ πορισάμενος ὅσα ἠδύνατο, ὅτι τάχιστα ἐπέβη νηὸς, καὶ διαπλέων, ἐς τὴν Ἐνετῶν πόλιν ἀφίκετο, τά τε χρήματα φέρων, ἀπέδωκε τῷ πατρὶ ὅσα ἐπορίσατο κατὰ τὴν θέρμην, ἥντινα ἐπετέτραπτο, καὶ καταλέλειπτο ἐπιτροπεύειν, καὶ ἑαυτὸν δὲ ἄγων παρείχετο χρῆσθαι τῷ πατρὶ, ὅ τι ἂν βούλοιτο, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε ᾠκειῶσθαι Ἐμμανουῆλον τῷ πατρὶ ἐς τὰ μάλιστα

Joannes ad regni gubernacula evectus, Cantacuzenum, antecessorem suum, Nazareum sive monachum fieri compulit. Deinde cum animadverteret res Turcorum incredibili augeri successu, navigavit in Italiam. Primo adiit Venetos, oraturus auxilium. Ubi cum parum auxilii esset consecutus, accepta a feneratoribus magna pecuniæ vi, decrevit ad Galliæ abire regem. Nec omisit reliquos Occidentis principes, quos omnes quam maxime sollicitabat ad auxilium ferendum. Cum venisset ad Gallorum regem (22), etiam hujus res bello et seditione agitari cernit, et admodum adversa uti fortuna. Nec interim quidquam auxilii in Italia tulit. Reditum maturans, cum venisset Venetias, non potuit usuras ejus sortis exsolvere, quam a feneratoribus mutuo acceperat. Profecturus inde in Galatiam, retentus est a Venetis, non sinentibus eum pedem usquam ferre, donec satisfecisset creditoribus. His rebus anxius, misit Byzantium ad Andronicum filium, cui regnum commiserat, rogans ut pecuniam compararet, tam ex ecclesiasticis quam ex reliquis regni thesauris : quam deinde ad se mitteret, ut se a creditoribus redimere possit : nec se negligeret, jam longo tempore in carcere agentem. Andronicus his cognitis parum animum intendebat, cum nimis regno gauderet patremque despiceret. Attamen ei nuntiari jubet Græcos nolle concedere, ut sacros thesauros diripiat : nec se aliunde tantam pecuniæ vim 28 corradere posse. Proinde si seipsum negligere nolit, alio se vertat ad pecuniam parandam, quo se liberare nexu possit. Emmanuel filius regis junior, cum audivisset in quantam necessitatem pater suus rex a Venetis esset adactus, collecta et exacta quam maxima pecuniæ vi, navem conscendit : summaque celeritate usus, venit Venetias. Pecuniam omnem, quam exegerat Thermæ, cui urbi regendæ præfectus erat, patri obtulit. Præterea seipsum quoque patri tradidit, ut se pro arbitrio uteretur. Hoc factum Emmanuelem patri et charissimum et familiarissimum reddidit : at alterum filium, nempe Andronicum, incitatissimo exinde odio persequebatur ; quod cum hinc originem sumpsisset, pertinacius inhæsit

Notulæ marginales.

(22) Is erat Carolus VI, anno Christi 1411.

[60] ἐξελάσας *in ed. ut in c.* [61] νῷ. *R. ut cont.* [62] Γαλλίας. [63] μέντοι καὶ ἐ. [64] παριών τε καὶ *R. Al. ut in cont.* [65] Γαλλίαν. *Al. ut in cont.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

utrisque, dum inter se dissiderent, inter cætera otiam propter regnum. Rex Græcorum ea pecunia quam Emmanuel advexerat, creditoribus Venetis satisfecit. Reversusque Byzantium misit legationem ad regem Amuratem ; præterea filium suum in Januis regis stipendia facere jussit. Amurates imperavit Joanni, ut se quam maxima fide coleret, nec suam militiam, quocunque bellum verteret, detrectaret. Joannes diligenter animum intendit, ne deinceps quid delinqueret, quo incurreret in offensam regis. Postea filium suum Theodorum misit in Peloponnesum, defunctis Cantacuzeni filiis ; qui mansit apud Emmanuelem fratrem suum, Thermæ præfectum. Cui cum in colloquium venisset Macedoniæ et Thessaliæ dux, defectionem consiliis habitis moliebantur ab rege Amurate. Alter filius rediit Byzantium, accersitus a patre ad regnum. Ipse autem ingressus Peloponnesum ejus loca defendit quam optime : quæ omnia ita munivit, ut sibi videbantur quam maxime tuta futura. Hæc quæ modo recensuimus, evenere, priusquam Andronicus una cum Sauzo deficerent ab Amurate, amboque contra patres suos arma caperent. Postmodum comperit Amurates, etiam Emmanuelem novarum rerum cupidum defectionem animo agitare ; quem tandem Therma oppido suaque dignitate spoliavit Charatines. Deinde cum pater edixisset, ne Emmanuel suam intraret regionem, maturata fuga venit in Lesbum. Cujus adventus cum terrorem maximum injecisset duci insulam gubernanti, sua regione Emmanuelem excedere jussit. Qui cum incidisset in triremem solventem Trojam, transvectus est in Asiam. Ibi conductis mercede equis, profectus est Prusam ad regem Amuratem. Tandem Amurates bellum intulit Triballis; ipsorumque duci **27** Eleazaro, qui ad Pannonios se contulerat, eosque incitabat, ut contra Amuratem arma arriperent. Eleazarus, ut rescivit Amuratem adversum sese cum exercitu pergere, contraxit copias quam potuit maximas ut resisteret hosti adeunti quam acerrime. Eleazarus cum haberet filias, una Susmanno Odrysiorum sive Moldavorum regi in matrimonium collocata, eum sibi generum paravit, alteram connubio junxit Bulco Branci, qui fuit Pladicæ filius, regenti Castoriam et Ochridem Macedoniæ regionem, quam antea Nicolaus Zopani filius tenuerat. Mortuis autem ducibus Unglese et Crale, Pristinum et Nisteam, sic dictam regionem, subigens, usque ad flumen quod Savum nominant, progressus est. Adversus hunc, cum exercitum ductaret Amurates, missis exploratoribus, cognovit eum insedisse cum exercitu campum, cui Cosobo (25) nomen erat. Ibidem Amuratis

A tificari quibuscunque in rebus potuit, cunctatus est, quandiu dux superstes mansit. Hic Tarraconensium rex imperio temperans Valentiam, Tarraconem, Sardiniam insulam, Cyrnum et Barcenona Iberiæ urbem opulentam, primum in Siciliam appulit, postea venit in Italiam et Parthenopen, quæ et Neapolis, regnumque in hunc modum occupavit. Neapolis quondam Italiæ subjecta, translata est ad Gallorum regem, qui de sua familia semper regem et principem huic præficiebat. Regnum autem hoc incipit ab Japygia summa et Mesapia : et in longum progrediens versus Ionicum sinum, dextra ambit regionem Vares sive Barum dictam. Regio ista plane regalissima, et regio nomine digna est. Post Gepanum (sive Brutios, Terram Laboris) sic
B nominatim extendit se usque **142** Gaeten et Diam (48), urbem Romanorum regioni finitimam. Et hic quidem terminus est occidentalis. Versus orientem attingit Gonium (49). Qua autem spectat Siciliam, regionem habet antiquitus Græciam, nunc vero Calabriam nuncupatam. Ubi primum in ditionem regis Gallorum istud regnum concessit, accepit regem propinquum genere regi Gallorum. Qui ut pervenit in regnum (nomen ejus erat Lantilaus [50]), regioni isti universæ imperavit. Cum jam opibus reliquaque potentia plurimum polleret, arma cepit adversus Tyrrhenorum regnum, atque adeo contra reliquam Italiam, ubique præclara facinora designans. Et quidem movens exercitum contra
C Tyrrhenorum urbem Florentiam, eamque obsidens expugnare nitebatur (51). Cum autem in longum urbis obsidio extraheretur tempus, et obsessi jam ad extremam venissent necessitatem, ferunt eos in colloquium venisse cum rege, petentes pacem : promittentes interim se promptos et paratos esse facere quæcunque imperasset, saltem pacem daret petentibus. Quorum precibus victus, postulavit civis cujusdam filiam forma excellentem omnes quæ tum in ea urbe formosæ habebantur. Hanc cum accepisset formæ elegantia omnes superare (fert enim urbs ista mulieres in primis forma præstantes virginesque venustissimas), eam petiit sibi uxorem dari, cum in colloquium cum Tyrrhenis super pace jungenda venisset. Erat enim rex ille cætera intem-
D perans et libidinosissimus, et tantum non insaniebat amore mulierum. Jusserunt itaque Tyrrheni, ut pater virginis eam quam pulcherrime exornatam regi traderet. Aiunt, puellæ patrem fuisse medicum insignem, adeo ut facile omnes ea facultate superaret. Cum igitur multa tentaret, nec tamen posset ulla ratione sibi consulere, quin filiam regi daret, commiscuit cicutam quam potuit efficacissi-

Notulæ marginales.

(48) Caietam et Agnaniam.
(49) Sive Rhegium vel Dauniam.
(50) Ladislaus Neapolitanus rex, Caroli filius, non e Gallis, sed ex Ungariæ regibus originem habuit. Bonf. dec. 3. lib. II; *Boh. Hist.* lib. XXV. Sab. Enn. 9, lib. IX. Idque actum 1417.
(51) Idem Bonf. lib. II, dec. 3.

[67] Ἰονίῳ. *Al. ut in c.* [68] *In alio desunt.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mam. In ista namque Italiæ urbe cicutam commiscere solent efficaciorem quam in reliquis urbibus. Accepit et pannum, quem cicutæ immersit, ut venenum imbiberet. Quo facto, pannum veneno imbutum filiæ dedit : monens, ut ubi rex cum ea concubuisset, ipsa panno isto mentulam ejus quam decentissime abstergeret. Hunc igitur cum accepisset pannum auro exornatum, spectaculoque dignum, eum diligenter custodivit, ut regi, sicuti pater præceperat, post concubitum inservire posset. Ducentes igitur virginem istam, obtulerunt eam regi, qui ea visa, formæ pulchritudine captus, obstupuit, amoreque ardens, cum ea Veneris fœdus iniit. Puella autem jussa patris faciens, multis blandimentis adhibitis, panno regis mentulam abstersit. Quo cum esset tactus rex in humorem nonnihil **143** resolutus, in febrim incidit acutissimam, et continuo exspiravit. Etiam puellam esse mortuam tradunt, cum etiam ipsam cicuta per humorem diffusa contagio infecisset. Regis exercitus, ubi primum ipse mortem obiit, dilapsus domum rediit : et Florentia obsidione liberata est. Quidam Itali perhibent, non patrem pannum infectum veneno puellæ tribuisse, verum senatum urbis eam exornasse quam pulcherrimo ornatu, ut formosissima regi appareret : eumdem etiam senatum pannum dedisse. Hinc ad coitum mire alliciebatur rex. Sed hæc hactenus, quia turpia sunt, dixisse sufficiat.

A ἀφικόμενον. Ὡς δ' οὐ μὴ δύναιτο διαφυγεῖν, ὥστε μὴ ἐκδοῦναι τὴν θυγατέρα, ἐγκερασάμενον κώνειον ὡς ἡδύνατο ἰσχυρότατον, ἐν δὴ ταύτῃ τῇ πόλει μάλιστα δὴ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεων ἐγκρινῶνται τὸ κώνειον ἄμεινον τῶν ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι, καὶ ἐμβάψαντα τὸ λέντιον ἐς τὸ κώνειον, φέροντα δοῦναι τῇ θυγατρὶ, ὡς ἐπειδὰν αὐτῇ ἐπιμίσγοιτο ὁ βασιλεὺς, μετὰ τὴν συνουσίαν ἐκμάσσειν τὸ αἰδοῖον τῷ λεντίῳ ὡς εὐπρεπέστατα. Ταύτην δὲ λαβοῦσαν τὸ λέντιον, θέας τε ἄξιον ὂν, καὶ χρυσῷ κεκοσμημένον, φυλάττειν, ὥστε ὑπουργεῖν τῷ βασιλεῖ μετά γε τὴν συνουσίαν, ᾗ ἐνετέλλετο αὐτῇ ὁ πατήρ. Ἐπεὶ δὲ ἄγοντες τὴν γυναῖκα ἐνεχείρισαν τῷ βασιλεῖ, θεασάμενον ἐκπλαγῆναι τῷ κάλλει αὐτῆς, καὶ ἐρασθέντα συγγενέσθαι πειθομένην τὴν παῖδα τῷ πατρὶ, κατὰ τὰ ἐντεταλμένα, τῷ τε λεντίῳ αὐτίκα φιλοφρονουμένην, ἐκμάσσειν τὸ αἰδοῖον. Καὶ ὡς ἥψατο ἐν ὑγρότητι γενομένου, αὐτίκα πυρέξαι τὸν βασιλέα, καὶ μετ' οὐ πολὺ ἀποθανεῖν. Τελευτῆσαι μὲν δὴ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, ὡς ἐπ' αὐτὴν ἐπελήλυθε τὸ κώνειον, διανεμηθὲν ἐγένετο, δι' ὑγροῦ τὸ κώνειον [69] ἁψαμένους τοῦ λεντίου. Τελευτήσαντος μὲν οὖν οὕτω τοῦ βασιλέως, τόν τε στρατὸν διαλυθῆναι, ἀποχωρήσαντα ἐπ' οἴκου, καὶ τὴν πόλιν ἐλευθέραν γενέσθαι τῆς πολιορκίας. Λέγουσι δὲ Ἰταλῶν τινες, ὡς οὐχ ὁ πατὴρ εἴη ὁ τὸ λέντιον δεδωκὼς τῇ γυναικὶ, καὶ ἐγκερασάμενος, ἀλλ' ἡ βουλὴ τῆς πόλεως αὐτὴν συσκευάσασα τῷ καλλίστῳ κόσμῳ, ὡς εὐπρεπεστέραν φανῆναι τῷ βασιλεῖ, καὶ τὸ λέντιον δοῦναι [70]. Τούτῳ δὴ φιλοφρονεῖ [71] βασιλεὺς ἐς τὴν συνουσίαν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἐς τοσοῦτον λεγόμενα, παρίεμεν οὐκ εὐπρεπῆ ὄντα.

Post obitum regis Lantilai, cum uxor ejus admodum inquietaretur propter regnum ab Italis, necnon regionis duces ipsi plurima negotia facesserent, nupsit Rhainerio (52) Provinciæ regi, Gallorum regis patrueli, eique regnum Neapolitanum tradidit. Accepimus autem hanc fuisse filiam Tarenti et Japygiæ ducis (53), qui ortus ex familia Ursinorum, sive (ut Græce dicam) Arctiorum, quique plurimum pollebat opibus et potentia in regione Parthenopes. Rhainerius annis regnavit duodecim. Interea Alphonsus natus de familia Medinorum, rex Tarraconnensium, Sardiniæ et Valentiæ classem adornabat maximam. Qua instructus, cum Siceliotæ remiges strenuam operam locarent, in Siciliam delatus est : quam subegit, et postmodum imperio rexit. Hinc deinde profectus, Parthenopes arcem mediterraneam occupavit. Parthenope arces habebat maritimas duas, et unam mediterraneam. Adducens igitur Alphonsus copias, urbem eam oppugnabat, et admovens machinas muro omnigenas, eam sui juris facere conabatur. Ibi tum Alphonsi frater bombardæ globo

C Μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν τοῦ βασιλέως Λαντιλάου [72] τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐνοχλουμένην εἰς τὴν βασιλείαν ὑπό τε τῶν Ἰταλῶν καὶ ὑπὸ τῶν τῆς χώρας ἀρχόντων, πράγματα παρεχόντων αὐτῇ γημαμένῃ Ῥαινερίῳ τῷ Προβεντίας βασιλεῖ, ἀνεψιῷ δ' ὄντι τοῦ Κελτῶν βασιλέως, παραδοῦναί τε τὴν βασιλείαν τῆς Παρθενόπης. Ταύτην δ' εἶναι θυγατέρα ἐπυθόμεθα τοῦ Ταράντου τε καὶ τῆς Ἰαπυγίας ἡγεμόνος, τοῦ Οὐρσίνων οἴκου, ἤτοι Ἀρκίων, ὡς ἂν ταύτῃ Ἑλληνιστὶ λέγοιτο, ἀνδρὸς τὰ μέγιστα δυναμένου ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ τῆς Νεαπόλεως. Τὸν μὲν οὖν Ῥαινέριον παραλαβόντα τὴν βασιλείαν διαγενέσθαι βασιλεύοντα ἔτη δυοκαίδεκα. Ἐν τούτῳ δὲ Ἀλφόνσον τὸν Ταρακόνων βασιλέα, καὶ Σαρδόνος, καὶ Βαλεντίας, οἴκου ὄντα τῶν Μεδίνων, στόλον ναυπηγησάμενον μέγιστον, ἀπαγομένων αὐτὸν τῶν ἐν Σικελίᾳ Πανορμέων, ἀφικέσθαι τε ἐς Σικελίαν, καὶ ὑφ' αὐτῷ σύμπασαν ποιησάμενον, ἔχειν. Μετὰ δὲ ταῦτα, ἀπὸ ταύτης τῆς νήσου ὁρμώμενον, κατασχεῖν τὴν ἐν τῇ Παρθενόπῃ ἀκρόπολιν τὴν μεσόγαιον. Εἰσὶ γὰρ τῇ πόλει ταύτῃ δύο παράλιοι ἀκροπόλεις, καὶ μία μεσόγαιος. Στρατὸν δ' ἐπαγόμενος, ἐπο-

Notulæ marginales.

(52) Renato Andegavensi.

(53) Hic error est ex nomine Joannæ ; nam prima ejus nominis fuit Roberti Calabriæ ducis filia. Secunda vero, quæ Renato nupsit et Alphonsum adoptavit, fuit filia Caroli Ludovici Pannoniæ regis filii.

[69] ἁψαμένου. *R, ut in c.* [70] ἐπιδ. [71] φιλοφρονεῖσθαι βασιλία. [72] Λαντισλάου

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λιόρκει τε τὴν πόλιν, καὶ μηχανὰς προσφέρων, ἐπειρᾶτο ἑλεῖν. Ἔνθα καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ βληθεὶς τηλεβόλῳ, ἐτελεύτησε. Μετ' οὐ πολὺ δὲ παραστησάμενος εἷλέ τε καὶ κατέσχε τὴν πόλιν. Μετὰ ταῦτα τήν τε ἀκρόπολιν ἐπολιόρκει, τήν τε παράλιον καὶ τὴν μεσόγαιον. Τὴν μέντοι μεσόγαιον παραστησάμενος, λιμῷ ἐξεπολιόρκησε· τὴν δὲ παράλιον, παραδιδόντων αὐτῷ τῶν φυλάκων, κατέσχε· καὶ φρουρὰν ἐγκαθίστησιν. Ἡ δὲ τοῦ βασιλέως γυνὴ ἐπολιορκεῖτο μὲν ἐν τῇ πρὸς τῷ τῆς πόλεως λιμένι ἀκροπόλει. Καὶ ὅ τε ἀνὴρ αὐτῆς ὑπεξῆλθεν ἀπελαυνόμενος, καὶ ἀπέπλει ἐπὶ Προβεντίας, ὡς στρατόν τε ἐπάξων ὅτι τάχιστα, καὶ τιμωρήσων τῇ γυναικί. Ἐν [73] τε βασίλεια, Φορτίαν τὸν τῆς Μάρκης ἡγεμόνα μεταπεμψάμενος [74], καὶ τό τε δὴ ἐν Ἰταλίᾳ μέγα δυνάμενον τὰ ἐς στρατηγίαν, τόν τε Ἀλφόνσον ἐξήλασε τῆς πόλεως· ἐκβαλοῦσα ἐκεῖνον, ἔσχει τὴν πόλιν, συνεπιλαβομένου τοῦ Φορτίᾳ αὐτῇ. Ὡς δὲ ἐπ' αὐτῇ τὰ πράγματα ἐγένετο, τήν τε ἀκρόπολιν ἐπολιόρκει τὴν πρὸς τῷ ὄρει μεσόγαιον· καὶ ὡς οὐκ ἠδύνατο ἑλεῖν προκαθεζομένη, λιμῷ ἐπολιόρκει. Μετὰ δὲ ταῦτα, χρόνου οὐ πολλοῦ διελθόντος, τοῦ Φορτίας [75] διατριβόντος ἐν Ἰταλίᾳ, καὶ ἔχοντος ἀμφὶ τοὺς οἰκείους πολέμους, ὡρμημένος ἀπὸ Σικελίας ὁ Ταρακῶνος βασιλεὺς Ἀλφόνσος, τήν τε Καλαβρίαν ὑπηγάγετο μὲν πρῶτα, μετὰ δὲ ταῦτα, στράτευμα συλλέξας, ἐπήλασέ τε δεύτερον, καὶ κατέσχε τὴν πόλιν. Καὶ ἥ τε βασίλεια Ῥαινερίου ὑπεξέσχε ἐκ τῆς ἀκροπόλεως, ἐπὶ τὸν παῖδα αὐτῆς ἡγεμόνα Ταράντου, καὶ Ἰαπυγίας. Τὸν γὰρ δὴ ἡγεμόνα τῆς Ἰαπυγίας ἐγήματο μετὰ τὴν τελευτὴν Λαντισλάου, ἀφ' ἧς ἔσχε παῖδας [76] τοῦτον τὸν Ἰαπυγίας ἡγεμόνα. Ὡς μέντοι Ἀλφόνσος κατέσχε τὴν πόλιν, καὶ χώραν τὴν Γήπονον καλουμένην, ἐπολέμει πρὸς τὸν Ἰαπυγίας ἡγεμόνα, παῖδά τε τῆς Μαρίας βασιλίδος, καὶ ἐπιὼν κατεστρέφετο τὴν χώραν. Χρόνου δὲ ἐπιγινομένου πρέσβεις τε πέμπων παρ' αὐτὸν ὁ τῆς Ἰαπυγίας ἡγεμὼν, ἠξίου τε αὐτῷ σπένδεσθαι. Ἐφ' ᾧ καὶ ἐπιγαμίαν ποιησάμενος· ἡρμόσατο γὰρ δὴ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῷ παιδὶ αὐτοῦ νόθῳ Ἰνφεράνδῳ τὴν ἀδελφιδοῦν τοῦ Ἰαπυγίας ἄρχοντος, θυγατέρα δὲ τοῦ Βενόζης ἡγεμόνος· καὶ σπονδὰς ποιησάμενοι, ἐφ' ᾧ ξένους τε καὶ ὑπηκόους εἶναι τῷ βασιλεῖ Ἀλφόνσῳ, μετεπέμπετο ἐπὶ τὴν Νεάπολιν. Ἔνθα δὴ ἀφικόμενος, ἐς δέος καθίστατο μὴ ἁλῷ ὑπὸ τοῦ βασιλέως. Καὶ διὰ τόδε τὸ δέος ἔδοξε παθεῖν τὰ ἐς φρένας. Οὕτω μὲν ἐς Ἰταλίαν ἐπὶ τὴν βασιλείαν τῆς τε Σικελίας καὶ Παρθενόπης ἀφίκετο Ἀλφόνσος ἀπὸ Ταρακῶνος. Ἐλθὼν δὲ ἐς Ἰταλίαν, διέτριβεν αὐτοῦ, τὰ μὲν πρὸς τοὺς Τυρρηνοὺς, τὰ δὲ πρὸς τοὺς Οὐενετοὺς πολεμῶν, τὰ δὲ καὶ σπενδόμενος διετέλει. Ἰανυΐους τὴν πόλιν, καὶ ἐπειρῶντο ἀποβῆναι. Καὶ ὡς οὐχ μὲν ἐπῆγε στόλῳ μεγάλῳ Ῥαινέριος βασιλεὺς ἐπὶ οἷοί τε ἐγένοντο, ἀπέπλεον ἐπ' οἶκον.

A ictus occubuit. Nec multo post urbs in manus venit. Hinc copias ad maritimam et mediterraneam movit. Mediterraneam fame expugnavit, maritimam cepit, cum eam dederent milites qui in ea erant : cui et præsidium imposuit. Uxor autem regis obsidione urgebatur in arce, quæ sita est in portu prope urbem. Maritus vero clam egressus, navigabat in Provinciam, inde adducturus exercitum, quo munitus uxori obsessæ suppetias ferret. Interea regina, cum obsidione premeretur, accersens Sfortiam Marchiæ principem, qui ea tempestate dux belli peritissimus habebatur, Alphonsum expulit, urbemque adjuta ab Sfortia recuperavit. Cum autem regina jam rerum summa potiretur, arcem mediterraneam in monte sitam B obsidione circumdat : quam cum vi capere non posset, fame **144** expugnavit. Postea non longo tempore interjecto, cum Sfortia domesticis distineretur bellis, Alphonsus Tarraconnensium rex ex Sicilia profectus, Calabriam primo subegit : postmodum comparato exercitu, iterum Parthenopen accessit, eamque occupavit. Regina autem Rhainerii ex arce clam effugiens, contendit ad filium suum, Tarenti et Japygiæ principem. Nam nupserat post Lantilai mortem Japygiæ principi : ex qua filium hunc Japygiæ principem tulit. Alphonsus, urbe capta, et regione quæ Gepanum nominatur subacta, bello persequi aggressus est Japygiæ principem, Mariæ reginæ filium. Accedens C igitur copiis quamplurimis instructus, regionem subjiciebat. Princeps igitur Japygiæ necessitate motus, legatos misit qui pacem orarent : quam consecutus est. Paci autem junxerunt affinitatem. Nam rex filio suo notho, cujus nomen erat Imphernandus (54), in matrimonium collocavit consobrinam principis Japygiæ, filiam vero principis qui Venozam (55) rexerat. Peracto fœdere, in quo tenebatur, ut in posterum et hospites regique obedientes essent, Japygiæ princeps Parthenopen vocabatur. Eo cum venisset admodum metuebatur ut caperetur ab rege. Propter hunc metum, qui adeo magnus erat, phrenesi laborare creditus est. Hoc modo in Italiam ab Tarracone profectus Alphonsus, Sicilia et Neapolitano regno potitus est. D Cum venisset in Italiam, ibi moratus est, nunc cum Venetis, nunc cum Tyrrhenis bella gerens et fœdera pangens. Rex Rhainerius (56) Januensium classe magna ad urbem accessit. Cum autem conarentur milites e navibus urbem invadere, nec cœpta succederent, re infecta domos rediere.

Notulæ marginales.

(54) Ferdinandus, Dom Fernandus.
(55) Venusiam.
(56) Ludovicus Andegavensis.

[73] ἔνθα. *R.* ἔν τε βασιλεῖ. [74] μεταπεμψαμένη. *R. ut in c.* [75] Φορτίου. [76] *In uno,* παῖδα. *R. ut in cont. Al.* παῖδα.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Alphonsus Ligurum et Tarraconis regionem fratri suo regi Nabaris (57) commisit. Hunc enim Nabaris regionis incolæ petentes ab Tarracone, quod regis filiam uxorem duxisset, sibi regem juxta patriam consuetudinem ordinarunt. Nam maxima pars occidentalium tributa quidem pendunt, nec tamen licet cuiquam urbibus eorum principes dare et præsidium imponere; verum indigenæ magistratus creant, et suis præsidiis, non externis regionem defendunt. Nec etiam regi licet eos cogere, ut præter patriæ suæ morem respublicas administrent. Ea quidem tempestate, cum cives earum urbium quas Nabares regio complectitur, sibi constituissent regem fratrem Alphonsi, contigit ut ei nasceretur filius ex uxore. Qui educatus, attigit annum duodecimum. Hunc igitur assumentes regionis incolæ, regem dimiserunt, dicentes, non amplius ei concedi, cum filium habeat, regnum **145** tractare : sed filio regni administrationem nunc competere. Hæc quidem haud multo post acciderunt. Alphonsus cum in Italiam pervenisset, fratri regionem suam mandavit. Hæc autem initium sumit ab Valentiæ regione. Valentia urbs magna est et opulenta : Valentiæque rex eam regni sui sedem tenet. Sita est ea urbs ex adverso Sardiniæ, recedens ab Herculis columnarum trajectu septingentis stadiis. Huic succedit regio, quam Tarraconnensem appellant, quæ porrigitur usque Barcenonem. Huic contermina est Tarraconis regio, et patet usque ad Barcenonem versus Provinciam Galliæ. Verum dicere nos oportet regionis limites. Versus orientem, Provincia Galliæ : versus occidentem, terminatur Iberia sive Hispania. Septentrionalis limes est Navarræ regio. Barcenone urbs occidentem spectans divitiis potentiaque excellit. Administratur plerumque in aristocratiam conversa. Permittitur ei ab Tarraconnensium rege, suo jure vivere. E regione hujus urbis sita est Cyrnus (quæ et Corsica), insula opulenta et populosa : cujus ambitus complectitur duo millia stadiorum. Nec procul abest alia insula quæ Majorica (seu Minorica potius) dicitur, quæ et ipsa subjecta est Tarraconnensium regi, et ab eodem principem accipit. Sardinia, quæ insula maxima exsistit, cujus ambitus continet quinque millia stadiorum, Tarraconnensium quoque regi obtemperat, et sub ejus ditione agit. Sunt in hac insula urbes duæ opibus florentes Orestilia et Sagera (58) : quarum una versus orientem, altera versus meridiem insulæ sita est. Piscatores hujus insulæ plurimum lucri ex eo mari ferunt, atque hinc in alium orbem pervenitur. Iberia, qua initium sumit ab Gal-

A Ἀλφόνσος μὲν οὖν τὴν Λιγύων χώραν καὶ Ταρακῶνος ἐπέτρεψε τῷ ἀδελφῷ βασιλεῖ γενομένῳ Ναβάρης. Τοῦτον γὰρ ἀπὸ Ταρακῶνος ἐπαγόμενοι οἱ τῆς Ναβάρης χώραν ἐνοικοῦντες, ὅτι γυναῖκα ἐγεγαμήκει τοῦ βασιλέως θυγατέρα, καὶ σφίσιν ἐστήσαντο βασιλέα κατὰ τὰ σφῶν αὐτῶν ἔθιμα. Οἱ γὰρ πρὸς ἑσπέραν οἱ πλείους σχεδόν τοι ἀποφέρονται μὲν καὶ τὰς τῶν πόλεων προσόδους· ἀρχὰς δὲ οὐ πάνυ τοι αὐτοῖς ἔξεστιν ἐγκαθιστάναι ἐς τὰς πόλεις, ἢ φυλακάς· ἀλλ' αὐτοί τε οἱ ἐπιχώριοι τάς τε ἀρχὰς μετίασι, καὶ φυλακὰς καταστησάμενοι, τὴν χώραν ἐπιτροπεύουσι. Καὶ τὰ πάτρια σφίσι βιάζεσθαι οὐκ ἔξεστι τοὺς ἐπιχωρίους τὸν βασιλέα, παρὰ τὰ σφῶν αὐτῶν ἔθιμα. Τότε μὲν οὖν ὡς ἐπα-
B γόμενον σφίσι βασιλέα τῶν Ναβάρης ἀστῶν, ἐπὶ τὴν χώραν τὸν [77] Ἀλφόνσου ἀδελφὸν, ἐγένετο αὐτῷ ἀπὸ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ παῖς, καὶ ἐτράφη, ἀμφὶ τὰ δώδεκα ἔτη γεγονὼς, τὸν μὲν παῖδα κατέσχον αὐτοῦ· τὸν δὲ βασιλέα ἀπεπέμψαντο, φάμενοι, ὡς ἐπεί τε ἐγένετο παῖς, οὐ μετεῖναι αὐτῷ τῆς βασιλείας ἔτι τοῦ λοιποῦ, ἀλλ' εἰς τὸν παῖδα ἀνήκειν. Ταῦτα μὲν ὕστερον οὐ πολλῷ ἐγένετο. Ὅτε δὲ ἐπὶ Ἰταλίαν ἀφίκετο Ἀλφόνσος, τόν τε ἀδελφὸν κατέλιπεν ἐπιτροπεύειν τὴν χώραν αὐτοῦ. Ἄρχεται δὲ αὕτη ἀπὸ Βαλεντίας τῆς χώρας. Καὶ [78] ἡ Βαλεντία πόλις ἐστὶ μεγάλη τε καὶ εὐδαίμων· καὶ βασίλειά ἐστιν ἐν αὐτῇ βασιλέως Βαλεντίας. Οἰκεῖται δὲ αὕτη ἡ πόλις ἀπὸ τοῦ πορθμοῦ τῶν Ἡρακλείων στηλῶν, διέχουσα σταδίους ἀμφὶ τοὺς ἑπτακοσίους,
C ἀντικρὺ Σαρδόνος τῆς νήσου. Μετὰ δὲ ἡ Ταρακὼν καλουμένη χώρα διήκει ἔστε ἐπὶ Βαρκενώνην. Ταύτης δ' ὡς ἔχεται τῆς Ταρακῶνος χώρας ἐπὶ Προβεντίαν τὴν Γαλατίαν. Ὥστε δεῖ λέγειν τοὺς ὅρους τῆσδε τῆς βασιλέως χώρας. Τὸ μὲν πρὸς ἕω ὁρίζοιτο ἂν τῇ Γαλατίᾳ τῆς Προβεντίας, τὸ δὲ πρὸς ἑσπέραν τῇ Ἰβηρίᾳ, τὸ δὲ πρὸς ἄρκτον τῇ Ναβάρῃ. Βαρκενὼν δέ ἐσσι πόλις τῶν πρὸς ἑσπέραν πλούτῳ τε καὶ δυνάμει ὑπερφέρουσα. Διοικεῖται δὲ ἐς ἀριστοκρατίαν τετραμμένη τὸ πλέον, καὶ ὑπὸ βασιλεῖ Ταρακῶνος ἀξιοῖ πολιτεύεσθαι ἐς τὰ πάτρια. Ἀντικρὺ δὲ ταύτης Κῦρνός ἐστι νῆσος, εὐδαίμων τε καὶ πολυάνθρωπος· καὶ ἡ περίοδος τῆς νήσου λέγεται ἀμφὶ τοὺς δισχιλίους σταδίους. Ἔστι δὲ παρ' αὐτῇ καὶ νῆσος ἑτέρα, ἡ Μείων καλουμένη
D αὕτη καὶ ἐν τῇ ὑπὸ τῷ Ταρακώνων βασιλεῖ ταττομένη, ἄρχοντα λαμβάνει. Σαρδὼ μέντοι ἡ νῆσος, μεγίστη τε οὖσα, καὶ ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους σταδίους ἔχουσα, τὴν περίοδον ὑπὸ τῷ βασιλεῖ τούτῳ διατελεῖ. Δύο δὲ πόλεις εἰσὶν ἐν αὐτῇ εὐδαίμονες, Ὀρτύγιά [79] τε καὶ Σαγέρη· ἡ μὲν πρὸς ἕω τῆς νήσου, ἡ δὲ πρὸς μεσημβρίαν ἔχουσα οἰκεῖται. Κουρέλιον [80] δ' ἐν ταύτῃ τῇ νήσῳ οἱ ἁλιεῖς δρέπονται ἀπὸ θαλάσσης τῆς νήσου, καὶ ἐντεῦθεν εἰς τὴν

Notulæ marginales.

(57) Navarræ.

(58) Orestangi et Calloris.

[77] τοῦ. *R. ut in c.* [78] *Al.* ἡ δέ. [79] Ὀρεστήλια. [80] *In ora* Κοράλιον. *Conjectura ducor locum hunc sic certendum esse, « Coralium in hac insula piscatores e mari colligunt, quod eam alluit, atque illinc in reliquas orbis regiones pervenit. »*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἄλλην ἀφικνεῖται οἰκουμένην. Ἰβηρία δὲ ὡς ἔχει, ἀρξαμένη ἀπὸ Γαλατίας, ἀφ' ἧς χώρας Κελτίβηρες διαδέχονται, καὶ Γασκώνη χώρα, ὑπὸ τῷ Κελτῶν βασιλεῖ διατελοῦσα. Μετὰ δὲ τὸ πρὸς ἕω Πεσκαΐων[81] χώρα διαδέχεται, ἐπὶ Ἰβηρίαν διατείνουσα. Ἰβηρία δὲ μεγίστη οὖσα τῶν πρὸς ἑσπέραν χώρα μετά γε τὴν Κελτικήν, διήκει ἐπὶ ὠκεανὸν τὸ πρὸς ἑσπέραν, τὸ δὲ πρὸς ἕω Ναβάρῃ τε καὶ Γαλατίᾳ, καὶ τὸ πρὸς μεσημβρίαν τῇ Πορτουγαλλίᾳ, ἥτις παράλιος οὖσα χώρα ἐπὶ τοῦ ὠκεανοῦ, ἐπὶ πολὺ διήκει, καὶ τῇ τῶν Λιβύων τῆς Γρανάτης χώρᾳ. Ἐντὸς δέ ἐστι τὸ τοῦ Ἰακώβου ἱερόν. Πορτουγαλλία δεχομένη τῆς Ἰβηρίας, διήκει ἐπὶ τὴν ἐντὸς θάλασσαν, τοῦ πορθμοῦ ἐπὶ τὴν τῆς Γρανάτης χώραν. Τῆς δὲ Ἰβηρίας χώρας, μεγίστης τε οὔσης καὶ εὐδαίμονος, πόλεις εἰσὶν, ἐν αἷς τὰ βασίλεια, ἥ τε Διβίληνα καλουμένη, μεγάλη τε καὶ πολυάνθρωπος, καὶ Κορδύβη, Μορσίκη, καὶ τὸ λεγόμενον[82] τὸ Λέδον, καὶ Σαλαμάγκη. Καὶ ἱερὸν δὲ τοῦ Ἰακώβου ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ ἐστὶ παρὰ τὸν ὠκεανὸν καὶ τὴν ἐντὸς θάλασσαν. Διήκει δὲ καὶ πρὸς τὴν ἐντὸς θάλασσαν ἡ τοῦ Ἰβήρων βασιλέως χώρα. Πορτουγαλλία δὲ οἰκεῖται πρὸς τῷ πορθμῷ, ἀπὸ Γρανάτης ἀρξαμένη ἐπί τε τὸν πορθμὸν καὶ τὴν ἐκτὸς θάλασσαν[83] ἄχρις Ἰβηρίας. Γρανάτη δὲ ἡ χώρα, μεσόγαιος οὖσα, ἐπὶ τὴν Ἰβηρίαν καὶ Γαλατίαν διατείνουσα, οὐ πάνυ τοι οὔτε τῇ ἐντὸς θαλάττῃ, οὔτε τῷ ὠκεανῷ προσχρῆται. Ὁ μέντοι Ἰβηρίας βασιλεὺς μέγιστον δύναται τῶνδε τῶν χωρῶν· καὶ οἴκου ὢν τοῦ Ἀλμηνίου τῆς Γαλατίας, τῶν Λιβύων, τὴν τῆς Γρανάτης χώραν ἄγων καὶ φέρων, οὐ παύεται διαπολεμῶν. Καὶ φόρον μὲν ἀπάγει ὁ τῆς Γρανάτης Λιβύων βασιλεὺς τῷ Ἰβήρων βασιλεῖ, ὁπότε σπένδοιτο. Πολλάκις δὲ ἐπελαύνων, πολιορκεῖ τε τὴν πόλιν, καὶ τὴν χώραν αὐτοῦ λῃΐζεται. Ὀρεινὴ δέ ἐστιν ἐπ' ὄρους, ὃ ἀπὸ τῆς ἐντὸς θαλάσσης ἀρξάμενον, κατατείνει ἐπὶ τὸν ὠκεανὸν, ἐπὶ τὴν Πορτουγαλλίαν χώραν. Οὗτοι μὲν οὖν οἱ βασιλεῖς, πρός τε ἀλλήλους διενεχθέντες τε, ἐπολέμησαν πολλαχῇ, καὶ κοινῇ πρὸς τὸν βάρβαρον· τά τε ἄλλα καὶ πρὸς τὸν Ἰβηρίας τοῦτον βασιλέα, Ἀλφόνσος ὁ Ταρακῶνος βασιλεὺς, πρινὴ ἐς Ἰταλίαν ἀφικέσθαι. Ἐπολέμησε[84] δὲ ἀπὸ αἰτίας τοιᾶσδε. Καὶ αὐτός τε ἑάλω ὑπὸ στρατηγοῦ τοῦ Ἰβήρων βασιλέως, Ἀλβάρω τοὔνομα[85]. Ἔχειν δὲ καὶ τραύματα ξυνέβη ἀμφοῖν. Ὡς δὴ συλλέξας στράτευμα, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ναβάρης βασιλέα παραλαβὼν, ἐστρατεύετο ἐπὶ τὸν Ἰβηρίας βασιλέα, ἐσέβαλεν ἐς τὴν Ἰβηρίαν, ἐπαγομένων αὐτὸν ἐπὶ τὴν χώραν τῶν ἐν τῇ χώρᾳ εὐδοκιμούντων ἐνίων διὰ τὸ πρὸς τὸν Ἄλβαρον μῖσός τε καὶ ἔχθος αὐτῶν. Τοῦτον γὰρ ἰδιώτην ὄντα ἀπὸ Ταρακῶνος, καὶ ἀπὸ μικροῦ πάνυ ὡρμημένον, καὶ ἐπὶ ἀρετῇ

A lia, habet finitimos Celtiberos, quibus annexa est Gasconia regio, sub Gallorum rege degens. Postea succedit Pescainorum (59) regio, versus orientem in Iberiam tendens. Iberia, quæ post Galliam maxima regio inter occidentales est, versus occidentem in Oceanum excurrit. Ab oriente Navarram et Galliam habet; versus meridiem panditur in Turtugannam (60), quæ maritima regio est, et ad Oceanum se extendit: etiam regione Granata, quæ sub Pœnorum sive Maurorum imperio est, terminatur. Intra hanc Jacobi sepulcrum visitur. Hinc Portugalia regio Hispaniæ subit, quæ se extendit ad mare, quod intra trajectum est, quo venitur ad Granatam

B regionem. Iberia cum regio sit maxima et ditissima, urbes habet regias, Dibitinam urbem magnam et populosam, Cordubam, Morsicam, necnon Ludum et Salamancam. Etiam sepulcrum Jacobi in ea regione, juxta Oceanum et mare externum, celebre est. Ad mare vero internum **146** Iberorum quoque regis terra porrigitur. Portugalia sita est juxta trajectum, a Granata incipiens, usque ad trajectum et internum mare excurrens, vergit in Iberiam. Granata, quæ regio mediterranea est, in Iberiam et Galliam procurrit, nec multum vel interno vel externo Oceano utitur. Iberorum rex in istis duabus regionibus plurimum potest: qui cum sit ortus de familia Almenii (61) Galliæ, Granatæ regionem, quæ Pœ-

C norum est, ferens atque agens, haud cessat bellum gerere. Rex Pœnorum, Granatam qui regit, ubi pax composita fuerit, Iberorum regi tributum pendit, qui interdum accurrens urbem obsidet, et regionem populatur. Ea autem regio montana est, et a monte qui a mari interno initium sumit, panditur in Oceanum et ad Portugaliæ regionem. Hi reges sæpius inter se dissidentes, bella gesserunt. Interdum copiis conjunctis molem belli omnem in barbarum averterunt. Inter cætera etiam bello lacessivit Alphonsus Tarraconnensium rex regem Iberorum (62), priusquam in Italiam venisset. Belli autem ejus hæc assignatur causa. Ipse quidem captus est ab Iberorum regis duce, quem Albarum (63) appellabant.

D Uterque tamen vulnera accepit. Itaque contractis copiis, et assumpto fratre Nabaris rege, bellum movit contra Iberorum regem, cum adjuvaretur opera quorumdam Iberorum nobilium, qui Albarum incitatissimo odio prosequebantur. Hunc enim, cum humili genere in Tarraconnensium regione foret natus, et privatam sequeretur vitam, tandem virtute nobilitatum, et ab omnibus pluri-

Notulæ marginales.

(59) Biscaiorum.
(60) Al. *Turritaniam*, al. *Portugaliam* sive Mauritaniam ac fretum Gaditanum.
(61) Alencorii.
(62) Joannem.
(63) Alvarum a Luna, Castiliæ præfectum.

[81] Οὐϊσκάϊων *in al. ut c.* [82] *In al. ut cont.* [83] ἐντός. *R. ut in c.* [84] *In uno*, ἀφικέσθαι διεπολέμησεν ἀ. [85] Ἀλβάρου. *in al. manusc.* Ἀλβάνω. *in uno* Ἀλβάρου. *In al. ut in c.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mum honoratum declaravit regionis suæ imperatorem. Qui imperator creatus, quocunque bellum vertisset, semper gloria coruscans et re bene gesta redibat. Itaque cum ab Iberorum rege contra Alphonsum esset missus, haud socordiæ locum fore ratus Alphonsus cum exercitu Albaro in regione occurrit, quasi prælii potestatem facturus. Postea Alphonsus adhibito in auxilium fratre, in Iberiam ingressus est, ut contra regem decertaret. Obviam autem procedens Albarus, misso præcone jussit eum excedere, si sapiat, quam celerrime ex sua regione. Cum autem Alphonsus responderet se non accedere ut patris ejus asinos in pascua duceret, sed se adesse ut acie dimicet, copias in aciem deduxit : et cum utroque fratre confligens, victoria potitus est. Cum autem prælium committeretur atrox, Albarus Tarraconnenses terga vertere coegit : et fugientes persecutus, fratres ambos comprehendit, magnaque Tarraconnensium strages facta est. Ut reges ambo ad Iberorum regem sunt adducti, nihil mali sunt passi. Verum juramenti religione **147** fides accepta est, ne quid postea novi in sua regione molirentur ; et impune dimissi sunt ad sua. Postea Alphonsus, ut supra ostendimus, in Italiam et in Siciliam venit : qui ab iisdem captus, ad Mediolani ducem, ut antea docuimus, ductus, ab eodem inviolatus et incolumis ad sua remissus est. Uxorem suam Alphonsus in Tarracone reliquit, nec multis annis interjectis, eo reversus est, ut eam viseret. Nam in Italia et Sicilia versabatur, plerumque aut amori aut rei militari operam dans. Quomodo ei in Italia res successerint, deinceps dicetur. Regi Iberorum, de quo supra verba feci, bellum fuit cum Granatæ rege Pœno. Pœni jam olim trajicientes, Marcliam (64) Europæ urbem, quæ distabat a Libya stadiis ducentis quinquaginta, occuparunt (65). Hinc progressi, Iberiam suo imperio junxerunt : postea, cum memorabilia ubique facta ederent, etiam contra Galliam bellum promoverunt, mirum in modum res suas augentes. Nec etiam ab Tarracone et Valentia abstinuere. Galli igitur adjuncti Iberiæ regibus, contra Pœnos bellum susceperunt, eosque in urbem munitam se recipere compulerunt : urbem vero postea expugnarunt. Adhuc hodie ad urbem hanc accedunt, hostiliter incursionem facientes, et exercitum interdum adducentes.

Et sane Iberorum rex dominus Joannes, ut antea significavimus, contra eos profectus est, præmisso Albaro duce, qui regem ad delendos Pœnos in-

A ἐπίσημον γενόμενον, ὡς παραχρῆμα ἐπεδίδου μέγα, ὑπὸ πάντων δι' ἀρετὴν τιμώμενον, στρατηγόν τε ἀπέδειξε κατὰ τὴν χώραν αὐτοῦ. Καὶ ἐπὶ στρατηγίας καθιστάμενος, μέγα ἀπανταχοῦ εὐδοκίμει. Τότε δὴ ὡς παρὰ τῷ Ἰβήρων βασιλεῖ, ἐπὶ Ἀλφόνσον πεμφθεὶς σὺν τῷ στρατεύματι, ὑπήντα αὐτῷ κατὰ τὴν χώραν, ὡς ἐναντιωσόμενος[66]. Ἐπεὶ δὲ ἐπιὼν ὁ Ἀλφόνσος, συμπαραλαβὼν καὶ τὸν ἀδελφὸν, ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ ἐγένετο, καὶ ἐπήλαυνεν. Ἐνταῦθα αὐτῷ ὑπαντιάσας ὁ Ἄλβαρος, ἐστρατοπεδεύετο, καὶ κήρυκα ἐπιπέμπων, προηγόρευεν ἀπαλλάττεσθαι, ἢν σωφρονῇ, ὡς ἔχει τάχιστα ἐκ τῆς χώρας. Καὶ ἀποκρινομένου, ὡς οὐκ ἐπὶ τοὺς ὄνους τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἄπεισιν ἐς νομὴν αὐτοὺς ἄξων, ἀλλὰ στρατηγήσων αὐτῷ πάρεστιν, ἐς μάχην ἐτάσσετο· καὶ συμβαλὼν, B ἐμάχετο ἀμφοῖν τοῖν ἀδελφοῖν. Μάχης δὲ καρτερᾶς γενομένης, ὡς οἱ περὶ Ἄλβαρον ἐτρέψαντο τοὺς Ταρακῶνας, ἐπεδίωκον ἀνὰ κράτος, καὶ ἄμφω τὼ ἀδελφὼ συλλαμβάνουσι, καὶ πολλοὺς τῶν Ταρακώνων κατέβαλον ἐν τῇ διώξει. Ὡς δὲ ἀπήχθησαν παρὰ τὸν Ἰβήρων βασιλέα ἄμφω τὼ βασιλέε, κακῷ[67] μὲν οὐδὲν εἰργάσατο αὐτοὺς, ὅρκοις δὲ καὶ πίστεσι κατσλαβὼν, τοῦ λοιποῦ μηδὲν πλέον νεωτερίζειν περὶ τὴν ἑαυτοῦ χώραν, ἀφῆκεν ἀσινεῖς ἀπιέναι. Μετὰ δὲ ταῦτα Ἀλφόνσος ἀφίκετό τε ἐς Ἰταλίαν, ὡς πρότερόν μοι δεδήλωται, καὶ ἐπὶ τὴν Σικελίαν. Καὶ κατασχὼν τὴν Νεαπόλεως βασιλείαν, πρός τε τοὺς Ἱππυΐους ἐπολέμει· ἔνθα δὴ καὶ ἑάλω ὑπὸ τούτων, ὡς ἐν τῷ ἔμπροσθεν[68] ἐπεξῆλθον λόγῳ. Καὶ ἀχθεὶς παρὰ τὸν Μεδιολάνου ἡγεμόνα, αὖθις ἀπε- C λύθη. Τὴν μέντοι γυναῖκα αὐτοῦ καταλιπὼν ἐν Ταρακῶνι, οὐκέτι πάλιν ἀφίκετο ὀψόμενος πολλῶν ἐτῶν. Αὐτοῦ δὲ ἐς ἔρωτας τὰ πολλὰ διατρίβων, διεγένετο χρηματίζων τε ἔρωτι καὶ τοῖς ὅπλοις. Ἡ μὲν αὐτῷ τὰ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἀπέβαινεν, ὕστερόν μοι δηλοῦνται[69] προϊόντι τῷ λόγῳ ἐς ἀφήγησιν· τῷ δὲ βασιλεῖ Ἰβηρίας, περὶ οὗ μοι ἐλέγετο, συνῆπτε πόλεμος πρὸς τὸν βασιλέα Λιβύων τὸν ἐν Γρανάτῃ· οἱ δὴ ἀπὸ Λιβύης τὸ παλαιὸν διαβάντες, καὶ Μαρέλιαν πόλιν παράλιον τῆς Εὐρώπης κατασχόντες, διέχουσαν ἀπὸ Λιβύης ὡσεὶ σταδίους πεντήκοντα καὶ διακοσίους· καὶ ἐντεῦθεν ὁρμώμενοι, τήν τε Ἰβηρίαν σφίσιν ὑπηγάγοντο, καὶ ἔργα λαμπρὰ ἀποδεικνύμενοι, ἐπὶ Κελτικὴν τὴν χώραν αὐτῶν ἐπὶ μέγα αὔξοντες, προηγάγοντο καὶ ἐπὶ Ταρακῶνα καὶ Βαλεν- D τίαν. Πρὸς τούτους δὴ ἀπὸ τῶν Κελτῶν κατιόντες οἱ τῶν Ἰβήρων βασιλεῖς, διεδέξαντο τὸν πρὸς Λίβυας τούτους πόλεμον, ἐς πόλιν ἐχυρὰν συνελάσαντες. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπολιόρκουν, καὶ ἐς δεῦρο ἔτι τελοῦσι, τῇ πόλει τε ἐπελαύνοντες αἰεί τε καὶ στρατὸν ἐπάγοντες.

Καὶ δὴ ὁ τῶν Ἰβήρων βασιλεὺς δόμνος Ἰωάννης, ὃς πρότερόν μοι ἐλέγετο, ἐπελαύνων, προάγοντός τε τοῦ Ἀλβάρου, καὶ ἐποτρύνοντος βασιλέα, ἐξελεῖν

Notulæ marginales.

(64) Gibelterram.
(65) Saracenorum in Europam irruptio contigit anno 712.

[66] ἐναντιωσάμενος. *R. ut in c.* [67] κακοῦ. *R.* κακόν. [68] *In mno* πρόσθεν. [69] δηλοῦνται. *S.c etiam R.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοὺς Λίβυας, ὡς δὴ καταστρεψάμενος ἐπῆγε τὸν στρατὸν ἐπὶ τὴν πόλιν. Ἐνταῦθα ὡς οἱ Λίβυες ἐπολιορκοῦντο δεινῶς, καὶ ἐς τὸ ἔσχατον λιμοῦ ἀφικόμενοι[90] ἐς ἀπορίαν ἀπελαθέντες, μηχανῶνται τοιόνδε. Ἡμιόνους δυοκαίδεκα ἰσχάδων φορτία συσκευασάμενοι, ἤλαυνον ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. Τὰς δὲ ἰσχάδας, ὡς κατὰ μίαν ἑκάστην διασχίζοντες ἐνέβαλον ἐντὸς χρύσινον ἕνα, καὶ συνετέθηντο[91] αὖθις. Τὸ δὲ νόμισμα τῆς Ἰβηρίας χρυσοῦν δύναται χρυσίνους Οὐενετῶν δύο ἕκαστον. Ταύτας δὲ τὰς ἰσχάδας, ὡς ἐσκευάσαντο οὕτω, καὶ ἐπὶ τοὺς ἡμιόνους ἀνετίθεσαν[92], ὥστε δύνασθαι φέρειν ἕνα ἕκαστον, ἤλαυνον ἐπὶ τὴν τοῦ Ἀλβάρου σκηνήν. Τὸν δὲ, ὡς ἐπέγνω τὸ ἐν ταῖς ἰσχάσι χρυσίον, ἐρέσθαι τὸν φέροντα, ὅ τι βούλοιτο αὐτοῖς τὸ χρυσίον ἐν ταῖς ἰσχάσιν. Ὁ δὲ τοὺς ἡμιόνους ἐλαύνων ἀπεκρίνατο, ὡς τὸ χρυσίον τῆς πόλεως συναγαγὼν ὁ βασιλεὺς ἐπιπέμπει λέγων, ὡς Ἤν τε ἕλῃς τὴν πόλιν, ἤν τε μὴ ἕλῃς, πλέον τούτου χρυσὸς οὐκ ἄν ποτε γένοιτό σοι ἀπὸ τῆς πόλεως. Καὶ ἢν ἐξέλῃς τὴν πόλιν, ἀποβαλεῖς ἑαυτῷ ἀπὸ Λιβύης πολλαπλάσιον ἐσόμενον σοί τε καὶ ἡμῖν. Ἤν δὲ μὴ ἐξέλῃς τὴν πόλιν, ἕξεις καὶ τοῦ λοιποῦ, ὅσα ἂν ἀπὸ Λιβύης ἐς ἡμᾶς νομίζεται[93], ταμιεύεσθαι. Ταῦτα πυθόμενον, λέγεται, καὶ Ἄλβαρον φέροντα τὰς ἰσχάδας, ἀφικέσθαι ἐς ὄψιν τῷ βασιλεῖ, καὶ διασχίσαντα τὰς ἰσχάδας, τῷ βασιλεῖ[94] εἰπεῖν· Ὦ βασιλεῦ, τὸ δένδρον ἐκεῖνο, ὃ φέρει τοιοῦτον ἡμῖν καρπὸν, οὐ καλῶς ἔχει ἡμῖν ἐκκοπῆναι· τοιούτῳ γάρ τοι καρπῷ οὐκ ἔχοιμεν ἂν ἔτι τοῦ λοιποῦ χρῆσθαι· καὶ ἡμεῖς οὐκ ἔτ' ἂν ἐν δέοντι χρησαίμεθα τῇ εὐδαιμονίᾳ, κατακόρως αὐτῇ ἐμφορούμενοι ἐν τῷ παρόντι. Ὁρᾷς ὡς τὰς ἀμπέλους ἀφαιροῦνται ὅσον ἱκανῶς ἔχει αὖθις ἀποδιδόναι καρπόν. Ἤν δὲ διάσηταί τις αὐτὴν, οὐκ ἔχει χρῆσθαι αὐτῇ ἐς τὸ δέον. Ταῦτα ἀκούσαντα τὸν βασιλέα, ὡς ἔδοξέν οἱ προσφυῆ λέγειν, ἀπαγαγεῖν τὸν στρατόν. Τοῦτον[95] μὲν οὖν ἀγαγόντι τὴν βασιλέως Πορτουγαλλίας θυγατέρα ἐγένετο παῖς, Κήρικος τοὔνομα, ἀνὴρ τὰ πολέμια ἀγαθός. Ὃς ἐπεί τε ἠγάγετο τοῦ Γρανάτης βασιλέως θυγατέρα, καὶ οὐκ ἐγένετο αὐτῷ συγγενέσθαι, ἀπεπέμψατο, καὶ δευτέραν ἐπηγάγετο[96] γυναῖκα, ἀνεψιὰν αὐτοῦ, θυγατέρα τοῦ Πορτουγάλλων βασιλέως, εἶδος λεγομένην πασῶν τῶν εἰς ἐκεῖνα τὰ χωρία εἶναι καλλίστην· ὑποτιθεμένων αὐτῷ τῶν ἀρίστων, ὡς ἣν ἄλλην ἐσαγάγοιτο γυναῖκα, οἷός τε ἔσοιτο συγγενέσθαι. Τὴν μέντοι θυγατέρα τοῦ Ναβάρης βασιλέως ἠνάγκασε ἐς τὸ τῶν Ναζηραίων σχῆμα ἰέναι, καὶ ἀπέδωκεν αὐτῇ χρήματα. Ὁ δὲ Πορτουγαλλίας βασιλεὺς οἰκίας ἐστὶ τῶν Γαλατίας βασιλέων. Συμβάλλομαι δὲ τήνδε τὴν χώραν ἀπὸ παλαιοῦ πρὸς τοὺς Λίβυας διενεχθέντας τοὺς Κελτῶν βασιλεῖς καταστρεψαμένους, ὑφ' αὐτοῖς ποιήσασθαι, καὶ παραδοῦναι τοῖς ἐξ αὐτῶν γινομένοις. Ὡς δὲ καὶ τὴν Ναβάρης βασιλείαν ἀνήκειν ἐς

A flammabat, et copias urbi admovit. Cum autem gravissima obsidione premerentur Pœni, famesque intoleranda foret, dubii quid agerent, hujusmodi quid excogitarunt. Mulis duodecim ficorum onera imponunt. Ficis onusti ad hostium castra feruntur. Ficos autem dividentes, singulis aureum nummum injecerunt, divisosque deinde iterum conjunxerunt. Nummus vero aureus Hispanorum duobus aureis Venetorum valet. Hos igitur ficos cum imposuissent mulis, profecti sunt ad Albari tentorium. Qui viso auro, quod ficis conditum erat, agasonem interrogavit: Quid sibi vult aurum ficis inclusum? Agaso respondit: Rex aurum quod in urbe est collegit omne, dicens, Sive ceperis, sive non ceperis urbem, plus auri quam B aliatum est, haud invenies. Et si urbem captam destruxeris, multum auri, quod ex Libya tibi et nobis afferetur, amittes; sin autem urbem non dirueris, poteris in posterum quæcunque ex Libya ad nos devenerunt, quasi thesaurum huc collecta acquirere. Hæc cum accepisset Albarus, acceptos ficos detulit in **148** conspectum regis, quos diducens et aperiens, inquit: Arborem istam, quæ hunc producit fructum, non censeo exscindendam esse, nam deinceps non amplius fructu isto possemus frui: et nunc saturati in posterum non amplius ista felicitate uti possemus. Nam cernis vinitores vineas putare, amputantes tantum inutilia et superflua, ut fructum tandem uberiorem reddant: C quod si eas penitus eruerint, nequeunt earum fructu, cum necesse fuerit, amplius recreari. His auditis rex, quia probabilia dicere videbatur Albarus, jussit eum abducere exercitum. Huic, cum duxisset regis Portugaliæ filiam in uxorem, natus est filius nomine Ciricus (66), vir rei militaris peritissimus. Qui matrimonium contraxit cum Granatæ regis filia: quam, quia non poterat cum ea concumbere, repudiatam dimisit. Uxorem alteram assumpsit consobrinam regis Portugaliæ, quæ formæ venustate omnes, quotquot in istis regionibus agebant, anteibat. Hanc sibi associavit consilio optimatum, qui consulebant fore, si aliam uxorem duxisset, quod posset cum ea concumbere, sicuti D matrimonium postulat. Filiam regis Navarræ coegit habitum Nazaræarum sive monacharum assumere, eique opes ad istud vitæ institutum assignavit. Rex Portugaliæ ortus est ex familia Galliæ regum (67). Arbitror autem Gallorum reges belligerantes adversus Pœnos quondam regionem istam subegisse, et ad posteros suos transmisisse. Itaque Navarræ regnum putatur pertinere ad familiam regum Galliæ, nec nisi ex ista familia nato licere regnum istud suscipere. Nam Carolus imperator, et qui

Notulæ marginales.

(66) Chericus, Henricus.

(67) Lutzelburgica.

[90] ἀφίκοντο. *Sic etiam* R. [91] συνετέθουν. [92] ἀντεπετίθεσαν. *Al. ut c.* [93] [illegible]ζηται. [94] *Duo manusc. tantum habent*, εἶπεν. *R.* τῷ βασιλεῖ εἶπεν. *Al. ut in c.* [95] τούτῳ. *R. ut in c.* [96] ἐσηγ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

successerunt reges, existimantur regionem illam subjecisse et nepotibus suis reliquisse. Alphonsi autem fratrem tali conditione in regnum admiserunt, ut si ei natus esset filius ex uxore, quam duxerat propinquam genere Galliæ regibus, ipse deberet regno excedere, et filium sibi relinquere regem. Quod si nullum filium ex uxore sua tulisset, regnum pateretur recidere post obitum suum ad Galliarum regem. Qui hac conditione Navarræ regnum accepit, et cum nactus esset ex uxore filium, patrem dimiserunt, filiumque[97] regem communi consensu declararunt, quia descendebat ex familia, quantum ad maternum genus attinet, regum Galliæ. Hæc quidem adnotata sint mihi, sequenti totius historiæ propositum. Nunc unde digressus hucusque sermonem traxi revertor.

A τὴν οἰκίαν τῶν Γαλατίας βασιλέων νομίζεται, καὶ μηδενὶ ἑτέρῳ ἐξεῖναι παρελθεῖν ἐς τήνδε τὴν βασιλείαν. Καὶ γὰρ καὶ τήνδε Κάρουλος ὁ αὐτοκράτωρ, καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον βασιλεῖς, φαίνονται τήνδε αὐτοῖς καταστρεψάμενοι τὴν χώραν, ἀπολιπεῖν τοῖς ἀπὸ τῆς οἰκίας αὐτῶν ἐσομένοις. Τὸν μέντοι ἀδελφὸν Ἀλφόνσου ἐπηγάγοντο ἐπὶ τῷδε τῷ λόγῳ, ὡς ἐπεὶ ἔγημε γυναῖκα τοῦ οἴκου τῆς Γαλατίας, ἢν μὲν γένηται αὐτῷ παῖς, τόνδε μηκέτι τοῦ λοιποῦ διατρίβειν ἐν τῇ χώρᾳ, ἀλλὰ τὸν παῖδα καταλιπόντα σφίσι βασιλέα, αὐτὸν οἴχεσθαι ἀπαλλαττόμενον. Ἢν δὲ μὴ γένηται αὐτῷ παῖς, μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ, ἀποδοῦναι τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τὸν Γαλατίας ἡγεμόνα. Καὶ τόνδε δεξάμενον τοὺς λόγους, ἐπὶ τούτῳ παρελθεῖν ἐς τὸν Ναβάρης βασιλέα. Καὶ γεννηθέντος αὐτῷ παιδὸς, αὐτόν τε ἀπεπέμψαντο, καὶ τὸν παῖδα σφίσιν ἀπέδειξαν βασιλέα, τὰ πρὸς μητρόθεν[97] ὄντα τοῦ οἴκου τῶν Γαλατίας βασιλέων. Ταῦτα μὲν οὖν ἐς τοσοῦτον ἐχομένῳ τῆς τοῦ λόγου συμπάσης ὑποθέσεως ἀναγέγραπται ἐς ἀπόδειξιν· ἐπάνειμι δὲ, ὅθεν τὴν ἐκβολὴν τοῦ λόγου ἐποιησάμην, ἄχρι τοσοῦτον διενεχθείς.

B

Notulæ marginales.

[97] *In uno*, μητρός.

ΛΑΟΝΙΚΟΥ ΧΑΛΚΟΚΟΝΔΥΛΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΥ
ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ Η ΕΚΤΗ.

—

LAONICI CHALCOCONDYLÆ
ATHENIENSIS
HISTORIARUM
DE ORIGINE AC REBUS GESTIS TURCORUM
LIBER SEXTUS.

—

Synodus Ferrariensis, cui Joannes Palæologus interfuit. Wladislai Ungariæ et Nerii Athenarum ducis initia.

149 Amurates Mechmetis filius post expeditionem quam contra Caramanum sumpserat, bellum Dacis intulit, volens Draculis filium suo restituere principatui. Egressus autem regia copiis instructus, accepit Caramanum novarum rerum cupidum defectione animo agitare, ad idque negotium adhibere ducem Candylori, et alios Asiæ principes; cumque

C Ἀμουράτης δὲ ὁ Μεχμέτεω μετὰ τὴν ἐπὶ Καραμᾶνον ἔλασιν ἐστρατεύετο ἐπὶ Δακοὺς, ὡς τὸν τοῦ Δρακούλεω παῖδα κατάξων ἐπὶ τὴν ἀρχήν. Καὶ ὡς ἐπέλαυνεν ἤδη ἀπὸ τῶν βασιλείων παρασκευασάμενος, ἐπυνθάνετο Καραμᾶνον νεωτερίζοντα περὶ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ, βουλεύεσθαι ἀπόστασιν, συμπαραλαμβάνοντα καὶ τὸν τοῦ Κανδελόρου ἡγεμόνα,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ τινας ἄλλους τῶν τῆς Ἀσίας, ἐλπίζουσα [88] Παίονας ὡς ἐν βραχεῖ παρεσομένους ἐπ' αὐτὸν στρατῷ πολλῷ ἐπιόντας [89], καὶ τούς τε λοιποὺς τῶν τῆς Ἀσίας τυράννων παρεκάλει ἐπὶ ἀπόστασιν. Ἐπὶ τοῦτον δὴ ἀναζεύξας Ἀμουράτης ὁ Μεχμέτεω ἐστρατεύετο, καὶ Τυραχάνη τὸν Θετταλίας ὕπαρχον ἐπέστελλεν ἐλαύνειν ἐπὶ τὸν Πελοποννήσου Ἰσθμὸν, καὶ καθελεῖν τε τὸν Ἰσθμὸν, καὶ ἐπιδραμόντα τὴν Πελοποννήσου χώραν, ὅση ὑπὸ τοῖς Ἑλλήνων ἡγεμόσι τυγχάνει οὖσα, ἀπελαύνειν. Ὁ μὲν οὖν λαβὼν στράτευμα τὸ τῆς Θετταλίας, καὶ Περαιβίας τῆς λίμνης, ἀφίκετο ἐπὶ τὸν Ἰσθμὸν, καὶ καταλαβὼν αὐτὸν ἔρημον, καθεῖλέ τε αὐτὸν καὶ ἐσβαλὼν ἐς τὴν Πελοπόννησον, ἐδῄου [1] τε αὐτὴν τὴν χώραν. Καὶ ἐπὶ Σπάρτην ἀφικόμενος, τήν τε Λακωνικὴν ἐπέδραμε καὶ ἀπήλαυνε. Βασιλεὺς δ' εἰς τὴν Ἀσίαν διαβὰς, ἐπὶ Καραμᾶνον ἤλαυνε τὸ δεύτερον, καὶ τήν τε χώραν ἐδῄου καὶ ἐπεκράτει. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγένετο, Γεώργιος ὁ Τριβαλλῶν ἡγεμὼν, ἐς λόγους τῷ τε Ἰάγγῳ [2], καὶ τῷ Παιόνων βασιλεῖ ἀφικόμενος, καὶ τῶν ἀρίστων τῆς Παιονίας μετιὼν ἕκαστον, ἐνῆγεν ἐπὶ Ἀμουράτῃ στρατεύεσθαι, καὶ χρήματα ἐς τὴν ἐκστρατείαν ταύτην ὑπέσχετο ἱκανὰ δοῦναι τοῖς Παίοσιν, ἃ δὴ καὶ εἰσενέγκατο αὐτοῦ. Ταῦτα δὲ αὐτῷ συγκατειργάζετο καὶ Ἰάγγος [3], τοῖς μὲν Ἕλλησι φίλιος ἦν, αὐτῷ φίλος τε ὢν ἐτύγχανε. Ἰωάννης δ' αὖ [4] ὁ τοῦ Βυζαντίου βασιλεὺς ἐπολέμει πρὸς τοὺς Ἰανυΐους, διενεχθεὶς ἀπὸ αἰτίας τοιᾶσδε, τῆς ἀπὸ κουμερκιῶν τοῦ Γαλάτου ἕνεκα. Ἐνταῦθα οἱ Ἰανύϊοι ναῦς πληρώσαντες μεγίστας δὴ τῶν παρ' αὐτοῖς, καὶ τριήρεις τρισκαίδεκα, καὶ ἐμβιβάσαντες ἐς τὰς ναῦς ὁπλίτας αὐτῶν ἀμφὶ τοὺς ὀκτακισχιλίους, ἐπέπλεον ἐπὶ Βυζάντιον, ἐξελεῖν βουλόμενοι. Καὶ ἐπὶ τοὺς Σκύθας τοὺς περὶ Βόσπορον ἐστρατεύοντο. Τὴν γὰρ πόλιν αὐτῶν Καφᾶν καλουμένην, ἐπὶ τῷ Βοσπόρῳ οἱ Σκύθαι πρὸς τοὺς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ διαφερόμενοι, ἦγόν τε καὶ ἔφερον. Δι' ἃ δὴ καὶ πρὸς τὸν βασιλέα τῶν τῇδε αὐτοῦ Σκυθῶν Ἀτζικαρέην [5] πρέσβεις πέμψαντες, ὡς ξυμβαίνειν ἐπὶ τοῖς διαφόροις. Ὡς οὐδὲν σφίσι τῶν δεόντων ἀπέβαινεν, ἀνήνεγκαν τὴν πόλιν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν, ὡς οἱ Ἰανύϊοι δεινοῦ [6] τι ποιούμενοι, τοὺς Σκύθας λυμαίνεσθαι τῇ πόλει αὐτῶν ἀνήκεστον. Ἐτύγχανε δὲ κατὰ ταυτὸ καὶ ἡ πρὸς τοὺς Ἕλληνας αὐτῶν διαφορά. Παρεσκευάζοντο καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους στρατεύεσθαι ὡς ἐξελοῦντες. Ἀφικόμενοι δὲ ἐς Βυζάντιον, καὶ πόλεμον τῇ Κωνσταντίνου πόλει προαγορεύοντες, ἐπιπλεύσαντες δὴ ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον, παρῆσαν ἐς τὸν Καφᾶν. Ἐνταῦθα δὴ τῆς Χερρονήσου ἀποβάντες, ἵεντο εὐθὺς ὁμόσε ἐπὶ τοὺς Σκύθας. Ἐξιόντες δὲ ἀπὸ τῆς πόλεως, ἐπῄεσαν. Ἐνταῦθα οἱ Σκύθαι, ὡς ἑώρων τοὺς Ἰανυΐους οὕτω

speraret Pannones brevi magna manu subsidio venturos, spe externi auxilii illectus, Asiæ principes ad defectionem sollicitabat. Amurates igitur Mechmetis filius, ubi id parari animadvertit, mutato consilio cœptam expeditionem omisit, et bellum omne in Caramanum avertit. Turachanem 150 Thessaliæ præfectum jussit exercitum contra Peloponnesi Isthmum ducere eumque in potestatem redigere : deinde regionem Peloponnesi, quæ sub Græcis est, incursionibus vexare. Quibus peractis, eum inde abire jusserat. Turachanes quoque accepto Thessaliæ et Peresbiæ (68), quæ stagno adjacet, exercitu, ad Isthmum perrexit, quem desertum ab hostibus inveniens, occupavit : et hinc incursionem faciens in Peloponnesi regionem, vastitatem maximam reddidit. Etiam Spartam adiit, Laconiæque regionem populatus est. Quibus omnibus, quemadmodum præceperat rex, expeditis, abiit. Rex Amurates in Asiam transvectus, contra Caramanum exercitum ductabat, et secundo ejus regionem evastatam subigebat. Ea tempestate, qua hæc agebantur, Georgius Tryballorum princeps in colloquium venit cum Iango (69) et cum Pannonum rege : prehensansque singulos Pannoniæ proceres, persuasit ut contra Amuratem arma caperent. Opes autem plurimas immensamque pecuniæ vim Pannonibus ad eam expeditionem pollicebatur. Nec solum promisit, verum pecuniam Pannonibus, ut eos experiretur auxiliares, tradidit. Usus est plurimum opera ad eam rem Iangi, qui Græcis familiariter junctus erat. Joanni Byzantii regi bellum cum Januensibus erat propter commercia Galli cujusdam. Januenses implebant naves quas habebant maximas, necnon triremes tredecim : quibus imposuerunt suorum octo millia armatorum, et properabant contra Byzantium, volentes urbem eam capere. Eodem tempore etiam Scythis (qui et Tatari) bellum inferebant Januenses. Scythæ namque qui circa Bosporum colunt, inimicitiis moti, quam cum Caphensibus gerebant, Capham (70) urbem egerunt et tulerunt. Propter quæ miserant legatos ad regem Scytharum Atzikarem, petitum pacem : hac tamen conditione, ut sua reciperent. Cum nihil eorum quæ petiissent impetrare potuissent Caphenses, urbem ad Italiam reduxere, cum Januenses iniquis animis paterentur urbem suam ab Scythis adeo graviter divexari. Eodem tempore iis discordia cum Græcis fuit. Parabant itaque contra utrosque simul rem gerere, et utrosque armis domare. Appulerunt itaque Byzantium, indicentes Byzantiis bellum : et inde legentes Euxinum pontum venere Capham. Ibi igitur egressi navibus in Chersonesum, recta pergebant contra Scythas.

Notulæ marginales.

(68) Perrœbiæ.

(69) Joanne Huniade, qui et Corvinus, et Choniates, et Candidus.

(70) *Cembalum* habet Justinianus.

[88] ἐλπίζων. *In mno.* ἐλπίζοντα. *Al. ut c.* [89] *In uno,* ἐπιόντα. [1] *In uno,* ἐδ. τὴν χ. [2] Ἰάγχω. *al. ut c.* [3] Ἰάγχος. *al. ut c.* [4] *Al.* ἦν. [5] Ἀκιχαοέην. *Al. ut c.* [6] δεινόν τι. *Sic etiam in uno. In al. ut c.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

non multum in urbe morati. Scythæ audientes hostes accedere sine ordine palantes, plenos contemptu, et ipsi arma arripiunt. **151** Nam preterita die affusi fluvio cuidam, in ea regione castra posuerant, nec solitas ordinarant vigilias. Putabant enim Scythas nunquam eo audaciæ progressuros, ut secum ex acie dimicare sustinerent. Ibi igitur cum primi non exspectassent eos qui agminis postremi erant, ut in unum et in justam aciem collecti, prælium inirent, verum pedetentim et palantes incedentes pergebant contra hostes, extenuato maxime agmine. Scythæ igitur, ubi compererunt hostes appropinquare, confestim eis obviam progrediuntur, agminisque incompositi primos aggressi fuderunt et in fugam conjecerunt. Fugientes acerrime persecuti sunt. Januenses fuga ad suos delati, etiam eos fugæ socios traxerunt. Tandem prælium ad extremos venit, quos terga dare cogentes, ceciderunt impigre, nulli quemcunque nacti erant parcentes. Pauci quidam fuga evasere incolumes in urbem. Liberati igitur bello quod gessere parum feliciter cum Scythis in Bosporo habitantibus, navigarunt versus Byzantium, veneruntque Galatiam (quæ et Pera) urbem, quæ sita est e regione Byzantii in Europa. Ibi consultarunt communiter, quomodo Byzantium occupare possent. Militibus naves complent, et reliqua armamenta expediunt, navesque ad murum juxta portum appellunt, quasi navibus urbem expugnaturi. At Byzantii resistebant fortiter et ex muro in hostem pugnabant magna gloria. Januenses cum conarentur ex navibus ascendere in mœnia, nihil efficiebant: Byzantii enim hostes magna fortitudine repellebant. Cum igitur cœpta parum succederent, omnesque conatus irriti caderent, in dissensionem adducti, rediere in Italiam. Verum Galatia Januensium urbs longo tempore bellum gessit cum Byzantiis, cum utrinque tam Byzantii quam Galatæ bombardis rem gererent. At Leontares Joannes magno impetu in Galatiæ mœnia irruens, eam undique quasi indagine cinctam omni commeatu reliquisque necessariis interclusit: plurimos quoque Januenses cepit, cum feliciter et fortiter in eorum naves irrumperet. Hos vinctos adduxit ad regem Joannem, qui ea tempestate agebat in Xyllæ domicilio. Fuerunt autem captivi numero trecenti, quos omnes in Galatiæ vallo nactus erat. Postea legatos ultro citroque mittentes super commerciis et vineis, quæ extra Galatiam erant, Januenses grato animo excipiebant quæcunque statuisset de illis rex. Cogebantur quoque numerare regi aureos mille propter turrim regiam, quam tempore obsidionis bombardis disjecerant, **152** necnon propter officinas

A κόσμῳ οὐδενὶ ταξαμένους ἐπιέναι αὐτοῖς, λόγον οὐδένα σφῶν ποιουμένους. Τραπόμενοι γὰρ τῇ προτεραίᾳ ἐπὶ ποταμόν τινα, αὐτοῦ ταύτῃ τῆς χώρας ηὐλίζοντο, οὔτε φυλακὰς καταστησάμενοι ἐς τὸ στρατόπεδον, οἰόμενοι δὴ οὐδέποτ' ἂν τοὺς Σκύθας ἐς τοσοῦτον τόλμης ἀφικομένους, ἐθελῆσαι ἀνακινδυνεύειν συμβάλλοντας. Ἐνταῦθα ὡς οἱ πρῶτοι αὐτῶν τοῦ στρατεύματος οὐκ ἀνέμενον τοὺς οὐραγοὺς, ὥστε ἐπὶ μέτωπον γενέσθαι τὸ στράτευμα, ἀλλ' ἐπὶ βάθος πορευομένους [7], βάδην ἐποιοῦντο, ἐπῆγον ἐπὶ τοὺς πολεμίους. Σκύθαι δὲ ἐνταῦθα ἐπέκειντο τοῖς πρώτοις αὐτῶν, ὡς τούτοις μαχόμενοι, ἐτρέψαντο αὐτίκα ἐπιτιθέμενοι, καὶ ἐδίωκον, ὡς ποδῶν εἶχεν ἕκαστος. Ἐνταῦθα ἐπέπιπτον ἐς τοὺς σφετέρους αὐτῶν, καὶ ἔτρεπον καὶ τούτους ἐς φυγὴν, καὶ οὕτως ἄχρι τῶν οὐραγῶν ἐγένοντο [8]. Τρεψάμενοι δὲ ἅπαν τὸ στράτευμα ἐς φυγὴν, ἐφόνευον, οὐδενὸς φειδόμενοι, πάντα δν ἐπικαταλαμβάνοιεν καταβαίνοντες [9], ἐς ὃ δὴ ἐς τὴν πόλιν διεσώζοντο, ὥστε μὴ ἀπολέσθαι. Οὕτω δὴ ἀπαλλαχθέντες τοῦ πρὸς Σκύθας, τοὺς ἐν τῷ Βοσπόρῳ νομάδας, κατέπλεον ἐς Βυζάντιον, ἀφικόμενοι ἐς Γαλατίην πόλιν τὴν καταντικρὺ Βυζαντίου ἐν τῇ Εὐρώπῃ. Καὶ κοινῇ βουλευσάμενοι δν τρόπον τὴν πόλιν μαχόμενοι ἑξέλωσι, τάς τε ναῦς ἐπλήρωσαν, καὶ ἐξοπλισάμενοι κατὰ τὸν Βυζαντίου λιμένα, προσέφερον τὰς ναῦς ἐπὶ τὸ τεῖχος, ὡς ἀπὸ τῶν νεῶν τὴν πόλιν αἱρήσοντες. Οἱ μὲν οὖν Βυζάντιοι παρεσκευάζοντο ἀμυνούμενοι, καὶ ἀπὸ τοῦ τείχους ἐμάχοντο πρὸς τοὺς Ἰανυΐους ἀξίως λόγου. Καὶ ὡς προσέβαλον τῷ τείχει ἀπὸ τῶν νεῶν, καὶ ἐπειρῶντο ἑλεῖν, οὐκ ἠδύναντο ἐπιβῆναι τοῦ τείχους, ἀμυνομένων τῶν Ἑλλήνων κατὰ τὸ καρτερόν· ἐνταῦθα, ὡς οὐδὲν αὐτοῖς προεχώρει, διέστησάν τε καὶ ἀπέπλεον ἐπὶ Ἰταλίας. Ἡ μέντοι πόλις τῶν Ἰανυΐων ἡ Γαλατίη ἐπολέμει ἐπὶ συχνόν τινα χρόνον τῷ Βυζαντίῳ, καὶ τηλεβόλους ἐξ ἀλλήλων οἵ τε Ἕλληνες καὶ οἱ ἐκ τοῦ [10] Γαλάτου ἐνέβαλον. Ὁπότε καὶ ὁ Λεοντάρης Ἰωάννης, τῷ τείχει τῆς [11] Γαλατίας σφοδρῶς ἐπεισπεσὼν, ἀπέκλεισε ταύτην, στερηθεῖσαν παντὸς τροφίμου καὶ τῶν ἄλλων, καὶ πολλοὺς τῶν ἀπὸ τῶν νηῶν τῶν Ἰανυΐων ἐπιδραμὼν οὗτος, κατέσχε, καὶ μεθ' ἁλύσεων τῷ βασιλεῖ Ἰωάννῃ ὄντι ἐν τῷ οἰκήματι τοῦ Ξυλλᾶ [12], προσεκόμισεν ὡσεὶ τριακοσίους, προσευρὼν τούτους ἐν τῷ χάρακι τοῦ [13] Γαλάτου. Μετὰ ταῦτα διαπρεσβευσάμενοι πρὸς ἀλλήλους, περί τε τῶν ἔξω ἀμπέλων [14] τοῦ Γαλάτου, καὶ περὶ τῶν κουμερκίων αὐτῶν, ὅπως συγκατατεθῇ ὁ βασιλεὺς, συγκατένευσαν οἱ Ἰανυΐοι, ἀποχαρίσαντες καὶ μᾶλλον τῷ βασιλεῖ χρυσίνους [15] χιλίους φθορᾶς ἕνεκα τοῦ ἐν τῇ βασιλίκου [16] πύργου, εἰς ὃν οἱ Ἰανυΐοι τηλεβόλους ἐχρήσαντο, καὶ τῶν ἐργαστηρίων, τῶν ἐν τῇ μέσῃ,

Notulæ marginales.

[7] *In uno* πορευόμενοι βάδην ἐπ. [8] *ut.* ἐγένετο. [9] *forte legendum*, καταχαίνοντες. *R. ut in cont.* [10] τῶν Γ. *sic etiam in uno, in al. ut c.* [11] τοῦ Γαλάτου *al. ut c.* [12] *In uno* Ξυλαλᾶ. [13] τῶν Γ. [14] *In uno.* ἀμπελίων. [15] Φλορία χίλια. [16] βασιλικῇ π.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐξ ὧν ἐχαλάσθησαν, καὶ τὴν σημαίαν αἴρειν τοῦ βασιλέως Ἑλλήνων. Ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον τοῖς Ἕλλησι προσενήνεκται [17] ἐς τοὺς Ἰανυΐους.

quæ in medio positæ erant, destructas, ut potiri possent imagine sive signo regis Græcorum. Bellum inter Byzantios et Januenses hujusmodi exitum habuit.

A runt, qui hunc regionis regem declaravit. Isaaco Scopiorum præfecto, qui finitimus erat Illyricis, istum adjuvare jubet in acquirendo principatu; hic exercitum præbens contra fratres, eorum regionem evastabat, plurimis inde abstractis mancipiis. Illo igitur rege pronuntiato, bellum gerebat cum fratribus et cum Illyriorum rege. Turci qui finitimam **285** circa tenebant regionem, plurima nanciscebantur mancipia. Cum autem prædas agerent mancipiorum ex omnibus quas scimus urbibus, ea continuo in Europam et Asiam transmittebant. Et ex quo rex coloniam in Scopiorum urbem deduxit, et Josue Isaaci filius regis nomine eam administravit, plurima ab Illyrico mancipia sunt abducta, et in Europam Asiamque translata, quorum numerus major erat quam sperare potuisset ab ea regione. Audio eam regionem, si quis longitudinem consideret, ab Triballorum regione et Dorobyza fluvio se extendere usque ad Sandalis regionem, et ad Ionium sinum stadiis octingentis. Latitudo vero regionis, qua excurrit ad Pannones et Triballos, complectitur duo millia stadiorum. A Triballis incipit regio Isaaci: hanc excipit deinde Pauli regio, cujus urbes se porrigunt usque in hanc regis Illyriorum regionem. Hi quidem jam ante bellum gesserant cum rege, nunc quidem Triballis, nunc vero Pannonibus adhærescentes: et cum adducerent Turcos, regionem Illyrico affusam populabantur, bellumque in Triballos avertebant. Cæterum Triballorum princeps bellum contra hos suscipiens, urbes eorum obsidebat: et fœdera cum iis pangens, tandem se pacatum exhibebat. Etiam Sandales hos antea bello appetiverat, et accito regis exercitu ipsorum agros evastabat. Cum autem hi soli perpetuis inter se dissiderent odiis, et regis peregrinos accerserent, propriæ regioni plurimum calamitatis invexerunt. Nam mancipia plurima belli jure subinde a militibus capiebantur, deportabantur. Præterea et ea regio vel maximam experiebatur vastationem. Eadem tempestate Isaacus et Paulus societatem facientes, auxilium pollicebantur Illyriorum regi. Nam constituerant et ipsi bellum indicere regi, si Pannones aliquid novi contra Turcos molirentur.

B

C

D

Rex, in militiam profectus, trajecit Dorobyzam fluvium, qui Triballos et Illyrios dirimit. Progressus deinde, venit ad Illyrissum fluvium navigabilem, quem superavit pedestri exercitu transvecto navibus quas ibidem fabricari jusserat. Equos autem in flumine reliquit, donec copias transportaret. Tum temporis in armis habuisse creditur rex quindecim myriades equitum, præter peregrinos et Azapides pedestre robur, qui cum in id bellum sequebantur. Aderat et alia hominum multitudo inutilis ad arma; quæ oropterea comitabau-

Notulæ marginales.

[42] Τούρκων. [43] Ὀκτακισχιλίους. [44] Ἐκστρατευμένος. [46] Δοβοβίκην. *Sic etiam R.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tur regia castra, ut si quid opus esset, militibus inserviret. Reliquus interim exercitus equitibus constat. Nec tamen gens est, ut supra edocuimus, **286** quæ plura jumenta in expeditiones ducat. Transito Illyrisso, impetum in regionem hostilem dedit; et aggressus Dorobizam urbem, eam omni machinarum genere oppugnabat. Urbs hæc est sita in excelso monte. Quapropter natura loci munitissima perhibetur. At rex expediens bombardas et mortaria, non cessabat terrorem injicere oppidanis; et tandem urbe potitus est. Partem hominum, quos ibidem indeptus erat, in ea urbe reliquit, parte donavit Turcorum optimates, tertiam partem Byzantium transtulit. Mechumetem jussit deligere Europæ exercitus robur, atque festinare citato agmine in eum locum in quo acceperat regem Illyriorum morari, antequam regiam sibi subjiceret; qui impigre jussa capessens, summa celeritate adhibita, flumen transgressus est. Veniens Gaitiam, accepit regem proficisci trajecto flumine in Clitiam urbem. Is igitur, nihil remittens de cursu, transivit fluvium qua eum in tres alveos divisum cognovit: hoc superato, Clitiam (10) venit die secundo. Rex, sublatis signis, Gaitiam contendit, regni sedem Illyrici. Quo ubi pervenit, urbs illico conditionibus seu pactionibus in ditionem regis venit. Nam ubi fama increbuit, Dobobicam esse captam a rege, quæ urbium totius regni longe erat munitissima, reliquæ urbes illico territæ in diversum abripiebantur, et quilibet pro se sedulo contendebat ut prior deditionem faceret, sperans se in hunc modum non parvam gratiam apud regem initurum. Gaitiæ cives, cum appropinquasset rex, continuo primores civitatis obviam miserunt, dedentes sese et sua regi. Orabant autem regem, ut ipsis permitteret patrio et solito more rempublicam administrare. Rex preces eorum non aversatus est, verum continuo, quod petiverant, præstitit. Deinde etiam arcem in deditionem accepit, quam præsidio imposito suorum firmavit. Elegit sibi optimatum filios; dehinc quosdam delegit, quos donavit iis qui secum erant. Ubi primum ea urbs in dominium concessit regis, negotium datum est Machumeti, januarum duci, ut accepto Europæo exercitu, summa celeritate pergeret adversus Illyriorum regem. Nam audierat eum morari in ea urbe quæ distabat ab Gaitia itinere maxime quinque dierum, exspectantem quonam res Illyriorum essent evasuræ. Ejus autem urbis quæ regem Illyriorum tenebat, nomen erat Clitia. Etiam fratris ejus filium agentem annum decimum tertium, ibidem cum rege conversari nuntiatum erat Machumeti. Hic assumens, ut jussus erat, exercitum, secundo **287** die attigit

A ἀχρεῖος ὅμιλος, ὁ λοιπὸς τοῦ βασιλέως στρατὸς ἱππεύει μάλιστα δ' ἀνθρώπων ὧν ἡμεῖς ἴσμεν. Ἄγονται δὲ καὶ ὑποζύγια πολλαπλάσια, ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται. Ὡς δὲ τὸν Ἰλλυριὸν διαβάς, ἐσέβαλεν ἐς τὴν χώραν, πρῶτον μὲν ἐπὶ Δοβοβίκην πόλιν ἐπὶ τῇ ἐσβολῇ καταστὰς ἐπολιόρκει. Ἡ δὲ πόλις αὕτη οἰκεῖται ἐρυμνὴ οὖσα ἐπὶ ὑψηλοῦ ὄρους. Τηλεβόλοις δεδιττόμενος τοὺς ἐν τῇ πόλει, ὑπτίοις τε καὶ τοῖς ἴσοις, παρεστήσατο τὴν πόλιν. Καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ κατέλιπε, τὸ δὲ δωρησάμενος Τούρκων τοὺς ἀρίστους, τὸ τρίτον ἀπέπεμψεν ἐς Βυζάντιον. Ἀπὸ δὲ Δοβοβίκης αὐτίκα ἐκέλευε Μαχουμούτῃ ἐπιλεξάμενον τοὺς τῆς Εὐρώπης ἀρίστους, προϊέναι ἐς τὸν χῶρον, ἐς ὃν ἂν πυνθάνοιτο [47] τὸν Ἰλλυριῶν βασιλέα διατρίβειν, πρὶν δὴ τὰ βασίλεια ὑφ' αὐτὸν
B ποιήσασθαι. Οὗτος μὲν οὖν λαβὼν τούτους, ἤλαυνε κατὰ κράτος, ἀναβῆναι διὰ τοῦ ποταμοῦ. Ἐλθὼν δὲ ἐς Γαϊτίαν, καὶ πυνθανόμενος [48] ὡς βασιλεὺς προΐοι, διαβὰς τὸν ποταμὸν ἐπὶ Κλιτίην πόλιν, οὐδὲν ἐπισχὼν, δρόμῳ ἀνέβη, ᾗ τὸν ποταμὸν εὗρεν ἐς τρία γενόμενον, καὶ διαβὰς, ἀφίκετο ἐπὶ Κλιτίην δευτεραῖος. Βασιλεὺς δὲ ἄρας ἐντεῦθεν, ἀφίκετο ἐπὶ Γαϊτίαν, τὰ Ἰλλυριῶν βασίλεια. Καὶ ὡς ἐπέλασεν αὐτίκα, ἥ τε πόλις προσεχώρησε καθ' ὁμολογίαν. Ὡς γὰρ Δοβοβίκην ἐπύθοντο ἁλῶναι ὑπὸ βασιλέως, πασῶν δὲ ὀχυρωτάτην, αὐτίκα αἱ λοιπαὶ πόλεις καθίσταντο ἐς φόβον, καὶ ὥρμηντο αὐτός τις ἕκαστος φθῆναι, βουλόμενος βασιλεῖ χαρίζεσθαι προσχωρῶν. Οἱ μὲν οὖν ἐν Γαϊτίᾳ, ὡς βασιλεὺς ἀγχοῦ ἐπέλασε,
C τοὺς προεστῶτας ἡ πόλις πέμψασα, βασιλέα παρεδίδου τε σφᾶς, καὶ ἠξίουν πολιτεύεσθαι κατὰ τὰ πάτρια καὶ συνεχώρει μὲν αὐτοῖς, ἅττα ἠξίουν σφίσι συγχωρηθῆναι ὑπὸ βασιλέως· μετὰ δὲ, ὡς τὴν ἀκρόπολιν παραλαβὼν, φρουρὰν ἔφαινεν ἐν αὐτῇ, παῖδάς τε τῶν ἀρίστων ἐπιλεξάμενος ἑαυτῷ τε καὶ περιεξελόμενος, καί τινας τοῖς ἀμφ' αὐτὸν διένειμε· ταύτην μὲν οὖν τὴν πόλιν, ὡς αὐτίκα παρέλαβεν, ἐκέλευσε Μαχουμούτῃ τὸν τῶν θυρῶν ἡγεμόνα, ἀναλαβόντα τὸν τῆς Εὐρώπης στρατὸν, ἐλαύνειν ὅτι τάχιστα ἐπὶ τὸν βασιλέα τῶν Ἰλλυριῶν. Ἐπυνθάνετο γὰρ ἐν τῇ πόλει τῆς Γαϊτίας, ἀπεχούσῃ ἡμερῶν πέντε ὁδὸν, διατρίβειν, καραδοκοῦντα ᾗ ἐγχωρήσει τὰ Ἰλλυριῶν πράγματα. Ἡ δὲ πόλις αὕτη, ἐν ᾗ ἔμενε βασιλεὺς, καλεῖται Κλιτίη, καὶ ἀδελφοῦ
D αὐτοῦ παῖδα, ἀμφὶ τὰ τρισκαίδεκα ἔτη γεγονότα, διατρίβειν ἐπηγγέλλετο Μαχουμούτῃ. Λαβὼν μὲν οὖν τὸν τῆς Εὐρώπης στρατὸν, δευτεραῖος ἀφικνεῖται ἐπὶ τὸν ποταμὸν, τοὔνομα ναυσίπορον [49], ᾧ δὴ μάλιστα θαῤῥῶν Ἰλλυριῶν βασιλεὺς ναυσιπόρῳ τε ὄντι, καὶ μεγάλων νεῶν τε οὐκ ἐνουσῶν τῷ ποταμῷ, οὐκ ἄν ποτε ᾤετο διαβάντας τὸν ποταμὸν ἐλάσαι ἐπ' αὐτόν. Ὡς δὲ ἐνταῦθα ἐπέλασεν ὁ στρατὸς ἐς τὸν ποταμὸν, ἐνταῦθα ἐπισπεύδων Μαχουμούτης τοὺς τοῦ στρατοπέδου ἀρί-

Notulæ marginales.

(10) Clyzam.

[47] *R.* πυνθάμενοι. *In al. ut in c.* [48] *R.* πυθόμενος. [49] *Nomen fluvii desideratur. In R. non est lacuna.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

στους, ὥστε διαβάντας τὸν ποταμὸν ἔργον μέγα ἐργάσασθαι βασιλεῖ, συλλαβόντας Ἰλλυριῶν βασιλέα, ἔλεγε τοιάδε· Ἄνδρες Τοῦρκοι, νῦν τις ὑμῶν ἕκαστος αὐτῶν φανήτω ἀνὴρ ἀγαθὸς, ποταμὸν τόνδε πεζῇ διαβάς· οὐ γὰρ μελήσει αὐτῷ τινι πρώτῳ διαβάντι, μὴ μέγα τι ἀποίσεσθαι παρὰ βασιλέως. Ταῦτα εἰπόντος, ἐπειρῶντο διαβαίνειν οἱ τοῦ βασιλέως. Ἐνταῦθα δὴ πρῶτος λέγεται Ὀμάρης ὁ Τουραχάνεω παῖς, Θετταλίας ὕπαρχος, σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐλαύνοντες εἰσέπεσον ἐς τὸν ποταμὸν, καὶ βραχύ τι διανηχόμενοι, διέβαινον. Καὶ ὁ λοιπὸς ἅμα στρατὸς αὐτίκα διέβαινε. Διαβάντες δὲ αὐτίκα ἐπέδραμον χώραν, ὥστε τὸν Ἰλλυριῶν βασιλέα δείσαντα, μὴ ἐς φυγὴν τραπόμενον, ἐπεισπεσόντες οἱ ἱπποδρόμοι, καταλάβωσι, καὶ ἐπὶ κίνδυνον ἔλθωσιν. Εἰ δὲ αὐτῷ μὴ ληφθείη, οἰχόμενος ἀνασώζεται ἐς πόλιν αὐτοῦ τινα, ὄνομα Κλιτίη. Καταφυγὼν δὲ πολιορκεῖται ὑπὸ Μαχουμούτεω. Ἡ δὲ πόλις οἰκεῖται μὲν ἐν χωρίῳ τινὶ ἑλώδει, καὶ ἕλη παρ' αὐτὴν μεγάλα, διὰ πολλοῦ διατείναντα, ἐχυρὰν ποιεῖ, καὶ οὐ βάσιμον. Τότε δὲ ὑπὸ καύματος ἀποξηρούμενόν τε ἦν τὸ χωρίον ἅπαν. Καὶ ἐπελάσας ὁ στρατὸς, ἐπολιόρκει τὴν πόλιν, καὶ κάλαμον, ὃς ἄφθονος ἦν παρὰ τὴν πόλιν, ἐπιπίπτοντες διεφόρουν ἐς τὴν τάφρον, ὡς πῦρ ἐνήσοντες ἐς τὸν κάλαμον, καὶ διὰ τοῦ πυρὸς αἱρήσοντές τε τοὺς ἐν τῇ πόλει, βίᾳ ἄκοντας ἐς ὁμολογίαν παραστησόμενοι. Ταῦτα μὲν εἰσορῶντες οἱ τοῦ Ἰλλυριοῦ στρατιῶται, καὶ οἱ τῆς πόλεως, καὶ οἰόμενοι μὴ ἂν δυνήσεσθαι ἐπὶ πολὺ ἀντέχειν πολιορκούμενοι, προσέφερον λόγους τῷ Μαχουμούτῃ, ὡς σφᾶς τε αὐτοὺς παραδώσοντας, καὶ ἐφ' ᾧ βασιλέα σφῶν αὐτῶν μηδοτιοῦν χαλεπὸν πείσεσθαι ὑπὸ βασιλέως, προσχωρήσαί τε, ἢν ὅρκια γένοιτό οἱ, ἐφ' ᾧ ἀγαθὸν μὲν, χαλεπὸν δὲ μηδὲν ὑποστῆναι ὑπὸ Τούρκων. Ταῦτα προῖσχομένου τοῦ Ἰλλυριοῦ, ἐδέχετό τε ὁ Μαχουμούτης καὶ ἐσπένδετο. Ὅρκιον δὲ αὐτῷ ποιησάμενος ἐφ' οἷς προὔτίθετο, τόν τε βασιλέα ἐξιόντα ἐκ τῆς πόλεως, παρέλαβέ τε τὴν πόλιν, καὶ τὸ μὲν ἐν τῇ πόλει ἐς τρία διελόμενος, τὸ μὲν αὐτοῦ κατέλιπε, τὸ δὲ αὐτὸς σὺν καὶ τοῖς ἀρίστοις διανειμάμενος, τὸ τρίτον ἐπάγων τῷ βασιλεῖ ἐδωρήσατο.

A flumen cui nomen est..... Is fluvius navium erat patiens, et spem omnem in eo sitam ponebat rex Illyriorum. Nam cum nullæ naves magnæ præsto essent, putabat regem nunquam eo audaciæ progressurum, ut id transiret quo secum bellum gereret. Ut autem cum copiis ad flumen Machumetes accessit, mire festinando, cohortari non abstitit exercitum, et exercitus duces, ut transgrederentur flumen, regique opus pulcherrimum efficerent, capientes videlicet Illyriorum regem. Sic autem locutus fertur : Viri Turci, nunc quilibet vestrum fac vir fortis appareat, atque pedes flumen hoc transeat. Neutiquam enim mihi dubium est, quin maxima et splendida munera maneant eum, quæ ab rege accipiet, qui primus flumen superarit. His dictis, regii milites maximo studio conabantur transgredi flumen. Ibi tum primus, ut traditur, Omares Turachanis filius, Thessaliæ præfectus, cum suis irruit in flumen; qui paululum modo natantes, flumen superarunt. Hos secutus est, pari successu usus, et reliquus exercitus. Egressi flumine, illico invasere agros. Hinc rex Illyricorum timens, ne si in fugam verteretur, equitum adventu oppressus, in maximum periculum veniret, se recepit, ut incolumis præsens discrimen evaderet, in urbem quamdam eo loci sitam nomine Clitiam. Verum Machumetes cum exercitu superveniens, eam urbem obsidione circumdedit. Urbis ejus situs est in loco palustri, et in circuitu paludes visuntur longe lateque, quæ urbem munitam et aditu difficilem præbent. Eo tempore locus ille universus solaribus radiis exustus exaruerat. Cæterum, his nihil moti milites Machumetis, accedunt, eamque obsidione circumveniunt. Arundinem, quæ plurima ibi enata erat, excidentes, comportabant in fossam, ut igne deinde injecto, vel vi tandem etiam invitos oppidanos in ditionem redigerent. Hæc parari cernentes cives urbis, et Illyrii milites, credentesque se non diu posse resistere viribus Turcorum, legatos ad Machumetem mittere decernunt, orantes ut in deditionem acciperentur; petentes præterea ut regi veniam daret : qui quoque semetipsum dediturus sit, si jurisjurandi religio interveniat : qua intercedente, in spem erigatur, se nihil mali ab Turcis passurum. Machumetes Illyrici preces haud abnuit. Fœdus est ictum, jusjurandum est datum, quemadmodum oraverant Illyrii. Tandem cum urbe egressus esset rex, urbem occupavit. Homines qui in urbe erant, in tres partes secrevit; unam 288 ibidem morari jussit, alteram inter optimates suos distribuit, tertiam adduxit ad regem et eidem dono dedit.

Οὕτω μὲν οὖν ὁ Ἰλλυριῶν βασιλεὺς ἑάλω ἐν Κλιτίῃ, καὶ ἀδελφοῦ τε ἅμα αὐτοῦ παῖς ἀμφὶ τὰ τρισκαίδεκα ἔτη γεγονώς. Ἡ δὲ γυνὴ αὐτοῦ πρότερον ἔφθη ἐς Ῥαγούζιον πόλιν, τὴν ἐς τὸν Ἰόνιον διαφυγοῦσα, καὶ πλοῦτον πολὺν ἀπενεγκαμένη', οἴχεσθαι γνώμῃ τοῦ ἀνδρός. Ἡ δὲ πόλις αὕτη ᾤκισται μὲν ὑπὸ τῶν ταύτῃ Ἰλλυριῶν ἀνδρῶν ἐπι-

D In hunc modum Illyrici rex captus est Clitiæ una cum fratris filio, qui haud dum impleverat ætatis annum decimum tertium. Uxor regis (11) jam ante se contulerat Rhagusium, quæ est urbs juxta Ionium, ut præsenti discrimini subtraheretur. Plurimas eo convexerat opes consilio viri. Eam urbem incolunt Illyrici viri admodum illustres,

Notulæ marginales.

(11) Eleasari despotæ filia. Hæc ad Sixtum IV Pont. M. Romam profugit, et ad mortem usque honorifice est habita.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

eo convenere. Et cum disciplinæ sanctitate animi ipsorum facile coalescerent, et discordia omnis submota foret, eam admodum emunierunt validissimis undique objectis muris. Et proficiscentes in continentem et Ionium, mercium gratia, brevi urbem opibus haud contemnendis auxere. Habet, a quibus regitur, leges optimas et saluberrimas, et in aristocratiam versa administratur. Cives magnificis ædificiis urbem hanc exornarunt, quæ quidem quamvis obscura fama feratur, tamen celebris habetur, producendo viros prudentia insignes. Ea urbs finitima est Sandalis regioni. Cum hoc bellum urbi fuit. Verum, ut mihi videtur, discordiarum causam parum juste Sandales seminavit, eosque invitos arma capere coegit. Nam uxor Sandalis una cum filio adolescente, propter mariti improbitatem Rhagusium confugerat. Sandales Rhagusios missis legatis rogarat ut redderent uxorem, et filium; quibus non admittentibus preces, bellum indixit. Rhagusii filium Sandalis communi sententia ad id bellum imperatorem eligunt: suggerentesque magnam pecuniæ vim, fortiter bellum ab Sandale illatum propulsare satagerunt. Causam quæ impulit matrem et filium, ut Rhagusium se reciperent, hanc tradunt. Mulier quædam excellenti forma, cæterum lascivior quam par erat, in Sandalis regionem ab Florentia Italiæ venerat. Cum audivisset Sandales, mulieres Florentinas tum formæ venustate, tum prudentia facile inter omnes primas esse, ejus mulieris visendæ cupidus, eam ad se vocari jubet. Quæ ubi in conspectum venit, eo quod pulcherrima esset, Sandales uxoris amore satiatus, eam sprevit. Nec multo post amore peregrinæ amens et ardens cum ea concubuit, plurimum amore æstuans. Adhærescens autem peregrinæ mulieri, uxori admodum molestus erat, quam despiciebat, et prorsus negligebat. Mulier autem illa erat mercatorum Florentinorum, et in hanc regionem appulerat. Conversans itaque plurimum cum hac muliere, infensus et molestus erat suæ uxori. Uxor, non ferens amplius hasce indignitates maxime **289** propter filium suum adolescentem, una cum eo clam Rhagusium profugit. Sandales, missis legatis uxorem rogabat, ut reverteretur in suam regionem, nec in aliena degeret, vulgans opprobrium suum in homines. At uxor non obtemperabat verbis mariti, sed in hunc modum respondit; se non redituram, nisi dimittat mulierem illam Florentinam. Quod si facere omiserit, fruatur peregrina muliere ad libitum. Hæc quidem ad eum modum contigisse memorantur. Filius inimicitias gerens cum patre, et belli dux a Rhagusiis pronuntiatus, bello adortus est patrem, prælioque inito patrem fugam arripere compulit, plurimis de exercitu in fuga

A φανῶν ἐς ταυτὸ συνιόντων, καὶ ἀλλήλοις τε ἐπὶ πολὺ συμφερόμενοι, τὴν τε πόλιν ἐδήμαντο[50] ὀχυράν, καὶ τείχη περιεβάλλοντο καρτερά· ἐμπορίαν δὲ τὴν τε κατ' ἤπειρον, καὶ τὴν ἐς τὸν Ἰόνιον μετιόντες, ἐπὶ μέγα πλεῖστον ταύτῃ πόλεως ἀφικομένη, μάλιστά τε ἅμα καὶ εὐνομήθη ἐς ἀριστοκρατίαν διεθυνομένη, οἰκοδομίαις τε κοσμοῦντες τὴν σφῶν πόλιν, ἀμυδρὰν μέν τινα οὖσαν, ἀγαθὴν δὲ ἐς ἄνδρας φέρεσθαι[51] ἀγαθοὺς τὰ ἐς σύνεσιν. Ὁμορεῖ μὲν οὖν αὕτη ἡ πόλις τῇ Σανδάλεω χώρᾳ, καὶ πόλεμον ἀναιρουμένη αὐτῷ ἔχετο[52] ἐς διαφορὰν, καὶ ἐπολέμει. Τὴν μὲν οὖν αἰτίαν τῆς διαφορᾶς, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, ἐπιφερόμενον τὸν Σανδάλην, ἀδίκως ἀναγκάσαι σφᾶς ἐς τὸ πολεμῆσαι. Τὸν μέντοι παῖδα τούτου νεαγίαν οὐκ ἀγενῆ, σὺν τῇ B μητρὶ καταφυγόντα ἐς Ῥαγούζιον, καὶ μὴ οὐκ ἐκδιδόντας ἐξαιτουμένῳ αὐτοὺς, πόλεμόν τε ἐπήνεγκε, καὶ τὴν γῆν ἔτεμεν. Οὗτοι μὲν οὖν τὸν παῖδα αὐτοῦ στρατηγὸν ἑλόμενοι, καὶ χρήματα παρεχόμενοι ἄφθονα, ἐπολέμουν τῷ Σανδάλῃ διαφέροντες τὸν πόλεμον. Τὴν δὲ αἰτίαν ταύτῃ φασὶν, ἀφ' ἧς ὅ τε παῖς αὐτοῦ, καὶ ἡ γυνὴ φεύγοντες ἀπηλλάσσοντο ἐς ταύτην τὴν πόλιν, γυναῖκά τινα τῷ εἴδει εὐπρεπῆ λεγομένην, τὸν δὲ βίον ἀκόλαστον οὖσαν, παραγενομένην ἀπὸ Φλωρεντίας τῆς Ἰταλίας ἐς τὴν ἑαυτοῦ χώραν, ὡς ἐπυνθάνετο τὰς ἐν Φλωρεντίᾳ γυναῖκας κάλλει πολλῶν διαφερούσας, καὶ συνέσει, ἐκάλεσέ τε ἐς ὄψιν τὴν ἑαυτοῦ, ἰδεῖν τε ἱμείρομενος. Καὶ ὡς ἐθεάσατο, ὡς καλλίστην εἶναι, C ἠρκέσθη τε τῆς γυναικὸς, καὶ ἐρασθεὶς, μετ' οὐ πολὺ συνεγένετο, καὶ τῷ ἔρωτι χαλεπῶς ἐλαμβάνετο· καὶ συνῴκει τῇ γυναικί· καὶ δυσανασχετῶν ἤδη τῷ ἔρωτι τῆς γυναικὸς, ὠλιγώρει τε ἅμα, καὶ ἠμέλει τῆς ἑαυτοῦ κουριδίοις[53] γυναικός. Τὴν δὲ γυναῖκά φασι τῶν ἐμπόρων ἐσομένην, ἀπὸ Φλωρεντίας ἀφῖχθαι ἐς τὴν χώραν. Ταύτῃ μὲν οὖν συνοικῶν ὁ Σανδάλης τῇ γυναικὶ, ἐπαχθὴς ἦν καὶ ἀφόρητος. Δι' ἃ δὴ οὐκ ἀνασχομένη ἐπὶ παιδὶ νεανίᾳ, τοιαῦτα ἀνέχεσθαι δεινὰ ποιουμένη, μετὰ τοῦ παιδὸς αὐτῆς κρύφα ἐς τὴν Ῥαγουζίου πόλιν ἀπηλλάσσετο. Οὗτος μὲν οὖν διαπρεσβεύσας, ἠξίου ὑποστρέφειν ἐς τὴν χώραν αὐτοῦ, καὶ μὴ ἐν ἀλλοτρίᾳ χώρᾳ διατρίβειν, αἶσχος ὂν τόδε ἐπιφέρειν ἐς τοὺς ἀνθρώπους. Ἡ μὲν οὖν γυνὴ οὐκ ἐπείθετο, D οὐδ' ὑποστρέφειν ἔφασκεν, ἂν μὴ τὴν γυναῖκα ἀποπέμψηται ἐς Φλωρεντίαν, ἣ αὐτῇ παρ' αὐτῷ χρήσηται, ὡς ἂν βούληται[54]. Ταῦτα μὲν οὕτω γενέσθαι λέγεται· τὸν δὲ παῖδα αὐτοῦ διενεχθέντα, καὶ ὑπὸ Ῥαγουζίων στρατηγὸν καταστάντα, πολεμεῖν τῷ πατρὶ, μαχεσάμενόν τε τῷ πατρὶ, οἷα ἀμυνόμενον ἐς τὴν φύσιν, τρέψασθαί τε αὐτὸν πατέρα καὶ συχνοὺς ἀνελόντα τοῦ στρατοῦ αὐτοῦ, ἀθέμιτα προσφερόμενον τῷ πατρὶ αὐτοῦ, καὶ ὑπεναντία τῆς δίκης. Ἐπρεσβεύετο μὲν οὖν καὶ οὗτος θαμὰ ὡς τὸν βασιλέα, συνεξελεῖν τὸν Ἰλλυριῶν βασιλέα,

Notulæ marginales.

[50] Ἐδείμαντο. *R. ut in c.* [51] *In uno*, φέρεται. [52] Ἔσχε τε. *Sic etiam R.* [53] Κουριδίης. *Sic etiam R.* [54] *In uno*, βούλεται.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ στρατὸν ἐπῆγε Τούρκων, καὶ ἐκάκου τὴν χώραν. Τότε ὡς ἐπιὼν ὁ βασιλεὺς ἐπηγγέλλετο ἐπὶ τὴν Ἰλλυριῶν χώραν, παρεσκευάζετο καὶ αὐτός, ὡς ἤν τι δύναιτο ἀμυνόμενος, ἤν ἐς τὴν ἑαυτοῦ ἐσβάλῃ ὁ τοῦ βασιλέως στρατός. Ἐπάνειμι δὲ ἐπ' ἐκεῖνο τοῦ λόγου, ᾗ πρότερόν μοι ἐδεδήλωτο.

A cæsis; certe in patrem impia et nefaria ausus. Mittebat is frequenter legatos ad regem, consulens ut junctis copiis Illyriorum regem debellarent. Tandem monendo et consulendo tantum profecit, ut Turcorum exercitus adveniret, et regionem regis graviter populando corrumperet. Sub idem tempus cum fama volaret, regis copias accedere contra Illyriorum regem, nec ipse se parare intermisit, ut regium exercitum, si in suam regionem populabundus ingrederetur, si quid posset armis, a populationibus prohiberet, eumque propulsaret. Nunc eo redire libet, unde in hunc sermonem digressus sum.

Ὡς ἐπεὶ τὸν βασιλέα παρέλαβε Μαχουμούτης ὁ Μιχαήλου, σὺν τούτῳ περιιὼν τὰς ἄλλας πόλεις, ἐπεδείκνυτό τε τὸν βασιλέα, καὶ προσεχώρουν. Ὁ μὲν δὴ Μαχουμούτης ἀμφὶ τὰ τοιαῦτα εἶχεν. Ὀμάρην δὲ τὸν Τουραχάνεω πέμπων ἐπὶ τὰς λοιπὰς τῆς Ἰλλυριῶν χώρας πόλεις, αὐτὸς ἤλαυνεν ἐπὶ τὸ βασιλέως στρατόπεδον. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ἤχθετό [55] τε τῷ ὅρκῳ, καὶ ἐχαλέπαινεν, ὡς οὐκ ἐν δέοντι ποιήσαιτο τὸν ὅρκον τῷ βασιλεῖ τῶν Ἰλλυριῶν. Τὸν μέντοι βασιλέα ἐς φυλακὴν ποιησάμενος, περιῆγεν ἐλαύνων διὰ τῆς Σανδάλεω χώρας. Ἐς [56] γὰρ τὴν Ἰλλυριῶν τὰ μὲν αὐτὸς βασιλεὺς καταστρεψάμενος ὑπηγάγετο, τὰ δὲ Μαχουμούτεω παραστησαμένου, καὶ Ὀμάρεω. Ἔνθα δὴ καὶ Ὀμάρης σπουδὴν ποιούμενος, τὴν χώραν ὅση ὑπόλοιπος ἦν, ὑπὸ τῷ βασιλεῖ γενέσθαι, ἀνήρ τε ἔδειξε [57] τῶν ἐν ταῖς βασιλέως θύραις εὐδοκιμούντων κράτιστον [58], μεγάλα ἐπεδείκνυτο ἔργα, καὶ πρότερον βασιλεῖ δόκιμος ἐν πολλοῖς ἄλλοις γενόμενος. Ταῦτα μὲν οὖν ἐς τοσοῦτον ἐγένετο καταστρεψαμένῳ βασιλεῖ τὰς Ἰλλυριῶν πόλεις. Ἐντεῦθεν πρεσβείαν πέμπων [59] ἐπὶ Ῥαγούζιον πόλιν, ἐζήτει τὴν βασιλέως γυναῖκα. Ἡ δὲ προεξῆιε, ἀπιοῦσα ἐκ τῆς πόλεως ἐς Ἰταλίαν. Ὡς γὰρ ἐπυνθάνετο τὴν ξύμπασαν χώραν γενέσθαι ὑπὸ βασιλεῖ, ὡς εἶχε τάχιστα ἐκ τῆς πόλεως ἀπηλλάττετο, οἰχομένη ἐς τὴν Ἰταλίαν. Οἱ μὲν οὖν πρέσβεις, ὡς οὐ κατέλαβον αὐτοῦ ταύτῃ τὴν βασιλέως γυναῖκα, ἀπεχώρησαν ἄπρακτοι. Ἐντεῦθεν βασιλεὺς συσκευασάμενος, ἐσέβαλλεν ἐς τὴν Σανδάλεω χώραν, καὶ ἐδῄου. Ἱπποδρόμους δ' ἐπαφεὶς, ἐπέδραμον τὴν χώραν αὐτοῦ σύμπασαν. Μετὰ δὲ ἐπιὼν, τὰς πόλεις ἐπολιόρκει. Καὶ οἱ τοῦ Σανδάλεω ἐπέθεντο τῷ βασιλέως κοιτῶνι, ὁρμώμενοι ἐκ τῶν ὀρέων. Καὶ ἔστιν ἃ διαρπάσαντες, αὖθις ἐπὶ τῶν ὀρέων οἴχοντο ἀπαλλασσόμενοι. Ἔστι δ' ἡ χώρα οὐχ ἧττον ἔρημος ἢ τῶν Ἰλλυριῶν χώρα. Ἐπελάσας μὲν οὖν αὐτὸς, ἐπολιόρκει πολίχνην τὴν Σανδάλεω ἐπὶ ἡμέρας τινάς. Καὶ ὡς οὐ προεχώρει αὐτῷ ἡ τῆς πόλεως αἵρεσις, ἀπήλαυνε διὰ τῆς τοῦ Στάντεω, καὶ Κραΐκου, καὶ Παύλου, τῶν ταύτῃ αὐτοῦ ἡγεμόνων χώρας [60]. Κήρυκα δ' ἔπεμπε κελεύων τήν τε αὐτῶν χώραν παραδιδόναι, καὶ αὐτοῖς γενέσθαι ὑπὸ βασιλέως ἄλλην ἀντὶ ταύτης ἐν τῇ Εὐρώπῃ. Οὗτοι μὲν οὖν οὕτω πεισθέντες, παρέδοσάν τε σφᾶς αὐτοὺς ἅμα τῷ βασιλεῖ, καὶ τὴν χώραν, ἐννοοῦντες ἀδύνατα

Postquam regem Illyriorum Machumetes Michaelis filius in ditionem accepit, cum eo circumiens etiam cæteras urbes regi Turcorum subjiciebat. Et quidem circa hæc versabatur Machumetes. Omarem autem Turachanis filium jubebat cum exercitu pergere contra cæteras Illyriorum urbes, cæterum ipse in regia contendebat castra. Rex Turcorum discruciabatur animi propter juramentum Illyriorum regi præstitum ab Machumete. Graviter quoque Machumeti indignabatur, ut qui parum opportune huic regi salutis spem, interposita jurisjurandi religione obtulisset. Regem quidem Illyrium vinculis illigatum circumduxit, peragrans Sandalis regionem. Nam Illyrios partim quidem ipse, partim vero Machumetis et Omaris marte perdomuit. Omares summo studio annitebatur, ut eam regionem quæ nondum subjecta erat, cogeret regis suscipere imperium. Hic, cum fortitudine facile superaret omnes, quotquot in januis fortitudinis prærogativa gauderent, præclara militaris virtutis edebat opera, cum cætera quoque satis spectatus regi exsisteret. Hæc hactenus ab rege Illyricas urbes subjugante gesta sunt. Quibus peractis, legatos ire jubet Rhagusium urbem, quæsitum regis uxorem. Hæc regem antevertens, excesserat **290** urbem, et in Italiam abierat. Nam cum fama captæ regionis ad ipsam allata eset, omni mora posita relinquebat urbem, et in Italiam properabat. Legati cum eam haud reperissent in ista urbe, abierunt re infecta. Rex, omnibus in unum contractis copiis, invasit Sandalis regionem, quam misere evastavit. Nam equites per universam regionem grassantes, eam graviter afflixere. Inde nec oppidis abstinuit: quæ accedens, obsidere haud omisit. Sandalis milites, qui in montium jugis se tenebant, montibus digressi, insidiabantur cubiculo sive tentorio regis. Et cum quædam inde diripuissent, illico retro in montes unde venerant se receperunt. Regio hæc non secus ac Illyriorum deserta et vasta est. Rex castra movens ad Sandalis urbem, eam diebus aliquot obsidebat. Cum vero urbis oppugnatio non succederet ex animi sententia, abiit, ducens exercitum per Stantis, Craici, et Pauli (12), qui principes erant, regiones.

Notulæ marginales.

(12) Constantini, Caragusii, qui Reposius, filiorum Ibanis Castriotæ, et Pauli Duchaini.

[55] *In uno*, ἤχθη τε τῷ. [56] *In uno*, ὡς. [57] *R* ἔδοξε. [58] *In uno*, κράτιστος. [59] Ἐπιπέμπων ἐς Ῥαγούζιον. *Sic etiam R.* [60] Χώραν. *R. ut in c*

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Ad hos præcones dimisit, qui juberent ut suam singuli regionem regi traderent : quod si facerent, fore ut singuli aliam regionem in Europa ab rege acciperent. Principes illi, persuasi præconum verbis, semetipsos et regionem regi manciparunt. Cogitabant enim impossibile fore, ut in posterum regionem suam defendere et tutari possent, cum undique cingerentur regis regione, quasi in medio habitantes. Verum profecti in januas regis, hac conditione adducti, deditionem faciunt, ut alia regione pro sua ab rege donarentur. Nec multo post hos compedibus compeditos abduxit domum, simul etiam exercitum dimisit. Regem Illyricorum mane cum in castris quiesceret, et abitum moliretur, accersivit in conspectum suum. Qui cum intelligeret, eo parum favore regis vocari, tenens manu litteras, quibus continebatur jusjurandum ab Machumete datum, prodibat in conspectum regis. Ut in conspectum regis venit, rege imperante caput ejus præcisum est (13). Tradunt regem propinasse interficiendum Illyriorum regem, Persæ præceptori suo. Sunt qui referunt, coquum regium istum virum, nescio quod crimen in eum intendentem, confecisse. Nam is, cum plurimum dissideret a sententia Machumetis filii Michaelis, regis jussu Illyriorum regem letho dedit. In hunc modum memoriæ proditum est, occidisse Illyriorum regem, occupato regno ejus ab rege Turcorum.

Veneti et Pannones cognito regionem Illyriorum in ditionem venisse regis, regemque Illyrium captum ab Tureo occubuisse, propterea reliquos regionis principes miserandam **291** in vinculis agere vitam, hæc neutiquam diutius ferenda esse censuerunt : ac formidine magna tentabantur, cum animis reputarent, brevi fore ut idem exitium parum feliciter experirentur. Veneti graviter ferebant, præfectos regios contra ipsos insurgere, et subditis eorum molestos et intolerandos esse. Interim tamen fœderum sanctitatem bona fide coluerunt, suspensi exspectatione eventus rerum. Josue Albanis filius regis præfectus, Argos in Peloponneso per proditionem sacerdotis, qui ea in urbe morabatur, nactus est, et ex aperto jam bellum gerebat. Omares Turachanis filius, incursionem in Naupactum fecit, nec etiam ab regione in Peloponneso Venetorum circa Methonam, regii jus belli abstinuerunt. Iis accensi Veneti, haud amplius cunctandum et ferendum rati, ad consultandum quid agerent potissimum, conveniebant, sententiis in utramque partem probe pensiculatis, cum jam sæpius consultassent senatores qui Evocati dicuntur. Victor de familia Capellarum (14), vir divitiis et dignitate præcellens, quique urbem regere optimus censebatur, adductis in suam sententiam propinquis et cognatis, conscendens tribunal, talem orationem habuisse fertur : Viri Veneti, sæpius alias cognovi certis experimentis, hujus civitatis incolas nequaquam cedere animis, si quando instituant rerum necessariarum, quæ ad rempublicam pertinent, consultationem. Quapropter paucis vos compellan-

A ἔσεσθαι αὐτοὺς ἐν μέσῳ τῆς βασιλέως χώρας ἀντέχειν ἐς τέλος. Ἀναπείθονται οὖν ἐφ' ᾧ ἄλλην ἀνὶ τῆς σφετέρας αὐτῶν σφισι γενέσθαι ὑπὸ βασιλέως. Καὶ ἀφικόμενοι ἐς τὰς θύρας, τήν τε χώραν παρέδοσαν. Καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον, αὐτοὺς ἐς φυλακὴν ποιησάμενος, εἰσεκομίζετο ἐπ' οἴκου, καὶ τόν τε στρατὸν ἅμα διῆκε. Τὸν μέντοι βασιλέα Ἰλλυριῶν, ἀπελαύνων ἐκ τῆς χώρας, ἔωθεν, ὡς ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἀνεπαύετο, μεταπεμψάμενος ἐκάλει ἐς ὄψιν τὴν ἑαυτοῦ. Ὁ δὲ συνιεὶς, ὡς οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ μεταπέμπεται αὐτὸν, τὰ ὅρκια ἐν χερσὶ ἔχων, ἐξηγέρθη τε, καὶ ὡς ἀπήχθη ἐς ὄψιν τὴν βασιλέως, ἀπέταμόν τε αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν ἐπιτάξαντος βασιλέως. Λέγεται δὲ καὶ διδασκάλῳ αὐτοῦ τῷ Πέρσῃ τοῦτον παρασχεῖν, ὥστε διαχρήσασθαι. Οἱ δὲ μάγειρον αὐ-
B τοῦ αἰτησάμενον ἀνελεῖν, διενεχθέντα δὲ γνώμῃ πρὸς Μαχουμούτην τὸν Μιχαήλου, λέγεται ἀνελεῖν κελεῦσαι τὸν βασιλέα Ἰλλυριῶν. Οὗτος μὲν δὴ οὕτω λέγεται τελευτῆσαι μετὰ τῆς ἡγεμονείας αὐτοῦ ὑπὸ βασιλέως καταστροφήν.

Ὡς μὲν οὖν ἑάλω ἡ τῶν Ἰλλυριῶν χώρα, καὶ ὅ τε βασιλεὺς ἐτελεύτησεν ἁλοὺς, καὶ οἱ λοιποὶ ἡγεμόνες εἶχοντο ἐν φυλακῇ, πυθόμενοι ταῦτα οἵ τε Οὐενετοὶ καὶ Παίονες, δεινὸν ἐποιοῦντο, καὶ ἐς φόβον καθίσταντο μέγαν, αὐτίκα οἰόμενοι ἐπὶ σφᾶς ἥξειν τὸ δεινόν. Καὶ οἱ μὲν Οὐενετοὶ ἐχαλέπαινον, ἐπιφερομένων σφίσι τῶν βασιλέως ὑπάρχων καὶ χαλεπῶν
C ὄντων τοῖς ὑπηκόοις· ἐνέμενον δ' ὅμως ταῖς σπονδαῖς, καραδοκοῦντες ἢ ἀποβήσεται σφίσι τὰ πράγματα. Ὡς δὲ τό τε ἐν Πελοποννήσῳ Ἄργος, ἱερέως τῶν ἐν τῇ πόλει παραδόντος προδοσίᾳ, ἕλαβεν ὁ τοῦ βασιλέως ὕπαρχος Ἀλβάνεω παῖς, τοὔνομα Ἰησοῦς, καὶ ἐπέθετο περιφανῶς ἤδη πολεμεῖν· καὶ Ναύπακτον μὲν ἐπέδραμεν Ὀμάρης ὁ Τουραχάνεω· τὴν δὲ ἐν Πελοποννήσῳ χώραν Οὐενετῶν, τὴν περὶ Μεθώνην, καταλαβόντες οἱ τοῦ βασιλέως, οὐκ ἐνεδίδοσαν· ἐνταῦθα οὐκ ἔτι ἀνασχετὸν ἐποιοῦντο ἡσυχίαν ἄγειν. Ἀλλ' ἐβουλεύοντο μὲν ἐπ' ἀμφότερα γινόμενοι ταῖς γνώμαις. Καταστάσης δὲ πολλαχῇ ἐκκλησίας τῶν Κλητῶν καλουμένων, Βίκτωρ τῶν Καπέλλων οἰκίας,
D ἀνὴρ πλούτῳ τε καὶ ἀξιώματι προέχων, καὶ ἄγειν δοκῶν τὴν πόλιν κράτιστος, προσπαρακαλέσας καὶ τοὺς προσήκοντας αὐτῷ καὶ συγγενεῖς ἐς τὴν ἑαυτοῦ ψῆφον, παριὼν ἐπὶ τὸ βῆμα ἔλεγε τοιάδε· Ἄνδρες Οὐενετοὶ, πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλοτε δοκῶν τοὺς ἐνοικοῦντας τὸ ἄστυ τόδε μὴ διαπίπτειν λογιζομένους τὰ δέοντα, βραχεῖ τινι λόγῳ ἐνόμιζον δεῖσθαι ἐς ὑμᾶς· πάντα δὲ τὰ πράγματα, οἷα προτρέπεσθαι, καὶ μὴ πρόθυμουμένους ἐπὶ τὸν πόλεμον τοῦτον, ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν πρωτεύειν ἀξιούντων παρ' ἡμῖν οὐκ ὀλίγων, παριόντες κελεύουσιν ὑμᾶς μὴ οὕτως ἐπαχθῶς περὶ μεγάλων βουλεύεσθαι πραγμάτων,

Notulæ marginales.

(13) Alii excoriatum scribunt, 1463.

(14) De Caselliis.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀλλ' ἀνέχεσθαι μᾶλλον, πρεσβείαν πέμποντας ἐς τὸν βάρβαρον περὶ τῶν σπονδῶν, ὡς οὐ δίκαια πράττοι παραβαίνων τοὺς ὅρκους, καὶ τὰς σπονδὰς, καὶ νουθετεῖν αὐτὸν τὰ δέοντα, ἢν δέῃ πεισόμενον. Ἐὰν δὲ ἀναιρεῖσθαι πόλεμον, ἀναγκαῖον λόγον περὶ τοῦ παρόντος πολέμου, ἐπιμνησάμενον ἱκανὸν, οὕτως ἰέναι ἐπὶ τὴν ψῆφον. Δεῖ δὲ ἕκαστα λογιζομένοις τὰ χαλεπὰ μετριώτερα φαινομένων τούτων αἱρεῖσθαι ἐπιλεγομένους. Πρῶτον δὲ ἀναγκαῖον προθέμενον ψῆφον, γνώμην ταύτην ὡς ἕκαστα ἀποβαίνειν. Φασὶ γὰρ οὗτοι, ὅτι εἰ πολεμήσομεν, αἱ κατὰ τὴν ἤπειρον πόλεις ἡμῶν, ἔς τε τὸν Ἰόνιον, καὶ ἐς τὴν Πελοπόννησον, καὶ τὴν ἄλλην ἤπειρον πόλεις, οὐχ ἕξουσιν ὅπως διαρκέσωσιν ἐπὶ χρόνον τινὰ, ἀλλ' ἐπιλείψει τι αὐτὰς τὰ ἐπιτήδεια, καὶ ἀπολοῦνται ἤν τι ἐπίῃ ἐς αὐτὰς χαλεπόν. Καὶ τῆς τε ἐμπορίας τῆς αὐτοῦ χώρας στερουμένης, ἡμᾶς φασι μεγάλα ἂν βλάπτεσθαι τοῦ λοιποῦ. Ἀνέχεσθαι δεῖ οὖν διὰ ταῦτα, καὶ πρεσβείαν πέμπειν δισχυριζομένην ὡς εἰκὸς τὰ τοιαῦτα. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς πρεσβείας πρῶτον ἔρχομαι ἐρῶν, ὡς ἀφικομένων τῶν πρέσβεων ἡμῶν, ἐλλογίμων ὄντων ἅμα, καὶ ξυνετῶν, οὔτε ἐπιστροφὴν ἐποιήσατο τῶν πρέσβεων, ἐξαπατήσας τε τῷ λόγῳ, τὰ ἐναντία φαίνεται πεποιηκώς. Ὥστε οὐκ οἶδα, ὅ τι ἂν ἔχοιεν αὐτῷ λέγειν οἱ πρέσβεις, ἐπικαιρότατον ὧν πρόσθεν ἀφικόμενοι ἐχρημάτιζον, εἰ μὴ ὅτι ἀδυνατοῦντες πόλεμον ἐπιφέρειν, πρέσβεσι διαλύεσθαι βούλεσθαι [61] ἡμᾶς τὰ ἐγκλήματα, ἐς τοσοῦτον αὐτῷ προσφέρεσθαι περὶ τῶν ἡμετέρων. Ταῦτα δὲ, οἶμαι, καλῶς εἶχεν αὐτῷ λέγεσθαι, ἢν μὴ τὸ Ἄργος παραλαβὼν, πόλεμον ἡμῖν περιφανῶς ἀπαγγέλλῃ. Ἐπειρᾶτο μὲν μέχρις οὗ ταῦτα ἂν φέροιμεν, καὶ εἰ μὲν ἀνεχόμεθα, ἤδη χωρεῖν αὐτὸν καὶ ἐπὶ τὰ λοιπὰ ἀδεῶς· εἰ δὲ μὴ, ὑποχωρεῖν ἤδη ἐς ὅσον αὐτῷ ὑφ' ἡμῶν συγχωροῖτο. Καὶ ἐν τούτῳ τὴν ἀπορίαν [62] ποιησόμενος, οὐδὲν μέντοι ἧττον χωρήσων ἐπὶ τὸν πόλεμον. Εἰ δὲ μὴ, λεγέτω μέν μοι, καὶ πρῶτον ἐπὶ Πελοπόννησον ἀφικόμενος, τήν τε Εὔβοιαν ἐπέστη ὀψόμενος, οἶω, καὶ ἐπὶ τὴν Εὐρίπου πόλιν. Καὶ ἐξιὼν αὖθις ἀπὸ Πελοποννήσου, καὶ τὸ δεύτερον ἤδη ἐλαύνων σὺν τοῖς πειρασομένοις τοῦ πόρου, ἀφίκετο ἐς ὄψιν τῆς πόλεως, ὅπως ἂν τὴν προσβολὴν ποιήσαιτο, ἐπιὼν ἐπὶ τὴν πόλιν. Καὶ ὁ μὲν ἵππῳ διαβὰς τὸν Εὔριπον συνίδοι [63] ὅπως βάσιμά τε εἴη αὐτῷ προσβάλλοντι [64], καὶ εὐεπιχείρητα. Ταῦτα μὲν οὖν μὴ πολέμου τεκμήριά ἐστι περιφανῆ, ἀφ' ὧν ἄν τις αὐτὸν ἐπὶ τὸν πόλεμον παρασκευασάμενον ἀπὸ πολλοῦ δισχυρίσαιτο, διαμαχόμενον τοῖς οὕτως ἐπιεικῶς βουλευομένοις; Ἀλλ' ἐπεὶ πόλεμος μὲν ἡμῖν κηρύττεται ἐκ πολλοῦ πρότων, τὰ μὲν ὑφ' αὐτοῦ [65] ποιούμενος, ἀφαιρεῖται ἡμᾶς· τὰ δὲ καὶ διαβάλλων τοὺς ἐπιστάτας αὐτῷ, τὰ πρόσφορα ἐπιτηδεύει, καὶ κατὰ βραχὺ μεγάλα προσποιούμενος, ἄφνω ἀπαρασκεύοις, εἰ δύναιτο, ἐπεισπεσεῖν, παραλαβὼν [66] ἅττ' ἂν αὐτῷ δύναμιν ἀξιόχρεω περιποιήσαιτο. Φημὶ οὖν, εἰ μὴ πό-

A dos existimavi, cum videam etiam invitis et arma detrectantibus belli necessitatem imponi. Nam videmini mihi rempublicam planissime prodere, dum cunctamini arma in præsentiarum adversus barbarum capere. Siquidem hi qui apud vos non pauci primas tenent, monent, ne temere et odiose de rebus adeo arduis consultetis: verum censent legatos mittendos ad barbarum super fœdere expostulantes, ut qui injuste agat, fœderum et jurisjurandi religionem abrumpens; monendum quoque esse, ut pacem, quemadmodum convenerit, observet, si verbis potius quam armis a cœptis eum deterrere possimus. Quod si his nihil apud barbarum effectum fuerit, tum demum necessaria erit oratio quæ ad bellum barbaro inferendum nos in suffragia mittet. Oportet B sane eos qui pericula reputant, ea inter se comparare: et quæ minora apparuerint, eligere. Eum qui suffragium fert, circa singula hanc sententiam tenere convenit. Nam adversarii nostri aiunt, si bellum moverimus, urbes nostræ in continente, quæ spectat Ionium et Peloponnesum, necnon **292** reliquæ continentis urbes, haud habebunt quibus se sustentent ad breve admodum tempus. Verum necessaria eos destituent: et peribunt, si periculum aliquod ingruerit. Præterea si prædicta regio mercibus fuerit exhausta, et despoliata, etiam deindeps et in nos damna maxima redundabunt. Quapropter bellum prolatandum est, et legatio mittenda, quæ ista efficiet. De legatione primo verba faciam. Nam cum legati nostri, viri prudentes et intelligentes, ad eum C convenissent, eorum nullam rationem habuit: verum fraudulentis et dolosis sermonibus usus, contraria, quam nos existimavimus, fecisse apparuit. Non itaque satis apud me constat, quidnam principalissimum eorum super quibus ad eum venerant, coram eo expromere debeant, si denuo legationem susceperint, quam illud: nos, cum non suppetant vires ad bellum, velle legationibus rem gerere, et ad hunc modum injurias propulsare, et crimina dissolvere: adeo nos esse promptos et paratos pro ipsius arbitrio cum ipso agere. Hæc quidem honesta ratio est, dici posset: si non occupato Argo, jam ex aperto nobis bellum intentaret. Animos profecto nostros in hunc modum pertentat, quandiu tandem D ista perpeti velimus. Si patimur, etiam ad reliqua confidenter et audacter procedet. Sin restiterimus fortiter, recedet quo per nos ei licuerit: et in trivio (quod aiunt) constitutus, bellum posthac omittet. Si secus fecerimus, vereor seram aliquando pœnitentiam venturam. Ferunt barbarum, ubi primum in Peloponnesum pervenisset, etiam Euboiam accessisse, visurum Euripi urbem. Egressus iterum Poloponneso, profectus est ut tentaret transitum, venitque in conspectum urbis eo animo, ut eam hostiliter aggrederetur. Et qui-

Notulæ marginales.

[61] *In uno*, Ἐβούλεσθε. [62] Καὶ ἐν τούτοις τὴν ἀπόπειραν. [63] *In uno*, συνίδει. [64] Προσβαλόντι. *Sic in uno, in al. ut c.* [65] *Al.* αὐτῷ. [66] *In uno* παραλαβέσθαι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dem ipse equo transvectus Euripum, speculabatur qua commode copiis transire, et urbem oppugnare posset. Hæc profecto manifesta belli sunt signa, ex quibus satis quis probare potest, eum jamdudum decrevisse satis præparatum adversus adeo decenter deliberantes pugnare. Eo in bello, quod nuntiatur jamdudum adversus nos sumpsisse, strenue perget, quædam sibi subigens, nobisque auferens : quædam, præfectos culpans, subjiciet, et commodissima quæque sectabitur. Mox isti nemo se opposuerit, magna potentia succinctus, subito, si poterit, imparatos opprimet. Nam magnas sibi conflare poterit copias, cum non cesset plurimos suo dominio usque adjungere. Dicam igitur, nobis non fore bellum cum rege? Quidam, quod scio, vana spe semetipsos **293** et alios lactant, dicentes eum nunquam in nos aversurum belli tempestatem, neque nos nostro deturbaturum principatu, quamvis id ex facili posset. Quapropter a bello nobis temperemus, pacemque et tranquillitatem apprehendamus, nihil interim rei necessariæ oscitanter omittentes. Verum enimvero si ex prædictis jam plane apud omnes in confesso est, eum jamdudum nobis bellum indixisse, utrum nobis conducibilius et eligibilius fore judicatis, quietemne amplecti et regionem nostram nobis pati eripi : an ex aperto bellum inferentes, ostendere barbaro, quanta etiam nostra sit potentia, quantæque vires ? Nam in manifestum si descenderimus bellum, eum ejusque insidias cavere poterimus armati, et satis instructi in omnem eventum, sedulo observantes quemnam castris locum capiat. An non is pro hoste tandem habendus est, qui insidiis regionem nostram præripere tentat, et duobus his excellit? Si felice et prospero rex utatur successu, Barbaris homines credunt se, ut amicos nonnihil lucri inde percepturos : sin autem mali nihil inde redundarit in barbarum . . . Si itaque hæc reliquis præstantiora sunt, quis adeo est cæcus, ut non cernat ea esse eligenda ? sin cæcus, meliora habentes, quietem amplecti oportet. Illa namque nobis eligibiliora judico. Cunctationem aio multum multis per orbem damnosam esse : et nobis plurimum damni dedit, prodentibus imperium Græcos et Græcorum regem, quando barbarus infestos arietes Constantinopoli admovebat. Nam merces nostræ plurimum ab Græcis juvabantur et augebantur. Deinde contempsimus et aversati sumus preces ducum Peloponnesiacorum, qui impensissimis precibus auxilium nostrum implorabant. Etiam per nostram socordiam vidimus et Peloponnesum ab isto rege devictam. Nuper admodum, cum Illyriorum rex nostrum auxilium supplex oraret, et lati auxilii non mediocrem gratiam se relaturum promitteret, cum ab Turcis crudeliter necari passi sumus. His sigillatim in hunc modum a nobis pro-

A λεμον ἔσεσθαι ἡμῖν πρὸς τοῦ βασιλέως, ὑπισχνούμενα τοῦτον, μὴ ἀναιρεῖσθαι φάσκοντες τὸν πόλεμον, καὶ μηδὲ [67] παραιρούμενον τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς, ἅτ' ἂν δοκοίη ῥᾴδια προσχωρῆσαι αὐτῷ, πόλεμον μὲν μὴ ποιεῖσθαι, ἡσυχίαν δὲ ἄγειν, μηδοτιοῦν αὐτῷ τῶν δεόντων προϊσχομένους. Εἰ δὲ πάντες τοῦτον ξυνομολογοῦσι δήπου ἡμῖν ὡς πολεμημένον, ἕκαστα πάντων πρόσθεν ἀποπειρώμενος οὐ παύεται, πρότερα τούτων αἱρετώτερα ἡμῖν, ἡσυχίαν μὲν ὑμᾶς ἄγοντας ἀφαιρεῖσθαι τὴν χώραν, καὶ ὡς πολεμήσαντας αὐτῷ, ἢ πόλεμον ἐμφανῆ αὐτίκα καθισταμένους, ἐνδείκνυσθαι αὐτῷ τῆς ἡμετέρας δυνάμεως ὅσα ἐχώρει; ἐν γὰρ τῷ πολέμῳ καὶ φυλάττεσθαι αὐτὸν ἔξεστιν, ἐκ τοῦ φανεροῦ παρασκευαζομένους, καὶ ἐπιτηροῦντας αὐτὸν [68] στρατεύσεται· ἢ πει-
B ρώμενον ἐκ τοῦ ἀφανοῦς, ἀφαιρεῖσθαι τὴν χώραν ἡμῶν, μὴ προσφέρεσθαι ὡς πολεμίῳ, δυοῖν ἐν τούτῳ προέχοντι; Ἢν μὲν ἀποβαίνῃ αὐτῷ κατὰ γνώμην ἐπιχειροῦντι, πιστεύουσί τε αὐτοῖς ὡς φίλοις, φέρεσθαι τοῦτό οἱ κέρδος. Ἢν δὲ μηδέν τι κακὸν ἀπὸ τούτου ξυμβαίνῃ αὐτῷ.... Εἰ μὲν οὖν ταῦτα ἀμείνω, [69] αἱρεῖν ἂν πρὸ τῶν ἄλλων δέοι ταύτῃ. Εἰ δὲ μή, ἀμείνω ἄλλα ἔχοντας, ἡσυχίαν ἀνέχεσθαι, ἐκεῖνα ἔστω ἡμῖν αἱρετώτερα. Τὴν μέλλησίν φημι ἔγωγε μέγα μὲν βλάψαι, καὶ πολλοὺς τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην, καὶ ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι, μεγάλην [70] ἐπήνεγκε βλάβην, προϊεμένους τὴν ἀρχὴν, ὅτε ἐπολιορκεῖτο Κωνσταντινούπολις, Ἑλληνάς τε καὶ Ἑλλήνων βασιλέα, ἀφ' ὧν τά τε ἐμπόρια ἡμῖν μεγάλα ἐπῄει
C αὐξανόμενα· μετὰ δὲ διαπρεσβευομένων τῶν Πελοποννήσου ἡγεμόνων, ὥστε τιμωρεῖν σφίσι πολεμουμένοις, περιείδομεν τήν τε Πελοπόννησον ὑπὸ τῷ βασιλεῖ τῷδε ἀνάστατον γενομένην. Καὶ ἄρτι δὲ τοῦ Ἰλλυριῶν βασιλέως κελεύοντος ἀμύνειν αὐτῷ, καὶ χάριν κατατίθεσθαι οὐ μικρὰν τῆς βοηθείας ἕνεκα, περιείδομεν καὶ αὐτὸν διαφθαρέντα ὑπὸ Τούρκων. Τούτων ἕκαστα ὑφ' ἡμῶν προϊεμένων αἰσχύνην φέρει καὶ ὄνειδος ἐς τοὺς ἄλλους τοὺς κατὰ τὴν Εὐρώπην, ὡς τῶν ἐμπορίων ἕνεκα, καὶ αἰσχροῦ κέρδους, προϊέμεθα γένη ὁμότροπα ὑπὸ τοῦ βασιλέως τοῦδε φθειρόμενα. Ξυνελόντα δὲ ὡς ἔνεστι φάναι, εἰ μὲν τοῖς Παίοσιν αὐτίκα συνθέμενοι ἅμα πόλεμον ἀνελώμεθα, ἔσται ἡμῖν καρποῦσθαι τοῖς ἡμετέροις· εἰ
D δὲ ἀνεχόμενοι ἡσυχίαν ἄγωμεν, ἐν βραχεῖ ὄψεσθε ἀπαρασκεύους ἐπιθέμενον, ἀφαιρησομένους τὴν χώραν, ὅση αὐτῷ ὅμορος οὖσα τυγχάνει. Δοκεῖ οὖν, ἐμοὶ πρέσβεις τε ἐπὶ Παίονας πέμπειν, καὶ χρήματα καὶ αὐτοὺς πληροῦντα; νῆας ἐπὶ ταῖς οὔσαις ἡμῖν ἄλλας ὅσας ἂν δυναίμεθα. Συμπαραλαμβάνειν δὲ καὶ τὸν μέγαν ἀρχιερέα ἐπὶ τὸν πόλεμον τόνδε, ἡγεμόνα τε τοῦ παντὸς ποιουμένους. Τὴν δὲ Πελοπόννησον ἀποστῆναι πειρᾶσθαι. Εἰ γὰρ τῶν ἡγεμόνων τῷ ἑτέρῳ ἀφεστηκότι ἀπὸ τοῦ βασιλέως, καὶ μετρίως ἔχοντι βίου, συνείποντο ἐς τὴν ἀπόστασιν ἐλθόντες οἱ Πελοποννήσιοι, οἱ μὲν ἐκλιπόντες τὴν

Notulæ marginales.

[67] Ἀφαιρούμενον. *R. ut in c.* [68] Στρατεύεται. *R. ut in c.* ἠπειρωμένου αὐτοῦ ἀφ. [69] *Hic pauca deesse videntur. R. ut in c.* αἱρεῖσθαι. ταῦτα. [70] ἐπενέγκαι *Sic etiam R.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πόλιν, οἱ δὲ ἐς πᾶν τοῦ κακοῦ ἀφικόμενοι, πολλῷ ἂν μᾶλλον ἔποιντο δύναμίν τε ἀξιόχρεω διὰ θαλάττης ὁρῶντες, καὶ κατ' ἤπειρον κομίζειν τῶν ἱππέων ὁπλίτας τῶν Ἰταλικῶν ἐς δισχιλίους. Πέμπεσθαι δὲ ἐς Πελοπόννησον καὶ τοὺς ἐν τοῖς ἐγκλήμασι Κρῆτας ἐπὶ διαλύσει τῶν ἐγκλημάτων. Ταῦτα δὲ ἐπάγοντας ὑμᾶς ὁρῶντες ὄψονταί τε αὐτίκα, καὶ μεταστάντες ἐφ' ἡμᾶς, παρέξουσιν ὑποχείριον τὴν Πελοπόννησον. Ἀφ' ἧς ἔσται ἡμῖν ταμιεύεσθαι τῇ ἐκείνου χώρᾳ, καὶ εἴσοδον ἱκανὴν ἀποφέρεσθαι. Ταῦτα δὲ συνθεμένους τοῖς Παίοσιν, ἐκείνους μὲν ἀπὸ τοῦ Ἴστρου, ἡμᾶς δὲ ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου ὡρμημένους, ἐπιχειρεῖν τῇ ἐκείνου ἀρχῇ. Καὶ μὴ καθεζομένους περιορᾷν τὴν χώραν ἡμῶν δῃουμένην, καὶ ἐς ἀνδραποδισμὸν τοὺς ὑπηκόους ἡμῶν ἀγομένους, ἀναγκασθῆναί ποτε ἑλέσθαι σφίσιν αἵρεσίν τινα ἄλλην, τρεπομένους ἐς τὸν πόλεμον.

A ditis, non possumus infamiam apud reliquas per Europam gentes effugere, quin dicant, nos mercaturæ et turpis lucri avidos neglexisse gentes eorumdem nobiscum morum, ejusdemque religionis: et quasi spectasse, ut caderent Turcorum marte. Proinde, ut ad pauca redeam, si adjuncti Pannoniis arma arripuerimus, nostris nobis frui licebit. Quod si cunctati et quietem secuti fuerimus, brevi videbimus eum imparatos oppressurum, et extortarum nobis regionem **294** nostram, qua ei finitima est. Consulo igitur, ut legatos cum magna pecuniæ vi ire jubeamus ad Pannones. Præterea, ut præter naves quæ nobis præsto sunt, etiam alias quotquot possumus, impleamus militibus. Nec etiam prætereundus est pontifex maximus, qui, quoquomodo fieri potest, in belli societatem adhibendus, et totius belli dux declarandus est. Ad hæc, opera

B danda est, ut Poloponnesus ad defectionem sollicitetur. Et id quidem in proclivi est; si enim alterum de ducum numero, qui descivit ab rege, tenuem agentem vitam Peloponnesiaci secuti sunt, cum quidam desererent urbes, alii vero in summa venirent pericula, quid futurum creditis, si viderint tantas copias terra marique adversus barbarum adventare? Censeo insuper equites et armatos Italicos bis mille mittendos in Peloponnesum. Cretensibus quoque venia et criminum abolitio danda est: Hæc ubi nos agere viderint, continuo ad nos transitionem facient, et Poloponnesum subjicient, unde licebit negotia regi facessere. Nam ab Peloponneso commodius in ejus regionem dabitur accessus. Si igitur societatem coiverimus cum Pannonibus, Pannones ab Istro, nos ab Peloponneso Barbari regionem populabimur. Nec pressis, quod aiunt, sedentes manibus, negligemus regionem nostram vastari et subditos nostros Turcorum mancipia fieri. Verum his tandem auctores erimus, ut aliquando aliud consilium capiant, et armis barbaro fortiter resistere instituant.

Ταῦτα εἰπόντος τοῦ Βίκτωρος, συνέπαινοί τε ἐγένοντο καὶ οἱ πλείους [11] ἐν αὐτῷ. Ἰσοπαλεῖς δὲ αἱ ψῆφοι οὖσαι, ὅμως ἐπεκράτησαν αἱ τὸν πόλεμον ἀπαγγέλλουσαι. Μετὰ δὲ αὐτίκα ἐδόκει πρέσβεις μὲν ἐς τὸν μέγαν ἀρχιερέα πέμπειν, καὶ ἐπὶ Παίονας αὐτίκα πρέσβεις πέμπειν ὡσαύτως, χρήματα ἔχοντας. Οἱ μὲν οὖν πρέσβεις ἀφικόμενοι ἐς τὸν ἄκρον ἀρχιερέα, ἔλεγον τὰ καθήκοντα τοῖς Οὐενετοῖς, ὡς ἐν καιρῷ πάνυ εἴη ἅμα αὐτοῖς τὸν πόλεμον ἀναιρούμενον τοῖς Βαρβάροις διαπράττεσθαι, ἅτε ἂν αὐτῷ καὶ πρότερον ἐν Μαντύῃ ἐπετήδευτο. Ὁ δ' ἀρχιερεὺς ὑπολαβὼν ἔλεγεν, ὡς ἀναγκαῖον πρῶτον αὐτὸν τὸν μικρὸν Βάρβαρον ἐκ μέσου ποιεῖσθαι, εἶθ' οὕτως ἰέναι καὶ ἐπὶ τὸν μέγαν· σημαίνων τὸν Ἀριμήνου ἡγεμόνα, πρὸς ὃν πόλεμος ἦν αὐτῷ, διενεχθέντα ἐπὶ τρόπῳ, ὃν παραλιπεῖν ἄξιον. Διὰ δὴ ταῦτα αἰτίαν ἐπιφέρων τοιαύτην, ἐπολέμει. Καὶ οὕτω μὲν ὁ ἀρχιερεὺς διεκρούσατο τοῖς Οὐενετοῖς, ἔχων ἐμφύλιον οἰκεῖον πόλεμον· μετὰ δὲ οἱ ἐπὶ Παίονας πεμφθέντες, ὥστε ἐπὶ τὸν πόλεμον παραλαμβάνειν, ἐς ὄψιν ἐλθόντες τῷ βασιλεῖ Παιόνων, καὶ τῇ συγκλήτῳ, ἔλεγον τοιάδε· Ἄνδρες Παίονες, ἑῶτε δὴ ὑμεῖς τὴν Τούρκων βασιλέως δύναμιν, ᾗ προεχώρησεν, ὡς δυναστείᾳ μὲν τοὺς ἐν τῇ οἰκουμένῃ ὁμοφύλους ἡμῖν κατεστρέψατο. Καὶ ἡμῶν δὲ τὴν χώραν ὡς ληϊζόμενοι, ἀνδραπόδων τήν τε Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην ἐνέπλησαν. Καὶ τόν γε Ἴστρον ἀεὶ διαβαίνοντες, δῃοῦσί τε τὴν χώραν, καὶ ἐπικαίουσιν.

Victor, hujuscemodi oratione habita, plurimos in suam sententiam traxit. Calculi autem cum propemodum utrinque essent æquales numero, vicere tamen, quia aliquanto plures erant, qui bellum nuntiabant. Secundum hæc decretum factum est, ut legati abirent ad pontificem magnum, et alii porro ad Pannones ablegarentur cum magna pecuniæ vi. Legati venientes ad pontificem maximum, dixerunt quæ Venetos dicere æquum erat, videlicet tempus nunc instare, et monere, ut una cum ipsis bellum adversus Barbaros capesseret, quemadmodum Mantuæ convenisset. Pontifex respondens inquit: Necesse est ut prius impium et consceleratum minoremque Barbarum e medio tollam. Deinde diis bene monentibus proficiscar contra magnum Barbarum. At intelligebat Arimini ducem, cum quo bellum ea tempestate gerebat. Verum causam ejus belli nunc omisisse satius est. Legati, qui ad Pannonum animos conciliandos, ut prompti sequerentur in Turcicam expeditionem, missi erant, prodeuntes in **295** conspectum regis Mathiæ, in frequenti senatu hujuscemodi orationem exorsi sunt: Viri Pannones, utique cernitis Turcorum regis potentiam quo evaserit. Eos qui in orbe Christiano ejusdem nobiscum et fidei et gentis sunt, suum imperium suscipere coegit. Ex regionibus nostris prædas agens, Asiam et Europam mancipiis nostris replevit. Istrum præ-

Notulæ marginales.

[11] *In uno des.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

terea frequenter transgrediens, regionem populatur, agrosque urit. Itaque si nos audieritis, Barbarus non amplius trajiciet Istrum, ut vestram regionem impugnet. Nam manifestum esse reor omnibus, si modo vires intellectus seu mentis intenderint, fore, si vos Istrum transmiseritis, et in ejus regionem hostili animo fueritis ingressi, ut maximum tumultum in ejus regione concitetis, resque ejus planissime conturbetis. Turcus, ut liquido constat, Græcos debellavit, et eorum regionem suo dominio adjecit. Triballorum regionem, et universam Peloponnesum sui juris fecit. Trapezuntium regem domuit, ejusque regione potitus est. Daciæ ducem dedit. Illyricorum regionem misere evastavit; eorumque regem, virum æquum et modestum, cepit et occidit. Eum igitur, qui brevi admodum tempore tot principatus et potentatus demolitus est, quid porro facturum creditis? Haud quieti et ignaviæ se corrumpendum tradet, verum finitimos armis appetet, eorumque regiones suæ adjunget. Nec moras nectendo sedebit; verum illico in finitimos arma vibrabit. Nunc igitur nec vobis bellum parcet. Nam conabitur universis suis copiis fretus, in regionem vestram impetum facere, et ex ea hominum aliarumque rerum prædas agere, principes vestros turpissimæ neci tradere haud cunctabitur. Nam animus ejus semper est implacabilis erga nostros, et erga omnes eos qui Christianæ religioni acquiescunt. Præterea parum pacatum animum gerit erga eum qui se benevolum et benignum offert. Haud enim vos præterit, quid fecerit Vladislao principi vestro. Verum enimvero veniam hic meretur Turcus; siquidem Vladislaus in prælio captus interiit. Sed quid mali passus est, aut quamnam injuriam accepit ab Davide Trapezuntis rege, et ab Illyriorum et Lesbi duce, necnon ab reliquis quos omnes crudeliter necavit? si itaque contractis copiis in ejus regionem irrueritis, certe brevi spiritus ejus generosos, quos contra Pannoniam concepit, contuderitis. Sin autem patienter quæ ab rege inferuntur, sustinueritis, transgredietur is universi exercitus robore ad vos. Vereor quod si deinde semel aberraveritis, **296** et parum feliciter contra eum pugnaveritis, ut universa Pannonia in ejus ditionem cedat, et vos crudelissime perdat. Venetis, cum dicendi finem fecissent, in hunc modum respondit Pannonum rex: Viri Veneti, sane recte dicitis, et videmini in plurimis esse viri non admodum imprudentes, nec solum in iis quæ ad quotidianæ vitæ usum spectant; verum et in iis quæ publicam aliquando de rebus necessariis consultationem postulant. Parum autem recordamini, ut videre videor, quod sæpius vos cohortati sumus, ut una nobiscum expeditionem sumeretis contra Turcos; verum cohortationem

A Ὡς δὲ αὐτὸς ὁ Βάρβαρος, οὐκ ἔτι διαβὰς τὸν Ἴστρον, περὶ τῆς ὑμετέρας αὐτῶν τὸν ἀγῶνα ποιεῖται, δῆλά ἐστι λογιζομένοις ὑμῖν, ὅτι ἐπὶ τὴν ἐκείνου διαβαίνοντες, ἐς θόρυβον ἐτίθεσθε αὐτοῦ τὰ πράγματα. Νῦν δὲ τούς τε Ἕλληνας καθελὼν, καὶ Ἑλλήνων βασιλέα. Μετὰ δὲ τὴν Τριβαλλῶν χώραν ὑφ' αὐτῷ ποιησάμενος, καὶ Πελοπόννησον καταστρεψάμενος σύμπασαν, καὶ βασιλέα Τραπεζοῦντος παραστησάμενος, καὶ τήν τε χώραν αὐτοῦ ἐπαγόμενος, μετὰ δὲ ἐπιστήσας ἄρχοντα τῇ Δακίᾳ, καὶ τὴν Ἰλλυριῶν χώραν δῃωσάμενος, καὶ ἑλὼν ἅμα καὶ τὸν βασιλέα, ἄνδρα ἐπιεικῆ καὶ 'μέτριον, ἐν βραχεῖ οὕτω χρόνῳ, τοσαύτας δυναστείας καθελών. Τί ἔτι οἴεσθε αὐτὸν τοῦ λοιποῦ ποιήσειν; Καθεστήσεται μὲν οὐδαμῶς, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ὁμόρους τούτων B ἐλαύνων, πειράσεται τὰς αὐτῶν γινομένας ὑφ' αὐτῷ ποιεῖσθαι, ὡς ἂν δύναιτο τάχιστα αὐτοῖς προσφερόμενος. Νῦν δὲ ἥκει καὶ ἐφ' ὑμᾶς οὐχ ἥκιστα ὁ πόλεμος, καὶ παντὶ σθένει πειράσεται διαβαίνων, τήν τε χώραν ὑμῶν ἀνδραποδίζεσθαι, καὶ τοὺς ἄρχοντας αἰσχίστῳ ὀλέθρῳ διαφθεῖραι. Οὐ γὰρ ἂν ψυχὴν αὐτοῦ ἔστι διαλλάττειν ἐς τοὺς ὑμετέρους τε καὶ ὑπὸ τὴν ἡμετέραν θρησκείαν ὄντας. Ἀλλ' ἀμείλικτος πάμπαν τυγχάνει ὢν ὁμοίως παντὸς, τῷ τε οἱ ἐπιεικῶς φερομένῳ. Πυνθάνεσθε γὰρ δήπου οἷα τὸν Λαδίσλαον βασιλέα πρότερον ἄρχοντα ἐποίησε. Κἀν τούτῳ μὲν ἴσως συγγνώμην ἔσχεν ἑαυτῷ ἐν μάχῃ ἁλόντα ἀπεκτονώς· τὸν δέ γε βασιλέα Δαβὶδ Τραπεζοῦντος, καὶ Ἰλλυριῶν, καὶ Λέσβου ἡγεμόνα, τούς τε ἄλλους, τί χαλεπὸν ὑπ' ἐκείνων παθὼν, C διαφθείρει αἰεὶ ὁμοῦ πάντας; Εἰ μὲν οὖν παρασκευάζεσθε ἐπὶ τὴν ἐκείνου χώραν ἐλαύνειν [72], τὸν πόλεμον ποιεῖσθε, τάχα ἄν τι ἐπικουφίζοιτε καὶ τὴν ἐπὶ ταῦτα ἐσομένην ὁρμὴν αὐτοῦ ἐς τὴν Παιονίαν· εἰ δὲ ἀνέχεσθε τοιαῦτα πάσχοντες, διαβήσεται δὲ ἐκεῖνος παντὶ τῷ στρατῷ, δέδοικα μὴ σφαλέντες ἅπαξ, τάδε πάντα ὑπ' ἐκείνῳ γένηται, καὶ ἡμᾶς κάκιστα ἀπολέσῃ. Ταῦτα εἰπόντων τῶν Οὐενετῶν ὁ βασιλεὺς Παιόνων ὑπολαβὼν, ἔλεγε τοιάδε· Ἄνδρες Οὐενετοὶ, εὖ τε λέγετε, καὶ δοκεῖτε πρὸς πολλὰ [73] ἄνδρες εἶναι οὐκ ἀξύνετοι, ἔς τε τὰ ἄλλα τοῦ βίου, καὶ ἐς τὰ δέοντα αὐτοῖς λογίζεσθαι. Ἐκεῖνο δὲ οὐ δοκεῖτε ἡμῖν μεμνῆσθαι, ὡς τὸν ἐπὶ τῶν Τούρκων πόλεμον συμπαρελαμβάνομεν πολλάκις ὑμᾶς, καὶ D οὐκ ἠθελήσατε τιμωρεῖν, παρακαλοῦντος ἅμα καὶ τοῦ μεγίστου ἀρχιερέως. Ἀλλ' ἐσπένδεσθε τῷ βαρβάρῳ, καὶ ἡμῶν λόγον οὐδένα ἐποιεῖσθε. Ἐφάσκετε δὲ, ὡς οὐκ εἰκότα ὑμῶν προσδεόμεθα, κελεύοντες ἐπαμύνειν, μηδετιοῦν χαλεπὸν ἐπιδόντες ὑπὸ τοῦ βαρβάρου. Καὶ ἡμεῖς δὴ οὕτω πολλάκις τὸν Ἴστρον διαβάντες, ἀνήκεστα ἐπεπόνθαμεν. Καὶ πρῶτον μὲν Λαδίσλαος ὁ τῆσδε τῆς χώρας βασιλεὺς ἐτελεύτησεν, ἀνὴρ γενόμενος ἀγαθός. Τὸ δεύτερον αὖθις πολλοί τε ἅμα καὶ ἀγαθοὶ, ἐν Κοσόβῳ τῆς Τριβαλλῶν χώρας, οἱ μὲν ἐν τῷ πολέμῳ ἀπέθανον, οἱ δὲ καὶ ἑάλωσαν ὑπὸ Τούρκων. Ταῦτα μέν τοι ὑμῖν ἐν

Notulæ marginales.

[72] *In uno*, ἐλαύνοντες. [73] *In uno*, πολλῶν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τῷ παρόντι ἐπιμεμφόμεθα· τιμωρεῖν δὲ ὑποδεχόμεθα αὐτίκα μάλα διαβάντες τὸν Ἴστρον, ἐς ὅσον ἐγχωρεῖ ἐν τῷ τοιῷδε βλάψαι τὴν χώραν τοῦ βαρβάρου. Ἥρος δ' ἐπιγενομένου στρατευσόμεθα ἐπὶ τὴν ἐκείνου, πειρασόμενοι ὡς ἂν διδῷ ὁ Θεός. Χρεὼν δὲ καὶ ὑμᾶς ἅμα ἐσβάλλοντας ἐς τὴν Πελοπόννησον βλάπτειν πειρᾶσθαι, ὅσα ἂν δύνασθε. Ὡς ἂν ἐπ' ἀμφοτέρων τῶν χωρίων παρέχοιμεν αὐτῷ πράγματα ἐργαζόμενοι, ἐς ἐγγυτάτω ἴοιμεν τῆς γνώμης, ὁμοῦ δὲ [74] ἐγχειρίσαι περὶ τὸν πόλεμον. Ταῦτα εἰπὼν, καὶ παρασκευασάμενος τὰ χρήματα ἐδέξατο ἐς δισμυρίους καὶ πεντακισχιλίους χρυσίνους. Οὗτος μὲν οὖν οὕτω παρεσκευάσατο ἐς τὸν πόλεμον.

A nostram admittere recusastis, quamvis ad eamdem rem etiam pontifex maximus vos cohortaretur. Fœdus pepegistis cum Barbaro, nostrique nullum respectum egistis. Ad hæc vestra oratio erat, nos parum honeste agere, jubentes vos arma contra Barbarum arripere, cum nullæ tamen ejus in vos exstent injuriæ. Nos igitur sæpius trajecimus Istrum, et maximas clades accepimus. Primo quidem Vladislaus rex noster in expeditione Turcica occubuit, cum fuisset vir optimus. Deinde iterum multi et boni viri in Cosobo regionis Triballorum, partim cæsi, partim capti sunt ab Turcis. Hæc quidem hactenus vobis exprobrare libuit. Cæterum parati et prompti sumus una vobiscum suscipere bellum, continuo transeuntes Istrum; et quantum possumus, evastantes regionem Barbari. Appetente vere bellum indicemus regi: quod quantum Deus nobis opis dederit, summa fortitudine geremus. Cæterum et vos simul irrumpere in Peloponnesum, et molestos esse, quantum licuerit, regi oportet, ut in hunc modum ab utraque regione negotia ei facessamus, et pari animo utrique bellum aggrediamur.

Συναγείρας δὲ στράτευμα ἐς δισμυρίους καὶ πεντακισχιλίους, τὸν Ἴστρον τε διαβὰς, ἐδῄου τὴν βασιλέως χώραν. Καὶ ἐπιτειχισμὸν τῇ Μπελογράδῃ ὁ Σαβατίνης ἐτείχισεν, ὅτε τὴν Παιονίαν ἐληΐζετο, καὶ φρουρὰν ἐγκαταλιπὼν ἐν αὐτῇ, ἄνδρας τῶν βασιλέως θυρῶν, ἀπήλαυνε. Τοῦτο μὲν δὴ τὸ ἐπιτείχισμα ὃν [75] μάλιστα τῇ πόλει, ἐπελάσας, ἐπολιόρκησε· μετὰ δὲ ἐπιδραμὼν τὴν βασιλέως χώραν, ἔστε ἐπὶ Σάββαν, καὶ ἀνδραποδισάμενος τὴν χώραν, Τριβαλλούς τε ἅμα καὶ Τούρκους, ἀπήλαυνε τὰ ἔμπαλιν γενόμενος ἐπ' οἶκον. Λέγεται δὲ ἀπενέγκασθαι ἀνδράποδα ἀμφὶ τὰ δυσμύρια. Καὶ τὰ μὲν τῶν Παιόνων οὕτως ἐγένετο· Οὐενετοὶ δὲ, ὡς καὶ τοὺς Παιονὰς σφισι συμμάχους παρελάμβανον, πληρώσαντες τριήρεις πέντε καὶ τριάκοντα, καὶ ναῦς τε ἅμα ὑψηλὰς δυοκαίδεκα, ἔπλεον ἐπὶ Πελοπόννησον. Καὶ ὁπλίτας μὲν Ἰταλοὺς, ἱππέας δισχιλίους, ἐμβαλόντες ἐς τὰς ὑψηλὰς ναῦς, διεπόρθμευον ἐς τὴν Πελοπόννησον· μετὰ δὲ στρατηγὸν εἵλοντο, ἄνδρα ἐπίσημον τῆς Λαυρεδάνων οἰκίας, ἐπιτρέψαντες αὐτῷ τὰ πράγματα, καὶ ἐς τὰς παραλίους τάς τε ἐς τὸν Ἰόνιον, καὶ ἐς τὸ Αἰγαῖον, ἡγεμόνα κατεστήσαντο, κύριόν τε ποιησάμενοι, διαθεῖναι ᾗ ἂν αὐτῷ δοκοίη ἐς τὸν πόλεμον ἄριστα ἔχειν. Ἀπὸ δὲ τῆς Κρήτης κήρυγμα ἐποιήσαντο τοῖς ἐπὶ τῶν ἐγκλημάτων ἐς τοὺς χώρους καταφυγοῦσιν, ἰέναι θαρροῦντας ἐς τὸν πόλεμον. Ἐγένοντο δὲ συλλεγέντες ἀμφὶ τοὺς τετρακισχιλίους, καὶ ἐς τὴν Πελοπόννησον διεπόρθμευσαν, καὶ τούς τε Πελοποννησίους παρώτρυναν [76] ἀφιστάναι ἀπὸ βασιλέως. Καὶ οἱ Πελοποννήσιοι δεινῶς δεδιότες, προσέφερον λόγους, τόν τε Ἰσθμὸν τειχίζειν, ὡς ταύτῃ ἀπολήψόμενοι τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι βασιλέως νεήλυδας, καὶ ἀπογνόντας παραδωσομένους σφᾶς, ὥστε ἀπαθεῖς ἀπιέναι. Ἡ μὲν οὖν Λακωνικὴ, καὶ τὸ Ταίναρον, καὶ οἱ ἀμφὶ Ἐπίδαυρον, ἀπίστησαν αὐτίκα ἐπιόντων τῶν Οὐενετῶν· καὶ οἱ Ἀρκάδες,

B His dictis, accipiebat viginti quinque millia aureorum. Quibus acceptis, accingebatur ad bellum, comparans exercitum qui complectebatur viginti quinque millia virorum. Transgressusque Istrum, regis regionem populabatur. Sabatines murum Belgrado objecerat, quo tutior esset cum ex Pannonia prædas ageret; in quo relinquens præsidium virorum de januis abiit. Hunc igitur murum quam proxime ad urbem accedens oppugnavit et diruit. Dehinc incursionem faciens in regis regionem usque ad Savum, et mancipiorum prædas agens, pulsis Triballis et Turcis, domum reversus est, revehens circiter viginti millia mancipiorum. In hoc statu res Pannonum erant. Veneti, cum Pannones in belli societatem venissent, impleverunt triremes triginta quinque, et naves alias duodecim; quibus **297** confisi, contenderunt in Peloponnesum. Italos armatos et equites bis mille imposuere in naves altas, et transfretarunt in Peloponnesum. Ad id bellum crearunt ducem virum illustrem Jacobum de familia Lauredanorum, cui etiam imperium in maritimas regiones dederunt, videlicet in eas quæ Ionium et Ægæum respiciunt. Huic plenam rerum gerendarum potestatem permittunt, nempe ut ad eum modum bello utatur, quo sibi res Venetorum optime habere viderentur. Edictum missum est in Cretam, ad eos qui capitalibus criminibus irretiti, ad ea loca confugerunt, ut audacter, nihil metuentes, in hanc expeditionem venirent. Ili erant numero in unum collecti quater mille; et in Peloponnesum trajecerunt, ut Peloponnesiacos ad defectionem ab rege impellerent. Verum Peloponnesiaci magna in formidine constituti, inter se varia colloquti, statuerunt Isthmum muro circumvenire, ut eo modo peregrinos regis, qui in urbibus erant, interciperent. Peregrini namque

Notulæ marginales.

[74] *In uno*, διαχειρ. [75] Ἐγγὺς, *aut simile quid deest. R. ut inc.* [76] *In uno*, ἐπειρῶντο.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

jam desperarant (ut qui semetipsos proditos crederent) se posse illæsos et salvos præsentem necessitatem effugere. Laconia, quique Tænarum et Epidamnum (15) tenebant, necnon finitimi illico accedentibus Venetis ab rege desciverunt. Hos secuti sunt Arcades et Pellenenses. Peloponnesi præfectus in Leontia (16) Megalopolis moratus, exspectabat rei eventum. Nuntium ad regem dimisit qui nuntiaret Venetos in armis esse, et regionem ad defectionem sollicitare. Veneti terra marique ab Nauplio properabant Argos; quam urbem aggressi oppugnabant; oppidani conabantur transitionem facere. Erant in ea urbe peregrini milites regis quinquaginta una cum duce suo: qui, conditionibus quibusdam intercedentibus, se Venetis dedidere, quos passi sunt abire inviolatos et incolumes. Hoc modo isti exitium imminens evaserunt. Veneti Argo urbi, quæ in ditionem venerat, præsidium imposuerunt, relicto ibidem et duce. Ubi hujusmodi casus Venetis accidit. Ut enim potiti sunt Argo, submiserunt auxilium duce Hieronymo de familia Bernardorum; cui præceptum erat, ut per littus auxiliares ducens, pergeret Argos. Is, contempto imperio magistratus, auxiliare agmen ducit per mediterraneam regionem, iter faciens per radicem montis. Ibi tum Turci, locum insidiis præoccupantes in itinere quod fert Argos, submittentesque viros centum, exspectarunt, si qua occasio daretur ulciscendi Argivos. Ut conspicati sunt Hieronymum iter metiri per mediterraneam regionem, prævenerunt montis radicem; et occupantes littus, Venetorum auxiliares in medio conclusere. Hinc ex insidiis exsurgentes, Venetos continuo in fugam conjecere, **298** cæsis ducentis, totidemque captis. Hieronymus fuga evasit impendens discrimen. Ingressus autem navem, quæ forte eo appulerat, dicebat se ab duce Veneto advenisse, ut proficisceretur in Æginam. Ut in Æginam venit, nautam navem solvere et cursum in Euboiam dirigere jubet. Dehinc egressus est in Atticam, et inde ad regem iter flexit. Is haud multo post reversus ad Venetos, graves pœnas spreti et contempti imperii dedit.

Græci qui erant in Peloponneso, et Albani, necnon Rhasicus, et Petrus Claudus, haud cessabant consulere Venetis, ut Isthmum muro includerent. Hoc enim facto, aiebant Peloponnesiacos illico defecturos ab rege, et ad Venetos transitionem facturos. Nam plurimum momenti ad defectionem, rem eam habere. Visum est igitur ut cum universis copiis opus aggrederentur, Isthmumque obstruerent, an vel isto modo ad defectionem inclinaturi essent Peloponnesiacorum animi. Advenientes ad opus prædictum, lapides et saxa congerebant, opusque incredibilem in morem brevi crescebat. Et tentantes animos Peloponnesiacorum, periculum faciebant, si et Corinthum ad defectionem

A καὶ Πελληνεῖς. Ὁ δὲ Πελοποννήσου ὕπαρχος, ἐν Λεοντίῃ τῆς Μεγαλοπόλεως διατρίβων, ἐσκόπει ᾗ ἕκαστα προβήσεται. Καὶ κήρυκα πέμπων ἐς βασιλέα, ἐδήλου, ὡς Οὐενετοὶ τήν τε χώραν ἀφιστάντες πολεμοῦσι, καὶ τὸ Ἄργος ἐπιόντες ἀπὸ Ναυπλίου, διὰ τῆς ἠπείρου, καὶ διὰ θαλάσσης, ἐπολιόρκουν προσβαλόντες. Καὶ ἐπειρῶντο μολεῖν [77]. Ἔνῆσαν δὲ τοῦ βασιλέως πεντήκοντα νεῆλυδες, καὶ ἁρμοστὴς τούτων, οἱ προσεχώρησαν τοῖς Οὐενετοῖς καθ' ὁμολογίαν, καὶ ἀφῆκαν ἀπαθεῖς ἀπιέναι. Οὗτοι μὲν οὕτω διέφυγον μὴ ἀπολέσθαι, καὶ τὸ Ἄργος παραλαβόντες Οὐενετοὶ, φρουράν τε ἐγκατέλιπον, καὶ ἄρχοντα ἐν αὐτῷ. Ἔνθα δὴ συνηνέχθη αὐτοῖς τοιόνδε. Ὡς γὰρ ἐπεκράτησαν τοῦ Ἄργους, καὶ βοήθειαν ἔπεμπον, ἐπιτρέψαντες ἀνδρὶ Ἱερωνύμῳ Βερνάρ-
B δων γένους, καὶ ἐπιτείλαντες, ὡς ἂν διὰ τοῦ αἰγιαλοῦ προϊὼν, ἀφίκοιτο ἐς τὸ Ἄργος· ὁ δὲ ἀπειθήσας ᾗει [78] τὴν μεσόγαιον, φέρουσαν διὰ τῆς ὑπωρείας. Ἐνταῦθα οἱ Τοῦρκοι προλοχήσαντες τὴν ἐπὶ τῷ Ἄργει ὁδὸν, καὶ ὑποίσαντες ἄνδρας ἑκατὸν, ἀνέμενον εἴ τι ἀπίῃ ἐς τιμωρίαν φέρον τοῖς Ἀργείοις. Ὡς δὲ ἐώρων τὸν Ἱερώνυμον ἄγοντα τοὺς ἄνδρας ἐπὶ τὸ Ἄργος διὰ τῆς μεσογαίου, ἔφθησαν τὴν τε ἀπώρειαν [79], καὶ τὸν αἰγιαλὸν καταλαβόντες, ἐν μέσῳ ποιήσασθαι τὴν Οὐενετῶν βοήθειαν. Καὶ ὡς ἐποίησαν, ἐτρέψαντο αὐτίκα τούτους, καὶ διαφθείραντες ἐς διακοσίους τούτους ἐζώγρησαν. Αὐτός τε Ἱερώνυμος διέφυγε μὴ ἀπολέσθαι. Ἐμβὰς δὲ ἐς πλοῖον ταύτῃ που ὁρμιζόμενον, ἐπηγγέλλετο, ὡς
C ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ παρεῖη πλεύσων τὴν Αἴγιναν. Ὡς δὲ ἐπὶ Αἴγιναν ἀφίκετο, αὖθις ἐκέλευεν αὐτὸν διαπορθμεῦσαι ἐς Εὔβοιαν. Ἐπιβὰς δὲ ἐς τὴν Ἀττικὴν, ἐντεῦθεν ἀφίκετο παρὰ βασιλέα. Οὗτος μὲν οὖν οὐ πολλῷ ὕστερον αὖθις ἐς τοὺς Οὐενετοὺς ὑποστρέψας, χαλεπὰ ἐπεπόνθει.

Οἱ μέντοι Οὐενετοὶ, ὡς προϊσχομένων τῶν ἐν τῇ Πελοποννήσῳ Ἑλλήνων τε ἅμα καὶ Ἀλβανῶν, καὶ κελευομένων αὐτῶν, καὶ Ῥασίκου καὶ Πέτρου τοῦ Χωλοῦ, ὡς εἰ τὸν Ἰσθμὸν τειχίσαιεν, αὐτίκα ὄντες οἱ Πελοποννήσιοι ἀποστήσονται, καὶ ἐπ' αὐτοὺς χω-
D ρήσουσι. Μέγα γάρ τοι προσφέρειν τοῦτό σφισιν ἐς τὴν ἀπόστασιν. Ἐδόκει δὲ ἰόντας πανστρατιᾷ, φράγνυσθαι τὸν Ἰσθμὸν, καὶ διαπειρᾶσθαι τῶν ἐν τῇ Πελοποννήσῳ. Ἀφικομένων δὲ, λίθους συντιθέντες, ἐπῳκοδόμουν, ὡς ἀποπειρώμενοι τῶν Πελοποννησίων γνώσωσιν, εἰ προσχωροίη καὶ ἡ Κόρινθός σφισι, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς Πελοποννήσου αὐτίκα χωρήσουσιν ἰόντες ἐς αὐτούς. Ὡς δὲ ἐπῳκοδόμησάν τε τὸν Ἰσθμὸν, καὶ αὐτοὶ ἀναλαβόντες τὰ ὅπλα, ᾗεσαν

Notulæ marginales.

(15) Al. *Epidaurum*.

(16) Leontorio.

[77] *In uno*, ἐλεῖν. [78] *In uno*, ᾗιε. [79] *In uno*, ὑπώρειαν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐς τὴν Κόρινθον, ἐξηγουμένων τῶν Κορινθίων ἐς τὴν προσβολὴν, τηλεβόλους τε καθίστασαν ἐς τὴν ἀκρόπολιν, καὶ προσεβάλλοντο μαχόμενοι ἀξίως λόγου. Χειμὼν δὲ ἐπιγενόμενος διεκώλυσέ τε αὐτοὺς προκαθέζεσθαι. Καὶ ἀπιόντες ἐντεῦθεν, ᾤχοντο ἄπρακτοι. Ὡς δὲ πιεζόμενοι οἱ Οὐενετοὶ τῷ χειμῶνι, χαλεπῶς ἔφερον τὴν ἐν τῷ Ἰσθμῷ διατριβὴν, καὶ οὔτε ἡ Κόρινθος προσεχώρει, οὔτε ἡ Ἀχαΐα ἀφίστατο, ἐπελάσαντος ἀνδρὸς Ῥάλεω τοὔνομα Ἕλληνος, καὶ αὐτοῦ τελευτήσαντος ὑπὸ Τούρκων ἐπεξιόντων τε καὶ ἀμυνομένων, καὶ οὔτε δὴ τἆλλα[80] προσεχώρησέ σφισι, πλὴν τῶν τὴν Σπάρτην οἰκούντων, ἐξαπατηθέντων ὑπὸ Ἕλληνος νεανίου, Γρίτζα τοὔνομα ἔχοντος. Δεινόν τε ἐποιοῦντο προσμένειν τε αὐτῷ τῷ Ἰσθμῷ, καὶ οὐδέν τι πράττεσθαι ἀνύοντας ἐς τὴν τῆς Πελοποννήσου καταστροφήν. Ἡγγέλετο δὲ καὶ Μαχουμούτης, ὁ τοῦ βασιλέως ἡγεμὼν, στρατῷ μεγάλῳ ἀπιέναι σφίσιν ἐς τὸν Ἰσθμόν. Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ αὐτὸς βασιλεὺς ἠγγέλλετο ἐλαύνων ἐπὶ τὸν Ἰσθμόν. Ἔγνωσάν τε ἀπολιπεῖν τὸν Ἰσθμὸν, οἰδέν τί σφισιν αὐτοῖς πρόσφορον ἐς τὰ παρόντα, καὶ ἰόντας ἐς τὰς πόλεις, κρατύνειν τε αὐτὰς, καὶ ἀμύνασθαι κατὰ τὸ καρτερὸν, ἢν ἐπίωσιν οἱ περὶ Μαχουμούτην τε ἅμα καὶ οἱ περὶ βασιλέα.

A accendere possent. Quod si contingeret, reliquas Peloponnesi urbes statim transitionem facturas. Isthmi muro exædificato, arreptis armis pergebant contra Corinthum. Præeuntibus quibusdam Corinthiis, ostendentibus ubinam urbem aggredi deberent, bombardas ponebant ex adverso arcis, urbisque oppugnationem aggrediebantur, certantes magna cum gloria. Verum hiems frigoribus intoleranda, eos ab obsidenda urbe abduxit. Quapropter discedentes, nihil tanto apparatu dignum effecere. Itaque Veneti, hiemis iniquitate pressi, animo iniquo moram in Isthmo ferebant. Nec Corinthus transitionem fecit, nec Achaia descivit, quamvis ad eos missus foret vir Græcus nomine Raches; qui ab Turcis egredientibus et resistentibus interfectus est. Nec reliquæ urbes, præter eos qui Spartam incolebant, deditionem faciebant; nam Spartanis impositum erat ab juvene Græco nomine Gritza. Venetis jam omnis mora in Isthmo intoleranda erat, cum viderent se nequidquam laborare, ut Peloponnesus subjiceretur. Nuntiabatur interea Machumetes regius præfectus magnis copiis instructus, in Isthmum contendere, spirans cædes Venetorum. Etiam fama ferebatur, regem cum exercitu Machumetem, ut ei subsidio venire posset, si res postularet, subsequi. Decreverunt itaque magno consensu Isthmum deserere, ut cujus parvus in præsentiarum esset usus. Digressi Isthmo contendebant in urbes, quas præsidiis munimentisque aliis firmabant, ut regis et Machumetis vim, si accederent propulsare possent.

B

Ὡς γὰρ ἀγγελία ἀφίκετο βασιλεῖ, τοὺς Οὐενετοὺς τειχίζειν τε τὸν Ἰσθμὸν, πληρώσαντας τριήρεις ἐς τεσσαράκοντα, νηῶν δὲ ὑψηλὰς δυοκαίδεκα, καὶ ὁπλίτας ἐπαγομένους ἀπὸ Ἰταλίας, καὶ ἀπὸ Κρήτης στρατὸν ἄλλον, μεγάλως παρασκευάσασθαι αὐτοὺς ἐς τὴν τῆς Πελοποννήσου καταστροφὴν, πέμπειν Μαχουμούτην συμπαραλαβόντα τὸν τῆς Εὐρώπης στρατὸν, πλὴν τῶν πρὸς τοὺς Παίονας τεταγμένων, ἐλαύνειν εὐθὺ Πελοποννήσου. Καὶ εἰ μέν τοι αὐτὸς οἷος ἀνύσαι ἐς τὸν πρὸς Οὐενετοὺς πόλεμον, καθελεῖν τε τὸν Ἰσθμὸν, καὶ ἐσβαλεῖν ἅμα τὴν Πελοπόννησον· εἰ δὲ μὴ, καὶ αὐτῷ ἀπαγγέλλῃ,[81] ὥστε κατὰ πόδας ἐλαύνειν. Ὁ μὲν τῶν θυρῶν ἡγεμὼν Μαχουμούτης παραλαβὼν τὸν τῆς Εὐρώπης στρατὸν, ἤλασε μέχρι Θετταλίας, ἐς Πηνειὸν, καὶ ἐστρατοπεδεύετο παρὰ Λαρίσσῃ τῇ πόλει. Συμβούλῳ δὲ ἐχρῆτο μὲν Ὀμάρῃ τῷ Τουραχάνεω Θετταλίας ὑπάρχῳ. Ἀπετρέπετο δὲ μὴ ἐς τὸ πρόσω ἐλαύνειν, ἀλλὰ βασιλεῖ ἀναγγέλλειν, ὡς ἡ παρασκευὴ μείζων ἢ κατὰ τὸν βασιλέως ἡγεμόνα. Αὐτὸς γὰρ στρατεύματι πρόσθεν ἐγγύτατα τοῦ Ἰσθμοῦ ἀφικόμενος, τηλεβόλους τε ἀφεώρα πλείους ἢ δισχιλίους, καὶ τηλεβολιστὰς τετρακοσίους, καὶ τοξότας, καὶ πελταστὰς, καὶ μηδενὶ αὐτοὺς αὐτοῦ ἐν τῷ Ἰσθμῷ ἐπιτρέψαι ἂν στρατοπεδεύσασθαι.

Rex ubi **299** cognovit Venetos muro circumvenisse Isthmum et implesse triremes quadraginta, et naves altas duodecim, præterea armatos Italos adduxisse, et ab Creta alium exercitum, quibus omnibus freti, id unicum spectarent ut Peloponnesum subigerent; haud amplius cunctandum ratus, Machumetem jussit accipere Europæ exercitum, præter eum qui Pannonibus oppositus erat, et recta proficisci in Peloponnesum. Præterea imperat, si quid posset efficere in bello contra Venetos, eniteretur destruere Isthmum, et deinde irruptionem in Peloponnesum facere. Quod si hæc parum procederent, se succenturiatum fore; et si quid renuntiaret, continuo in iisdem vestigiis subsecuturum. Machumetes januarum dux cum Europæ exercitu profectus est in Thessaliam usque ad Peineum (17), et castra prope Larissam urbem posuit. Eo in bello consiliario utebatur Omare Thessaliæ præfecto, qui Machumeti consulebat ut subsisteret, nec ulterius moveret; sed regi significaret, belli molem majorem impendere, quam cui regius dux sufficere vel par esse possit. Nam cum paulo ante quam proxime ad Isthmum speculator accessisset, bombardas conspicatus est plures quam bis mille, præterea bombardarios quadringentos; necnon sagittarios et scutigeros vidit, qui haud facile cuiquam concessuri sint castra in Isthmo locare.

C

D

Notulæ marginales.

(17) Pindum.

[80] Τὰ ἄλλα. *Sic etiam R.* [81] Ἀπαγγέλλειν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Hæc cum accepisset regis dux, visum est regi indicare ut Peloponnesum opprimeret : se vero prefectionem ulterius facturos Lebadiam usque. Nuntius igitur ad regem venit, qui nuntiabat apparatum belli esse magnum et memorabilem. Litteræ etiam ab Peloponneso allatæ sunt, quibus incitabatur, ut cum copiis accedere maturaret : Venetos enim ejus adventum nequaquam exspectaturos. Litteras has ad eum pertulit vir quidam Albanus, qui ab Corintho noctu solvens, scapha trajecit mare observans maris tranquillitatem, et ventos secundos, et in Bœotiam appulit. Hinc egressus navi venit ad Machumetem in Thessaliam. Machumetes cum litteras legisset, in Peloponnesum abire statuit. Ubi venit in loca Bœotiæ propinqua accessit nuntius qui referebat, Venetos, relicto Isthmo, fuga dilabi. Collectis itaque omnibus ab Platæarum regione Citheronem veniens, quem noctu superavit, prima luce in Isthmo erat : et Venetorum naves in mare deductas contemplabatur. Inveniens autem Isthmum ab Venetis desertum, ingressus ibidem castrametatus est. Deinde per Corinthum profectus Argos. Eam urbem defensabant et tenebant Venetorum præsidiarii **300** milites, quos omnes oppugnans cepit : et vinctos, cum numero forent septuaginta, ad regem misit. Cæterum rex consilium abeundi in Peloponnesum abjecerat. Nolebat enim cum accepisset Isthmum occupatum esse, in Peloponnesum contendere, parcens exercitui ne nimium et frustra defatigaretur : sed retro in regiam abiit. Machumetes regius dux per Tegææ regionem iter faciens, Leontarium venit : ubi et castra communivit. Inde mittit Zaganum, quem principem Peloponneso constituit, ejecto ex eo magistratu Josue Albanis filio, Patras Achaiæ, et in alias finitimas urbes, ut arces frumento et munitionibus bellicis firmaret. Omarem jubet assumere exercitum qui continebat viginti millia militum, et incursiones facere in Venetorum regionem. Is imperata impigre faciens, cum exercitu venit in loca Methonæ finitima : captoque ibidem oppidulo, oppidanos omnes ad ducem Machumetem abduxit, eique tradidit. Ili omnes, cum numero forent quingenti, exinde ad regem perducti, crudeliter in duas partes dissecti occubuere. Fama constans habet, cum cadavera peremptorum Byzantii eo loci essent projecta, quo rex jusserat in duas partes conscissa exponi, bovem quemdam in eum locum egressum, et visis cadaveribus flebilem in modum vocem mugiendo exaltasse, postea medietatem unam cadaveris sustulisse, deinde reversum etiam alteram cadaveris medietatem abstulisse, et ambas medietates deinceps composuisse. Stupentibus autem et mirantibus factum, qui in eo loco erant, evenit ut ejus rei rumor etiam ad regem

Ταῦτα ἀκούσαντα τὸν βασιλέως ἡγεμόνα, ἔδόκει βασιλεῖ μὲν καταλαμβάνοντα τὴν Πελοπόννησον ἀπαγγέλλειν, αὐτοὺς δὲ ἀναζεύξαντας, ἰέναι ἐς τὸ πρόσω, ἐς Λεβαδίαν. Βασιλεὺς μὲν, ὡς ἀγγελία αὐτῷ ἀφίκετο, τήν τε παρασκευὴν μεγάλην τε εἶναι καὶ ἀξιόχρεω, [83] λέγεται δὲ αὐτῷ καὶ γράμματα ἐλθεῖν ἀπὸ Πελοποννήσου, ἐποτρύνοντα, ὡς ἢν ἐπίῃ, οὐ μενοῦσιν αὐτὸν ἐπιόντα οἱ Οὐενετοὶ τὰ γράμματα ἐνέγκαι αὐτῷ ἄνδρα Ἀλβανὸν ἀπὸ Κορίνθου. σκάφει τὸ πέλαγος νυκτὸς τηρήσαντα πνεῦμα, ὡς σύρου κατασταμένου, καὶ νυκτὸς ἀπαίροντα, διαπεραιώσασθαι ἐς Βοιωτίαν, ἀποβάντα ἀφικέσθαι παρὰ Μαχουμούτην ἐς Θετταλίαν. Τὸν δὲ ἐπιφρασάμενον τὰ γράμματα, συσκευασάμενον ἐντεῦθεν ἐς τὸ πρόσω ἐλαύνειν, ἐλάσαντα ἀγχοῦ Βοιωτίας, ἀφικνεῖται ἀγγελία, ὡς Οὐενετοὶ τόν τε Ἰσθμὸν ἐκλελοιπότες, ᾤχοντο φεύγοντες. Οὕτω δὴ ἑσπέρας [83] οὔσης, συσκευασάμενος ἀπὸ τῆς Πλαταίας χώρας πρὸς Κιθαιρῶνα νυκτὸς διαπορευθεὶς, ἕωθεν ἐς τὸν Ἰσθμὸν παρῆν· καὶ τάς τε νῆας ἀφεώρα ἤδη ἀπαγομένας, καὶ τὸν Ἰσθμὸν ἔρημον καταλαβὼν, παρελθὼν εἴσω, ἐστρατοπεδεύετο. Ἐντεῦθεν διὰ τῆς Κορίνθου διιὼν, ἀφίκετο ἐς Ἄργος. Τὸ δὲ Ἄργος κατεῖχον οἱ Οὐενετοί· φρουρὰν ἐν αὐτῷ ἐγκαταλιπόντες, ἐφύλαττον. Τούτους μὲν, ὡς ἐπολιόρκει ἐπελάσας, παρεστήσατο· καὶ τοὺς ἄνδρας δεσμίους ἀποπέμπων ὡς βασιλέα, ἄνδρας τε ἑβδομήκοντα· αὐτῷ μέντοι τῷ βασιλεῖ οὐκ ἔτι ἐφαίνετο, ἄρας ἐς τὴν Πελοπόννησον ἐσβαλεῖν, καὶ τὰ στρατεύματα αὐτῷ κάμνειν ἄρτι· ὡς ἐπύθετο καταληφθῆναι τὸν Ἰσθμὸν, ἀπήλαυνεν ὀπίσω ἐπὶ τῶν βασιλείων. Μαχουμούτης δὲ ὁ ἡγεμὼν, προϊὼν διὰ τῆς Τεγαίης, ἀφίκετο ἐς Λεοντάριον πόλιν, καὶ αὐτοῦ ἐστρατοπεδεύσατο. Ἐντεῦθεν ἀποστέλλει Ζάγανον, ὃν ἐπέστησεν ἄρχοντα τῇ Πελοποννήσῳ, ἐκβαλὼν Ἰησοῦν τὸν Ἀλβάνεω παῖδα. Τοῦτον δὲ τὸν Ζάγανον πέμπει ἐς Πάτρας τῆς Ἀχαΐας, καὶ ἐς τὰς ἄλλας αὐτοῦ ταύτῃ πόλεις, ἐχυρῶσαί τε τὰς ἀκροπόλεις σιτίοις τε καὶ τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ. Ὀμάρην δὲ ἐκέλευσεν, ἀναλαβόντα τὸν στρατὸν, ὡς δισμυρίους, ἐπιδραμεῖν τὴν Οὐενετῶν χώραν. Οὗτος μὲν οὖν [84] παραλαβὼν τὸ στράτευμα, ἀφίκετο ἐς τὰ περὶ τὴν Μεθώνην χωρία, καὶ πολίχνην παραστησάμενος, τοὺς ἀνθρώπους ἀπάγων παρεδίδου τῷ ἡγεμόνι. Οὗτοι μὲν οὖν ὡς ἀνήχθησαν ἐς βασιλέα, σύμπαντες ἐς πεντακοσίους γενόμενοι, ἀπέθανον ἐς δύο τμηθέντες. Λέγεται δὲ, ὡς ἐν Βυζαντίῳ τὰ σώματα αὐτοῦ ταύτῃ ἔκειτο, ᾗ ἐπιτάξαντος τοῦ βασιλέως ἐς δύο γενόμενα ἔπεσε, βοῦν τῶν ἐς τὸ χωρίον ἐκεῖνο ἐξελθόντα, [85] ἐς τὰ σώματα γοερόν τι φθεγξάμενον, ἐξελέσθαι τὸ ἡμίτομον ἑνὸς τῶν σωμάτων, [86] μετὰ δὲ ὑποστρέψαντα ἐπιδεξόμενον, ἐξευρεῖν τὸ ἄλλο ἡμίτομον, καὶ ἐξενεγκόντα, συνθέσθαι ἅμα ἄμφω τὼ ἡμιτόμω. Ὑποθορυβούντων δὲ τῶν εἰς ἐκείνην τὴν χώραν, τὰ περὶ τὸν βοῦν πυθέσθαι βασιλέα [87] Μεχμέτην, καὶ πυθόμενον ὡς εἴη

Notulæ marginales.

[83] *Hic lacuna est.* [83] *R.* γιγνομένης. [84] *R.* λαβών. [85] Ἔωθεν ἐκ τῆς φάτνης καὶ ἀπελθόντα. [86] Καὶ φέροντα, θέσθαι ἐκτὸς τῶν σωμάτων. [87] Μαχουμέτην.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ad sua sunt dilapsi. Quidam vero qui graviter obsidebantur in Tænaro, miserunt nuntios, ut quid pararent Pannones audirent. Nam Veneti consolari haud cessabant Peloponnesiacos et alios, dicentes ubi primum Pannones ab Istro fuerint progressi, nos cum classe in Hellespontum revertemur. Regius dux Machumetis cum abiisset, Venetorum triremes appulerunt in Lemnum : impulsu Comneni (18) viri optimi, qui ibidem in Lemno arcem tenebat. Venientes autem Lemni primores urbis collocuti sunt inter se ut locum eum Venetis venderent. Cæterum Veneti prævenerunt eos, occupantes arcem, et virum hunc optimum miserunt **302** in Isthmum : quo consulente, navigarunt denuo in Lemnum. Et cum ipse ab continente cum copiis proficisceretur, singuli deserentes oppida, in quibus manserant, una inde solverunt navibus impositi. Occuparunt et urbem Cercedam, et demisso inde magistratu, quem Zamplacones (19) nominabant, eam præsidio imposito munivere : convehentesque frumentum et necessaria tum sibi tum Peloponnesiacis oppidis, ibant pergentes in Peloponnesum. Hæc quidem ea hieme in Peloponneso sunt gesta (20).

A εἰ μὴ τοῦτο πείσονται, καὶ αὐτὸς ἅμα τοῖς Οὐενετοῖς περιόψεται, πέμπων αὐτοὺς ταῦτα ἁμαρτάνοντας, οἱ μὲν ἐπείθοντο, καὶ κρύφα τῶν Οὐενετῶν ὑποστρέφοντες, ἔμενον ἐν τοῖς οἰκείοις· οἱ δὲ δεινῶς κατεχόμενοι ἐν τῷ Ταινάρῳ ἔπεμπον, πεύσεσθαί τι ἀπὸ Παιόνων. Οἱ γὰρ Οὐενετοὶ τούς τε Πελοποννησίους καὶ τοὺς ἑτέρους παραμυθοῦντες, ὡς οἱ Παίονες ἐξέλθωσιν αὐτίκα ἀπὸ τοῦ Ἴστρου, καὶ αὐτοὶ ἀναβῆναι ἐς τὸν Ἑλλήσποντον. Ἀπελαύνοντος μέντοι τοῦ ἡγεμόνος τοῦ βασιλέως, αὐτῶν [*] Οὐενετῶν τριήρεις ἀνῆεσαν ἐς Λῆμνον, ἐποτρύνοντος τοῦ Κομνηνοῦ ἀνδρὸς ἄριστου, καὶ αὐτοῦ ἐν τῇ Λήμνῳ τὴν ἀκρόπολιν καταχρατοῦντος, καὶ τὴν πάλαι πολίχνην τῆς Λήμνου ὑφ' αὑτῷ ποιησαμένου. Ἐς λόγους δὲ ἐλθόντες οἱ τῆς Λήμνου προεστῶτες, ὥστε χρήμασιν ἐξωνήσασθαι τὸ χωρίον, ἔφθησαν οἱ Οὐενετοὶ παραλαβόντες τὴν ἀκρόπολιν, καὶ τόν γε ἄνδρα τοῦτον ἀγαθὸν γενόμενον μετεπέμψαντο ἐς τὸν Ἰσθμόν. Τούτου δὴ οὖν ὑποτιθεμένου, ἀνέπλευσαν ἐς τὴν Λῆμνον οἱ Οὐενετοὶ, καὶ αὐτός τε ἀπὸ τῆς ἠπείρου στρατῷ ἐπελάσας, ἀπήλαυνεν ἕκαστος τῆς πόλεως. Καὶ ὡς ἀνέπλευσαν, παρέλαβον πόλιν τὴν Κέρκηδαν. Καὶ τούς τε ἄρχοντας Τζαμπλάκονας ἀφῆκαν, φρουράν τε ἐγκαταλιπόντες, καὶ ἐπισιτεῖσθαί σφίσι τε αὐτοῖς καὶ ταῖς ἐν τῇ Πελοποννήσῳ πόλεσι. Καὶ ᾤχοντο ἀπιόντες ἐπὶ Πελοπόννησον. Ταῦτα μὲν τοῦ χειμῶνος τούτου ἐς τὴν Πελοπόννησον ἐγένετο.

Notulæ marginales.

(18) Comini Thopiæ.
(19) Zamoplacon.
(20) An. 1462.

[*] αἱ τῶν, *in uno* κ. *in* ε. *in al.* αἱ τῶν.

MARQUARDI FREHERI

IN

LAONICI CHALCOCONDYLÆ DESCRIPTIONEM GERMANIÆ

COMMENTARIUS

(*Script. Rer. Germ.* Vide supra col. 75 sqq.)

—

Locus hiece Laonici Atheniensis ut ad honorem Germanæ gentis insigniter pertinet, ita tot et tam insignibus mendis non tam a librariis (quorum quidem culpæ trium codicum Palatinorum mss. collatione mederi, quantum licuit, annisi sumus), quam ipso scriptore, homine non solum in Germania nostra hospite, sed plane ignota loquente, quæ sola auditione nescio unde accepisset, oppletus est, ut multum dubitarem, an eum licet anxie quæsitum et descriptum in hanc collectionem admittere, nedum in eo schollis explicando aliquid operæ ponere vellem. Sed utut ipse tanti non videretur, tanti quidem visa est patria Germania, quam neque ista hominis exotici commendatione C defraudaremus : in qua quidquid veri est, necesse est a vulgatissima fama rerum plusquam notoriarum (ut vulgi loquuntur) et toto orbe compertarum fuisse profectum. Quo in genere scholia scribenti non difficile fuisset plura etiam congerere, nisi modum tenere præclarius putassemus. Cæterum alicubi etiam in his salebris pedem hæsisse nihil mirum, orbatis præsertim ductore illo, qui solus inde expedire poterat : Leunclavio, inquam, nostro, horum scriptorum peritissimo; quique adeo totum istum Laonicum sua manu, dum hic versaretur, diligenti cura descripserat. Quanto (heu !) redimerem, vel horulam unam super hoc loco cum eo sermones contulisse ! Sed ad rem.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Col. 75. *Σιγισμούνδου.* Jam vel hoc miror recte scriptum, cum apud alios Græcos nomina nostra miris modis lancinata video: Ἀμάριγος, Δολοῖκος, Ῥομπέρτος, Σφενδοσθλάδος· in quibus vix recognoscas nostrum Henricum, Lodovicum, Rupertum, Wenceslaum.

Col. 75 D. *Πυρηνίου ὄρους, ὅθεν καὶ Ὁ Ταρτησσὸς ῥέων.* Ex Pyrenæo sane, Celticæ regionis monte, Tartesum defluere auctor est Aristoteles II *Meteor.*, a quo Tartesum oppidum nomen traxisse, scribit Stephanus *De urbibus.* Est id oppidum Hispaniæ non procul Gadibus ad fretum Herculeum, teste Plinio lib. III, cap. 1; Strab. lib. III; Livio lib. VIII, dec. 3. Sed quid huic cum Germania? Quid Laonico in mentem venit, ut Germaniam usque ad Pyrenæos montes extenderet, quos certum est discriminare Galliam ab Hispania, ita ut Alpes Italiam a Germania? Sine ambagibus, Rhenum voluit dicere patrem fluviorum Germaniæ, quem et pro ipsa Germania ponere solebat antiquitas: cujus propemodum nullus scriptor, qui Germaniæ res attigerit, non meminit: cujus hic quoque nullam mentionem fieri mirum esset, ubi tamen fit adsitarum urbium, Coloniæ, Argentinæ. Sed cur pro hoc flumen illud liberum? Quid mirum in homine Græco, qui totius Hesperiæ unum tantum montem Pyrenæum, unum flumen Tartesum putavit? Nimirum et Nonnus auctor non paulo eruditior, Rhenum nostrum liberum vocat, duobus Dionysiacorum locis, pag. 397 et 747, quem locum attigi in *Originib. Palatin.* cap. 3. Dicet quis: At Rhenus non se infundit Oceano occidentali (ut hic de Tarteso dicitur), sed Germanico. Ita quidem, si per occidentalem intelligas Atlanticum: sed tamen nihil prohibet, quominus etiam Germanicus dicatur occidentalis respectu Thraciæ aut vicinarum regionum, ubi egisse videtur Chalcocondylas, quantumvis nonnihil ad aquilonem declinet. Imo vero, si rem exacte consideremus, mare Germanicum pars et sinus est Oceani occidentalis, Germaniæ, Britanniæ et Daniæ littoribus clausus. Sed regeret alius, Quid Rheno cum Pyrenæis montibus, a quibus tota Galliarum longitudine distat? Respondeo: Quid Istro cum Pyrenæo Celtico, unde eum oriri non tantum Aristoteles scribit loco prædicto, sed etiam Herodotus in *Euterpe?* cum tamen utriusque fluvii origo sit in Alpibus Rhæticis: quod etiam e Græcis Strabo bene noverat, et Dionysius Alexandrinus, interprete Prisciano:

Incipiunt Alpes: quibus exit gurgite vasto
Oceani rumpens glacialis littora Rhenus.
Hunc prope e.xsurgit fons Istri flumine longo.

Neque nescimus, esse etiam Pyrenæos Germaniæ, et summam partem Alpium, qua Oeniponte Tridentum iter est, montem Pyrenæum dici, vulgo etiamnum *der Brenner.* De quo cum plura adnotet Ortelius in *Thesauro*, Bassi tantum epigramma ascribere placet, interprete Stuckio nostro:

Saxa Pyrenæi, et depressæ vallibus Alpes,
Quæ Rheni fontes haud procul aspicitis.

Sed hoc emplastrum neque Aristoteli Herodotoque obduci potest, propter ἐπίθετον Celtici, neque etiam Laonico nostro, ob Tartesi mentionem, de quo nunquam gustavit hæc Germania. Sed fatendum quod res est: nimirum in omni nomine Germanico mirifice cæcutit, hallucinatur, impingit, labitur Græcia. Ut cum Stephanus Byzantius Francos populos facit Italiæ, auctorem dicti adducens Parthenium; cum Arrianus non procul ab Ionio Germanorum sedes designat: quos aliosque lapsus notavit Irenicus lib. IX *Exeges. German.*, cap. 3 et 4.

Col. 77 A. *Ἡ ἄνω Γερμανία.* Alia divisio primæ et secundæ Germaniæ in veteri Notitia imperii: item in distributione metropoleon. Sed juvat hujus locum insignem, quatenus Germaniam concernit, apponere ex veteri cod. S. Galli: *Prima provincia Germania habet civitates numero 2. Metropolis civitas Agrippina, id est Colonia, civitas Tungris. Secunda provincia Germania habet civitates numero 6. Metropolis civitas, Mogonciacus, civitas Argentoratensis, id est Stratburg. Civitas Nemnetis, id est Spira. Civitas Wangionum, id est Wormatia. Civitas Virzburgensis. Civitas Constantia. Castrum Rubilocus quod Eichstete dicitur. Civitas Augusta Vindelicorum, id est Annesfurch. Provincia Bajouriorum, id est Noricus Ripensis super Danubium, sive Noricus mediterranea habet civitates numero 6. Metropolis civitas Junano, id est Salzburg. Civitas Regino. Civitas Potavia. Civitas Frigisiensis. Civitas Nova. Civitas Sabionensis. Provincia Sequanorum habet civitates numero 7. Metropolis civitas Vezontio. Civitas Equestris, id est Aventicus. Civitas Basiliensis. Civitas Vindonensis. Civitas Argentariensis. Civitas Ebritunensis. Civitas Rauracensis.*

Ibid. *Περὶ Δαστίαν.* Sic legit ms. unus: alius vero Πυριδαστείαν, tertius denique Πυριδαστίαν, unde monstrum regionis interpres fecit *Pyridastiam.* Sed si superior de Tarteso expositio valet, legendum videtur Περὶ Δανίαν vel Δακίαν: notum est enim superiori ævo *Daciam* vulgo dictam et scriptam (licet male) quæ hodie Dania. Ut sit sensus, Germaniam inferiorem (cujus tamen post superioris factam mentionem expresse hic non meminit) Oceanum attingere: qui ex sinistra quidem parte (nam et hoc emendandum est) Gallias, ex dextra vero Daniam alluat: et objectas quasi medio in Oceano Britannicas habere insulas. Et confirmat quod paulo post longitudinem Germaniæ a Galliarum finibus ad Daniam usque protendit.

Ibid. *Βράγαν τοὺς πολεμίους.* Sic quidem omnes mss. Palatini. Interpretem apparet legisse Βράγαν τῶν Βοΐμων vel Βοΐμων. Sensus erit, iter

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Vienna facientibus Tartesum (id est Rhenum) versus ostia ejus scilicet, Pragam Bohemorum esse transeundam. Cæterum Laonicus hic contra omnium aliorum auctorum morem, longitudinem Germaniæ a meridie in septentrionem, a Vienna Austriæ in Oceanum usque Germanicum protensam facit : latitudinem vero ab extrema ora Galliæ in Daniam secundum littora maris Germanici ab occidente versus orientem. Nam (ut et hoc obiter) ubi duo codices, alter quidem Δαχίαν, alter vero Δαστίαν, ibi tertius melius habet Δανίαν.

Col. 77 A. Ἀνδρὶ εὐζώνῳ. Non nostris jam hominibus, aut vix certe. Nimirum veteres, præsertim Græci, Asiatici, Orientales, agilitate et pernicitate pedum excellebant. De quorum etiam cursoribus quæ leguntur, fidem nostram hodie fere superant. Vide Lips. centur. 3, epist. 59.

Ibid. *Εὐνομεῖται ἡ χώρα αὕτη μάλιστα.* Repetit hoc infra mox : Εὐνομεῖται μάλιστα δὴ λόγῳ ὧν ἡμεῖς ἴσμεν. Æneas Sylvius in *Germania*, cap. 68 : *Vidimus judicia vestra : et conciliis vestris quæ republica gerebantur, sæpius interfuimus. Omnia et prudenter et graviter administratis, nec facile a recto tramite deflectimini. Nec vobis civiles leges, nec jura desunt pontificalia : litteræ quoque, et omnia bonarum artium studia apud vos florent.* At olim Germaniæ nulla a re minus laudis erat, quam a legibus. Nam quæ supersunt cascæ majorum nostrorum leges, plane inter prima Germanicæ antiquitatis monumenta censendæ, Alemanicæ, Bojaricæ, Saxonicæ, Francicæ, et aliæ ; præterquam quod verbis asperæ, etiam re ipsa longius a summa illa æquitate recedunt : tanquam a mavortiis profectæ nationibus, quæ potius manus ferro quam ex jure conserere, et in castrensibus armis quam subtili juris indagatione operam ponere consuevissent, et (ut Enniano verbo utar) *Bellipotentes erant magis quam sapientipotentes.* Quanquam pro hac legum incuria alia, et quidem major, illis laus succedebat, quod (ut Tacitus ait) *plus apud illos boni mores quam apud alios ipsæ leges valerent.* Donec tandem orbe Romano ad occidentem solem subacto, cum imperio etiam leges tanquam illius instrumentum accipiendum, eoque ceu freno ad provincias illas regendas utendum arbitrati sunt. Unde in Gothorum primum, dein Longobardorum, tandemque Francorum leges multa ex Romanis translata videmus : quod Carolinarum præsertim legum volumen satis loquitur, neque jus ipsum Saxonicum dissimulare potest. Justiniani autem legislationem integram per multa sæcula Germania non agnovit, imo nec habuit aut vidit : ut nec aliæ Occidentis provinciæ, quod alibi demonstravimus. Primum Lotharium Saxonem imperatorem repertis Amalphi urbe Apuliæ Pandectis, jus illud in lucem et usum revocasse fama est, Irnerio suasore, cujus Urspergensis meminit, notatus et ipse a Sigonio libro XIV *De regno Ital.* De quo etiam nos alibi latius.

A Col. 77 B. *Τοὺς ὑπὸ Ῥωμαίων.* Hoc ad differentiam Græcæ Ecclesiæ, quæ papam non agnoscebat. In Germaniam et Hesperiam totius episcopatus primatum et superioritatem usurpabat Roma. Hinc illa diœcesecon distributio, taxæ, pallia, etc.

Ibid. *Νόβεργον*, *Ἀμπέργον.* Nomina urbium misere habita : quippe Græcis hominibus dictu scriptuque plane difficillima. In mentem venit similis locus Benjamini Tudelensis in *Itinerario*, qua parte Germaniam attingit, quam olim *Aschenaz* dictam apud suos notat, de quo Drus. I *Animadvers.*, cap. 41. *Hæ sunt*, inquit ille, *apud Germaniam regiones, in quibus Israelitarum collegia sunt, juxta fluvium Mosellam et Komphilinas* (Confluentiam intelligit) *et Odrancah, et Kuna, et Kotania, et Binga,* B *et Garmezza* (Germersheim puto) *et Mastheram.* Et paulo post : *Sunt præterea Astranburk* (forte *Strasburgum*) *et Davirasburk* (quod de Augusta nostra Vindelica felicissime exponit, eximium ejus columen et decus M. Velserus lib. VI *Rerum Vindelic.*), *et Mandawah, et Pessinghes, et Bamburk, et Sar, et Rasenburk, quæ regni etiam finis est. Inde autem et ulterius regio Bohem est, quæ nunc Praga dicitur, estque Sclavoniæ terræ initium.* Forte et populorum civitatumque nomina aliquando mutata evariant. Quis populos illos Germaniæ jam novit, quos enumerat Gregorius III papa in quadam epistola : *Universis optimatibus et populo provinciarum Germaniæ, Thuringis, et Thesis, et Borthacis, et Nistresis, Unedredis, et Lognais, Sudnodis, et Grasseltis,* C *vel omnibus in Orientali plaga constitutis.* Non jam miror panegyristæ nauseam, horrentis vel ad nomina nostra : *Quid memorem*, inquit Nazarius, *Bracteros ? quid Chamanos, quid Cheruscos, Vangionas, Alamanos, Tubantes ? Bellicum strepunt nomina, et immanitas barbariæ in ipsis vocabulis adhibet horrorem.*

Ibid. *Πόλις εὐδαίμων.* Εὐδαίμονας pagos quosdam in Hyrcania dictos Diodorus scribit, ob ficuum aliorumque fructuum miram abundantiam. Εὐδαίμονες χῶραι sunt apud Appianum in *Parthicis.* Εὐδαίμονες insulæ circa Arabiam Felicem sunt Agatharchidi. Sed et Romani Felicem Juliam, Felicitatem Juliam; colonias, lacus, legiones felices suas D habuerunt. Hoc epitheti Noribergæ Laonicus tribuit, et soli. Unde æstimare licet, quæ tunc temporis celebritas et splendor urbis fuerit : quæ tamen postea multis modis aucta et amplificata est. Proxime hujus ævum Æneas Sylvius cardinalis Senensis ad Martinum Majorem J. C. scribens, non parcis laudibus εὐδαιμονίαν illam nobis explicat : *Noricorum oppidum*, inquit, *flumine Regnisia* (*Pegneso* dicendum) *intersectum, nam hodie Franconibus datur, præterire non possumus. Dic rogamus* (nam hinc uxorem duxisti, castissimam æque ac pulchram), *quænam facies hujus urbis ? qui splendor, quæ amœnitas, quæ deliciæ, quis cultus ? quæ forma reginiminis ? quid illic ad civitatem omni ex parte perfectam desiderare quisquam voluerit ? Quis venientibus Fran-*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

conia inferiori et procul spectantibus ejus urbis aspectus, quæ majestas! quod decus ab extra visentibus, quis intus nitor platearum, quæ domorum munditiæ! Quid S. Sebaldi templo magnificentius, quid splendidius D. Laurentii delubro? Quid arce regia vel superbius vel munitius? quid fossa, quid mœnibus illustrius? Quot ibi civium ædes invenias regibus dignas! Cuperent tam egregii Scotorum reges quam mediocres Nurimbergæ cives habitare. Idem in *Europa* cap. 39, postquam disceptavit, Franconiæ an Bavariæ sit accensenda: *Ipsi Norimberaenses nec Bajoarii, nec Francones videri volunt, sed tertium quoddam separatum genus. Urbs ea nobilis magnificis operibus publicis ac privatis ornata est: amne Regnitio interlabente, in agro sterili et arenoso condita: atque ob eam rem industrioso populo. Omnes enim aut opifices sunt, aut negotiatores. Hinc multæ illis divitiæ, et magnum in Germania nomen. Aptissima imperatorum sedes, libera urbs, et in medio ferme Germaniæ sita.* Sed latius eam describit Joannes Cochlæus Noricus, in *Descriptione German.*, c. 4, etc. Conradus Celtes Protacius, Heliusque Eobanus Hessus, poetæ, singularibus libellis, hic versu, ille prosa, celebrandam sibi sumpserunt. Sed Julii Cæsaris Scaligeri, divini hominis, aureos de ea versus omittere hoc loco non possum, dignos quos vel describendo ediscam. In *Urbibus*, lemmate *Nuremberga*:

Diva mihi extremi da munera sacra laboris,
Non tamen extremo conspicienda loco.
Sed velut abducto veneramur in ordine cœlum,
Hic ubi naturæ fine quievit opus.
Non potes æthereis deducere sedibus astra,
Invenies tibi quæ Norica terra dabit.
Hunc sibi corruptas terras Astræa relinquens
Fatali statuit sede tenere locum.
Quis putet horrifico sociatas Marte Camœnas?
Sacra tamen duplex tempora laurus obit.
Martis habe et Phœbi feliciu tempora laute:
Sanctaque sit valido fœdere juncta fides.
Omnibus ex istis ne tu, ne dempseris unum,
Addere quin potius omnia magna, tuum est.

Quod autem Noricæ urbis ἰσοδίαιτον εὐνομίαν Laonicus et reipublicæ formam Sylvius commendant, suffragantem ex recentioribus scriptoribus habent Bodinum *De republica* libro II, cap. 6, ubi magistratuum et officiorum ordines (quam liquido, non dicam) exponit: et Stephanum Pighium, elegantissimum scriptorem, in *Hercule Prodicio*, pag. 146, magna magnæ urbis decora digno calamo exsequentem: qui uterque eruditorum manibus teruntur. Neque plures illustrando soli faces adhibere animus est, aut locus.

Col. 77 B. *Ἀμπέργον.* Amberga metropolis est Palatinatus superioris in Bavaria, elegans et ampla civitas: sed nullo tamen modo cum Noriberga (quam codices tres Palatini hoc loco constanter Νύβεργον scribunt) aut Argentina conferenda: neque par illis, neque secunda. Melius itaque cum interprete *Hamburgum* intellexerimus, quæ civitas est divitiis splendida, populo potens, et commerciis longinquis celebris: fœderis Hansatici (quod vocatur) civitatum hodie caput. Eadem sedes episcopalis olim fuit, et Ecclesia Hamburgensis antiquitus metropolis omnium Aquilonarium: de quo Crantzius in *Metropoli*. Quod autem Laonicus iis civitatibus quæ ἀρχιεράα habeant, Noribergam etiam accenset, fallitur: nam episcopum proprium nunquam habuit, diœcesi Bambergensi inclusa, ut Sylvius scribit in *Europæ* capite 39.

Col. 77 B. *Ἀμφὶ τὰς διακοσίας.* Ut minimam quidem. Certe prope centenas, saltem imperiales, enumerat Matricula (quæ vocatur) imperii. De quibus ita Æneas in *Germania*: *Civitates etiam quas vocant liberas, quod imperatori solum subjiciuntur, cujus jugum instar est libertatis. Nec profecto usquam gentium tanta libertas est, quanta fruuntur hujuscemodi civitates. Nam populi quos Itali vocant liberos, hi potissime serviunt, sive Venetias spectes, sive Florentiam, aut Senas: in quibus cives præter paucos qui reliquos ducunt, loco mancipiorum habentur: cum nec rebus suis uti ut libet, vel fari audeant quæ velint, et gravissimis opprimantur pecuniarum exactionibus. Apud Germanos omnia læta sunt, omnia jucunda: nemo suis privatur bonis: salva cuique sua hæreditas est. Nulli nisi nocenti magistratus nocent: nec apud illas factiones, sicut apud Italas urbes grassantur. Sunt autem supra centum civitates hac libertate fruentes: nam et in Rheno, et in Danubio multæ sunt: et mari proximæ, quas appellant Stagnales: quamplurimæ et in mediterraneis; aliæ quæ simul fœderatæ injurias principum propriis armis propulsant.* Sed quid de centum urbibus dicimus? cum centum pagos integros Suevia sive Alemania olim habuerit, Cæsare et Tacito testibus. De quibus scripsimus in *Origin. Palatin.*, cap. 5.

Ibid. *Ἐς τυραννίδας τρεῖς.* Mira Germaniæ divisio, quam non credo alibi apud quemquam scriptorem reperiri; et alioquin etiamsi non inepta, certe obscura, ipsis Germanis vix intelligenda aut divinanda. Quæ enim ista Etzilia? Aquileia enim, et Augusta Acilia, quas Clauserus interpres in margine notavit, urbes sunt, non præfecturæ aut principatus: sed et hujus nomen dudum exolevit. Si quid conjectare hoc loco licet (ubi autem magis impune licebit?) pro Ἐτζιλείας substituere gestiam Ἑλβετίας vel Ἑλουετίας. Helvetiorum certe gens ab omni ævo, illa etiam tempestate, robore et virtute inter Germanos facile prima.

Ibid. *Ἀουστρίας.* Hujus metropolin Viennam jam supra tetigit Laonicus: et ipsa Austria tum florens, plures jam Augustos orbi Christiano tulerat, et tum rerum potientem Sigismundum.

Ibid. *Βλένης τῆς ἄνω Γερμανίας γενομένης.* Quæ ista Blena? Blennus ipse auctor noster, et si quis ei fidem habet. Et Bavariam quidem (quam Clauserus in margine notat) libenter hinc exsculperem: si satis esset primam et ultimam

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

utriusque vocis litteram convenire. Sed et amicos in consilium misi. Alius pro Βλένης mallet Βοίμης vel Βοιμίας, quam nescio an Germaniæ ascribere voluisset Laonicus : alius Βλγίης vel Βελγίας, non abludente Germanico nomine *Fleming* ab ista Βλένη, si illud æque conveniret, τῆς ἄνω Γερμανίας γενομένης. Equidem locum conclamatum quod olim ægris desperatis facere solebant, in trivio depono : et publicæ pietati aut fortunæ suæ committo.

Col. 77 C. *Γένος τοῦτο μέγα.* Toti enim Triones (ut Sidonius loquitur) in hanc effusi : vere officinam gentium. Nazarius in Panegyr. ad Constantinum M. : *Jacet in latere Galliarum aut in sinu tuo fusa Barbaria, per se ipsa potens natio, et post Romanam magnitudinem in terris secunda.* Locus insignis, et ad Germaniæ honorem unicus, cui secundum Latinus homo locum tribuat a Roma, cui alius provincialis nihil simile, nihil secundum assentabundus dixerat. Sed vereor lupum cauda teneri, et hanc laudem nobis extortam iri a Persis : quibus non paulo promptius hoc elogium dedisset homo Romanus, quam Germanis, qui absque justo principatu distracti in plures gentes, interque se discordes. Et si ex animi mei sententia roger, cum postremo editore non hærens ita legam : *Jacet in latere Galliarum aut in sinu tuo fusa Barbaria. Persæ, ipsa potens natio et post Romanam magnitudinem in terris secunda, amicitiam tuam, Constantine Maxime, non minus trepide quam amabiliter petiverunt. Nulla in terris tam ferox natio est, quæ te non metuat aut diligat.* Hoc modo pulchre et verborum structura et sensus constant. Sed et Germani cum Parthis aut Persis plerumque jungi solent : utrique hostes populi Romani l. *Hostes*, 24. D. *de capt. et postlim.* Themistius oratione V. in nummis Victoria visitur inscribens clypeo palmæ affixo : Vic. Gen. et in aliis, Vic. Par.

Ibid. *Σκυθῶν τῶν Νομάδων δεύτερον.* Hisce et Strabo Germanos comparat lib. VII : Τροφὴ δ' ἀπὸ τῶν θρεμμάτων ἡ πλείστη, καθά που τοῖς Νομάσι, ὥστ' ἐκείνους μιμούμενοι etc.

Ibid. *Εἰ ταυτὸ φρονοίη, καὶ ὑφ' ἑνὶ ἄρχοντι ἡγεμόνι.* Æneas Sylvius in *Germania*, cap. 72 : *Pluralitatem principum philosophi abhorrent : vos ea gaudetis. Nam quamvis imperatorem et regem et dominum vestrum esse fatemini, precario tamen ille imperare videtur, nulla ejus potentia est. Tantum ei paretis quantum vultis, vultis autem minimum. Libertas omnibus in communi placet, neque civitates, neque principes, quod suum est imperatori præbent : nulla illi vectigalia, nullum ærarium. Quisque suæ rei moderator et arbiter esse vult. Hinc discordiæ inter vos crebræ, et assidua bella grassantur : ex quibus rapinæ, incendia, cædes, et mille malorum emergunt genera : quemadmodum ibi intervenire necesse est, ubi plura dominantur capita.* Petrus de Andlo lib. I *De imp. Rom.* cap. ult. : *Confidenter loquor, si Germani principes imperatori, tanquam advocato Ecclesiæ fideliter assisterent, prout temporibus antiquis consueverunt, omnis profecto potestas contraria videretur parva. Tunc non solum Græcia, sed Ægyptus et Chaldæa contremisceret, ac ultimæ regiones Saracenorum trepidarent. Protendente nempe aquila Romanorum ab Europa alas suas, nec gryphones Asiæ atque Africæ satis tutæ erunt.*

Col. 77 D. *Οὔτε σείει.* Idem de Gallia scribit Plinius. Terræ motus tamen plurimos Annales subinde adnotant, sed nimirum frequentiores et vehementiores in Asia et Oriente, ubi civitates etiam integras evertunt.

Ibid. *Πολιτεύεται κατὰ ταῦτα Ῥωμαίοις.* Ita jamdudum Agathias de Francis : Καὶ πολιτείᾳ ὡς τὰ πολλὰ χρῶνται Ῥωμαϊκῇ, καὶ νόμοις τοῖς αὐτοῖς, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως ἀμφί τε τὰ συμβόλαια καὶ γάμους καὶ τὴν τοῦ θείου θεραπείαν νομίζουσιν. Et ut altius rem repetamus, Florus lib. IV, cap. 12 : *Mores nostros magis quam arma sub imperatore Druso susceperant.* Et vere ex perpetuis cum Romanis bellis quæque accedunt legationibus, fœderibus, quin et commerciis, multum subinde et ad linguam et vitam Germani traxerunt. Quid quod et deductæ in nostras oras Romanorum coloniæ, et per connubia mistus sanguis, et exportati Romam captivi, servi : stipendia apud Romanos facientes milites, principum satellites, communem utriusque gentis linguam vitamque fecerunt. Nec solum in Romanis provinciis Germani indigenis misceri cœperunt, sed vero in ipsa Germania, præsertim circa limites, Romani nostris assuescere didicerunt. Unde in vetustissimis legibus patriis, Salica tit. 43, § 7 : *Si Romanus homo possessor, id est qui res in pago ubi commanet, proprias possidet, occisus fuerit, is qui eum occidisse convincitur,* IV *den. culpabilis judicetur. Si quis Romanum tributarium occiderit,* etc., et aliis passim : *Si Romanus homo,* etc. *Si Francus homo,* etc. Quibus ipsis in legibus sane vetustissimis, præter quod Latino utcunque sermone scriptæ sunt, complura etiam subinde veluti vestigia et ductus a Romanis derivatæ justitiæ observare licet. Tandem everso et diripto per Germanas nationes imperio, Gothi, Longobardi, Franci, Romanorum et victores et successores, mores quoque eorum, ritus, cæremonias, formulas, et nil non sibi assumpserunt. Et post hos veri illi Germani, Suevi inquam et Saxones, cum reges et Cæsares Romanorum audirent, veterem illam Latialem majestatem et cothurnum omni studio affectabant : ut de Othone III imp. Ditmarus scribit lib. IV, antiquas consuetudines Romanorum jam ex parte magna deletas revocantem, pleraque ad veterum principum imitationem fecisse : adeo ut etiam ad mensam in semicirculum formatam (quam *Sigma* veteres vocabant) et editiore loco positam solus sederet. Neque alia causa linguam etiam Latinam in

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

omnibus publicis actibus et tabularum monumentis conscribendis nostri Cæsares per aliquot sæcula religiose conservarunt : et leges tandem Romanas a Justiniano compositas in scholas et tribunalia induxerunt : ceu utrumque certissimum veteris illius Romanitatis signum, et stantis adhuc imperii argumentum. Sigismundi certe tempore, quo ista Laonicus scripsit, Germania miris modis exculta nihilo Italiæ cedebat, συμφερόμενος (ut ipse loquitur) τὰ ἄλλα Ῥωμαίοις. Addo et Græcis ipsis, testante jam tum Agathia : Ἔχουσι δὲ καὶ ἄρχοντας ἐν ταῖς πόλεσι, καὶ ἱερεῖς, καὶ τὰς ἑορτὰς ὁμοίως ἡμῖν ἐπιτελοῦσι. Καὶ ὡς ἐν βαρβάρῳ γένει ἔμοιγε δοκοῦσι σφόδρα εἶναι κόσμιοί τε καὶ ἀστειότατοι. Οὐδέν τε ἔχειν τὸ διαλλάττον ἢ μόνον τὸ Βαρβαρικὸν τῆς στολῆς, καὶ τὸ τῆς φωνῆς ἰδιάζον. Ἄγαμαι γὰρ αὐτοὺς εἰς τὰ μάλιστα ἔγωγε, τῶν τε ἄλλων ὧν ἔχουσιν ἀγαθῶν, καὶ τῆς ἐς ἀλλήλους δικαιοσύνης τε καὶ ὁμονοίας.

Col. 77 D. *Μορομαχία*. Velleius Paterculus lib. II, ubi de Quintilio a Germanis cæso, narrat eos simulate egisse gratias, *quod lites ipsorum Romana justitia finiret, feritasque sua novitate incognitæ disciplinæ mitesceret, et solita armis discerni* (inquit) *jure terminarentur*. Idipsum apparet in veteri lege Alemanorum, tit. 44. § 1 : *Liceat illi alii cui crimen imposuit, cum spada se idoneare contra illum alium*. Et tit. 56, § 1 : *Sequatur eum sacramento cum nominatis* v., *aut cum spada trata pugna duorum : si potest acquirere aut per sacramentum aut per pugnam, illa pecunia post mortem mulieris retro nunquam revertatur*. Præsertim vero tit. 84, *Quando parati sunt ad pugnam, tunc ponunt ipsam terram in medio, et tangant ipsam cum spathis suis, cum quibus pugnare debent : et testificentur Deum creatorem, ut cujus sit justitia, ipsius sit et pugna et victoria*. Donec hoc probationis et purgationis genus per duellum, tam frequens in Longobardicis, Francicis, Saxonicis legibus, per canones sublatum fuit ; ita et per constitutiones principum ludus gladiatorius. Quod cum dudum ante Laonici nostri ævum factum fuerit, existimo eum hoc loco potius de exercitatione illa loqui, quo Germana pubes festivis diebus, per varia armaturæ genera, hastas, gæsa, enses retusos, pugiunculos ligneos, publico spectaculo inserviens (neque eo semper innoxio) decertat. In qua vetus illud propemodum recognoscas Taciti in *Germania : Exercitatio artem parat, ars decorem. Non in quæstum tamen et mercedem : quamvis audacis lasciviæ pretium est voluptas spectantium*.

Ibid. *Δεξιώτατον ἔς τε μηχανάς*. In machinis omnigenis, automatis, graphide, cælatura, ingenio et felicitate Germania cæteras nationes præcellit, et in ea cæteras urbes Noriberga, industrioso populo fœta (ut supra ex Ænea Sylvio relatum) et ingeniorum parens. *Artificum in eo ingenia*, ait Cochlæus, *nedum Germani, sed Itali quoque ac Galli, extremique mirantur Hispani, eosque persæpe requirunt, et eorum opera longissime mittuntur*. Extollitque Albertum Durerum, pictorem incomparabilem, Joannem Neuschelium, tubarum exsculptorem pariter et inflatorem, Petrum Fischerum, fusorem et cælatorem metallorum, Erhardum Ertslaub et Hele horologia fabricantes; sed omittere non possum elegantem locum nobilissimi poetæ Galli, Gulielmi Sallustii Bartasii lib. VI *Hebdomadis :*

— *Que diray-je de l'aigle*
Dont un docte Alemant honora nostre siècle ?
Aigle qui deslogeant de la maistresse main
Alla loin au devant d'un empereur germain :
Et l'ayant rencontré soudain d'une aisle accorte
Se tournant, le suivit jusqu'au seuil de la porte
Du fort Norembergeois : que les piliers dorés,
Les tapissés chemins, les arcs élabourés,
Les foudroyans canons, ni la jeunesse isnelle
Ni le chenu sénat n'honoraient tant comme elle.

Cujus miraculi Petrus etiam Ramus in præfatione libri II *Mathematic.* meminit, idque Joanni de Monte Regio attribuit.

Col. 77 D. *Πολεμικὰ ἔργα*. Quid Romani arietes machinæque omnes poliorceticæ, aut etiam Græcorum ille ignis marinus (qui *Chelandriæ* apud Zonaram et Nicetam vocatur), ad Germanorum fulminea tormenta illa pyrio pulvere displosa, murorum turriumque pestem certissimam ? De quibus Æneas Sylvius in *Germania*, cap. 67 : *Rideant necesse est reliquas armorum officinas, qui publica Teutonicorum armamentaria viderit. Tot iti majores balistæ, tot catapultæ, tot arietes, tot insolitæ magnitudinis ænea tormenta visuntur, quæ vocant Bombardas : quorum et ipsi Teutones repertores habentur*. Huttenus in eleganti Idyllio De non degeneri Germania :

Nam quæ sidereas vocalis machina turres
Dejicit, ac solidas impulsu concutit arces
Mœniaque ac spissos aggesto pondere muros
Æquat agris, sternitque domos, et destruit urbes ;
Prodiit a nobis.

Hæc eleganti voce τηλεβόλους et τηλεβολίσκους nominat, qua etiam Lascaris utitur : eorumque inventionem Germanis tribuit Laonicus, quod et pluribus repetit lib. V, fol 379. Plura de bombardis Polydor. Vergilius lib. II, cap. 11, et lib. III, c. 18; Gubert. Costanus in *Polyhistore* cap. 95; Wimpheling, in *Epitome German.*, cap. 64, et Munster. *Cosmograph.* lib. III.

Ibid. *Ἐς πάσας τὰς τέχνας εὐδοκιμεῖ*. Alio mutata a veteri illa rudique Germania : facile ut appareat (quod Tullius IV *Tuscul.* de suis hominibus ait) nostros omnia consequi potuisse, simul ut velle cœpissent. De omnium solertissimo et utilissimo invento typographiæ Laonicus mentionem facere non potuit, quod post ejus demum ætatem sub Friderici III imperio natum est, ut adnotavit Wimpheling. in *Epit. German.* cap. 65, et Polydor. lib. II, c. 7. Hadrian. Junius in *Batavia*.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Col. 80 A. *Φέρει τ' ἀλλὰ πάντα.* Etiam metalla omne genus, quod olim Tacitus negavit. Sed de his alibi. Illud de volucribus noctilucis mirum Dionysio et Solio adnotatum, risu dignum est.

Quod pascit volucres (mirum) fulgentibus alis
Queis ducibus noctu cernuntur flexa viarum.

Ibid. *Ἐπὶ Βοέμους τοὺς Κεχίους.* Quod Ungariam conterminam facit Bohemiæ, inde est, quod sub Bohemis Moravos etiam comprehendit, qui subditi regno Bohemiæ Ungariam attingunt. Quod vero ait Bohemos dici Cechos, ab ipsorum et Polonorum lingua est, quibus Bohemus *Czech* ut Ungarica *czéh* appellatur; *CZ* ita pronuntiato, quomodo *Tsch* in *Tschudus*. Quod nomen a Czecho rege primo gentis conditore duxisse feruntur. Quomodo et a Lecho primo duce auctoreque suo, Poloni a Ruthenis cæterisque Slavis *Lechii et Lechitæ* appellantur, ut Alexander Guaguinus adnotavit. Hoc loco præterire non possum Nemitzos, quos Celticam nationem esse et Constantinopoli militasse Zonaras et Glycas scribunt: Ἦσαν δὲ παρά τινα πύργον πρὸς τῇ πύλῃ τῆς πόλεως ἡ Καρολίου καλεῖται φυλάσσοντες Νέμετζοι (ἔθνος δ' οἱ Νέμετζοι Κελτικὸν) · οὗτοι λάθρα τοῖς περὶ τοὺς Κομνηνοὺς ἐκοινολογήσαντο περὶ προδοσίας τῆς πόλεως. Et statim, παρὰ τῶν Νεμίζων; atque iterum ὑπὸ τῶν Νεμίζων. *Gentem Gallicam* interpres vertit, et tamen in indice Germanos subodoratus est, adeoque Nemetes Rheni accolas. Leunclavius autem noster in Glyca ad oram adnotavit, Teutones Sclavorum lingua *Nemitzos* vocari. Et Ortelius quoque in *Thesauro* pro *Niemeches*, id est, Germanos habendos censet.

Ibid. B. *Συμφέρονται δὲ Γερμανοῖς.* Hoc quoque fide Laonici sit, Ungaros cum Germanis iisdem armis et moribus uti.

Ibid. C. *Ἀπό τε σφῶν αὐτῶν.* Quod hic scribit, Ungaros sua ipsorum lingua Pannones dici nescio an olim verum fuerit; hodie certe non est. *Magiar* dissyllabum Ungaris *Ungarus* dicitur; *Magiarok*, Ungari.

Ibid. *Ῥωμαίων ἀρχιερέα.* Eugenium IV cujus epitaphio id ipsum legitur:

Istius ante sacros se præbuit, alter ab ortu,
Alter ab occasu Cæsar uterque pedes.
Alter ut accipiat fidei documenta Latinæ,
Alter ut aurato cingat honore caput.

Ibid. D. *Τοῖς Κελτῶν βασιλεῦσι.* Ita omnino legendum: et pro Celtis vel Gallis, *Francis* potius dicendum. Neque id tam merito liberatæ a Saracenis Hispaniæ (quod putat Laonicus), quam defensæ ipsius Italiæ et Romæ. Luitprando enim Longobardorum rege Romam obsidente, Gregorius III papa non jam ad solitum auxilium imperatoris Constantinopolitani (quem ob ejectas temp'is imagines communione et imperio privaverat) confugit, sed ad principes Francorum Gallias tenentium, ubi Carolus Martellus Francus palatii magister erat: cujus rogatu Luitprandus obsidionem solvit. Pippinus, Martelli filius, Childerico domino suo ignavo monasterio incluso, anno 753, curat se eligi et ad Zachariam dicti Gregorii successorem mittit: qui accepti beneficii memor mox annuit et omnes Childerico fide obstrictos absolvit. C. *Alius*, 15. q. 6. Dehinc Carolus Magnus, Pippini filius, rogatus ab Hadriano (c. *Hortatu*. 23. q. 8). Desiderium Longobardorum regem insigni bello devicit regnumque illud delevit anno 776. Deinde post complures annos invocatus a Leone III, eum in sedem restituit: a quo vicissim imperator declaratus est, et coronatus Romæ die Natalis Domini anno 801.

Col. 80 D. *Μετενήνεκται ὁ ψῆφος.* A Latinis auditione accepit Laonicus de translatione imperii et instituto electorum; quod non miror, cum etiam Constantini donationem Photius ponat in Nomocanone. Fuit autem imperium hæreditarium in stirpe Caroli Magni per centum viginti annos, usque ad Conradum primum: qui moriens anno 920, ultro detulit imperium ad Henricum Aucupem, Saxonum ducem, cum quo bellum injuste gerebat. In familia hujus Henrici I (de quo est constitutio dist. 63) hæreditarium fuit imperium usque ad Ottonem III pronepotem ejus: qui carens filiis in comitiis imperialibus principum septem electores instituit, et ut Francofordiæ electio fieret: approbante Gregorio V papa, natione et ipso Saxone. Itaque anno 1300 Henricus, Bavariæ dux, juxta illam constitutionem primus, et hujus nominis secundus electus fuit. Hæc C. M. in addit. gl. ad c. *Venerabilem*, De election. et clem. 1 *De jurejur.*

Jam vero (lubet enim prædictis hanc digressiunculam adnectere), etsi Carolus Magnus non tantum jure belli, quod cum Longobardis ἀμυνόμενος gesserat, et S. P. Q. R. voluntate et pontificis coronatione vetus et legitimus, si quis unquam, effectus esset imperator, sed transactione insuper cum Irene Augusta eamque secutis Nicephoro et Basilio imperatoribus interposita, certisque terminis imperii inter eos divisione facta jus suum abunde confirmasset, ideoque legati Byzantini eum βασιλέα palam salutassent, et omnino ita inter ipsos conventum diuque observatum esset ut æquo jure Byzantini et nostri Augustos adeoque fratres se appellarent: paulatim tamen invida et ambitiosa illa natio nostris Cæsaribus eum titulum detrahere conata est, et suos solos βασιλεῖς et αὐτοκράτορας Ῥωμαίων in diplomatibus et numismatibus perscribere, dominosque orbis terrarum jactare. Nostros autem *Latinos* tantum et *Alemanos Francosque*, et Cæsarem nostrum non minus inepto quam novo commento ῥῆγα Ἀλαμανίας ἢ Φραγγίας. Unde factum est, ut a nostris vicissim paria reponentibus non aliter quam *Græcorum reges* et *Constantinopolitani imperatores* dicerentur, ut apud Helmoldum, Othonem Frising., Petr. de Vineis et alios videmus. Et quis sine stomacho legat Græcu-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

lum Henrico imperatori ita obgannientem : Ὡς εἰ κυρίων κύριος καθεστήκει καὶ βασιλεὺς ἀναδέδεκται βασιλέων, ὅπως μοναρχίαν περιβαλεῖται, καὶ κύριος ἔσεῖται τῶν κύκλῳ δυναστειῶν τοὺς Ἀντωνίνους καὶ Αὐγούστους τῷ διανοητικῷ φανταζομένος, καὶ πρὸς τῶν ἐκείνων ἀρχὴν ἐκτείνων τὴν ἔφεσιν, καὶ μικροῦ φθεγγόμενος κατ' Ἀλέξανδρον, τὰ τῇδε καὶ τὰ τῇδε πάντα ἐμά. Is est Nicetas Choniates. Quid quod Frederico imperatori transitum exercitui suo petenti (quod Godefridus noster Coloniensis adnotavit sub anno 1187) Byzantinus per responsales suos demandavit, se post Deum esse dominum dominantium. Quod si regnum Romanorum dare vellet in manus ejus, et ab eo loco hominii recipere, conductum ei daret per terras suas et mercatum sufficiens. Quasi non nostri potius a veteri Roma, quam a nova sua Constantina (quam nec ipsam absque Gothorum ope structam surrexisse, Jornandes in *Geticis* auctor est) nomen principatus sui et Antoninorum Augustorumque successionem deducerent? et si vel Roma relicta, quod etiam antiqui principes non raro fecerunt, Mediolanum, Treverim, Lutetiam Romæ præferentes, alibi habitare præoptassent, atque adeo Romam alteri habitandam ultro cessissent, ut quondam Zeno imperator Theodorico Gotho; non potius aula et comitatus Cæsaris, et ubi curiam celebrat, ut nostri scriptores loquuntur, denique ubi Cæsar est, Roma haberi debuisset. Ita enim satis visum est, ut Germania postquam inde ab urbis auspiciis ejus inimica et æmula, non minus quam Carthago, Romanam virtutem perpetuis bellis exercuisset, et quam avide a Romanis expetita, Germanici titulum præ aliis a terra triumphata magis quam victa affectantibus, tam insuperabilis semper restitisset, limitemque victoriarum quem excedere non magis quam Parthicum Persicumque posset, ad Rheni et Danubii fluenta eis præfixisset : tandem versa vice ipsa ultro Romaniam immissis procellæ more immensis populorum millibus aggrederetur : neque tantum omnes ad occidentem provincias Romanis extorqueret, quibus ceu inductis ex se colonis in hodiernum diem sub diversis nominibus Francorum, Langobardorum, Gothorum, Anglorum, Burgundorum, Nortmannorum dominatur, ut jam tota Europa nil aliud quam magna quædam Germania videatur; sed vero Italiam ipsam et urbem dominam imperii sedem, vi et armis non semel occuparet; tandemque titulo et dignitate imperii legitime potiretur. Ita ut imperium Romanum, quod Germanos capere non potuit, illorum virtute captum; et qui hostes olim Romanis, nunc victores; quod olim Barbaricum Romanis, ut ipsi præseferebant, despicatui, re autem vera formidini fuit, id nunc artibus et moribus cultissimum sedes et arx imperii factum sit. Quod si etiam ditionis utriusque amplitudinem inspicere libeat, quamvis ea ad hanc quæstionem non pertinet (quid enim? si vel ad eas angustias imperium redigatur, non dicam ut Germaniam, quam olim solam desiderabat, jam solam habeat : sed ut solum *quantum sub Tatio populus Romanus arebat;* eove minus Romanum foret?) certe porrecta Germaniæ ut spatio terræ nulli unquam regioni cesserunt, ita nec hodie viribus, armis, artibus aut ingeniis cuiquam habitati orbis provinciæ vel hilum concedant : et Occidentis imperium, si cum Germanica sede principis cætera socia regna, quæ ceu coloniæ ex illa gentium officina prodierunt, et alterutrius linguæ Teutonica meræ aut Latinæ corruptæ consortio nobiscum tenentur, eodemque jure Romano nobiscum communiter utuntur, conjungantur; quantum tandem Græciæ toti imperioque Eoo, etiam ubi illud integerrimum et florentissimum fuit, concedet? Sive autem utriusque vires et potentiam conferamus, an Francorum illis regibus potentissimis, Carolo præsertim tot populorum victori et dominatori fortissimo et sapientissimo, ullus Græcorum par esse potuisset? Quoties Germanici cum per tanta terræ pelagique intervalla bello sacro Saracenos in Asia petere et terram illam (quam vocant) sanctam Græcorum ignavia dudum amissam magna ex parte recuperare potuerunt, vel in transitu Byzantinis regibus terrori et formidini fuerunt? Nonne vero illorum principatus sub Alexio Angelo Germanis tributarius factus, et vectigal inde Ἀλαμανικόν vocatum Græcis hominibus indictum? ad quod conficiendum nec quidem priorum imperatorum thesauris nec sepulcris parcitum fuit. Cum Henricus Friderici Barbarossæ filius, fæcialibus ad illum missis, Romanas provincias omnes ab Epidamno usque ad Thessalonicam repetens, et Germanis in Palæstina militantibus auxilia navalia mitti jubens, ni imperata facerent, bellum præsens denuntiaret : quod Choniates prolixe describit. Quid quod non multis post annis ipsum imperium ejusque regiæ sedes Constantinopolis a Germanis Balduino Flandro duce occupatum; Græcis interea Nicæam et Trapezuntem in angustias coactis; et plus quinquaginta annis ab illius posteritate possessum fuit. Non addam, illos imperiis suis, et Nicæno, et Trapezuntino, et Bizantino tandem a Turcis citius exutos, funditusque excisos et deletos : contra quos Germana virtus hactenus invicta non tantum patriam tutam præstiterit, sed et cæteris Hesperiæ provinciis contra immanissimæ gentis eluvionem velut in muri aggerique vicem fuerit; quod totum illud non ab humanarum virium ostentatione, sed sola divina ope pendere agnoscamus. Cum autem imperia et regna, si non justa, nil nisi magna sint latrocinia; in promptu fuerit dijudicare, uter horum legitimi principis nomen melius tueretur : illene qui plerumque nulla justa neque successione neque electione, sed aliquando magicis sortibus, aliisque malis artibus affectata tyrannide, vero principe (si vel frater sit) aut sica venenove perempto, aut (ut mitius) elucificato vel castrato, aut (ut mitissime) tonso et in monasterium detruso imperium male arripit, pejus gerit pessime et simili exitu rursus amittit : vel

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

forte non dicam feminarum, sed (quod indignius) eunuchorum nutu et libidine, aliquando et factionum theatricarum impetu, nonnunquam etiam ipsorum hostium et barbarorum atque adeo Turcorum voluntate et minis, ad sceptra extollitur, quorum omnium exempla in Græcorum historiis sunt obvia: an vero ille potius, qui sapientissimo et liberrimo antistitum principumque summorum concilio, ob virtutis spectatæ meritum et alti generis indolem electus, sacris cæremoniis et exquisitis solemnitatibus more majorum initiatus, conceptis verbis Ecclesiæ et patriæ fidem suam obstringens, populo acclamante rite renuntiatur, trina coronatione sancitur; atque ita legitime ceu Dei manu in solio collocatus, ut præsens in terris Numen colitur pariter et timetur. Jure igitur hoc Germaniæ Romanum imperium, tot hactenus sapientibus, fortibus, moderatis principibus gubernatum, non tantum legitimum et justum, sed vere (quod vocatur) sacrosanctum, ideoque Deo charum et θεοφρούρητον censetur: et ab omnibus Christiani orbis populis regibusque hinc non gravatim fasces submittentibus honoratur: talique ad finem mundi duraturum prophetarum oraculis creditur. Cum in altera illa ad Euxinum Pontum septicolli Roma, et imperitantes ipsi Neronum potius Claudiorumque quam Constantini (cujus nomen affectabant) successores variis morum damnis et vitæ flagitiis, in socios perfidia, perniciali inter ipsos discordia, infanda crudelitate, et tragicis sceleribus, adeoque aperta impietate: et eorum exemplo corruptus (ut fit) populus eo dissolutionis, nequitiæ, infamiæ prolaberetur, ut pro Nova Roma et Sione (nam et hoc titulo sibi blandiebantur) nova potius Sybaris et Sodoma vel ipsis testibus esset dicenda. Quam perversionem fatalis ejus interitus et excidium justo Adrasteæ judicio est consecuta. Postquam enim cum vicinis omnibus populis, jam velut juratis et divinitus immissis hostibus, ab Occidente Vandalis, Gothis, Bulgaris, Vlachis, Mysis, Hunnis, Avaribus, Serviis, Triballis, Patzinacis, Rossis, Uris; ab Oriente vero Persis, Abasgis, Iberis, Arabibus, Armeniis, tandem Turcis et Saracenis omnium acerrimis, tanquam capitis reus bestiis objectus diu varia fortuna fuisset conflictatum; plerumque vero aut magna strage attenuatum, aut ad durissimas dependendi tributi conditiones adactum: non tantum fines illos imperii olim latissimi exteriores perpetua quasi alluvione arrosos, amissis subinde optimis quibusque provinciis magis magisque contrahere necesse habuit, sed vix tandem pomaria sua, imo mœnia portasque tutari potuit. Itaque cum aliquot obsidiones Constantinopolis, ab Avaribus, Saracenis, Genuensibus, atque etiam in civilibus bellis passa, justo pœnitendi tempore elapso nihilo interim evaderet melior; sed veluti obligato sibi divino auxilio invincibilem se et θεοφρούρητον jactaret; tandem a Deo deserta (quod Leo imp. dudum in quodam vaticinio præsagierat), ut a Constantino primo condita, ita ab ultimo amissa, immanissimæ Turcarum genti pertinaciter obsidionem urgenti, nunquam satis deplorando orbis Christiani damno concessit; nobis interea manifesto exemplo, ut dum in illis errorum superstitionumque colluviem, bonarum legum contemptum, disciplinæ dissolutionem, intestinas discordias, aulæque et cleri corruptelas, et perditos denique populi mores notamus; obvia in plerisque nostrorum temporum similitudine, nisi de pœnitentia serio cogitemus, ab eisdem causis pares exitus sortiamur. Quæ quidem hoc loco paulo fusius disserere, quando eo ipso ævo cujus hic varios scriptores repræsentamus, ea Byzantini imperii eversio contigit, et a multis illorum adnotata reperietur, non alienum putavimus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ANNALES
SULTANORUM OTHMANIDARUM

A TURCIS SUA LINGUA SCRIPTI,

Hieronymi Beck a Leopoldstorf, Marci fil. studio et diligentia Constantinopoli advecti MDLI, divo Ferdinando Cæs. Opt. Max. D. D. jussuque Cæs. a Joanne Gaudier dicto Spiegel, interprete Turcico Germanice translati.

Joannes Leunclavius nobilis Angrivarius, Latine redditos illustravit et auxit usque ad annum CIↃ IↃ XXCVIII.

—

JOANNIS LEUNCLAVII

AD NOBILEM AC MAGNIFICUM

D. HIERONYMUM BECK A LEOPOLDSTORF

CÆS. MAJEST. CAMERÆ AULICÆ CONSILIARIUM,

IN HOS ANNALES PRÆFATIO.

—

305 *Equidem audire non semel ex te memini, vir magnifice, te peregrinatione tua suscepta, cum Romam anno Jubileo 1550 adiisses, et Roma Venetias profectus, indidem triremibus majoribus ad Tripolim Syriæ appulisses : Halepum, Damascum, Nazareth, S. S. Christi sepulcrum Hierosolymis et in Arabia montem Oreb accessisse ; peragratuque deinceps Ægypto, ab urbe illius Alexandria mari trajecto, per Attaliam Pamphyliæ, Cotyaium Phrygiæ, Prusam Bithyniæ, tandem Byzantium Thraciæ pervenisse. Byzantii vero, in amplissima Turcicorum sede regia, librum Turcica lingua scriptum, Othmanæ familiæ principum res gestas continentem, magno studio, nec nullo sumptu fuisse consecutum : quem divo Ferdinando Rom. Cæs. pientissimo, anno Christi 1551 felici tuo in Austriam reditu, dono obtuleris : humiliter orato rege, ut publicæ utilitatis causa in Latinam vel Germanicam linguam vertendum juberet. Post illa te, officiis negotiisque publicis obrutum, exiguam hujus rei curam habuisse ; quam tamen penitus haud abjeceris. Elapso non exiguo tempore* **306** *cum nobilis vir Ulricus Maschwander a Cranigsperg, qui multis annis divo Ferdinando in cubiculo inservivit, filiæ suæ, Alphonsæ de Games in matrimonium collocatæ, solemnes Viennæ nuptias celebraret : eum tibi, de illo libro diligentius sciscitanti respondisse, memoria se tenere, Cæsarem interpreti suo Turcico Annales quosdam vertendi, exercendique ejus gratia, tradidisse : habereque se Turcicam historiam, lingua Germanica, manu scriptam. Hanc igitur anno 1586 ab illo tibi missam, cum ex interpretis Joannis Gaudier, dicti Spiegel, epistola proœmiaca, versionem esse libri tui, magna cum voluptate agnovisses, statim exscribi jussisti. Fueram ego præcedenti tunc anno Constantinopoli Viennam reversus, cui non indicasti tantummodo de repertis illis Annalibus tuis, verum etiam non invitus, quæ singularis in me tua est benevolentia, mecum eos communicasti. Lubens hoc equidem perlegi, cumque non parum, pluribus de causis, placerent, eosdem rogatu tuo Latine, ut in lucem editi nationibus exteris etiam usui essent, transcripsi. Redeunt igitur ad te nunc typis expressi chalcographicis Annales Turcici, tuo qui debentur studio, quod non tantum eos ex illis locis tecum attulisti : verum etiam prope sepultos ab annis 37 et ipsos erlpuisti rursus e tenebris, et latitantem alibi Germanicam quoque versionem a blattis et tineis asseruisti. Qua de causa, cum libri ad nos perferendi primus auctor, idem perituri vindex et conservator extiteris : absque injuria tua, cujusvis alterius præferre nomen Annales ipsi nequeunt. Meum vero in expoliendis his laboriosum operam probaturum te, cum aliis sincere judicantibus, sane confido. Cum enim vir clariss. Hugo Blotius J.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

C. RUDOLPHI II Rom. imp. desig. bibliothecarius, ex Augustali bibliotheca Viennensi potestatem mihi fecisset inspiciundi veri horum Annalium archetypi, lingua litterisque Turcicis exarati, in quo hujus libri ad Ferdinandum Cæs. tua manuscripta dedicatio cernitur, his verbis :

PIISSIMO FERDINANDO ROM. HVNG.
BOHEMORVMQVE, etc. REGI POTENTISS.
HIERONYMVS BECK A LEOPOLDSTORF
SUÆ MAIEST. DEDITISSIMVS ALVMNVS
EX HIEROSOLYMIS AC MONTE OREB
FELICITER REDVX, LIBRVM HVNC
OTHMANNORUM RES GESTAS AD NOSTRA
VSQVE TEMPORA CONTINENTEM, D. D
ANIMO DEVOTISSIMO MDLI :

307 *equidem ad hoc archetypum, aliquot dierum labore Joannis Gaudier interpretationem recensui, adjutus a Stephano Ungaro, Turcicæ, Arabicæ Persicæque linguæ gnaro, quem tu ipse nobis in hunc finem, ab hero suo, illustri et magnifico domino Andrea Teufel, libero Barone, imperatori a consil. et præsidii ad Arrabonem Jaurini supremo præfecto, impetrasti. Mahumetanos annos ad Christianos redegi, quos etiam marginibus ascripsi : quod Joannes Gaudier prætermisit. Supplementum adjeci, quo gestæ res annis 37, usque ad annum præsentem, exponuntur. In hoc memorabilis exstat decennalis hujus belli Persici descriptio, quod adhuc eventu dubio, studiis et odiis utriusque partis acerrimis, geritur. Huic appendici succedit Pandectes historiæ Turcicæ noster, quo a Turcis tradita, cum nostrorum historiis Græcis, Latinis, Italicis, Gallicis, Germanicis ita confero : nihil ut inexplicatum relinquam, ne iis quidem præteritis, quæ libri nostri manuscripti, multique superstites adhuc idonei nobis auctores, suppeditarunt. Idem Pandectes quam multa rara contineat, nec ante nos a quoquam prodita, cognoscere lectorem experiundo malumus, quam prolixius ipsi, non sine quorumdam invidia, prædicare. Habes rationem totius commentationis. Vir Magnifice, quam si Zoileus dens quispiam, in hac ætatis nostræ licentia, rodere fuerit ausus : ut ipse, rerum Turcicarum peritissimus, tuendam suscipias, meque animi propensione solita complectaris, etiam atque etiam rogo.*

---

308 *INDEX AUCTORUM, QUI IN PANDECTE CITANTUR.*

Abrahamus Baschaius Ungarus.
Abrahamus Ortelius.
Agathias Myrinæus manusc.
Andreas Cambrinius Florentinus.
Antonius Bonfinius.
Antonius Geufræus.
Antonius Meliensis.
Augerius Busbequius.
Augustinus Curio.
Aythonus Armenius.
Basilius Joannes Heroldus.
Cedrinus integer manuscr.
Chronica diversa manuscripta, Græca, Latina, Germanica.
De ædificiis urbis Constantinopolitanæ, liber manuscr.
Emmanuel Musicius Atheniensis.
Franciscus Sansovinus.
Georgius Hustius Illyricus manuscr.
Georgius Pachymerius.
Itinerariorum in Palæstinam, liber Germanicus.
Jacobus Castaldus.
Joachimus Cureus.
Jo. Antonius Menavinus.
Jo. de Plano Carpi.
Jo. Martinus Stella.
Karulus Clusius Atrebas.
Laonicus Chalcocondyles Atheniensis.
Leo imp. Aug. manuscr.
Ludovicus Bassanus Jadrensis.
Marcus Paulus Venetus.
Martinus Barletius.
Martinus Crusius.
Melchior Soiterus.
Natalis Comes.
Nicephorus Gregoras.
Nicetas Choniates.
Nicolaus Nicolaides Delphinas.
Nicolaus Sophianus.
Origines urbis Constantinopolitanæ liber manuscr.
Paulus Jovius.
Petrus Bellonius.
Petrus Bizarus.
Petrus Gyllius.
Petrus martyr Mediolan.
Philippus Callimachus.
Philippus Mornæus.
Prætor Græciæ, manuscr.
Procopius.
Reinerius Reineccius.
Secretarius Sigismundi Malatestæ.
Stephanus Broderithus.
Symeon magister Officiorum, manusc.
Tarcagnotæ historia.
Thomas Ebendorfus Haselbachius, manuscr.
Thomas Porcaccius.
Thomas Spanduginus Cantacuzenus.
Vincentius Belvacensis.
Wolfangus Dreslerus.
Zonaras.
Zosimus comes.
Zygomalas protonotarius Græcus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

JOANNIS GAUDIER DICTI SPIEGEL

TURCICI INTERPRETIS

EPISTOLA PRÆLIMINARIS AD D. FERDINANDUM ROM. CÆS.

Serenissime, potentissime Rex, Domine clementissime.

309 *Cum non ita pridem regia Vestra Majestas librum Turcicum mihi commiserit, in quo ortus atque gesta impp. Turcicorum describuntur: quem quidem regiæ Vestræ Majestatis nobilis, strenuus atque integerrimus Hieronymus Beck a Leopoldstorf ex itinere Hierosolymitano et Turcia rediens, obtulit: qui mihi a regia Vestra Majestate Germanice interpretandus, clementer demandatus: quod humiliter præstiti, eaque quæ a Turcis scriptus est methodo, in idioma Germanicum transtuli. Licet vero idipsum libenter more et stylo rhetorico effecissem: sed cum ab ineunte ætate, parum admodum litteris humanioribus fuerim imbutus, atque hujusmodi in rebus minime versatus; certæ tamen sum spei, laborem hunc exiguum regiæ Vestræ Majestati placiturum. Adnotassem etiam simul quo tempore secundum annos salutis nostræ hæc gesta fuissent: verum cum anni Turcorum breviores sint nostris, neque ipsorum anniversarii dies, sicut apud nos Christianos, in idem tempus coincidant, licet etiam ipsi in anno menses duodecim habeant: tamen hoc tantum ratione splendoris lunæ; insuper scribunt ipsi dicuntque, spatio triginta dnorum annorum, secundum ipsorum computationem, cœlum mobile seu firmamentum suum absolvere cursum: id tantumdem fere esset, cum nos Christiani triginta unum, ipsi triginta duos annos scriberent nominarentque. Et quantumvis ex mea translatione computari non potest, quo tempore annorum Christi hæ impp. Turcorum res gestæ sint: attamen omnino gubernatori, militiæ duci, aut capitaneo, cui cum inimicis Christiani nominis agendum, lectu operæ pretium esse existimo. Hinc namque videre licet, quid politia aut animus heroicus valeat, qualiterque magistratus erga proprii commodi, avaros atque superbos homines se exhibere remunerarique debeat; quale etiam detrimentum patriæ atque exercitui, ob inobedientiam, confusionem, perfidiam, superbiam, proprium commodum, oriri et accidere possit. Propterea facile colligere hinc licet, cum moderni imperatores Turcici parvæ atque obscuræ familiæ, cum exigua manu in immensum creverint, uti quidem ex historia hac intelligo, quod Asia, Græcia, Bulgaria, Arbanesia, Bosnia, Servia, nonnisi propter inobedientiam, confusionem, perfidiam, superbiam, et rem privatam, in tot calamitates atque manus inimicorum nominis* **310** *Christiani inciderint: quod (proh Deum!) hodierno adhuc die evenire videmus. Nam quæ alia est causa Christianæ devastationis, quam inobedientia, perfidia, avaritia, superbia, et rei privatæ studium? Nam hic propter suum commodum favet Turcis, alter Woiwodæ: tertius, nulli obsequens, seipsum dominum censet. Unde fit porro quod nos omnia bella erga Christiani nominis hostes instituta, minus prospere geramus, quam propter inobedientiam, confusionem, perfidiam, avaritiam, superbiam, et proprium commodum? Nos existimamus ipsos minime subsistere, rem nostram inconsiderate aggredimur, et proponimus nobis magnas opes ab ipsis acquirendas: primo congressu alacres atque animosi sumus, verum illico remittimus. Deus omnipotens suum dignetur nobis gratiam largiri, quo nos erga ejusmodi divini nominis hostes dirigamus, superioribus et magistratui simus obsequentes, bonam politiam conservemus, avaritiæ, superbiæ, et rei privatæ, quantum æquum est, tribuamus; ne et nos tandem (quod Deus præcavere velit) sicuti nominatæ regiones in maxima damna veniamus, et posteritas nostra fidem atque religionem diabolicam suscipere cogatur. Quod Deus in æternum nobis concedere dignetur (a). Amen.*

Regiæ Vestræ Majestatis

Humillimus, obedientissimus servitor, et interpres Turcicus,

JOANNES GAUDIER, *alias* SPIEGEL.

(a) Exspectabam, *Quod Deus a nobis avertat.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ANNALES
SULTANORUM OSMANIDARUM

AB IPSIS TURCIS MEMORIÆ PRODITI.

311 Primus apud Turcos rerum potitus fuit Osman, qui patrem habuit Ertuculem. Hic filius fuit Soleimanis Scachi : Soleimanes, Cabielpis : Cabielpes, Cusulbugæ : Cusulbuga, Bainderis : Bainder, Oicolucis : Oicoluces, Baisungeris : Baisunger, Bakis Agæ : Bakes Aga, Ciacis Agæ : Ciaces Aga, Toctemuris : Toctemur, Versaiobis : Versaiobes, Giokelpis : Giokelpes, Oguzis : Oguzes : Carachanis : Carachan, Cutluzeecis : Cutluzecces denique Lecrace patre natus fuit. Hi septemdecim duntaxat auctores hujus familiæ litterarum monumentis proditi recensentur. Cæteri, quorum ignota nomina, continua serie referendi veniunt ad Japhetum, Nohæ filium. Ipsa quidem hæc Oguziorum dicta familia, successione perpetua rerum apud Parthos potita fuit, hominesque fuere simplices et rudes : qui postea quam primo religionem Mahumetanam fuissent amplexi, dominatus sui sedem in civitate Machanensi constituerunt. Cæterum quo tempore Soleimanes Scachus Machanæ præerat rebus Parthicis, præpotens ille Zingis Chan ex regione Chitaia cum exercitu in Parthiam profectus est, ibique Belcham civitatem copiis locupletem obsedit, cepit, diruit : totamque regionem Chorasanem populabundus diripuit. Erat id temporis Curisemes Scachus Belchæ princeps et Chorasanis, qui regno pulsus cum suis aufugit, et in itinere periit. Ejus in locum successit Ugnam Chan filius, qui copias paternas Bagadatim versus duxit : quo cum pervenisset, urbem occupavit, incolas occidit, regionem universam sibi suisque vindicavit. Id ubi Zingis Chan intellexisset, armis eum persecutus in suam potestatem redegit. Oriundus ex familia Selgucis sultanus Aladines, e Parthia profugus, in regionem Jonan, quæ Caramania modo dicitur, pervenit, iisque locis occupatis, et instaurata urbe Sivasta, regia cum potestate præfuit. Cum autem in hunc modum Zingis Chan Parthiam ageret, ferret, etiam Machana funditus eversa fuit, quæ id temporis imperio Soleimanis Scachi parebat. Is Tatari violentiæ cedens, et ipse cum suis migravit, inito consilio invadendæ Romaniæ : quod inaudisset, iis in locis bella geri, et armis rem parari posse. Quapropter relicta Parthia Erzingam esse contulit : unde in Romaniam penetrans, Amasiam pervenit, multis et magni pretii potitus spoliis. Converso deinde itinere, Chalepum adiit : in qua profectione delatus ad oppidum, quod Jaber dicitur, ad Euphratem fluvium castra metatur. Erat hic eis transjiciendus Euphrates, sed vadum nullum inveniebant, quod essent homines omnino rudes et rerum imperiti. Cum equorum natatu transmittendum amnem placuisset universis, primus Soleimanes Scachus flumen ingressus et aquis obrutus exspirat : quem magna quæsitum diligentia, tandemque reportum extrahunt, ibidemque tumulo mandant. Erant huic Soleimani Scacho **312** filii tres superstites, quorum uni nomen Sungurgensis, alteri Gundogdis, tertio Ertucules, qui filium habuit Osmanem. Exstincto patre, castra fratres hi promovent, ac propter Euphratem, adverso flumine profecti, tandem ad campos Passonios perveniunt. Iis in locis Ertuculi Osmanis patri, cum quadringentis mapalibus, quæ pro more gentis de loco in locum promoveri transferrique possunt, subsistere libuit, reliquis duobus fratribus in Parthiam redeuntibus. Hæsit ibidem ad aliquod tempus Ertucules, varie finitimorum injuriis et rixis exercitus. Denique rumor ad eum perfertur, sultanum Aladinem, e Parthia profugum, in Romania complures provincias sui juris fecisse, adeoque magno potitum imperio. Erant Ertuculi tres filii, Gundus, Sarigates et Osman. Ubi, quo in statu res Aladinis essent, Ertucules accepisset, non magna consultationis interposita mora, filium Sarigatim ad eum ablegat; oratum, ut aliquem sibi locum concederet, quo in loco se cum suis sustentare posset. Aladines huic postulato lubens assentitur, eisque regionem attribuit, tam æstivis, quam hibernis aptam mensibus. Id temporis natio quædam adversus sultanum Aladinem arma subito moverat, contra quos dum suis instructis ille proficiscitur, interea Ertucules cum filiis, Sarigati et Osmane, versus Eugurim sese confert : eoque loco sibi suisque constituta sede quadam ac domicilio, finitimos Græcos perpetuis excursionibus et rapinis infestare non desiit. Tandem rebus humanis Ertucules excessit, cum suis ad 52 annos præfuisset : mortuus anno Machumetano 687 (Christiano 1289).

De Osmanis nativitate.

Accidit aliquando, ut fessus Ertucules interdiu semet ad quietem componeret. Ibi tum ei somnium se quoddam obtulit, quo viso fuit experre-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ctus. Mox hinc et inde rem cogitabundus expendens, corpus abluit, preces suas absolvit, habituque mutato Coniam profectus, urbem ingreditur. Agebat istic vir auctoritatis ex doctrina maximæ, cui nomen Edebales, operum effector et prodigiorum admirabilium, in quem conjecti erant omnium oculi, quod eos in lege Mahumetana institueret, ac facultates cæteroquin amplissimas possideret. Etiam sultanus ipse, quem diximus, Aladines plurimum ei tribuebat. Hunc ubi convenisset Ertucules, ut somnium illi suum exponeret : Venerande vir, ait, per quietem visus sum videre splendorem lunæ, prodeuntem e sinu tuo, qui meum in sinum penetraret. Eo cum delatus esset, ex umbilico meo mox enatam fuisse arborem, quæ regiones aliquot, ac prælatos montes, latosque campos umbra sua tegeret. Ad ipsas autem radices arboris perennes aquas emanasse, quibus vineæ passim et horti rigarentur : ac secundum hæc, experrectus fui. Posteaquam diu multumque semet Edebales, qui a suis vir sanctus habebatur, ob interpretationem somnii torsisset : tandem, oratione ad Ertuculem conversa, Nascetur tibi filius, inquit, vir optime, cui nomen erit Osman. Is bella plurima geret, ac posteri tui deinceps reges terrarumque principes erunt. Mea quoque filia nuptura est Osmani, ex qua procreabit ille liberos, qui regiam ad dignitatem pervenient, ac populis cum imperio præerunt. Secundum illa natus fuit Osman, qui cum adolevisset, Mahumetani vatis illius filiam duxit uxorem, de qua natus est ei filius Urchan. Cumque provinciis aliquot occupatis, principatum sibi constituisset : partem ditionum inter duces militares, qui ea in loca cum Ertucule patre venerant, liberaliter distribuit : a quibus illæ regiones hodieque nomina sua sortitæ sunt. Itidem Urchani ditiunculam, cui nomen Chisar Sangagi, et cognomen Inunge, concessit. Deinde natus est Osmani filius alter, Alis Bassa : quem perpetuo secum esse voluit. Rebus hoc modo constitutis, pater et filius Urchan, conjunctis copiis, arma in Christianos expediunt, omnia late populantur, agros eorum occupant, magnam hominum multitudinem utriusque sexus captivam abducunt. Vi etiam adhibita, civitatem Isnicam, cum vicinis oppidis et arcibus, in potestatem redigunt, diripiunt. Qui tum temporis Teggiur sive magistratus erat Prusæ, adjunctis sibi compluribus aliorum auxiliis, et coacto milite suo, de profligandis Turcis cogitare cœpit. Igitur hoc magnis cum copiis in Turcos ducente, minime consternatus Osman, animo invicto Christianis obviam prodit. Ad manus ubi ventum fuisset, strenue dimicatum utrimque. Cæsi fratres Osmanis eo prælio, Gunduselpes et Aidogdis, ac secundum viam publicam ad fines Dobmuris sepulti. Osman, fratribus licet amissis, tandem tamen victoria potitus est. Teggiur, Edrenosius et Prusæus, inita fuga, Prusam delati, semet in urbem includunt. Quos a tergo cum suis insecutus Osman, in itinere oppidum Ulubadam militari corona cingit, cujus Teggiur mox certis conditionibus cum eo transegit. Hinc Prusam cum exercitu properans, urbis obsidionem molitur. Cumque vi admota, nihil effecturum se videret ad expugnationem : primum in adversa urbis parte, juxta thermas, quæ Caplice Turcis dicuntur, vallo ducto, munimentum pro suis erigit, cui fratris Gunduselpis filium Agdemurem præficit, hominem rei bellicæ peritissimum, adjunctis 313 ei militibus egregiis. Inde munimentum aliud excitat versus eum montem, quem Geschidadage, hoc est, montem monachorum vocant. Illius curam Belebanzuco cuidam ex suis, viro strenuo, committit. Hoc modo duobus hisce munimentis exstructis, et actis aggeribus ac fossis, civitatem obsessam tam arte clauserunt, ut nemini vel accessus ad eam vel exitus pateret : atque interim agrum omnem in potestatem suam redegerunt, nihil ut obsessis, præter ipsam urbem, reliqui facerent. Dum isthæc durat obsidio, cum parte exercitus Osman Gases ipse Neapolim, quæ Genischeher lingua Turcica dicitur, contendit. Ejus viciniæ Christiani omnes, coactis copiis suis, cum Osmane confligunt : sed Osman prælio superior, universa illa regione potitur. Ea vero Turcicorum militum, qui de spoliis opulenti evaserant, præsidium accepit, absque provincialium damno. His rebus ex animi sententia confectis, Urchanem filium ad expugnandam Prusam ablegat. Horum militum accessione adauctis Turcorum castris, gravior inclusis esse cœpit obsidio. Quamobrem viribus obsessorum exhaustis, cum omnis jam commeatus defecisset, ac nihilominus ipsi tam noctu, quam interdiu, in armis esse, propugnandæ civitatis causa, cogerentur : tandem ipse Teggiur, cui nomen Jussuphes, pactis intervenientibus, Urchani Prusæ deditionem fecit. Is adeo religiose pactis conventis stetit, ut hosti absque ullo impedimento et injuria, cum uxore, liberis, facultatibus universis, abeundi potestatem faceret, ne manguro quidem ablato : statimque patrem, Osmanem Gasem, de Prusa in deditionem accepta, certiorem reddidit. Occupata fuit ab Urchane Gasi Prusa Mahumetani calculi anno 726 (Chr. 1327). Osman ipse tum temporis quiescens, occupationi Prusæ non interfuit : partim tumore cruciatuque pedum impeditus, partim quod se superstite filium Urchanem aliquid fortiter agere cuperet, ad excitandos in eo generosi animi spiritus. Tandem exactis in imperio viginti octo annis, Osman Gases vitam cum morte commutavit. Ejus loco rerum administrationem consecutus est Urchan filius, anno Mahumetano 727 (Chr. 1328). Ante mortem præcepit, ut Prusæ in argentea tumba concamerata conderetur : sed vulgo ad Sugutzucam, qui locus a salice nomen habet, conditus existimatur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Cum primum Urchanes imperium auspicatus fuisset, duces veterani, quotquot ex Parthia cum ipsius avo in eas terras venerant, nimirum Cugurelpes, Rachman Gases et Accecoza, Gerlensem agrum cum Bolensi occupatum sui juris fecerunt. Sed iis non multo post exstinctis, Urchan ditiones illas filio suo Soleimani bassæ possidendas, nomine Sangiacatus, dedit : itidemque regionem alteram non magnam, quam Inungen vocant, alteri filio concessit, cui nomen Murates Chan Gases. Hunc enim minorem natu filium habebat. Inde recuperatam Isnicam præsidio imposito munivit, et ecclesias Christianorum in ea demolitus, aliquot ex illis in messitas sive templa Mahumetana convertit, adjunctis scholis et xenonibus. Superest adhuc hodie medressa quædam Isnicæ (sic scholam cum xenone conjunctam vocant) ab ipso condita. Erat inter alios quidam Cara Mesites, habitus pro viro sancto, cujus curæ commissa fuit omnis ea provincia, militibus in pagos circum Isnicam distributis : ut illam vicinam adversus Constantinopolitanas copias et earum grassationes tuerentur. Agbassæ regionem Candriam assignavit, cujus etiam nunc superstes est familia. Cum hoc modo provincias, quas ab se bello captas Osman Urchani filio reliquerat, inter suos Urchan partitus esset, omnium consensu rerum ei summa, ceu legitimo sultano, delata fuit. Quibus peractis, Alim bassam, fratrem suum, ad se uti veniret arcessit, qui ad eum profectus, Nulla mihi ditione opus est, mi frater, ait. Statimque facta cessione, quam a patre ditionem acceperat, Urchani Gasi fratri sponte tradidit et commendavit. Certabant id temporis fratres inter se mutuis officiis, et honorem alter alteri deferebat. Alis ipse bassa quodam tempore compellato fratre Urchane : Mi frater, inquit, exercitus tui magnopere jam aucti sunt, et Mahumetana religio non parum incrementi sumpsit. Excogita rationem aliquam obsecro, qua fieri possit, ut tui milites ab extraneis et peregrinis discernantur. Ad ea respondens Urchan Gases, Fiat, quod suades, ait. Equidem tibi obtempero. Tum Alis bassa : Præcipe mi frater, subjicit, ut universi milites tui zercolas rubeas gestent, eoque signo toti mundo noti sint : tu vero zercolis albis utitor. Non multo post convenit Urchan Gases religiosum quemdam Mahumetanum, cui nomen Chazis Bectases : atque is albo pileo capiti ejus imposito, illiusmodi tegminis usum approbavit, et a posteris retineri jussit. Quodque adeo Genizari, qui sultani Turcici sclopetarii sunt, etiam nunc ejusmodi pileis utuntur, id ab illius temporis consuetudine profectum, in hodiernum usque diem durat. Erant ejus ætatis homines ita comparati; ut frater consilia sua cum fratre communicaret : quique rectissime consuluisset, in ejus sententiam lubens alter ibat. Nulli mutuis se parricidiis fratres e medio sustulerunt ante Bajazitis Chanis imperium, quem Gilderunem appellaverunt : sicuti deinceps indicaturi suo loco 314 sumus. Idem Urchan Gases id temporis in regionibus imperio suo subditis domos immunes atque prædia describi jussit, uti videlicet unus ex quolibet prædio mitteretur, qui per unius anni spatium in regia quosvis injunctos sibi labores susciperet. Eos appellari placuit Jaias, hoc est, pedites. Quodque tales adhuc in regia reperiantur, qui labores ejusmodi obeunt, ex Urchanis Gasis instituto cœptum, adhuc in usu est. Cæterum nactus Urchan Gases quietam urbis Isnicæ possessionem, imaretum in ea condidit, hoc est templum Mahumetanum, cum schola et xenone ; quo quidem in xenone cibi coquuntur, et in egenos distribuuntur, præsertim in eos, qui litteris operam dant, et qui peregrinantur. Atque hoc in imareto sive xenone cibos Urchan ipse distribuisse traditur. Secundum hæc Soleimanem bassam filium Isnicæ præfecit, qui vicinis oppidulis Genischeheri Goinucæque gravis esse non desinebat. Prusæ vero sangiacatum consecutus est ab eo Murates Chan Gases, filius natu minor. Nihilo minus Urchan ipse velut inspector imperii totius mansit. Soleimanes bassa, præfectus Isnicæ, Genischehere Goinucaque potitus est. Eorum locorum incolæ Christiani, perspecto ipsius ingenio miti et humano, universi facti sunt Musulmani : omniaque oppida sita in iis finibus ejus se potestati sponte permiserunt. His rebus intento Soleimane bassa, patri ejus Urchani complures civitates, Carase, Bale, Cosre, Bargama, Edremitum, sese dediderunt. Inde cum copiis Ulubadam versus movit. Nam ejus oppidi Teggiur, qui superioribus annis cum Turcis transegerat, jam violata fide, ab eorum amicitia discesserat. Cum autem se peti a Turcis animadverteret, manus ipse sibi attulit. Dum hæc istic gererentur, Soleimanes bassa in Græciam transjicere statuit : qua quidem occasione Gallipolis a Turcis capta fuit. Nam forte Soleimanes in regione, quam non ita pridem sui juris fecerat, hinc inde obequitabat. Supersunt autem in iis locis rudera sive vestigia quædam ædificiorum admiranda, quæ istic ab excidio Troiæ in hunc usque diem manserunt. Illa, cum eo venisset, cum stupore quodam aspiciens, tacitus et cogitabundus ad aliquod temporis spatium ita substitit, ut nihil omnino ad quemquam proloqueretur. Quamobrem Ezes begus, tandem se convertens ad Soleimanem, Mi Chan, ait, quid istuc novæ rei est ? quænam tibi ad animum accidit prodigiosa cogitatio ? Tum Soleimanes bassa, Mecum, inquit, animo volvo, quonam modo mihi transmittendum hoc mare sit, ut interim Christianos conatus iste meus lateat. Quæso te, qua via rem aggrediemur. Hæ cogitationes meæ sunt. Ad ea mox Ezes ac Fasil begi,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Domine, si per te licebit, inquiunt, nos duo fretum hoc transjiciemus, tentaturi, num aliquid a nobis effici possit. Ubi vero, subjecit Soleimanes, transjecturi estis? Locus hic quidam est, inquiunt, ubi facilis est transjectio, ex intervallo littoris utriusque non magno. Cum id Soleimanes eis ut facerent, permisisset, locum ipsum adeunt, trabes ac ligna colligant, ratem conficiunt, trans fretum noctu in adversum littus appellunt, per vineas semet abdunt, idoneum quemdam instituto suo Christianum capiunt. Eum vero celeriter abreptum, ratique impositum, hero suo Soleimani, superato rursum freto, sistunt. Is hominem benigne excipere, vestitu novo donare, muneribus aliis delinitum interrogare : Ecqua via sit in oppidum adversum perveniendi, Christianis insciis et imprudentibus ? Mox ille : Ducam vos equidem, ait, per ejusmodi viam, ut a nemine conspiciamini. Quo intellecto, colligari complures arbores Soleimanes imperat, Dictum, factum. In eam ratem, summa usus celeritate, cum septuaginta vel octoginta selectis militibus insilit, ac noctu transjicit. Magna deinde solertia ducuntur a captivo Christiano ad castrum Zemenicum, in cujus aditu quidam e fimo quasi tumulus situs erat, ipsius castri altitudinem æquans. Aberant castro incolæ, nimirum illo tempore anni, quo colligendis ac triturandis segetibus quisque foris intentus erat. Hac solitudinis occasione usi, noctu per illum fimum, quem diximus, in castrum evadunt, eoque potiuntur. Nulla vulgo Christianorum illata vis fuit, aut injuria : sed exhibita potius benevolentia, dataque munuscula. De præcipuis autem capti quidam, et ad navigia deducti, quæ istic in portu reperta sunt, trans fretum, pro victoriæ argumento, ad reliquum exercitum missi fuerunt. Eisdem navigiis in reditu plus minus ducenti milites transvecti, se cum Soleimane, cæterisque Turcis, in oppido conjunxerunt. Inde cum navibus aliquot, equitibus etiam instructis, qui terra iter facerent, Bolaiem Ezes begus petiit. Est autem propter Bolaiem portus maris, qui Portus albus dicitur. Eo in portu complura navigia tunc erant, quibus igne injecto absumptis, Zemenicum reversi sunt, reliquum exercitum, navibus impositum, in Europam transportarunt. Hoc modo Turci primum in Græciam pedem intulerunt. Occupato Zemenico cum magnus jam Turcorum numerus in Græciam trans mare pervenisset, nullis oneribus molestis sive Christiani, ad oppidum illud pertinentes, eis gravati sunt, sed transactum inter utramque partem constitutaque pax. Non uxores eorum, non liberi violati, sed ea cum 315 moderatione habiti, ut Zemenico finitimi Christiani pertubentur se Turcis submitterent. A Zemenico non longo distat aliud oppidum, Agaslevina, quo et ipso simili negotio potiti, cum Christianis ejus agri pacem componunt, eademque in hos usi humanitate, qua in illos priores, facile duo istæc Græciæ castra suam in potestatem redegerunt. Harum rerum, tam feliciter in Romania gestarum, fama cum ad Turcos in Asiam trans mare perlata fuisset, quamplurimi sponte sua transjecerunt, atque hoc modo passim per universam Romaniam diditus est de Turcorum adventu rumor. Neque multo post præmissi fuere, qui Gallipolim tentarent. Ejus loci Teggiur, animadverso tam suo, quam suorum periculo, collectisque perexiguis Christianorum copiis, animose cum Turcis conflixit : sed prælio victus, intra munitionem se recepit. Turci hostem a tergo secuti, agrum omnem occupant, et in reditu ipsam quoque Gallipolim sibi cum arce subjiciunt. Factum hoc anno Mahumetano 758 (Chr. 1357).

Capta Gallipoli, suos Soleimanes ablegat, ut agros Cherepoli et Zorlo vicinos popularentur, et ferro atque igni vastarent : qui longe lateque direptis omnibus, absque mora Gallipolim reversi sunt. Habebat secum duos ex omni numero procerum duces eximios, Eurenosem begum, et Chasim Elim begum. Hi nullum Christianis tempus a perpetuis vexationibus vacuum relinquere, sed absque intermissione Dimotuci ac Burgosines agros agere, ferre, moxque cum suis Gallipolim se recipere. Dum ab illis ea geruntur, Soleimanes bassa quodam die venatum in equo prodit, inventoque lepore, mox illum ut caperet, equum ad cursum adigit : qui forte fortuna pede altero delatus in scrobem quamdam, una cum domino corruit, eumque sic humi afflixit, ut ibidem confestim exspiraret, anno Mahumetano 759 (Chr. 1357).

Eodem tempore mortuus est etiam Soleimanes bassæ pater, Urchan Gases. Sed filius duobus ante patrem mensibus exstinctus est. Successit in imperio paterno Gasos Murates Chan, qui Prusam profectus, magnum ex Carasina regione, cæterisque provinciis, exercitum collegit. Erat in civitate Belezuga Mahumetanus quidam, religiosus et magnæ vir existimationis, cui nomen Zenderlues Cheliles. Eum ad se vocatum Cadilescheri officio fungi jussit. Hinc cum œconomo regiæ suæ Scachine, ac universis copiis, Gallipolim transjecit, ac recta Zorlum contendit. Ejus loci præsidiarii et incolæ fortissime quidem illi se defendebant, sed oppidum tamen expugnatum vi fuit. Capta deinde Sis, Teggiure deditionem faciente. Mox itum versus Burgosinen, quæ inventa fuit habitatoribus vacua, Christianis fuga dilapsis : idebque Turcis ingressus ; igne deleta. Ex altera parte regionis Eurenoses begus arma cum Chazi Eli bego circumtulit : a quibus ad amnem Merizam occupatum fuit castellum, cui et ipsi nomen Burgos : adeoque ab hoc eventu in hodiernum usque diem Elis begi Burgos dicitur. In eo castello Chazis Elbegus interdiu quieti se dabat : sed postea quam nox appetiisset, perpetuis excursionibus vicissim quietem Christianorum turbabat. Idem missis exploratoribus, im-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

prudentem Dimotuci Teggiurem oppressit et intercepit, atque hoc modo captum ad oppidi mœnia deduxit. Cum in hostis potestate constitutum Teggiurem suum tam oppidani, quam arcis præsidiarii viderent, certis conditionibus cum Chazi Eli bego transigunt, eique civitatem cum arce dedunt. Nihilominus Turci, deditione facta, Teggiurem liberum et incolumem abire permittunt. Dimotuco potitus, Ypsalam cum exercitu pergit, ut et illud oppidum expugnaret, ac sub jugum mitteret. Interea Gases etiam Murates in armis erat, Hadrianopolim invasurus. Præmisit vero Scachinem, œconomum regiæ suæ, cum parte copiarum, qui de Christianis periculum faceret, hostine obviam ituri, seque defensuri essent. Hujus adventu cognito, Christiani mox in aciem adversus eum prodeunt. Utrinque dimicatum acerrime, multis ab utraque parte cæsis et interemptis. Tandem de ardore atque impetu suo Christiani nonnihil remisere, seque intra muros urbis et propugnacula receperunt. Scachines, misso nuntio, Muratem Gasem rei bene gestæ certiorem facit, eique capita cæsorum aliquot transmittit. Interim begus uterque, Chazis Eli et Eurenoses cum Muratis exercitu suas conjungunt copias : et aciem primam sortiti, ante Muratem Hadrianopolim recta ducunt. Admodum id temporis Meriza fluvius, aliarum aquarum accessione auctus, intumuerat. Quamobrem urbis Teggiur, intellecto adventu hostium, navim ingressus Ygnum profugit. Oppidanis a Teggiure suo desertis, et omni auxiliorum spe destitutis ; Murates, qui rem per exploratores cognoverat, cum exercitu prima luce castris egressus, ad urbem propius accessit. Ei cives, apertis absque mora portis, deditionem fecere : Mahumetani calculi anno 761 (Chr. 1360).

Hadrianopoli capta, Murates Scachini, copiarum parte tradita, permisit ut omnem Zagoræ Philibæque viciniam depopularetur, et igne deleret. Itaque Scachinis milites eo profecti, regionem universam prædis agendis vastant, et incolas captivos secum abigunt. Itidem Murates Eurenosi bego potestatem fecit, agros Ypsalæ vexandi. Hoc modo suis utrique partibus assignatis, **316** imperii fines amborum opera fuere prolatati. Gesta sunt hæc anno 762 quo quidem anno lumen solis usque adeo defecit, ut etiam interdiu stellæ cœli conspicerentur.

Erat id temporis quidam Talismanus Turcicus, Cara Rustemes, qui ad exercitum e Caramania venerat. Is cum tantam et prædæ Christianis ereptæ copiam, et captivorum multitudinem in castra videret adduci : convento Cadileschero, cur talem tantumque thesaurum, magistratui supremo debitum, auferri temere sineret, quærit. Ad ea Zenderlues Chelifes Cadilescherus : Quis tandem ille thesaurus est, ait, quem tu quidem ad magistratum pertinere, sed nullo cum fructu perire, ac prodigi refers ? Dei mandatum est, inquit Cara Rustemes, ut omnium, quæ de Christianis capta, rapta fuerint, sive mancipiorum, sive animalium, sive quarumlibet aliarum rerum, quinta quæque portio juri Patiscachi cedat. Et cur illam vos non exigitis ? Monitus ergo Cadilescherus, Gasi Murati Chani rem exposuit : a quo responsum tulit, ut, siquidem hoc Dei mandatum sit, omnino jus suum urgeant. Igitur arcessito ad se Cara Rusteme : Volumus, inquiunt, o sancte vir, ut ipse Dei mandatum exsequaris. Ille Gallipolim profectus, ibidem sibi domicilium constituit : ac pro quolibet mancipio Christiano, trans mare vehendo, aspros viginti quinque a Turcis exegit. Et auctores hujus exactionis illi duo fuere, quos diximus : ut nimirum quintæ Gallipoli pro sultano Turcorum hodieque, tam mancipiorum nomine, quam reliquorum spoliorum exigantur. Fuit et ab Eurenose bego postulatum, ut in usum magistratus supremi quintum quodque mancipium Christianum a suis repeteret, ac imperatori traderet. Si quis vero non quinque, sed quatuor duntaxat mancipia possideret, ut ab eo singulorum nomine aspri viginti quinque exigerentur, eaque pecunia fisco imperatoris cederet. Hac nimirum occasione deinceps ille mos inolevit, ut ex omni mancipiorum numero, liberalioris formæ pueri, pro sultano delecti, retinerentur : quæ quidem in hunc modum exacta tenerioris ætatis mancipia, deinde ad imperatoris Portam deducta, Murati offerebantur. Is vero pueros in Anatoliam transportatos, inter Turcos distribui jubebat : ut apud eos disciplinæ pariter ac laboribus assuescerent, et Turcice discerent. Exactis autem duobus apud illos, vel tribus annis : jam ad labores condocefacti, linguæque Turcicæ periti, ad Portam reducebantur, Genizarorum ordinibus ascribendi. Genizari vero sultani Turcorum sclopetarii sunt, et inde ab illis usque temporibus nomen hoc Genizarorum adepti retinent. Secundum hæc Prusam Gases Murates Chan reversus est, substituto sibi œconomo suo, Lala Scachine, qui vices absentis in Romania vel Græcia gereret : cæteras vero provincias, Imperiique limites, Eurenosi bego commendavit. Neque multo post, Gallipolim denuo sese contulit, atque ibi Zenderluem Chelilem, hactenus officio Cadilescheri functum, ad bassæ ac veziris dignitatem evexit. Is auctus hoc honore, Cheradines bassa deinceps appellatus fuit. Murates autem, relicta Gallipoli, quo venerat itinere, Bugam profectus ; inde Prusam rediit, atque ibi se in hiberna contulit. Ex altera parte freti, regiæ Muratis œconomus Scachines Zagoram et Ischebolen subjugavit, anno 766 (Chr. 1365). Quibus occupatis, rumor ad Muratem perlatus est, eique significatum, in Servia Christianorum ad quinquaginta millia collecta, de Hadrianopoli adeunda cogitare. Cujus rei nuntio accepto, magna celeritate ad iter se comparat, et Gallipolim contendit. Vix ad littus, in Europam ex Asia transjecturus, accesserat, cum Servii jam Hadrianopoli ex propinquo imminerent, eo castra loco metati, qui in hunc usque diem a Serviorum sive Rasciorum clade nomen accepit. Interea Scachi-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nes, nulla rebus agendis interposita mora, noctu per insidias in hostem erumpit. Illi multo mero madidi, passim per castra, magna cum vociferatione, Turcos adesse clamitant; cumque præ temulentia, tam præsenti rerum discrimine, quid agerent, ignorarent: per noctis caliginem alter alterum ad lucem usque mactant. Equi etiam tanti tumultus causa pavore consternati, abruptis loris et capistris, ad necem usque sibi mutuo calces impegerunt. Ubi denique jam illuxisset, fœdam in fugam Servii, nemine persequente, se conjecerunt. Ibi tum hostili vallo superato, Turci castra, nemine resistente, capiunt atque diripiunt, et amplis ditati spoliis, Hadrianopolim revertuntur. Scachines Murati magnum captivorum numerum, cum non paucis capitibus interemptorum, misit: quibus conspectis, itinere converso Prusam repetiit. Hæc gesta fuerunt anno Turcico 767 (Chr. 1366). Quo anno Murates Chan filios suos, Bajazitem, qui Gilderun cognominatus fuit, et Jacupem Zelebim, circumcidi voluit, magna solemnitate adhibita. Belezugæ præterea, quod oppidum est Anatoliæ, sumptuosum templum, messitam Turci vocant, eodem anno, cum schola et xenone, construxit. Principis etiam Germiani filiæ nuptias Bajaziti Gilderuni filio conciliavit, celebratas pompa magnificentissima. Secundum hæc in regionem Hemidam cum exercitu profectus, eam occupavit. Inde progressus, Aspropolim sive Albam Anatoliæ, quam nunc Aescheherim vocant, et Cutahigen metropolim provinciæ, et Hierapolim, quæ Seidischeheris dicitur, et Geluazen **317** imperio suo subjecit, anno 784 (Chr. 1383). Atque his rebus gestis, relictisque locis iis, trans fretum Gallipolim se contulit: ingressusque Romaniam, obsidione Magalgaram cinxit, et in potestatem brevi redegit. Eo loco regiæ Muratis œconomus Lala Scachines, et Eurenoses begus, universis cum copiis, quibus in Romania præerant, ad Muratem accesserunt: et conjunctis exercitibus, ad obsidendam Bolinam, locum munitum, profecti sunt. Quotquot erant ea regione Christiani, omnes in illam velut arcem sese receperant. Itaque cum Murates tantis cum copiis et apparatu obsidione inchoata, magnisque laboribus et molestiis exantlatis, non potiri se oppido posse videret: intimo dolore animi commotus, ingemuit, et obsidione soluta discedens: Evertat te Deus, inquit. Erat haud procul inde tilia quædam pulcherrima, quam Felicem vulgo vocabant, hodieque sermonibus hominum celebris. Ad eam cum pervenisset, castris locum delegit. Interim ipse quemdam ad fontem sese reclinans, mœstus consedit. Non magno temporis elapso spatio, nuntium accepit, latus alterum munitionis, mole sua gravatum, corruisse. Qua re intellecta, mox Lalam Scachinem ablegat: qui opinione citius ad oppidum convolans, eo potitur, Christianis omnibus captis, et magnis inventis opibus. Inter alia reperti a Turcis aurei catini atque calices, qui cassidum formam referebant. Iis in capita imposi-

A tis, cum mancipiis Christianis, et omni præda, coram Murate comparuerunt. Et quidem id temporis apud Turcos cepit ille mos gestandi aureos ejusmodi pileos, qui apud illos Uscufiæ dicuntur. Murati vero Chani collibuit eam tiliam honore quodam afficere, atque illam ob causam vetus Felicis tiliæ nomen approbavit, et ad posteros ratum esse voluit. Inde Christianos incolas universos, qui capti fuerant, cujuscunque fortunæ, sacramentum sibi dicere jussit: et cum liberis atque conjugibus domum remisit. Castro quidem ipsi nomen in hodiernum usque diem durat, ab eversione divina. Murates hinc repetiturus Hadrianopolim, Chairedini bassæ, ac Eurenosi bego id negotii dedit, ut, progressi ulterius, omnem illam provinciam sibi subderent. Et Eurenoses quidem begus animum ad invadendum Gumulzinæ agrum adjecit. Marolia confestim ei se dedidit. Erat inter alios Muratis familiæ ministros quidam, cui nomen Delus Beluban. Ei sangiacatum in limitibus commisit, ut Serras oppidum bello vexaret. Cum autem suas ille copias istuc adduxisset, Christiani, portis occlusis, deditionem facere recusarunt. Interea vero, dum his oppugnandis totus occupatur: Lala Scachines oppida complura, Cavalam, Diren, Sirum imperio Muratis adjungit: indeque promotis castris, Monastirum et Selerucam, circumfusis militibus, tentat, et omnem agrum his finitimum rapinis et incendiis vastat. Acciderunt hæc anno 737 (Chr. 1386).

B

C Id temporis Bagadatim Temirlancus invasit, cui tum Sultanus Achmetes cum imperio præerat. Is præ formidine Alcairum, ad sultanum Borcucem, profugit, anno 788 (Chr. 1387).

Babylone Temir Chan movit in regionem Destensem, ubi cum Techmico Chane prælio conflixit: ac victoria potitus, ferro et igni regionem illam omnem depopulatus est, anno 791 (Chr. 1390).

Eodem tempore cepit Gases Murates Chan bellum cum Lazaro gerere. Quippe Lazarus, præpotenti coacto exercitu, et jam in Cosovæ campos cum suis progressus, Murati per internuntium dici jussit, in aciem modo prodiret: apparituram facile, cui cessura sit victoria. Murates ex altera parte, summa diligentia conscripto milite, ambos etiam filios, Bajazitem cognomine Gilderunem, et Jacupem Zelebim, ea sibi expeditione adjunxit. Posteaquam in Cosovæ campos uterque convenisset exercitus, acri dimicatum utrimque prælio. Ibi tum Christianus quidam ad Muratem transfugit, cum significatione voluntatis suæ, quasi si militare deinceps ei cuperet. Igitur ad Muratem deductus, uti pro more pedes ejus oscularetur, quam sub veste abditam gestabat sicam, ea vi Muratis in ventrem adegit, ut is tam diro vulnere confectus, exspiraret. Turcici vero proceres, hac sultani sui cæde conspecta, mox consultationem instituunt, et quid hoc casu tam repentino faciundum deliberantes, in eam convenere sententiam, ut ad se Jacupem Zelebim arcesserent. Is ubi vocatus comparuisset: Age, in-

D

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quiunt, tentorium paternum ingredere. Nam est quod te vult pater. Ille nihil mali suspicatus, ingreditur: et correptus ab eis necatur. Inde regio solio Gilderun Bajazites impositus, omnium suffragiis imperator salutatur. Quibus peractis, denuo cœptum pugnari fortiter: adeo quidem, ut victus eo prælio, captusque Lazarus, in conspectu Bajazitis frustulatim concisus fuerit. Iis rebus gestis, ex eo loco discessum, et Hadrianopolim versus instituta profectio, Erat is annus 791 (Chr. 1390). Sultanus Gazes Murates Chan imperio præfuit annis 32. Cadaver ejus Prusam deportatum, propter Caplizen (sic thermas Turci vocant), monumento pro more fuit illatum.

Exstincto Murate, Gilderun Chan plene jam potitus imperio, confestim expeditione suscepta, Kiratovum oppidum, et universas illas argenti fodinas occupavit. Erat inter familiares ipsius ministros quidam Feris begus, vir admodum bellicosus. Eum **318** cum copiis ad ipsum usque Danubium misit, ubi redacto in potestatem oppido Vidina Hadrianopolim reversus est. Bajazites autem rursus bego expeditionem injunxit, qua Tanabit et Citros fuere domitæ. Interim Feris etiam begus in Valachos ire jussus, inopinato regionem invasit, magnamque prædam adeptus est. Eodem tempore Bassa quidam, Iagides begus, in Bozinam profectus, omnem illam regionem rapinis exhausit. Ipse Gilderun Chan Prusam se contulit, ibique messitæ struendæ principium fecit. Inde relicta Prusa, Caramaniam cum exercitu adiit: ubi oppido Alascheheri subjugato, mox ager Aidinensis sua sponte deditionem fecit. Hinc Sarchaniæ fines ingressus, illa quoque nullo negotio potitus est. Et eo quidem facilius utrumque Gilderuni successit, quod paulo ante ditionis utriusque domini rebus humanis excessissent. Acta Mahumetano anno 792 (Chr. 1391).

Secundum hæc Constantinum bello aggressus est, cui dum ipse totus incumbit, rex Ungarorum cum exercitu ad Nigebolim accessit. Eo Bajazites cognito, soluta Constantinopolis obsidione, recta Nigebolim suos duxit. Ad hostem ubi perventum fuisset, multoties levibus prœliis, atque etiam acie nonnunquam justa dimicatum inter utrosque. Tandem nocturna impressione Christianos adortus, adeo repentino et inopinato impetu exterruit, ut eorum plerique in Danubium præcipitare se cogerentur, et in ipso flumine magno numero submersi perirent: reliqui fœdam semet in fugam conjicerent. Factum hoc anno 794 (Chr. 1393).

Hoc bello confecto, rursus in Constantinum arma convertit. Sed composita pax fuit, ea conditione, ut intra Constantinopolis mœnia Gilderunis Chanis subditi jus haberent vicum unum inhabitandi. Fuit is annus 794.

Eo ipso tempore mortuus est sultanus Alcairi Borcuces, post cujus obitum Gilderun Chan provincias ipsius invasit, et Melatigsn suæ ditioni adjunxit. Sed imminentibus jam frigoribus hibernis, Prusam reversus est, ibique per illam hiemem quievit. Æstatis initio rursus expeditione instituta, ductisque in Armeniam copiis, Erzingam occupavit. Novi tum motus erant Temiris Chanis apud Parthos, quos Gilderun Chan non magni faciens, Erzinga relicta, et freto ad Gallipolim transmisso, in Romaniam venit, ibique Silistriam et Empolim suo subjecit imperio: quod quidem accidit anno 795 (Chr. 1394).

Hinc in Moream abiit, et castris ad oppidum Ferigen collocatis, in diversas quatuor partes suos milites ad diripiendos regionis agros emisit; a quibus ingens præda collecta fuit. Ipso in oppido Ferige templum cum xenone construi de novo curavit, atque ita reversus Hadrianopolim, ad aliquod tempus istic in otio vixit. Ibi tum Bulcus despota filiam suam Gilderuni dedit uxorem, quo affinitatis vinculo sancita fuit inter ipsos societas et amicitia. Quippe Gilderun Chan professione Musulmanus, Bulci despotæ, qui religione Christianus erat, gener factus fuit. Ante tamen, quam Bulci filiam Bajazites sibi matrimonio jungeret, vini usum prorsus ignorabat. Majores enim ipsius a vino abstinuerant, de Osmane loquor, et Urchane, Murateque. Nam quoties convivas invitaturi erant, varios cibos apparari jusserunt, atque his deinde vesci soliti sunt, adhibitis Talismanis: quorum præceptis et admonitionibus inter convivandum aures præbebant, et Alcoranum legi curabant. Quidquid denique Talismani consulerent, illi non invite obtemperabant. Quo factum, ut eorum monitis parendo, nequaquam peccare possent. In primis Cara Rustemes, et Zenderlues Cheliles, magno apud eos honore habiti, et sancti homines appellati fuere. Verum tam ipsi, quam Talismani cæteri hac exhibitione honoris arrogantiores facti, multa fecere nequiter et flatigiose. Tandem cum essent exstincti Zenderlues Cheliles, et Cara Rustemes: Alis bassa, Zenderluis Chelilis filius, a Gilderune Chane Veziris dignitatem adeptus est. Tum vero crescere Talismanorum improbitas, multa se indigna committentium, et rejectis moribus atque institutis pristinis, nova quædam introducentium. Erat enim populus Osmanicus sane quam simplex et rudis, qui facile sibi quidvis persuaderi sineret. Quo flebat ut eis insidiose, ac multiplici vafritie imponerent. Inter alia prohibebant in commerciis et contractibus usum antiquæ monetæ, asprorumque veterum: et emolumenti proprii causa, nummulariorum more, monetam ad se veterem astute transferebant, ejusque loco novam signabant. Alis ipse bassa, vir simplex, ac rebus divinis devotus erat: cujus exemplo cum populus id temporis etiam singulari morum integritate, religioneque præditus esset, Talismani tanto magis horum bonitate simplici, pro lubitu, abutebantur. Cum autem Gilderun Chan fraudes ipsorum et imposturas deprehenderet, atque etiam videret eos belluinam et impuram vitam agere: edicto publicato præcepit, ut omnes Talismani, omnesque Cadii, quo nomine judices Turcorum veniunt, Neapolim, quam Turci Genischeherim lin-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

gua sua dicunt, convocarentur. Ubi convenissent universi, quamdam in domum concludi jussit, eamque præsidio circumdatam, ne quis elaberetur, incendi præcepit, **319** ut omnes flammis absumerentur. Hoc Gilderunis mandato magnopere perturbatus Alis bassa vezir, præ animi mœrore, qua illorum saluti via consuleret, ignorabat. Tandem hujusmodi quiddam ei ad animum accidit. Erat in deliciis Gilderuni Chani quidam Æthiops parvulus, faceto præditus ingenio: qui ab hero quidvis impetrare nullo negotio poterat. Hoc ad se venire jusso: Quidquid, inquit Alis bassa, libitum tibi fuerit a me petere, dabo: modo Talismanos et Cadios imminenti periculo eripueris. Æthiops, his auditis, mox elegantiori amictu sumpto, et imposita capiti uscufia, qui pileus est aureus, hoc ornatu Gilderunem Chanem adit, seque ante ipsum sistit. Ille, conspecto Æthiope: Quid hoc, ait, rei est, Æthiopille? cur nobis hoc amictu tam splendido? Est quod abs te petam, inquit Æthiops, exorari te patitor. Et quid tandem petis? subjicit Bajazites. Ille vero: Ablegari me velim, ait, internuntium ad Teggiurem Constantinopolis. At Constantinopoli, respondet Gilderun, quid tandem effecturus es negotii? Rogabo Teggiurem, inquit, uti quadraginta vel quinquaginta Calogeros mihi concedat. Quem vero ad usum, quærit imperator, hi tibi Calogeri servient? mandasti, ait, ut omnes eruditi Talismani tui, atque judices, flammis exurendi tradantur. Quapropter in horum locum nobis illos substituemus judices. Tum Bajazites Chan: Ergone Calogeri nobis necessario deligendi judices? an mei ministri judicum officio fungi nequeunt? Tui ministri, respondit Æthiops, non sunt eruditi. Quid ais? subjicit Gilderun: eruditine sunt judices illi nostri? An judex, inquit alter, esse quisquam possit, qui non sit eruditus? At enim, respondit Chan: si docti sunt, cur ex æqui rectique regula sese non gerunt? cur quod præcipiunt aliis, ipsi non faciunt? Ad ea fessus interrogando jam Æthiops, obticuit. Gilderun vero, compellato Ali bassa: Doctine sunt, ait, judices nostri? Tum Alis: Æquem putas, inquit, judicis officio posse fungi, qui doctrinæ sit expers? Et Bajazites: Cur igitur adeo fœda facinora committunt nec semet ex præscripto suæ doctrinæ gerunt? Ibi commodam respondendi nactus occasionem Alis: Ili nostri judices, ait, nullum stipendium, nullas annonas habent. Ea sola nimirum est causa, cur officio suo minus satisfaciant. Quid ergo, respondit Chan, faciundum nobis censes? Omnino se corrigerent, inquit Alis, si quid eis stipendii numeraretur. Tum Bajazites: Siquidem comparata res est, quoddam ipse salarium eis constituito. Alis, hoc a Gilderune accepto responso, reque cum animo suo diligenter expensa, tandem reperit, quid eis nomine stipendii posset assignari: videlicet ut quisquis hæreditatem, aliquot millibus asprorum æstimatam, adiret; Cadio, sive judici, cujus ipse jurisdictioni subjectus esset, pro singulis millenis aspris, viginti aspros solveret: ac pro singulis instrumentis, matrimoniorum puta, vel aliorum talium contractuum nomine confectis, itidem aspros 20 penderet. Ab hoc ergo tempore constituta judicibus stipendia sunt, et Alis in hunc modum placato Gilderunis animo, Talismanos et judices e præsenti vitæ periculo liberavit.

Secundum hæc invasit Caramaniæ princeps expeditione suscepta, regionem Hemidam, eamque occupavit. Qua de re Gilderun Chan factus certior, quanta potuit celeritate transmisso freto, Prusam accessit, et peragrata Tekiensi provincia, venit in Caramaniam, ibique civitatem Coniam obsidione cinxit. Caramaniæ dominus hosti advenienti cessit, et in loca montuosa se recepit. Erat tum id anni tempus, quo incolæ segetes suas in areis agrorum habebant, ut eas triturarent: ac per ipsis accidebat incommode, quod frumenti acervos, qui tunc et triturandi, et ventilandi erant, relinquere sub dio cogerentur, atque intra urbis mœnia sese concludere. Cum hoc Gilderun Chan animadverteret, suis interdixit ne quid frumenti sumerent, nisi persoluto pretio. Milites illo sultani edicto promulgato, propius ad mœnia progressi, rogare obsessos, frumentum sibi venderent. Oppidani respondere, nec pabulum ab se, nec frumentum vendi posse: qui civitatis intra muros clausi, obsiderentur. Si Gilderuni Chani placeret, concesso commeatu libero, potestatem exeundi facere, perlubenter omnia se vendituros quæ ipsi poscerent. His Gilderuni continuo renuntiatis, idoneo civibus exituris commeatu publica fide cavit. Itaque illis extra urbem prodeuntibus, accedere milites Turcici, quibus annona opus esset, ac necessaria comparare, sine cujusquam vel damno, vel injuria, soluto confestim pretio. Qua cives et regionis incolæ, disciplina militari perspecta, non se modo, cum urbe obsessa, Gilderunis potestati permiserunt, verum ejus etiam castri, quod Album vocant, civitatumque Nigdes et Caisariæ, deditionem fecerunt. Tum vero Caramaniæ princeps, rerum suarum trepidus, et quid ageret, ignarus: tandem capto cum animo suo consilio, et quodam ad Bajazitem ablegato, sic cum eo transegit, ut oppidis nonnullis provinciæ suæ Gilderuni sponte cederet. Is autem rebus hisce gestis, Prusam reversus, ad duos ibi menses quievit. Inde nova expeditione suscepta, Borlen adiit, eaque mox potitus est. Hinc ad amnem Kisam progreditur. Ejus regionis princeps, cui nomen Isvendiar, ad urbem Sinopen **320** fuga sese contulit. Bajazites legato ad illum misso, pacis componendæ causa, quædam oppida sibi retinuit, ditionem reliquam Isvendiari restituit, ac Prusam cum exercitu rediit. Evenerunt hæc anno 797 (Cl. r. 1396).

Secundum hæc rursus Amasiam Prusa contendit. Inde petita Sivaste, quæ quidem urbs ei mox a Casi Burchane dedita fuit. Hanc pater Emiri Soleimani filio concessit. Erat princeps quidam, cui nomen Techrin begus. Ei Bajazites Erzingam, cujus

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

erat dominus, non ita pridem ereptam, restituit: liberis tamen, tam maribus quam feminis, obsidum loco retentis, et Prusam missis. Post hæc Melatigen copias duxit. Iis in locis oppida, Diorrygem et Guxinen, sui cum juris fecisset Prusam reversus, aliquandiu quieti se dedit. Erat hic annus 798 (Ch. 1397). Quo tempore Temir Chan expeditione rursus instituta, per regionem Parthorum arma circumtulit. Tandem progressus ulterius, et Chalepum Damascumque ducto exercitu, Chalepum universa cum regione finitima occupavit: Damascum fœde direptam populatus est, anno 800 (Chr. 1399)

Indicatum fuit a nobis antehac, Gilderunem Chanem versus omnes imperii sui fines grassatum, ditiones alienas invasisse: eumque ne suæ quidem religioni deditis parceret, Melatigen, Diorrygem Guxinenque Turcomanis eripuisse: prorsus denique suis eos ditionibus per summam injuriam expulsos profligasse.

Quanquam ne hoc quidem dissimulandum, Turcomanos eas regiones, cum oppidis non magno labore suo parasse: nec, uti bonæ fidei possessores, jus suum longissimi temporis præscriptione tutari potuisse. Nihilo minus hoc, quo dictum, modo suis ejecti finibus, ad Alcairensis sultani patrocinium se contulere, sub ejus imperio sede sibi constituta. Potuit is tantum efficere, dum Gilderun Chan conjectis in Temirem Chanem oculis, sollicite progressus ipsius observaret; ut opera sua Turcomanos exsules in integrum restitueret. Illi tamen facile, certis adducti rerum argumentis, perspiciebant Bajazitem non multo post haud dubie res novas moliturum. Itaque cum principibus cæteris, qui partim a Gilderune bello petiti, partim suis spoliati fortunis erant, cum Techrine videlicet, cum Germiano, cum Duzinone Aidinensi bego, cum Mentesio denique, fœdus atque societatem inierunt. Omnes enim hi, quorum enumerata nomina, non minorum quasi gentium domini duntaxat in iis terris, verum etiam principes erant. Ab his ergo communi nomine missa fuit ad Temirem legatio, quæ cum ad ipsum pervenisset, deploratis illorum principum ærumnis atque miseriis, tantum apud eum oratione sua perfecit, ut bellum se facturum Gilderuni, quo illatas ipsis vindicaret injurias, polliceretur. Ante tamen, quam bellum hoc Gilderuni Temir inferret, exsulum causa suos ad eum misit internuntios, omnem (quod aiunt) lapidem moturos, ut inter utramque partem transigerent, idque duntaxat unum impetrarent, quo fas restitutis exsulibus esset, tranquille ditionibus suis absque injuria Gilderunis, utendi, fruendi. Verum hac legatione incassum missa, cum Temir a Gilderune despici se contemnique videret, præpotentem coegit exercitum, quo ad urbem quæ Sivaste dicitur, adducto, magna illam celeritate per vim expugnavit et evertit, ipsa etiam arce diruta. Secundum hæc ingentes illas copias Damascum duxit. Interim vero sultanus Alcairi, militibus suis Alcairo, Damasco, Chalepo evocatis, haud procul Chalepo Temiri Chani occurit. Pugnatum inter utrosque strenue, sed victus Alcairi sultanus in Ægyptum profugit. Illo sibi fugam consulente, Chalepum et Chemesam vi Temir expugnat. Cum Chemesæ complura pereleganter exstructa mortuorum monumenta cerneret, quinam in eis sepulti conderentur interrogavit. Responsum ab incolis, esse illa sepulcra famulorum sociorumque vatis Mahumetis, videlicet Chalidis, qui Velidis fuerit filius, et Kiabelechbaris, et Omeris, et Mueigæ, qui Mahumetis fuerit cursor. Hoc intellecto, corpora quidem incolarum esse libera jussit, sed facultates omnes eis ademit. Chemesa discedens, et Bealbecum profectus, id oppidum prius direptum vastari passus est. Bealbeco Damascum rediit, arcem urbis ejus occupaturus: verum oppugnatione prima nihil effecit. Igitur eam denuo vehementiori militum aggressus impetu, vi cepit. Damasco in potestatem redacta, reversus est in Parthiam, et ad urbem Carabagum castris locum delegit, eoque cum suis in hiberna se contulit. Posteaquam veris tempus appetiisset, Amasiam sic duxit exercitum, ut Erzingam prius accederet, inde versus Engurim pergeret. Ab altera parte ne Gilderun quidem Chan otiosus erat, sed bello gerendo intentus, maximas cogebat copias. In primis vero Tatarorum ex regione Destensi multitudinem prope infinitam sibi adjunxit: quos per Moldaviam profectos, et in Romaniam effusos, inde secum in Natoliam abduxit. Ad summam, talem ac tantum e Romania Anatoliaque collegit exercitum, ut adversariis ille copiis facile comparari posset. Cum his ergo profectionem versus Engurim instituit, sumptis secum in eis expeditionis societatem filiis suis. Ubi jam cum exercitibus imperator alter ab altero non procul aberat, forte Temir Chan die quodam Jovis, prima **321** luce, processit ad spatium medium inter amborum exercitus, atque ibi castris locum delegit, eaque fossa circumducta munivit. Eodem et Gilderun Chan cum sese sub vesperam contulisset, castra pro suis itidem copiis metatus est. Tandem die quodam Veneris, summo mane, instructis ab utraque parte aciebus, e fossato quisque suo contra se invicem progrediuntur. Et Gilderun ita suos ordinarat, ut adversario se non inferiorem futurum existimaret. Rebus universis recte dispositis, cum signa hinc inde sublata volitarent, tubæ clangerent, tympana castrensia pulsarentur et jam jamque concursuræ viderentur acies: tum vero Destenses Tatari, violata fide militari, mox ad Temirem transierunt, itidemque milites e regionibus Germiani et Mentesii, quod ipsorum principes a Temiris Chanis partibus starent, ad eosdem se receperunt. Quo factum, ut potissima pars, et ipsum adeo robur exercitus, cui maxime fidebat, ab eo deficeret, ac perfidiæ macula se contaminaret. Quin etiam suis a militibus Turcicis, qui animis in eum nonnihil offensis erant, desertus fuit. Unus tantum modo Bulci filius suis cum copiis constanter adversus hostem substitit, et

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

animose pugnavit. Quo Temir conspecto : Proh quam feroces et truculenti sunt isti Dervisii, dixit ; quanto cum ardore dimicant ! Ad quæ de senatoribus quispiam : Non hi dervisii sunt, ait, sed Christiani. Tandem et Bulci filius animadvertit, incassum se tam acriter præliando laborare. Nam et ipsi Turci jam in universum fugæ se dederant. Itaque collectis suis, nonnihil ad alterum latus ex acie deflexit. Idem cum suis et Gilderunis filius Mustaphas Zelebis fecit, qui etiam hoc prælio periit. Hæc cum ipsi bassæ vidissent, abducto secum emire Soleimane, fugam arripuerunt. Sultanus Muchemetes cum suis Amasiam repetiit. Solus adhuc cum prætoriano comitatu Gilderun Chan immotus stabat. Sed tandem in hostis potestatem venit, et ad Temirem perductus fuit. Ei Temir Chan pedes obviam processit, exceptumque magna cum honoris delatione, suum in tentorium deduxit. Ibi cum ex equo, Temirianorum adjutus opera, descendisset, humi, pro more gentis, in eodem ambo tapete consederunt. Prior Temir Chan de suis rebus cum Gilderune colloqui cœpit. Inde cum cibum una sumerent, rursum Temir colloquium exorsus : O Chan, ait, infinitas præpotenti Deo gratias et hymnos debemus uterque, tum quod mihi misere claudicanti, ab ipsis Indiæ finibus, ad portas usque Sivastæ urbis imperium largitus sit, tum quod ex altera parte tibi a Sivastæ mœnibus, ad ipsos usque limites Ungariæ, dominatum concesserit. Si Deo luberet universum orbem terrarum partiri, quid majus claudo dare posset ? Idcirco non abs re magnis ipsi gratiis agendis obnoxii sumus. Tu vero parum fortasse Deo gratus fuisti, ac propterea talis ac tanta tibi calamitas accidit. Quæ cum dixisset, denuo Bajazitem interrogans : Mi Chan, ait, si tua situm esset in potestate, mecum ut ageres pro libitu tuo : quid obsecro de me faceres ? age, veritatem dicito. Tum Gilderun Chan, quem ferocis animi hominem fuisse accepimus, non sine bile respondisse fertur : Equidem te, si fortuna propitia meam in potestatem venisses, ferrea conclusum cavea mecum hinc inde circumduxissem. Quo Temir audito, mox e ferro caveam parari jussit : et in eam carceris loco Bajazitem inclusit. Secundum hæc, permissa militi licentia per universam regionem hinc inde se diffundendi, atque omnia rapinis vastandi. Temir ipse Prusam abiit, ibique thesauros Bajazitis inventos sibi vindicavit. Et quando jam imminebat hiems, simul et hibernavit in Anatolia, et proceres eos qui ad ipsius patrocinium confugerant, tum fortunis suis restituit, tum muneribus amplissimis affecit. Atque hoc modo singuli suas ad ditiones reversi sunt. Osmanis vero provinciam, cui nomen Osmania, Tataris Temir attribuit. Quod cum Bajazites inaudisset, magnum animo dolorem cepit. Erat in more Temiri, ut castra locum moturus nonnunquam ad Gilderunem accederet eoque perhumaniter salutato, rectene valeret an secus, quæreret. Quodam ergo die Gilderun, hac occasione, Temirem alloquens : Equidem fateor, ait, o Chan, sic in fatis fuisse. Tibi divinitus destinata fuit victoria. Sed est, quod abs te petam : modo et audire me, et adnuere petitioni volueris. Ad quæ Temir : Quidquid, ait, a me petieris, o Chan, nequaquam tibi denegabitur. Tum Bajazites : Hoc, unum, inquit, abs te peto, ne familiam meam aboleas, et Tataros uti tecum abducas. Mihi quod accidit, etiam tibi potest accidere. Non bonum est, ita sævire velle, ut prorsus aboleas. His auditis, facturum se Temir recepit, quod Bajazites postulasset. Adeoque coactis in unum Tataris, secum eos abduxit. Speraverat ille quidem futurum ut quispiam filiorum Gilderunis ipsum conveniret, sed quia sibi metuebant, accessit nemo. Secundum hæc die quodam accidit, ut Temir compellato Gilderune, diceret : Equidem te mecum, o Chan, in regnum meum abducam, ad urbem Semercandam : atque inde te remittam in regnum tuum. Ea Temiris oratio Gilderunis animum tam gravi mœroris vulnere percussit, uti ipse sibi mortem consciscere. Temir vero cum ad iter se compararet, Caramaniæ bego complures arces et 322 oppida donavit : et Isvendiari Castamonam, Congerim, et Calazugen concessit. Atque his rebus gestis, in regnum suum reversus est. Acciderunt autem hæc omnia, quæ a nobis exposita sunt hactenus, ab anno 800, usque ad annum 804 (Chr. 1403). Temir Chan apud Parthos annis 40 rerum potitus fuit : Gilderun vero, cujus mortem indicavimus, annis duntaxat 14 regnavit.

Filios Gilderun Chan sex habuit : quorum unus, Mustaphas Zelebis, amissus fuit in Temiriano prælio : quinque remansere reliqui superstites, Emir Soleimanes, Isa Zelebis, Musa Zelebis, sultanus Muchemetes, et Casan Zelebis, qui tempore prælii adhuc erat ætate tenera.

Exstincto Bajazite, convenerunt in unum Alis bassa, Eines begus, et Hazan aga : decretoque unanimi ex Anatolia in Romaniam reverti statuerunt.

Sultanus Muchemetes Amasiam profectus, quieti se dedit, parum de rebus aliorum sollicitus. Isa vero, et Musa, varie se mutuo persecuti sunt in regione Carasina, donec Musa tandem Isam comprehensum occidit. Quo facinore patrato, Prusam profectus, in otio vivens, a rebus gerendis abstinuit. Non multo post arma contra Musam quiescentem sumpsit emir Soleimanes. Hoc ille cognito, mox in Caramaniam arrepta fuga se recepit. Emir Soleimanes, ut res suas constabiliret, sororem suam, cum fratre natu minimo, Casane Zelebi, Constantinopolim misit, eosque Constantino dedit obsides : ne quod scilicet dissidium inter eos exoriretur, sed pacem potius inter se mutuo colerent.

Hinc in Romaniam transvectus emir Soleimanes, Hadrianopoli cæremonia Turcis familiari factus est imperator, anno 805 (Chr. 1404).

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Ejus rei nuntio accepto, legatum sultanus Muchemetis Amasia misit ad emirem Soleimanem, fratrem natu maximum, qui ei tum munera ferret, tum suis verbis hæc renuntiaret : Quando sic Deo visum fuit, domine ac frater natu maxime, ut parentem utriusque nostrum rebus humanis eximeret: magnopere mihi gratulor, te nobis salvum et incolumem relictum. Cui cum emir Soleimanes vicissim venustæ formæ pueros, puellas, vestesque sericas, et alias res varias ac elegantes misisset: sancito fœdere mutuo, pacem inter se coluerunt. Post hæc ablegatis in Caramaniam suis hominibus, ejus provinciæ domino significari jussit emir Soleimanes daret operam, sic uti custodiretur Musa frater, ne qua posset elabi. Adeoque Caramum obtestari se diligenter id curaret, modo ei grata Soleimanis esset amicitia. Siquidem hoc ab ipso impetrasset, vicissim ei se omnia charitatis et benevolentiæ officia exhibiturum.

Musa cum subolfecisset, Caramaniæ principem cum emire Soleimane mutuam in gratiam rediisse: fuga sibi consulens, ad Isvendiarem propere concessit. Ejus rei fama ad emirem Soleimanem delata, mox arma in Isvendiarem expedivit : cujus ditionem ingressus, propter Gerlen ad ripam fluminis castra locavit, et militem istic in hibernis habuit. Erat in iis locis nigra populus ingens, sub qua genio quotidie indulgebat, et helluabatur. Tandem composito cum Isvendiare negotio, relictaque ipsius regione, profectus est Isnicam, ubi totos dies in conviviis et compotationibus exigebat. Nihilo minus secreto Musam secum habuit Isvendiar, eumque navigio impositum, per pontum Euxinum in Valachiam deportari curavit. Erat id temporis Vaivoda Valachiæ quidam, cui nomen Murzes. Hic et hospitio excepit eum, et viam aperuit et auxilio fuit ut Romaniam ingrederetur. Cum Hadrianopolim pervenisset, mox ab exercitibus, eo confluentibus, imperator salutatus fuit. Emir vero Soleimanes, licet occupatam a fratre Romaniam intellexisset universam, nihilo tamen minus perpetuo luxu et helluationibus suis occupabatur. Et quoties e mero jam ebrius incaluerat, sæpenumero voces has ingeminabat : Musa, Musa, quid tibi meis in regionibus est negotii? Neque magno temporis interjecto spatio, securus ipse, ac metus omnis expers, a Musa fratre fuit obrutus. Ibi cum a ducibus et administris rerum suarum, ad Musam transeuntibus, ejusque militiæ se devoventibus, desereretur, fugam arripuit, in qua vicum ad quemdam perveniens, ab ejus incolis fuit interemptus. Eum vicum Musa, cum incolis universis, cujus tandem vel sexus, vel ætatis essent, igne subjecto concremari jussit, hac adjecta voce : Cur fratrem meum vobis necare libuit? Secundum hæc reversus Hadrianopolim, plene rerum potitus fuit anno 818 (Chr. 1411); emir autem Soleimanes imperavit annis 7.

Ab hoc inchoata fuit Hadrianopoli structura templi longe amplissimi, cujus ipso superstite fundamenta jam ad eam altitudinem perducta fuerant, ut ejus loci, quo templum condebatur superficiem æquarent.

Cum autem sultanus Muchemetes, cujus Amasiæ sedes erat, de hisce rebus omnibus, ut erant gestæ, certior factus fuisset; nimirum Musam, Soleimane de medio sublato, Romaniæ sive Græciæ imperio potitum : bello Musam persequendum statuit, et expeditione suscepta, Prusam duxit : omnesque Anatoliæ provincias, emiri Soleimani fratri non multo ante subditas in potestatem redegit. Itidem in Romania nec ipse Musa rerum suarum cura deposita, quid agendum sibi foret, circumspiciebat. **323** Ante omnia Scachum Melicum, cui duntaxat unus erat oculus, Vezirem creavit : Samobunæ filium, Cadilescherum esse voluit : ducem stipendiariorum signiferis præfecit : provincias denique suos inter familiares ac militares viros distribuit. Reliquerat emir Soleimanes liberos superstites, filium atque filiam : qui Constantinopolim profugerunt. Durantibus hisce dissidiis intestinis, etiam urbs Vidina, ad Danubium sita, defecit ; sed Musa, ducto adversus eam milite, rursus imperium accipere coegit.

Idem Musa, relicta Vidina, Buruvadam et Materam copias duxit, eaque oppida sibi subjecit. Magnam in omnibus provinciis tyrannidem exercuit. Occupavit oppidum Chiupurlim, quod Lazari ditionis erat. Suos etiam excurrere nonnunquam jussit, ad ipsa usque mœnia Constantinopolis : ita quidem, ut ipso imperante, Constantinopolitani portas urbis aperire vix auderent. Accidit autem aliquando, ut ad Silyuriam accederet: quam dum oppugnaret, egregie se tuebantur oppidani, et in hostem animose pugnabant. Dum utrinque manus conseruntur, Scachus, Melicus, Musæ Vezirazmes, hero deserto, Constantinopolim se recepit. His perspectis insidiis et astu Melici, vehementer animo Musa perturbari, conversoque itinere, Hadrianopolim reverti : et quis hujusce transfugii futurus esset exitus, secum ipse dispicere. Vicissim ex adversa parte sultanus Muchemetes omnino cum Musa prælio congredi statuebat. Erat huic Vezirazemes, Bajasites bassa, quo cum sollicite consulebat, quonam modo navigiis in Romaniam transmitti fretum posset. Forte fortuna tum Scachus quoque Melicus ad sultanum Muchemetem Constantinopoli venerat. Itaque Bajazites bassa Muchemeti auctor erat, ut is etiam arcessitus deliberationi adhiberetur, quid ipsi faciundum pareret, explicaturus. Ille vocatus in consilium, accessit : et intellecto, cupere Muchemetem in Romaniam exercitum transportare, modo, de ipsius consilio viam rationemque commode transjiciendi cognosceret: respondit, omnino Constantinopolim mittendos legatos, et cum Teggiure pacis incunda fœdera, quo fieri permissu ipsius et adjumento transjectio posset. Non enim fretum ullo alio transmitti loco posse, cum Gallipolis in potestate Musæ sit. Erat id temporis insigni vir quidam auctoritate præditus,

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

nomine Faselulla, qui Cadii sive judicis officio Geivisæ fungebatur. Is et notus erat et familiaris admodum Teggiuri Constantinopolitano. Hunc igitur ablegarunt uti cum Teggiure de pace ageret: qua inter utramque partem sancita, profectus Prusa sultanus Muchemetes, ad littus maris e regione Constantinopolis accessit. Illi Constantinopolitanus Teggiur naves suas obviam misit, ipsum in Romaniam cum exercitu trasvehi curavit. Ejus Musa rei factus certior: Hadrianopoli relicta, regionem Lazari petiit. Interea venit Inzuam sultanus Muchemetes, atque ibi castris locum delegit. Mox Alis begus, Eurenosis begi filius, suis copiis ad sultanum Muchemetem defecit: post quem et Michael, Jochzi begi filius, cum milite suo ad eumdem accessit. Et erat is Musæ beglerbegus. Horum confirmatus subsidiis sultanus Muchemetes, ulterius processit, et Hadrianopolim venit. Quotquot autem Turcici proceres per Romaniam hinc inde degebant, universi Musa deserto, ad sultanum Muchemetem se contulerunt. Nec a Musæ partibus ulli mansere milites, præter Acanzios. Secundum hæc digressus Hadrianopoli sultanus Muchemetes, Musam a tergo persequi non desiit, et cum eo propter oppidum Samocovam prælium iniit. Cum autem animadverteret Musa, non satis sibi virium esse ad resistendum, fugæ se dedit, et fugienti equus in profundum cœnum prolapsus fuit. Erat ei famulus quidam, vestium sartor, et servilis homo conditionis, cui nomen Sarudzes. Hic equo domini, sic humi prostrato, tendines incidit, captumque dominum suum Musam ad sultanum Muchemetem adduxit. Sub initium noctis in tentorio quodam Musa strangulatus, statim eadem nocte Prusam avehi jussus est, ut istic in avi monumento conderetur. Imperavit annis tribus et dimidio. Mechemetem begum, Michaelis filium, qui Acanziorum dux erat in exercitu Musæ, captivum sultanus Muchemetes ad urbem Tocatam deportari, et ibidem custodiri præcepit, Samobunæ vero filium, qui officio cadilescheri fungebatur, cum uxoribus et liberis Isnicam jussit abduci, ubi mille asprorum annonam ei singulos in menses assignavit. Peditum Musæ dux in Valachiam aufugit. Hoc modo Turcorum imperator factus sultanus Muchemetes, universa subacta Romania anno 816 (Chr. 1414).

Inito regno, legatos ad omnes sibi vicinos principes misit, ac pacis et amicitiæ fœdera cum eis pepigit. Interea vero, dum adhuc Musa Muchemetesque bello semet invicem in Romaniam persequebantur: Caramaniæ princeps Prusam exercitum adduxit. Ejus expeditionis rumore ad se perlato, Ibases bassa, qui tum Prusæ cum bassæ imperio præerat, arcessitis ad se Prusæis civibus, uti cum eis de imminenti bello deliberaret: Caramaniæ princeps, ait, arma cepit, ut nos opprimat. Vos operam date, ut ad excipiendam illius vim, instructi sitis, et cum facultatibus vestris in arcem vos recipite. Mox qui locupletiores erant, in arcem suis cum rebus migrant. Posteaquam ad urbem 324 Caramaniæ begus accessisset, Ibases arci semet includit. Quo Caramanus animadverso, civitatem igne subjecto concremavit. Inde versus arcem cuniculos agere cepit. Ibases ex adverso cuniculis suis ad hostium cuniculos perductis, et aqua in eos derivata, Caramani fossores aquis obrutos exstinxit. Interim vero dum ad Prusam res utrinque geritur acriter, et citra intermissionem, inopinato Musæ cadaver eo deportatum, prope thermas monumento paterno infertur. Id ubi Caramanus fieri vidit, confestim motis castris, suam in provinciam exercitum abduxit.

Secundem hæc profectus e Romania sultanus Muchemetes, transmisso freto, Prusam adiit, ibique majoribus coactis copiis, et adjunctis sibi duobus in belli societatem principibus, Isvendiare videlicet, ac Germiani domino; cum eis adversus Caramanum expeditionem suscepit. Ingressus autem Caramani ditionem, mox oppidum Varsacum subegit, incolis absque mora deditionem facientibus. Inde Coniam cum exercitu contendit, ubi cum princeps urbis ei suis cum copiis occurreret, prælium inter se commiserunt, quo sultanus Muchemetes superior fuit, et Caramanus cum supremo copiarum suarum duce, Zebuco Mustapha, in hostium potestatem venit. Multis ultro citroque colloquiis habitis, tandem compositum fuit dissidium, et mutua reconciliata gratia: sed ita tamen, ut Caramanus sultano Muchemeti tribus oppidis, et uni castro cederet. Quorum locorum deditione facta, vicissim Muchemetes Caramanum muneribus cohonestavit, et libertati restitutum suam in provinciam remisit. Muchemetes ipse Prusam reversus, non diu istic hæsit: sed iter ceptum prosequens, trans fretum Hadrianopolim properavit, ut bello Valachos invaderet. In id bellum et a Caramano, et ab Isvendiare bego copias auxiliares impetravit: quibus ad suas adjunctis, in hostem progressus, ad Danubium castra locavit; ubi dum castellum exstrueret, magnam suorum manum in Valachiam trans flumen immisit, ut prædis actis eam depopularentur. Milites e Valachia salvi, nullo accepto detrimento, trans Danubium, maximis auctis spoliis, rediere. Quod cum regionis voivoda cerneret, aliud quod ageret nihil habuit, quam ut pace cum sultano composita, quotannis se tributum missurum polliceretur, eoque nomine filium daret obsidem. Quibus rebus gestis, Prusam Muchemetes repetiit, et inde copias ad oppidum quod Samsonis dicitur, traduxit: quo quidem occupato, complures in iis locis Tataros, a Temire Chane relictos, invenit. Hos edicto publicato, in Romaniam migrare jussit: et ditiuncula quadam, haud procul a castro Cunuza, donavit, ut ibi domicilia sibi constituerent. Erat enim is locus incultus et desertus. Atque illa quidem vicinia et regio in hunc modum Tataros accepit incolas, qui eam in

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

hodiernum usque diem possident. Interea dum his rebus intentus erat Muchemetes, in Anatolia seditio quædam coorta fuit, auctore Burgluze Mustapha, qui Scheichis Bedredinis quondam œconomus fuerat. Et scheiches ille Bedredines, uti supra diximus, apud Musam cadilescheri munus gesserat, Isnicæ deinceps exsulare jussus. Hic ergo Mustaphas in agrum Aidinensem profectus, magnam ibi seditionem excitavit: persuasis incolis ut ipsius potestati se permitterent, et imperium lubentes acciperent: nomen interim prophetæ mentitus, ut eo facilius res novas moliretur. Ubi de hoc motu Isnicæ scheiches Bedredines accepisset, œconomi videlicet sui res tantum incrementi sumere: mox Isnica relicta fugam arripuit, et Isvendiarem adiit. Apud hunc cum aliquandiu substitisset, navim conscendit, et itinere maritimo Valachiam petiit. Sultanus autem Muchemetes intellecto habere jam Burgluzam Mustapham selectorum militum ad tria millia, copias suas in eum, duce sultano Murate filio, misit. Is ubi Bajazite bassa expeditionis socio, cum exercitu ad defectionis auctorem pervenisset, accidit ut impetu repentino se invicem invaderent, et manus tam animose consererent, ut illo prælio ingens hominum multitudo caderet. Tandem Burgluzes Mustaphas, in frusta concisus periit. Hac de illo, et complicibus, obtenta victoria, rediit ad pristinum imperium omnis ea ditio, distributa deinceps inter sultani Muchemetis milites. His rebus gestis, Bajazites bassa cum sultano Murate Manissam duxit exercitum: quo ipso etiam in loco quidam erat homo seditiosus, Torlaces Huggiemal, stipatus his mille viris, qui eum sectabantur. Hos cum Bajazites assecutus fuisset, terga dare coegit, et ipsum Torlacem cum aliis aliquot conjuratis captum, ibidem suspendio necari jussit. Interim profectus Serras sultanus Muchemetes, eam civitatem occupavit: et cum animo suo constituit, Salonicam quoque militum corona circumdare. Durante vero Serrensis urbis obsidione, Scheiches ille Bedredines, quem in Valachiam profugisse diximus, Romaniam ingressus, aliquot sophilarios ante se misit in agrum Zagorensem, vulgo persuasuros, imperium Scheichi Bedredini divinitus esse destinatum; saltem paucos intra dies adventum ejus præstolarentur. Cum ergo scheiches Bedredines jam propius ad eos accederet, magnus seditiosorum numerus ad ipsum confluxit, et illorum **325** quoque non pauci, quos imperante Musa beneficiis obnoxios in magistratu sibi reddiderat, dum apud illum cadilescheri officio fungeretur: ita quidem, ut hominum copiis non contemnendis cinctus esset. Verum iidem animadverso, minime felicem futurum, motus illius exitum: Bededrine deserto, etiam arma, quæ sumpserant, deposuerunt. Harum turbarum accepto nuntio, insignem exercitum in agrum Zagorensem sultanus Muchemetes expedivit: qui scheichem Bedredinem ibi deprehensum ceperunt, et captum

A Serras ad sultanum Muchemetem adduxerunt. Erat apud sultanum magnæ quidam doctrinæ vir, nomine Meulana Cheider, oriundus e Parthia, unde se ad Muchemetem contulerat, qui eum pro viro sancto colebat, et a latere suo nunquam discedere patiebatur. Is hanc sententiam tulit, ut capitis quidem supplicium scheiches Bedredines lueret, sed minime tamen fisco facultates ipsius applicarentur. Sultanus ergo Muchemetes, hac in eum lata sententia, pœna suspendii apud Serras hominem affecit. Postea vero, quam exspirasset, cadaver ejus de patibulo detractum et terræ mandatum fuit. Inde sultanus Muchemetes Prusam reversus, ad aliquod ibi tempus substitit. Hadrianopoli templum, quod frater ejus emir Soleimanes exstruere cœperat, ab-
B solvi curavit. Aliud etiam Prusæ fanum, cum schola et xenone, condidit. Atque hisce gestis rebus, vivendi finem fecit. Ejus loco sultanus Murates filius imperator factus est, anno 824 (Chr. 1422). Qui Prusæ cadaver patris monumento, pro more, intulit.

Secundum hæc secuta fuit universorum in Anatolia defectio, nimirum Ismyræ principis, et Menthesii: et ad summam, omnium ab omni parte procerum. In Romania namque pro sultano se quidam gerebat, cui nomen Dusmes Mustaphas. Is filium se Gilderunis Chanis profitebatur, et plerumque solebat in oppido Vardario degere. Transierunt in partes ipsius etiam proceres quidam ejus familiæ, quos Eurenoses begos vocant.
C Horum subsidiis adjutus, Serras obsedit: quæ quidem urbs, una cum arce, mox deditionem fecit. Hinc progressus ulterius, Hadrianopolim ire perrexit: quo cum accessisset, incolæ portis reclusis, ejus se fidei potestatique permiserunt. Ad summam tota Romania in partes ejus concessit. Alio tamen Porta loco non erat, quam Vardarii. Posteaquam sultanus Murates, qui hoc tempore Prusæ degebat in otio, de hisce motibus certior factus fuisset, Bajazitem bassam copiis instructum misit, qui hunc regno depelleret. Cum primum is Hadrianopolim in Romaniam venisset, ab hero suo defecit, ac Dusmi Mustaphæ se dedidit: a quo vicissim veziris dignitate fuit ornatus. Eidem et Ismyræ princeps, Chuseines begus semet adjunxit.
D Magnum tamen peditum numerum, quos Azapos vocant, collegit Dusmes hic Mustaphas, et insignia concessit illis privilegia, qui sponte militiam ipsius sectabantur. Cum igitur ingentem jam coegisset exercitum, eo consilio discessit Hadrianopoli ut Prusam contenderet: a qua urbe cum jam itinere unius diei abesset, vezirem suum, Bajazitem bassam, supplicio capitis affecit. Interim Murates quoque de bello gerendo cum suis deliberabat. Suadebant vero, qui huic a consiliis erant, ut Mechmetem begum, Michaelis filium, e carcere Tocatensi revocaret, ac libertati restitueret. Hunc igitur arcessitum e custodia, secum in expeditionem hanc sultanus Murates sumpsit, ac Prusa relicta, ad amnem Ulubatam processit, et juxta pon-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tem castra metatus est. Eodem cum et Dusmes Mustaphas venisset, ex altera parte pontis locum castris delegit. Hoc modo collocatis ex adverso copiis utriusque principis, Mechemetes begus, Michaelis filius, militibus a Dusme Mustapha stantibus cognoscendum se præbere, ac peramanter eos compellare. Quo facto, cum proceres atque milites, qui se cum Dusme Mustapha hac expeditione conjunxerant, Michaelis filium agnovissent : noctu fluvium Ulubatam transgressi, ad sultanum Muratem se contulerunt, eique se dediderunt. Id ubi Dusmes Mustaphas fieri vidit, ad amnem Bugam profugit, magnaque pecuniæ vi Bugæ oppidi Cadio donata, ejus ope salvus evasit ; et propter Gallipolim trans fretum in Romaniam reversus, ibidem ad aliquod tempus quievit, navibus in terram subvectis. Eum sine mora secutus a tergo sultanus Murates, copias suas mercatorum navigiis impositas in adversum littus vehi curavit, et castris in Exea planitie locum cepit. Tum vero Dusmes Mustaphas motis castris, versus Bolairem fuga se recepit : unde cum Hadrianopolim pergeret, a suis desertus fuit. Nec multo post captus, et Hadrianopolim ad sultanum Muratem perductus, illius jussu de pinna quadam ad murum urbis suspensus laqueo vitam finiit. Mox ibidem sultanus Murates in regium thronum collocatus, et imperator a suis salutatus est, anno 827 (Chr. 1425). Erat ei frater in Anatolia, cui nomen Mustaphas. Is etiam magnas ibi turbas dedit : sed tandem Murates expeditionem adversus fratrem suscepit, et Isnicæ captum necari jussit; unde Prusam vectus, et juxta patrem conditus fuit. Secundum hæc rediit sultanus Murates Hadrianopolim, quo cum pervenisset, de voivodæ Valachi defectione cognovit. Quapropter ductis in Valachiam copiis, regionem universam fœde diripuit, et amplis potitus **326** spoliis, Hadrianopolim reversus est, anno 827.

Inde rursus in Anatoliam profectus, Ismyræ principem ditione sua expulit, et præterea regionibus, Mentesianæ, Aidinensi, Sarchaniæ, et Chemidensi, præsidia suorum imposuit, deductis eodem coloniis, et agris inter suos distributis. Gesta vero fuerunt hæc eodem anno 827 (Chr. 1425).

Post illa cum ad tempus aliquod Prusæ substitisset, quieti deditus : tandem suscepta rursus in Romaniam profectione, Lazari ditionem ingressus est, eaque despotam senem prorsus ejecit, anno Mahumetano 829 (Chr. 1427).

His exantlatis laboribus ac molestiis, quieti se quidem dedit, sed non diuturnæ : dum Anatoliæ montana peteret, captandæ frigidioris auræ causa. Rursum vero transjecit in Romaniam, et armis Lazaro illatis, universam ejus regionem populatus est, anno 830 (Chr. 1428).

Hinc quidam ex proceribus, cui nomen Hoser begus, in Anatolia ditionem Zietucam Muratis imperio adjecit, anno 831 (Chr. 1429), cum interim sultanus ipse Hadrianopoli quiete se reficeret.

Ibidem mortuus est Ibraimes bassa, Chelilis bassæ pater, anno 832 (Chr. 1430).

Murates autem, quietis et otii longioris impatiens, bellum se susceptum suis edixit, divinitus sibi mandatum. Itaque maximas copias ad urbem Salonicam adduxit, eaque potitus est, exercitu spoliis opimis ditato : quod quidem accidit anno 833 (Chr. 1431).

Capta Salonica, nonnihil a bellicis occupationibus abstinere constituit, et ad montana Zogæ profectus est. Quo tempore natus est ei filius, cui nomen Muchemetis imposuit, eodem anno 833 (Chr. 1431).

Edito in lucem filio, novos signari jussit aspros : moxque rursus ad montana se contulit. Id temporis etiam Hadrianopoli templum, et ibidem in arce veteri palatium elegans ac deliciosum exstrui jussit, anno Mahumetano 835 (Chr. 1432).

Anno autem sequenti proximo, cum Hadrianopoli degeret, quodam Mercurii die, sub vesperam, usque adeo lumen solis defecit, ut tenebræ terram occuparent. Eodem anno cometes etiam caudatus apparuit.

Tunc et Eurenosis begi filius, Alis begus, in Albaniam copias duxit, irrito plane conatu. Neque multo post, Herzegovinam aggressus, ibidem quoque cum exercitu victus fuit, anno 836 (Chr. 1433).

Hac clade accepta, dum Hadrianopoli Murates sultanus quiesceret ; limitanei duces, præsertim Sinan begus, Isacus begus, et Turchanes begus, eum adeunt, et orant : potestatem sibi faceret, invadendæ ac depopulandæ Albaniæ. Quod cum eis concessisset, ipse prælatum prope Prusam montem adiit, quem nunc montem Calogerorum vocant : ubi æstatem illam anni 838 (Chr. 1435), exegit. Inde reversus Hadrianopolim, adductam jussu suo Bulci filiam matrimonio sibi junxit.

Hoc anno rursus Eurenosis begi filius, Alis begus, in Albaniam profectus, maximas prædas egit, et ampla spolia reportavit, anno 839 (Chr. 1436).

Murates autem cum exercitu Caramaniam ingressus est. Sed rebus cum Ibrahime bego, regionis principe, transactis, pax inter eos constituta fuit. In reditu castrum Buruzen sibi subjecit, anno 841 (1437).

Inde repetiit Hadrianopolim, atque ibi templum ædificare cœpit : cum quodam Veneris die, summo mane, primum lapidem manibus ipse suis posuisset.

Post hæc in Ungariam irrupit, et sex in ea castellis potitus est, anno 841 (Chr. 1437).

Unde reversus, aliquandiu bellis abstinuit, et instituta solemnitate maxima, sultanum Muchemetem filium circumcidi curavit. Hac festivitate peracta, Semendriam duxit exercitum, eamque munitionem in potestatem redegit, anno 842 (Chr. 1438).

Hinc ad Albam, quam Græcam vocant, accessit : sed cum eam expugnare non posset, abductis copiis,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

aliud iter arripuit, Novam adeundo : quam arcem cum omni agro finitimo suæ ditionis fecit. Ulterius etiam progressi. Romaniæ beglerbegus eunuchus, cui nomen Scachus Abedines bassa, et Edzes begus, et Isacus begus omnem illam provinciam rapinis exhaustam Muratis imperio subdiderunt, anno 843 (1439).

Sultanus autem Murates, relictis hisce locis, Hadrianopolim reversus est : ubi cum aliquantisper subsisteret, Mesiti bego id negotii dedit, ut per Valachiam in Ungariam penetraret, omnemque regionem illam direptam vastaret. Sed Mesiti Ungariam ingresso, non ex animi sententia successit expeditio. Quippe cum universis copiis suis cæsus et interemptus fuit, anno 845 (Chr. 1440).

Ejus cladis accepto nuntio, Sophiam Murates sultanus se contulit, ibique castrametatus, beglerbegum Romaniæ, schacum Abedinem bassam, cum universis Romaniæ copiis, et Acanziis, et Genizaris, expedivit, ut, peragrata Valachia, Ungariam popularentur. Eos in Ungarorum fines delatos impressione subita Jancus invasit, cecidit, interemit : ipso etiam beglerbego necato, et eamdem cum Mesite belli fortunam experto. Contigerunt hæc anno 846 (Chr. 1441).

Caramaniæ begus, de hisce Turcorum cladibus certior factus, Anatoliam cum copiis ingressus, Belulen oppidum tentavit. Id ubi significatum sultano Murati fuisset, expeditione magna celeritate suscepta, Ibrahimi **327** Caramano bellum intulit: quo in montuosa loca, præque saxis invia, dilapso: transactum denique negotium fuit, et sultanus Murates Hadrianopolim rediit.

Accepit autem id temporis nuntium de morte filii sui, sultani Aladinis, qui Amasiæ rebus humanis excesserat. Dum propter illius obitum adhuc in luctu esset, rex Ungarorum, cum Ianco et Lazari filio, sese movit, et cum exercitu ad clisuras Isladinas accessit. Adversus hos profectus Romaniæ beglerbegus Casanes bassa, cum Turchane bego, et universis Romaniæ copiis, et cum Acanziis, prælio cum eis congressus est. Sed cum Turchanes begus, amisso vigore animi, præ formidine ac desperatione se fugæ dedisset : Casanes bassa cum reliquis militibus, quotquot adversus hostem cum eo substiterant, cæsus fuit. Sultanus autem Murates, perlata ad se rei tam infeliciter gestæ fama, cum omnibus Genizaris, et aulæ comitatu, Hadrianopoli discessit : et evocatis undique omnibus ad hanc militiam, qui arma ferre possent, etiam pedites Europæos magno numero conscripsit. Gerebantur autem hæc hiberno tempore, cum ingens frigus esset. Ubi ad Christianorum castra perventum fuisset, multis utrinque dimicatum levioribus prœliis. Tandem vero Christianis exercitum abducentibus, etiam Murates itinere converso Hadrianopolim se recepit : pace prius inter se Lazarique filium sancita, cui principatum restituit, et ex illo tempore solida fuit amicitia junctus.

Interea Caramanus Ibrahimes begus Anatoliam, moto bello, turbavit : quod ubi nuntiatum sultano fuisset, in Anatoliam transiit: et cum Genizarorum aulici comitatus, Anatoliæque copiis, Caramanum invasit : qui mox fuga rebus suis consuluit. Erat apud hunc in auctoritate maxima Sarumes quidam Jacupes, pro viro sancto habitus. Is ad sultanum Muratem ablegatus, invicem utrumque sibi reconciliavit. Qua pace confecta, Murates exercitu dimisso, Manissam profectus est : ubi cum sponte se imperio abdicasset, filium sibi sultanum Muchemetem substituit, eique Chelilem bassam vezirem adjunxit, cum Meulana Chusrone, qui officio cadilescheri fungeretur : amborum virtuti ac fidei tam filio, quam provinciis imperii, commendatis. Id factum anno Mahumetano 847 (Chr. 1442).

Rex autem Ungariæ cum Janco novæ semet expeditioni accinxit, ductis secum Ungaris, Germanis, Bohemis, Polonis, Italis, et Valachis : quorum omnium ingens erat multitudo, videlicet hominum ad octeginta millia. Tormenta quoque bellica rotis imposita vehebantur, numero quadringenta. Milites ipsi ferro prorsus armati tectique conspiciebantur. Cumque transmisso ad Albam Græcam Danubio, fines imperii Turcici transgressi fuissent : Materam et Schulium oppida vastarunt. Inde promotis ad Nicopolim castris, in omnem illum agrum ferro et igni sævierunt. Arcem quoque Buruvadam occuparunt, et imposito præsidio munierunt. Cum a Nicopoli copias abducerent, secutus eos cum suis a tergo Mechemetes Nicopolis begus, Syrusis begi filius, et agmen extremum adortus, complures occidit, cataphractos quosdam interceptos ad Portam misit. De hisce motibus sultanum Muratem mox Vezires certiorem reddiderunt. Is Manissæ tum degebat, quo se quietæ vitæ studio non ita pridem contulerat. Quanquam vero serius harum rerum nuntium acciperet, tamen ad iter mature se comparans, Gallipolim advolavit : quo jam Itali magna cum classe appulerant, et quominus in Europam transmittere posset, impediebant. Quamobrem versus Constantinopolim cum exercitu profectus est, et e regione illius loci, quo loco nunc arcis novæ structura cernitur, mercatorum navigiis usus, in Romaniam transjecit. Cum Hadrianopolim pervenisset, monstrati sunt ei Christiani cataphracti, quos Mechemetes begus ceperat, et illuc miserat. His visis, vultum erigens : Bene nobis res nostræ succedent, ait, propitio Deo. Statimque cum præpotenti, tam ex Anatolia, quam Romania collecto exercitu, magnaque peditum manu recens conscripta, Hadrianopoli discedens, in hostem recta duxit. Concurrerunt exercitus ad stagnum sive paludem Varnensem, ubi dimicatum inter eos acerrime, multa cum effusione sanguinis. Rex Ungarus ab uno latere pugnabat, ab altero Michael ille, cognomento Ni-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ger : et tanto quidem cum impetu Muratis invasere copias, ut hostium utrumque cornu in fugam propellerent ; atque hoc in conflictu beglerbegus Anatoliæ cæsus fuit. Solus adhuc Murates cum agmine suo stabat immotus, cæteris ab utroque latere prostratis, aut fuga dilapsis. Ibi tum Murates erectis ad cœlum oculis, opem sui numinis et Mahumetis implorare solliciteque precari, ne se tam præsenti periculo rerum desererent. Quibus precibus ita conceptis, mox aleam prælii mutatam vidisses. Quippe rex, immodica ferocientis animi temeritate impulsus, in medios Turcos equum adegit, et summo cum nisu Muratis ipsius caput petiit. Dum in hunc modum furibundus progreditur, casu quodam accidit, ut equus regius ad terram prolaberetur. Tum quidam e peditum numero, et alius ex ordine Genizarorum, accurrentes, equi tendines inciderunt. Itaque rege humi prostrato, mox provectæ vir ætatis, Cheser begus, qui tunc adhuc ex Elpia familia superstes erat, ex equo descendens, regi caput amputat, **328** et sultano Murati offert. Is, hoc spectaculo lætus, confestim regium caput hastæ jubet affigi. Quod ubi factum fuisset, hasta in altum sublata clamari cœptum, regis hoc caput esse. Tum vero Turci, qui prius fugæ se dederant, hoc audito clamore, reflexis equis, rursus ad Muratem confluxerunt. Qua re a Christianis animadversa, cum reliquis eorum copiis Jancus in fugam se conjecit. Hoc modo victis Christianis, ac fugientibus, Turci eos ab omni parte persequi, ac plurimos occidere. Interea vero Genizari, ac pedites Turcici, currus et impedimenta Christianorum adorti diripuerunt, et ingenti potiti sunt præda : qua quidem ad sultanum Muratem allata, mutuo sibi gratulati sunt, et illum diem in fastos referri jusserunt. Exactumque fuit ab eis totum hoc triduum omni genere hilaritatis. His rebus gestis, imperium sultanus Murates iterum sultano Muchemeti filio restituit, et ipse Manissam reversus est. Muchemetes regno rursus inito, mox aspros novos signari nomine suo jussit, anno 849 (Chr. 1444).

In ipsis autem Muchemetici regni novis auspiciis, urbs Hadrianopolitana tota flammis accensa conflagravit : et Genizari seditione commota, majores annonas postularunt : non plebi duntaxat injecta trepidatione, verum etiam beglerbego Chadumi bassæ mortis intentato periculo : qui vix in arcem ad sultanum Muchemetem elapsus, saluti suæ consuluit. Interim Genizari per urbem fœde grassari, et omnia per summam insolentiam diripere : donec tandem eis annona semisse unius aspri angeretur, atque ita tumultuantium animi sedarentur.

Compositis hisce turbis, Chelil bassa Vezir, et alii Romaniæ proceres, unanimi consilio et consensu Manissa sultanum Muratem iterum ad summam rerum arcessiverunt : qui hoc accepto nuntio mox ad sultanum Muchemetem se contulit Hadrianopolim, et hieme sequenti cum exercitu Moream ingressus est : ubi cum civitatem Geremen expugnatam dedisset excidio, et alia quædam oppidula cepisset, abductis copiis, Hadrianopolim rediit, anno 850 (Chr. 1445).

Castris Hadrianopoli motis, in Albaniam duxit, et arcem Cotziacum in ditione Joannis occupavit, ac universam regionem rapinis exhausit. Albanorum princeps Iscodaræ dominus, cum suis cedens aufugit. Itaque Murates magnam regionis illius partem adjunxit imperio suo ; cumque Christianorum templa diruisset, ac in messitas commutasset, Turcorum colonias in illa loca deduxit.

His Murate rebus occupato, nuntii advenere, qui significarent, Ungaros, Saxones, Boemos ; Germanos, et Valachos, maximis coactis copiis, jam ad Albam usque Græcam appulisse, progressuros ad ipsos Cosovæ campos. Ejus rei fama sultanus Murates impulsus, Albania relicta, Sophiam summa festinatione accessit, ibique substitit, in omnem partem intentus, quo scilicet erupturus hic motus esset. Simul expeditis in omnes provincias litteris, milites universos arma capere, et absque mora in castra convolare jussit. Fuere denique collecta decem millia Genizarorum, et alia decem millia peditum, qui Turcis Azapi dicuntur. Præterea magnus hominum numerus ad eum confluxit ex iis qui a militia cæteroquin erant immunes. Habebant enim Muratem pro viro sancto. Copias ad summam innumerabiles collegit, ab aliis etiam rebus, bello gerendo necessariis, egregie instructus : a tormentis majoribus, inquam, bombardis, hastis, arcubus. Arcessivit etiam ad hanc expeditionem sultanum Muchemetem filium, ut in ea patri comes adesset. Interea vero, dum in hostem ipse proficiscitur, Valachi Danubium navigiis transjiciunt, ut omnem agrum Nicopolitanum ferro ac flammis vastarent : sed is conatus ex ipsorum animi sententia non successit. Quippe limitanei proceres in iis locis, Mechemetes begus, et Isa begus, et Usguris filius, cum Acanziorum copiis Valachos adorti, multos ex eis interfecerunt. Quod ubi factum Murates accepit, non parum exhilaratus, alacri mox animo versus Cosovæ planitiem cum exercitu profectus est. Ducebat enim hominum ad octoginta millia, tam equitum, quam peditum. Ad Cosovæ campos cum pervenisset, obvium habuit Jancum. Quapropter utrinque pugnandi facto initio, displosa fuere continuo diei noctisque spatio tormenta bellica. Tandem Jancus in hostem acie producta duplici, Turcos ab utroque cornu fusos terga dare coegit. Jamque solus adeo comitatus aulicus, sultano Murate non deserto, locum suum in acie tuebatur. Objectabant Christianis scuta sua Genizari, tormenta bellica in eos dirigebant, sclopetos obvertebant undique. Simul a tergo camelis, mulis, et curribus sese munientes, tam fortiter hostis impetum sustinebant, ut Muratem cum hisce copiis suis, Christiani loco submovere nulla vi possent, nec aliqua

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

clade afficere. Cum autem profligati prius a Christianis in utroque cornu Turci, Christianos armorum onere nimio gravatos animadverterent, de industria fugam arripientes, insequendi viam eis aperuerunt. Quippe Christiani se mox, instar diluvii cujusdam, concitatis equis, diffudere. Sed Turci, qui fugam inierant, equorum cursu ad latus inflexo, expeditos et inermes Christianorum milites **329** invaserunt, quos nudos esse norant, et in eos alacriter acinaces suos strinxerunt. Id illi cum fieri cernerent, celerrime cataphractos equites suos secuti sunt : quibus ubi jam non esset integrum, in Turcos aciem denuo convertere : tandem mutuis se vulneribus conficere cœperunt, atque ita solutis et dissipatis ordinibus, exercitus omnis in fœdam sese fugam conjecit. Tum vero Turci, quos antea fugisse diximus, hinc inde conglobati, Christianis a tergo ad ipsam usque munitionem castrorum inhæserunt : fuitque deinceps pugnatum utrinque toto illo die, usque ad vesperam, et a vespera rursus ad diluculum usque. Jancus autem, cum ita rem geri videret, astu se ab exercitus Christiani reliquiis e castris subduxit et profugit. Christianis ad extremum victis, Janci rebus omnibus, cum tormentis, et universo apparatu bellico potiti fuere Turci : quibus ad sultanum Muratem adductis, unus alteri porrecta manu, mutuo semet excepere gratulabundi, totumque triduum eo loco quiescentes, veluti festivitatem quamdam, singulari cum hilaritate celebrarunt. Inde sultanus Muchemetes ante patrem Hadrianopolim profectus est. Gestæ vero fuerunt hæ res in Cosovana planitie anno 853 (Chr. 1448).

Murates etiam Muchemetem filium secutus est Hadrianopolim, ibique tempus ad aliquod in otio vixit, ita tamen, ut Romaniæ beglerbegum cum copiis ablegaret, ad exstruendum arcem Gergonim : qua perfecta, Murates in Anatoliæ montana, captandæ frigidioris auræ causa, se contulit, anno 853 (Chr. 1448).

E montanis reversus, expeditionem in Albaniam suscepit, ut arcem Beligradensem occuparet. Sed irritus ille conatus fuit, ideoque rediit Hadrianopolim, nec amplius ab illo tempore ulli vel expeditioni, vel bello interfuit : exstinctus die quodam Mercurii qui decimus erat mensis Mucherenis, anno 855 (Chr. 1450), cum annis triginta unum imperasset.

Successit patri sultanus Muchemetes filius in administratione regni, statimque decimo sexto die dicti mensis exercitum in Caramaniam duxit, et bellum principi Caramano, Ibrahimi bego, intulit. Sed eo non multo post composito, reversus est Hadrianopolim, atque ibi novam arcem ædificare cœpit, eodem anno 855 (Chr. 1450).

Anno sequenti proximo, videlicet 856 (Chr. 1451), non procul a Constantinopoli, loco quodam a tergo Galatæ oppidi sito, munitissimam arcem ad mare condidit.

Absoluto hujus arcis ædificio, mandata cum litteris in omnes provincias suas expedivit, quibus omnes tam Anatoliæ quam Romaniæ coegit exercitus, conductis etiam vicies mille peditibus. Genizarorum erant ad decem millia. Convolarunt et alii complures ad eum, quibus alioqui militandi necessitas non incumbeba. Bellica quoque tormenta fundi jussit, instar draconum. Ita cum omni tormentorum apparatu, tantisque cum copiis Hadrianopoli profectus, castra Constantinopoli admovit : displosisque tormentis, muros, et pinnas eorum, disjecit. Christiani, quotquot urbi præsidio erant, fortiter illi quidem se defendebant : sed urbem tueri contra vim Muchemetis haud poterant. Is enim, concessa militi licentia, diripiendi Constantinopolim, modo eam occupassent, usque adeo Turcorum animos accendit, ut magno illam cum impetu invaderent, oppugnarent, per vim denique caperent. Potiti vero sunt urbe Turci, die vicesimo mensis Rebuilulæ. Sultanus Muchemetes, urbem captam ingressus, hinc inde per eam obequitavit, obstupescens ad inusitatas ædificiorum formas. Cum in Atmindanem pervenisset, columnam ibi lapideam vidit, cui triplex erat impositus serpens aheneus idemque triceps. Illum conspicatus, quidnam hoc esset idoli, quæsivit. Simul in eum contorta magna vi clava ferrea, quam pusdiganum Turci vocant, uni de tribus illis capitibus serpentinis labrum inferius comminuit. Quo facto, mox serpentes in urbe magno conspici cœpere numero. Quapropter auctores ei fuere quidam, ut missum deinceps illum serpentem faceret : quando per id simulacrum effectum fuerit, uti serpens in urbe nullus esset. Hinc ea columna in hodiernum adhuc diem durat. Et quanquam unius ahenei serpentis inferiore labro dejecto, serpentes in urbem venerint, nocere tamen nemini possunt. Erat etiam erectus equus aheneus, cui statua quædam equestris insidebat. Utrumque Muchemetes demolitus est. Fertur autem hac statua pesti præclusus fuisse aditus, quo minus in urbem penetraret ac in ea grassaretur.

Occupata Constantinopoli, Anatoliæ montana, recreandi sui causa, Muchemetes petiit : et inde reversus in Albaniam copias duxit : ubi Siurigen in potestatem redegit, anno 858 (Chr. 1453).

Anno sequenti, Novam cum copiis aggressus, cepit. Quippe Christiani rursus hac potiti fuerant. Factum hoc anno 859 (Chr. 1454).

Secundum hæc, ad Albam Græcam exercitum adduxit : sed cum eam expugnare non posset, abscessit. Periit ibi Dais Caratzes bassa, qui beglerbegi munere fungebatur. Eodem anno 860 (Chr. 1456) conspecti sunt duo cometæ versus orientem solem unus, alter ad occasum.

Constantinopolim reversus, magnam celebritatem Muchemetes instituit, dum **330** Bajazitem filium circumcideret, anno 861 (Chr. 1457).

Deinde coacto exercitu, in Moream abiit, et urbem Gordum, cum oppidulis quibusdam cepit, anno 862 (Chr. 1458).

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

talem ac tantum impetum, præsertim tormentorum bellicorum, amplius sustinere non possent : Usumchasanes cum suis universis fugæ se dedit, in qua magnam exercitus partem amisit. Fuerunt et castra Parthi, cum impedimentis, direpta : Turchanisque begi, Omeri filius begus, qui captivus in castris hostium custodiebatur, libertatem recuperavit. Plena denique sultanus Muchemetes de Parthis victoria potitus est, idque factum anno 878 (Chr. 1474).

Hoc tam illustri prælio pugnato, Constantinopolim sultanus Muchemetes rediit, et ipse quidem ab armis abstinuit, sed interim Soleimanem bassam eunuchum, Romaniæ beglerbegum, magna cum militum manu versus Iscodaram misit. Soleimanes eo profectus, diu tormentis rem acriter egit : et quanquam ab utraque parte magna periret hominum multitudo, potiri tamen Iscodara non potuit, sed infecta re copias abduxit. Sub id tempus vezirem suum, Machumetem bassam, in frusta concisum, interfici sultanus Muchemetes jussit.

Soleimanes autem bassa, cum abjecta spe capiundæ Iscodaræ, militem inde reduxisset ; in Moldaviam profectus est. Ei confestim voivoda Moldaviæ cum exercitu suæ gentis occurrit. Pede collato, pugnatum inter eos animose. Verum quod partim in oppugnatione Iscodaræ Turcici milites defatigati vires amisissent, partim etiam ipsis Moldaviam ingredientibus, ingens ea loca frigus occupasset : alacritate animorum exstincta, parum fortiter in hostem pugnarunt, et a Moldavo voivoda cæsi profligatique sunt, anno 879 (Chr. 1475).

Interim Constantinopoli quiescens a rebus gerendis sultanus ipse Muchemetes, vezirem suum, Geducem Achmetem bassam, per id mare, quod Nigrum appellant, Cofen cum classe misit, insigni militum exercitu instructa : quo in exercitu Azaporum erant ad decem millia, totidemque millia genizarorum. Eo cum perveatum fuisset, obsessa civitas Cofe, cum finitima regione Muchemetis in potestatem venit. Quin et illi Tatari, quos Kerrinos vocant, et alii qui totius provinciæ Destensis incolæ sunt, Turcis se dediderunt. Atque hoc modo Geduces Achmetes bassa regionem illam universam sultani Muchemetis imperio subjecit, anno 880 (Chr. 1476).

Secundum hæc coactis Muchemetes omnibus suis copiis, in Moldaviam expeditionem suscepit. Eam regionem ingresso, voivoda Moldavus occurrit, ac strenue quidem ille cum Muchemete pugnavit ; sed prælio victus, ditione suo excessit, et cum reliquiis militum sucrum aufugit. Tum vero Turci agrum illum omnem diripere, secumque captivos abducere, quotquot nancisci poterant, incolas. Inde Muchemetes, relicta Moldavia, profectus est ad amnem Moravam. Iis in locis Ungari munimentum et arcem quamdam exstruxerant, quam Muchemetes cum occupasset Constantinopolim reversus est, anno 881 (Chr. 1477).

Dum in urbe, nullis impeditus belli negotiis, pace fruitur : muro novam arcem Urbanam cingit. Præterea beglerbegum Romaniæ, Soleimanem bassam, cum copiis in Moream ablegat. Sed illi parum hæc expeditio prospere cessit ; ideoque relicta Morea, maluit Ungariam aggredi. Cum ne istic quidem ex voto rem gereret, tandem gravi affectus est clade, majoremque partem exercitus amisit, anno 882 (Chr. 1478).

Tum vero sultanus Muchemetes, qui diutius vitam otiosam agere non posset, expeditione instituta, semet ad oppugnandam Iscodaram contulit. Fortiter ei restitere Christiani, magnamque Turcorum multitudinem occiderunt. Ad extremum, cum hac oppugnationis via nihil efficere posset, exstructis undique, communitisque castellis ligneis, abscessit. Hoc modo cum fessi diuturnæ obsidionis tædio Christiani, etiam cum inedia, cæterarumque rerum necessariarum penuria conflictati, debilitarentur ; nec ulla jam ipsis alicunde spes solvendæ obsidionis affulgeret : ita cum Turcis transegerunt, ut salvis ipsi facultatibus suis inde migrarent, et Iscodaram Turcorum potestati permitterent. Factum hoc anno 883 (Chr. 1479).

Quo tempore sultanus Muchemetes Iscodara discessit, Constantinopolim ad quietem se recepit. Nihilo minus duces suos, quorum indicaturi nomina sumus, multis cum millibus Acanziorum in Ungariam expedivit : Alim videlicet begum, Michalis filium, et Isam begum, Chuseinis filium, et Balim begum, Malcozii filium. Quia vero res hostium suorum Ungari quam exploratissimas habebant, inopinato Turcos aggressi, prælio cum eis acerrimo conflixerunt : quo Isa begus interemptus fuit 332. cæteris dissipatis et cæsis, anno 884 (Chr. 1480).

Nihil hoc anno rerum sultanus ipse Muchemetes egit, sed interim tamen vezirem suum, Mesitem bassam, multis cum millibus hominum, ac præpotenti cum classe, mari ablegavit : ut insulæ civitatique Rhodo bellum inferret. Obsedit autem Mesites Rhodum, sed expugnare nor potuit : ideoque maximo cum detrimento et jactura rerum obsidionem solvere coactus fuit. Tum temporis alterum quoque vezirem suum, Geducem Achmetem bassam, valido cum exercitu, magnaque classe, Muchemetes in Italiam misit. Is Otrantum in ea civitatem occupavit anno 885 (Chr. 1481).

Secundum hæc reliquit sultanus Muchemetes Constantinopolim, et in Anatoliam trans mare profectus, die mensis Rebiululæ tertio, qui tum Jovis erat, circa vesperam, in Teggiurum prato mortem obiit. Exstincto autem Muchemete Constantinopolim reversi Genizari, urbem diripuerunt. Die vero decima nona mensis Rebiululæ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

filius ejus, sultanus Bajazites, Amasia Constantinopolim appulit : et occupata sede regia, patris loco salutatus est imperator.

Vix Constantinopoli paucis diebus hæserat, cum frater ejus, sultanus Zemes, ductis e Caramania copiis, Prusam adiit, ibique domicilium sibi constituit; sultanus vero Bajazites, arcessito ex Apulia cum exercitu Geduce Achmete bassa, magnisque cæteroquin etiam collectis copiis, adversus Zemem fratrem in Anatoliam movit. Cum prælio congressi fuissent, inferior discessit Zemes, ac mox in Caramaniam profugit : unde cum eum sultanus Bajazites expulisset : itinere converso, Constantinopolim repetiit. Inde Geducem Achmetem bassam in Caramaniam remisit, qui dum istic hæreret, Apuliam Itali recuperarunt : Turcis omnibus, qui Otranti præsidio relicti fuerant, in captivitatem redactis, anno 886 (Chr. 1482).

Rursus autem Constantinopoli sultanus Bajazites discessit, et in Caramaniam cum exercitu venit. Quippe frater ejus Zemes e peregrinatione Mechiensi jam reversus fuerat. Itaque denuo commisso in Caramania prælio, sultanus Zemes iterum victus ad mare profugit, et in Italiam se recepit. Hinc castris motis, Constantinopolim sultanus Bajazites abiit, atque inde profectus est Hadrianopolim.

Nocte sexta mensis Schevalis, omnes ad se vezires suos invitavit, una cum Geduce Achmete bassa : quo quidem in convivio vinum cum eis hausit, et unicuique veziri vestem donavit, excepto Geduce Achmete bassa, quem et interfici jussit, anno 887 (Chr. 1483).

Eodem tempore mortuus est Caramani principis filius, Casanes begus, quem in comitatu suo Bajazites alebat.

Hinc suscepta Bajazites expeditione, Sophiæ tempus ad aliquod substitit, ubi magnam militum manum collectam habebat. Horum majorem partem ad fluvium Moravam misit, ibique duas arces veteres communiri jussit. Quibus expeditis, Sophia Constantinopolim reversus est, anno 888 (Chr. 1484).

Mense Rebjulula, die quodam Martis, urbs Hadrianopolitana, cum omnibus ad distrahendas merces, exstructis ædificiis, igne conflagravit. Ibidem etiam id temporis Bajasites Xenonem condere propter flumen cepit. Inde castris Hadrianopoli motis, Moldaviam transiit, et arcem Chilim occupavit. Neque multo post, die quodam Mercurii, etiam arcem Chermen, iisdem in finibus sitam, in potestatem redegit. Atque omni hoc agro potitus, mutata profectione, Hadrianopolim rediit, anno 889 (Chr. 1485).

Tunc et lumen solis defecit, et sultanus Bajazites versus loca montana, recreandi sui causa, se contulit. Hic eum adiere legati tres, quorum unus ex India missus fuerat alter Alcairo, tertius ex Ungaria : quos quidem ordine perorantes audivit, et postulatis assensus, liberaliter donatos dimisit.

Postea profectus est Alis begus eunuchus, qui beglerbegi munus administrabat, magno cum exercitu in Valachiam : conciliatoque sibi Vaivoda Valacho, cum suis et Valachi copiis in Moldaviam irrupit : ac rapinis, ferro, flammis, vastavit omnia : spoliis onustus denique rediit Hadrianopolim, anno 890 (Chr. 1486).

Sultanus interim Bajazites domi quiescens, duces suos, Ischenderem begum, et Balim begum, Malcozii filium, ablegavit : ut denuo Valachiam ingrederentur, et Vaivodæ Valacho persuaderent, uti conjunctis secum armis iterum in Moldaviam impressionem faceret. Assentiente Valacho, mox ea suscepta fuit expeditio : totaque regione direpta, magna cum præda discessum.

Dum hæc in Romania gererentur, Alcairi sultanus ab una parte se commovit cum suis, quos inter erat Usunes Usbegus ; et suas suorumque copias in locis Adanis ac Terso interjectis, collegit : ab altera sultani Bajazitis parte, Sangiachi Anatoliæ, itemque Ferhates begus, sultani Bajazitis gener, Caramaniæ beglerbegus, Caragosa begus, congregati ; junctis exercitibus, contra sultaninos Alcairenses profecti sunt. Ubi ventum ad manus esset, ab utraque parte sane quam viriliter dimicarunt. Sultanini denique Bajaziticos terga dare coegerunt, ipso etiam Bajazitis genero, Ferhate bego, interempto.

333 Non multo post edixit Bajazites, uti Muchemetes begus, Cheseris begi filius, cum ducis filio, qui beglerbegus Romaniæ creatus erat, Romaniæ copias in Anatoliam transjicerent, et assumpto Anatolico milite, sultanum Alcairi bello invaderent. His igitur Bajazitis imperio parentibus, recta petitus hostis : qui cum et ipse paratus ad dimicandum esset, utrinque concursum acerrimo prælio, quo ducis filius, Achmetes bassa, cum equo prolapsus, in Sultaninorum manus venit : et deductus ad Usbegum, custodiæ traditus fuit. Ingentem Bajaziticl cladem id temporis acceperunt, quæ Bajaziti significata cum fuisset, vezirem suum, Daudem bassam, præpotenti cum exercitu contra sultanum Alcairi misit. Minime vero territi sultanini, mox ei cum suis obviam progressi sunt. Daudes iliis haud occurrendum ratus, mature capto mutandæ profectionis consilio, retro duxit exercitum. Adiit hoc in itinere Daudem Aladeules Dulgadiris dux, eui magnum ipse honorem exhibuit. Posteaquam a sultaninis se Daudes avertisset, Varsacensem ditionem ingressus, proceres partim in vincula conjecit, partim occidit, partim interveniente transactione recepit in gratiam, fortunisque suis restituit. Turgucensis provinciæ proceres saluti suæ fuga consuluere. Tandem tamen impetrato salvo commeatu Daudem bassam adierunt, et pace cum eo sancita, sacramentum præstiterunt. His effectis

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rebus, Daudes exauctorato milite reversus est ad sultanum Bajazitem, qui tunc in regione Visenahiesi degebat.

Venit id temporis ad Bajazitem legatus ex Ungaria, vir eximiæ dignitatis, cui nomen Jachoschicius. Is ad sultanum adductus, et perbenigne fuit auditus. Expedita legatione, vestem a Bajazite dono, pro more gentis accepit, et admodum honorifice benigneque dimissus fuit. In itinere vero, quo domum rediturus erat, cum jam Semendriæ fines attigisset, quidam eques Turcicus, vir militaris, cui nomen Gases Mustaphas, et qui forte tum temporis istic erat, equo conscenso, legatum aggressus est, et acinace suo tam graviter vulneravit, ut confestim ibi mortem oppeteret. Id uti faceret, hæc eum impulerat causa, quod cum aliquando legatus ille Gasim Mustapham cum fratre captivum detineret, Mustaphæ fratrem veru transfixisset, ipsumque Mustapham coegisset, ut hoc modo transfixum veru fratrem germanum assaret : excussis eidem Gasæ Mustaphæ triginta duobus dentibus suis. Hac ergo de causa repertum ibi legatum occidit, quanquam et ipse Gases Mustaphas eodem loco vulneribus confectus vivendi finem fecit. Acciderunt hæc anno 891 (Chr. 1487).

Secundum hæc profectus ex Anatolia sultanus Bajazites, Constantinopolim venit : et missis hinc inde per omnes provincias suas mandatis, ex Anatolia Romaniaque magnum coegit exercitum, eumque misit versus Arabiam : summo copiarum omnium imperatore designato, Ali bassa eunucho. Is ubi cum milite pervenisset ad civitatem Adanorum, arcem urbis instauravit, refecit, communivit : et aliis quibusdam oppidis captis, præsidia imposuit, anno 893 (Chr. 1489).

Interea dum his arcibus occupandis et exstruendis intenti sunt Bajazitici, etiam ex altera parte sultanini expeditione suscepta, in hostem profecti sunt. Congressis exercitibus, vehemens commissum fuit prælium. Ac tametsi sultaninorum acies tandem solutæ dissiparentur, non tamen passus est Alis bassa militem suum a tergo eos persequi : quod vereretur, ne belli se converteret alea : simulque putaret, satis se consecutum gloriæ, qui tam feliciter hostiles copias disjecisset : cavendum denique censeret, ne sui nimio labore defatigarentur. Ideoque motis hinc castris, domum militem suum reduxit. Postquam vero Bajazitici discesserant, Sultanini suis denuo collectis, Adana Tersumque civitates obsidione cinxerunt : quibus cum potiri non possent, copias inde suas abduxerunt. Verum non multo post, tormentorum et aliarum rerum apparatu instructi, rursus adorti sunt Adana, et expugnatam urbis arcem diruerunt, atque ita domum reversi sunt, anno 893 (Chr. 1490).

Tunc et die quodam Jovis, circa meridiem, Constantinopoli terra mota tremuit, et multa corruerunt ædificia. Fuit et Prusæ tantum incendium, ut urbis regiones 25 absumerentur.

Bajazites magnam rursus militum manum collegit, et in Anatoliam transmisit, dato eis duce Ischendere bego, Michaelis filio : cui præcepit, ut Aladeuli Dulgadiris duci bellum inferret. Hi cum ducis fines ingressi fuissent, rerum suarum securi, tutos omnino se putabant. Ibi tum eos ex improviso adortus Aladeules, duobus Ischenderis begi filiis interfectis, ipsum etiam Ischenderem vivum cepit, et Alcairum sultano misit. Hac clade accepta, nihilominus insigni Bajazites magnificentia trium filiarum nuptias celebravit : quarum una data fuit uxor Usumchasanis filio, altera Usgulis e filio nepoti, tertia Daudis bassæ filio. Post eas nuptias, denuo litteris hinc inde missis, convenire milites jussit : qui dum in dies ad eum confluerent, forte legatus ab Alcairensi sultano missus advenit. Eum Bajazites inauditum jussit abscedere.

Hoc tempore Constantinopoli, die quodam solis, primo diluculo, pluere cepit : secutoque tonitru, tactum de cœlo templum 334 fuit, in quo pulvis tormentarius magna cum nitri copia reconditus erat. Hac inflammata materia, templum ipsum e fundamento disjectum fuit, et ignis urbem pervagatus, non plurima duntaxat ædificia, verum etiam quinque hominum millia, cujusvis ætatis et sexus absumpsit.

Ab altera parte sultanini rursus expeditione suscepta, Larendam captam direptamque succenderunt, et in cineres redegerunt, aliisque præterea spoliatis oppidis ac vicis, domum rediere. Periit ibidem et Jacupes begus, Usumchasanis filius. Acciderunt autem hæc anno 895.

Bajazites hisce de rebus certior factus, Constantinopoli discedens, Gumulzinam abiit, ac venando semet oblectavit. Gumulzina relicta, Ypsalam se contulit, ibique paucis diebus exactis, Constantinopolim rediit. Venit huc ad eum legatus alter Alcairo missus : quem perhumaniter exceptum, et amplissimis donatum muneribus, bona cum pace dimisit. Neque multo post, etiam ipse quemdam e suis Alcairum ablegavit, anno 896 (Chr. 1491). Cum is Sultani Bajazitis legatus Alcairum venisset, pax inter eos sancita fuit : et sultanus Alcairensis Bajaziti Tersum atque Adana cum oppidulis eodem pertinentibus restituit.

Hoc tempore mortuo Ungariæ rege, successor ejus legatum ad sultanum Bajazitem misit. Hujus postulata cum audiisset, pacem Bajazites cum Ungaro fecit. Eodem anno rursus exorto Prusæ incendio, magna pars urbis, cum tabernis mercatorum plurimis, conflagravit. Misit etiam sultanus Alcairi legatum cum amplissimo comitatu ad sultanum Bajazitem. Referenda vero sunt hæc ad annum 897 (Chr. 1492).

Secundum illa discessit Constantinopoli Bajazites, et Hadrianopolim profectus, extra urbem castra metatus est, ac ibidem ad aliquot dies hæsit. Quodam vero die vezires suos allocutus, habere se in animo dixit expeditionem quamdam difficilem :

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

gerendum cum Ungaris bellum intelligens. Ideoque coactis universis copiis suis, Hadrianopoli Sophiam profectus est. Non tamen Ungarium ingredi fuit ausus, sed Achmete bego cum milite Anatolico Sophiæ jusso subsistere, Daudem bassam cum parte copiarum Uscopiam misit : ipse cum Jochia bassa, et cum milite Romaniæ, Manastirum abiit : atque inde in Albaniam, ducisque Joannis regionem se contulit. Expedivit et mari naves quasdam, ut Albanorum itinera præcluderentur. Hæc cum Albani animadverterent, ad montes se receperunt, et in eis ita se communierunt, ut magnum inde Turcis detrimentum inferrent. Ad extremum tamen Turci, conscensis locis altioribus, in eos irruerunt : et viris interfectis, mulieres ac pueros adduxere captivos, omnemque regionem illam flammis vastarunt. His rebus gestis, Manastirum Bajazites rediit, ac diebus aliquot ibi substitit. Manastiro cum discederet, obvium habuit in itinere Dervisium quemdam Turcicum, gepeneci lacinia tectum. Is et auribus, et collo, et brachiis appensos annulos ferreos gestabat, et illorum sectam profitebatur, quos Calenderes Turci vocant. Ubi propius ad sultanum Bajazitem accessisset, acinacem gepeneco tectum strinxit, ipsum Bajazitem invasurus. Cum timidiores quidam e Zausiis illi de via cederent, liberum jam scilicet ad Bajazitem habebat aditum. Sed Ischender bassa, qui præsens aderat, ea vi pusdiganum in hominem contorsit, ut humi prolaberetur. Inde prostratum aggressi quidam, in frusta dissecuerunt. Tandem Bajazites Hadrianopolim pervenit. Acciderunt hæc anno 898 (Chr. 1493).

Quidam id temporis eunuchus, cui nomen Jacupes Aga, commendatam fidei suæ Bozinensem provinciam administrabat. Hic missis hinc inde per Romaniam præconibus, proclamari jussit : velle se cum suis in Ungariam irruere. Si cui secum proficisci liberet, ut illa impressione rem faceret, is uti quamprimum ad se veniret. Hoc intellecto præconio, Acanziorum aliquot millia se cum Jacupe conjunxerunt : qui tantis auctus copiis, Ungariam invasit. Eis occurrit Ungaricus Banus, cum quadraginta millibus hominum, magnaque vi Turcis obstitit. Tandem ipsi dissentientes inter se Ungari, terga dederunt : captusque Direnziles Banus ac vinculis constrictus, ad sultanum Bajazitem missus fuit. Is rei tam bene gestæ nuntio multum exhilaratus, ad tempus aliquod Constantinopoli quievit. Evenerunt autem hæc anno 899 (Chr. 1494).

Posteaquam Bajazites, a rebus gerendis abstinendo, satis diu se recreasset : collectis iterum copiis, Moream ingressus, ad Inebechtim accessit, etiam classe instructa, quam eodem appellere jussit. His cum Italica classis occurrisset, commisso navali prælio, tandem Itali remisso pugnandi ardore, dissesserunt. Itaque videntes Inebechtii, se terra pariter, et mari obsessos, aliquandiu quidem se defendere fortiter : sed animadverso, nihil amplius opis ac præsidii sibi reliquum, primatibus egredi jussis, claves urbis sultano Bajaziti per eos obtulerunt : atque hoc modo urbem ipsius potestati permisere, anno 905 (Chr. 1499).

Potitus Inebechti, præsidium urbi captæ imposuit : et Hadrianopolim reversus, ibidem hibernavit. Ubi jam æstas appetiisset, coactis Romaniæ Anatoliæque exercitibus, denuo Moream invasit, magna etiam mari classe ablegata, Methonemque militum corona circumdedit. Qui erant in urbe **335** Christiani, adeo se defendere strenue, totius ut mensis spatio, citra intermissionem, interdiu noctuque dimicaretur, muris ipsis tormentorum impetu disjectis. Videns autem Bajazites, urbem a Christianis propugnari : commotus ira, suis spem urbis diripiendæ fecit, siquidem illa potirentur. Hac sultani voce milites audita, quodam die, cum jam advesperasceret, vehementissima urbem oppugnatione adorti ceperunt : omnesque mares, quotquot adoleverant, occiderunt, mulieribus et pueris captis. Hoc modo redacta in potestatem Methone, preces a Turcis in ea fuere conceptæ, quæ die Veneris haberi solent. Inde Bajazites Coronen copias duxit, ut illam quoque civitatem obsideret, et occuparet. Sed prima statim nocte, postquam Methone discesserat, venerunt in castra Bajazitis Coronenses : oblatisque clavibus urbis, deditionem fecerunt, anno 906 (Chr. 1500).

Dum his urbibus expugnandis intentus esset Bajazites, Veneti auxiliis Hispanorum impetratis, magna classe Mitylenen aggressi sunt, et tormentorum bellicorum vi, muros oppidi ad quingentas ulnas usque prostraverunt. Mitylenenses ab hostibus obsessi, Constantinopolim misere, qui opem poscerent. Itaque collectis subito classiariis copiis, insignis exercitus navalis instructus fuit. Nunquam ante hoc tempus Constantinopolitani, vel pecunias, vel milites, vel classiarios conferre coacti fuerant. Sed dungravi tunc urgente necessitate, non hæc duntaxat ab eis exacta fuere, verum etiam usu receptum, ut deinceps quoque, rebus ita poscentibus, eadem ab ipsis præstentur. Ante quam classis illa Constantinopoli profecta, Mitylenen appulisset, jam Christiani decies et octies oppidum adorti, non tamen expugnare potuerant. Itaque cum intellexissent Veneti, venire Constantinopoli talem ac tantam contra se classem : naves suas ingressi, discessere. Constantinopolitani vero Mitylenen delati, muros ab hoste dirutos refecerunt, atque ita domum reversi sunt. Ad extremum eo redactæ fuerunt Venetorum res, uti muneribus delenito sultani Bajazitis animo, pacem cum eo facerent, anno 907 (Chr. 1501).

Bajazites e Morea Constantinopolim profectus, ita totum se dedit otio, pluribus ut annis expeditionem plane nullam susciperet.

Anno 915 (Chr. 1509) hora secunda noctis cujusdam, martis diem secutæ, terra Constantinopoli usque adeo moveri cepit, ut turres aliquot templorum Turcicorum corruerent, ipsorumque templorum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

testudines partim rimas agerent, partim humi collaberentur. Ædificiorum vero privatorum camini sive infumibula dejecta sunt, et parietes partim fissi, partim prostrati. Pinnæ murorum urbis ad terram præcipitarunt, ipsaque mœnia cum turribus suis conciderunt. Pluribus denique magnifici operis ædificiis usque ad fundamenta eversis, magna hominum multitudo sub ipsis exstincta fuit ruderibus. Quo se conferret, norat nemo. Plebs urbana suis ex ædibus migrans, partim in plateas, partim in areas ædium, partim in hortos se recipiebat : ne scilicet a corruentibus ædificiis opprimerentur. Quippe totam illam noctem primam terra tremere non desiit. Cumque somnum oculis nemo videret suis, omnes, et numinis, et Mahumetis opem votis assiduis implorabant. Terræ motus hic denique continuis quadraginta diebus in horas singulas sentiri potuit. Cum autem remisisset, expeditis Bajazites per universam Anatoliam Romaniamque mandatis suis, uti sarchores, hoc est, mercenarii et opifices Constantinopolim mitterentur, edixit. Confluxerunt ad urbem fabrorum, tam cæmentariorum, quam lignariorum, opificumque mercenariorum ad octoginta millia : quibus id datum negotii, ut accepta mercede, collapsa urbis ædificia reficerent ac instaurarent. Præfectus a Bajazite fuit operariis hisce Jonuzes aga, genizarorum tribunus : qui et inspector, et exactor operarum, summa cum potestate, suis cum genizaris, esset. Interim ipse, quietis capiendæ causa, semet Hadrianopolim contulit.

Erat id temporis in provincia Tekiensi vir quidam primarius, cui nomen Chasanes Chelifes. Is filium habebat, qui Scachoculis appellatus fuit, et totis sex vel septem annis ita latuit, ut nunquam prodierit : qua quidem de causa fuit habitus pro viro sancto. Eidem Bajazites quotannis septem asprorum millia suam in speluncam mittere solebat, cum ignoraret, eum et sectæ alterius, et Kiselem bassam esse. Hic ergô, quo tempore Constantinopoli strenue laborabatur in urbe reficienda, suis filis e latebris et cavernis tandem prodiit, et adjutus opera suorum quorumdam complicum, die quodam solis urbem Antaliensem ingressus est : quod eo facilius tum fieri potuit, quia commodum id temporis illic anniversariæ nundinæ celebrabantur. Itaque captam civitatem diripuit, et Cadium ejus in quatuor frusta dissecari, ac ipsa frusta distinctis locis suspendi jussit. Inde missis in provincias proximas quibusdam suæ sectæ, suarumque partium hominibus, proclamari præcepit advenisse jam tempus, ipsis opportunum, saltem correptis armis, ad se properarent. Quotquot igitur illam sectam amplectebantur, et antehac eam secreto duntaxat profiteri cogebantur, ad hunc eo numero confluxerunt, ut perbrevi spatio temporis, hominum ad decem millia secum in 336 castris haberet. Præterea complures e Tekiensi provincia cum ipso se conjunxerunt. Itaque tales ac tantas jam consecutus copias, Antali relicta, Anatoliam petiit ; et beglerbegum Anatoliæ, Caragosam bassam adortus est. Occurrit homini Caragosa cum exercitu Anatoliæ, statimque inito prælio, seditiosi victos se simulare, ac pedem nonnihil referre. Tum vero Turci desertis ordinibus suis, hostium impedimenta diripere ceperunt. Perduelles vero, in tempore conversis habenis, Caragosæ copias ceciderunt : ipsumque captum ad metropolim Anatoliæ Cutaigen adduxerunt, et oppidum sibi dedi postularunt. Id cum ab oppidanis impetrare non possent, in eorum conspectu Caragosam bassam vivum palo transfixere. Secundum hæc profectus Manissa cum Sangiacis quibusdam sultanus Corcutes, sultani Bajazitis filius, copias in seditiosos hosce duxit. Verum cæsus et ipse cum suis, vix fuga saluti consuluit. Hinc in dies auctis viribus, Anatoliam Scachoculis universam agere, ferre, multaque facta committere. Post etiam progressus ulterius, Aidinensem ditionem invasit. Corcutes fuga, ceu dictum est, elapsus, summa celeritate datis ad patrem litteris, eum de re tota certiorem fecit. Bajazites excandescens adversus vezires suos, ac præsertim adversus Alim bassam, et ducis filium, quod nihil de hoc motu sibi significassent : mox Alim bassam cum exercitu in Anatoliam proficisci, ac seditionem hanc compescere, perduellionis auctoribus capitis supplicio multatis, jussit ; quod nisi fecisset, imperaturum se minatus est, ut cutis ei toto corpore detraheretur. Quapropter Alis, adhibita maxima diligentia, in Anatoliam se contulit : cum Bajazites et non exiguam partem aulici sui comitatus, et genizarorum, adjunxisset : filioque præterea suo, sultano Achmeti, cujus Amasiæ sedes rat, mandasset, ut suis cum copiis Ali bassæ auxilio veniret. Achmetes Amasia profectus, ad Alim bassam accessit : qui mox inter se congressi, dies aliquot reficiundo militi dederunt, deque bello gerendo consultarunt. Interea vero cum copiis in Caramaniam irruit Scachoculis, cui Caramaniæ bassa, quem Cheiderem bassam vocabant, et Sangiacus quidam in eadem provincia, Zindis Kemales begus, obviam venerunt : prælioque Culim adorti, non inferiores modo discessere : verum etiam utrique, pro more, resecta fuere capita. Seditiosi deinde Caramania relicta, versus planitiem Zibucciam profecti sunt : quod cum Ali bassæ significatum fuisset, magnopere perturbatus animo : Quisquis, ait, me amat, absque mora conscendat equum, primusque cæteris exemplo præbito, conscendit equum : et veredariorum in morem festinato itinere, perduelles in campo Zibuccio tandem assecutus est. Scachoculis autem, Osmanicorum adventu cognito, ibidem in planitie castra vallo communivit, camelis etiam in circuitu dispositis : et cum animo suo constituit hoc loco Martis aleam experiri. Præterea quibusdam castrorum in locis, hoc modo munitis, turres excitavit : de quibus sui sese defenderent, et hostem ab oppugnatione castrorum arcerent. Erant igitur hi egregie ad prælium ineundum parati. Ex adverso,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

licet Alis bassa secum et ipse multa millia militum adduxisset, tamen quia totos dies quatuordecim illo itinere veredariis prope paria fecerat, non viros duntaxat, sed equos etiam laboribus exhaustos habebat. Nihilominus hoste conspecto : Tendamus in eos, inquit. Sed erat in exercitu quidam Caramuses, stipendiariorum præfectus, quos Ulofezio dicunt, vir rei militaris insigniter peritus. Is Ali bassæ respondens : Exspecta nonnihil, ait, o bassa, donec exercitus alii se nobiscum conjungant. Fieri nequit, ut hostis e manibus nostris elabatur. Ad unum duntaxat, alterumve diem, prælium differ. Etiam Ramasanis filius, Adanorum begus, nobis subsidio venit. Sine, quæso, nostras uti copias aliorum accessione majores et firmiores efficiamus. Alis autem bassa vicissim : Quis, inquit, est Alis bassa, quisve tandem alter ille, nobis ut ejus sit exspectandus adventus ? Nimirum Alis e potestate totus exierat. Ideoque rabie quadam actus hostem invasit : quo factum, ut acre prælium committeretur. Eo prælio Chasanes Chelifes, Scachoculis pater, sagitta vulneratus, et paulo post exstinctus fuit : quo mortuo, tumultus atque strepitus ingens audiri cepit in castris seditiosorum. Quapropter Alis bassa, concitato calcaribus equo, medios in hostes delatus et ab eis occisus est. Quod quidem ipsius conspicati milites, terga dedere. Scachoculis hac potitus victoria, versus Parthicos fines iter direxit, Tebrisium profecturus ; cum prope jam Parthicis a finibus abessent, obviam eis caravana quædam venit, secum e Parthia sericas et alias merces vehens. Eam caravanam Scachoculis diripuit, et quotquot hanc comitabantur homines, interfici jussit : cum ignoraret, esse opes illas Ismaelis Scachi, hoc est regis Parthorum. Ubi Tebrisium venissent, tribuni militum, cæterique præfecti, Scachum Ismailem adierunt : et ad pedes ipsius provoluti, honorem ei pro more gentium illarum, exhibuere. Tum vero Scachus Ismail : Quis auctor vobis fuit, inquit, ut adoptivo patri meo bassas et begos suos occideretis, ejusque præterea subditos rebus ac facultatibus suis spoliaretis ? Illis respondentibus, id abs se factum, ut ipsimet Ismaili Scacho rem gratam facerent, et homines a recta fide alienos, barbaros, facinorosos, de medio tollerent, rursus eos compellans Scachus 337 Parthicus : Et quid tandem, subjecit, caravana culpæ commisit in vos, qua irritati, et homines occidistis, et opes ipsas diripuistis ? Ad quæ illi cum nihil haberent, quod sui purgandi causa in medium afferrent : omnem illam colluviem hominum ita distribui Scachus Ismail jussit, ut singuli Parthorum proceres ejus mandato viginti ad se reciperent : cæteros vero præfectos, atque tribunos ipsorum, trucidandos horizzis suis objecit. Quod sane cum absque mora fieret, dignam facinoribus admissis mercedem illere.

Dum hæc in Asia gererentur, Tarabosane profectus sultanus Selimes, navigio Cofen appulit ; illinc in Romaniam abiturus. Itaque Cofe discedens, Chilim navigavit : Chili Beligradum venit. Ejus rei fama Constantinopolim ad sultanum Bajazitem perlata, Cadium urbis Sarigresem, et Següanem bassam, legatos ad filium misit, quorum et consiliis uteretur Selimes, et monitis instrueretur. Hi cum ad Selimem pervenissent, auctores ei fuerunt, uti suam in ditionem rediret : ne forte fratribus etiam suis occasionem præberet, consimilia quædam tentandi. Ad ea respondens Selimes : Annon mandatum divinitus est, inquit, uti suos quisque parentes tertio vel quarto quoque anno invisat ? Hac equidem causa motus, iter hoc perficiam ; et patre visitato, meam in ditionem revertar. Ad summam, ab hoc instituto legati Selimem nullo dimovere modo potuerunt. Ideoque redeuntes ad Bajazitem filii mentem ac sententiam patri renuntiarunt. Is denuo legatos alios ad Selimem misit, ac dici filio jussit, uti Semendriam se reciperet : quem ipse sangiacatum illi attribuisset. Negavit id se facturum filius, omninoque se patrem prius aditurum respondit, ejusque manus osculaturum, atque ita deinde discessurum. Evenerunt hæc anno 917.

Secundum illa perrexit in itinere suo sultanus Selimes, et Hadrianopolim petiit. Inde cum non procul abesset, relicta Bajazites Hadrianopoli, versus Constantinopolim abiit. Habebat autem secum omnes Vezires suos, et begos sangiacos, et milites. Quippe mandatis publicatis edixerat, uti secum eo proficiscerentur. Qua de causa commotus Selimes, et consiliarios suos appellans : Nullum, inquit, hostem habemus inter Hadrianopolim et Constantinopolim. Cur ergo tot proceres, et talem ac tantum exercitum pater secum ducit? Haud dubie nihil aliud hæc portendunt, quam quod fratrem meum, sultanum Achmetem, rerum administrationi præficere cogitat. Ideoque summa usus celeritate, non procul a Zorlo patrem assecutus est. Ibi tum copiis utrinque concurrentibus, ad dimicationem ventum fuit. Erat id temporis imbecilla Bajazites valetudine, cum nec pedibus uti nec equitare posset : eaque de causa curru vehebatur, cui velum obduxerat, numinis interim, Mahumetisque sui auxilium implorans. Cum perexiguo temporis intervallo pugnatum esset victus Selimes, omni thesauro suo relicto, fugæ se dedit : ac tandem pervenit in vicum quemdam, situm ad mare, quod Nigrum vocant. Ei vico nomen est Midge. Hic navem ingressus, tranmisso mari, Cofen se contulit. Sed eadem hieme rursus in Romaniam navigavit. Quidam enim proceres aulici partes sultani Achmetis fovebant, nimirum ipse Cadilescherus, et Nischanzis bassa, et Jonuzes bassa, qui muneribus etiam in hunc finem paratis, populo persuaserant sultanum Achmetem brevi adfuturum, et loco patris imperaturum. Hic autem conatus eorum cum genizaris innotuisset, nocte quadam in ædes ipsorum irruentes, quidquid in eis repertum esset, diripuerunt. Itidem noctu Chasanis bassæ domum aggressi, fœde spoliarunt :

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

adeoque seditionem excitavere maximam. Erant id temporis ad urbem sultani Achmetis legati qui furtim se subducere, salutique suæ fuga consulere coacti fuerunt. Secundum hæc legatos ad sultanum Selimem misere genizari, qui nuntiarent, ad urbem modo veniret : se nimirum et salutaturos ipsum imperatorem, et agnituros pro domino. Achmetes etiam eodem tempore propius ad urbem se contulit, suis cum copiis ad Iscodaram, e regione Constantinopolis, castra metatus : missisque patri multis aureorum nummorum millibus, quo venerat itinere discessit. Cumque vectigalia, tributa, cæterosque fructus ac proventus imperii, per Anatoliam sibi vindicasset : violenter illas provincias administrare cepit. Ac licet sultanus etiam Corcutes oppida quædam Anatoliæ sibi subjecisset, retinere tamen ea non potuit, cum præfectorum sultani Achmetis majores essent vires. Itaque discedens ex iis locis Corcutes, trans mare Gallipolim abiit : ac duobus duntaxat secum sumptis, Constantinopolim navigavit. Eo cum pervenisset, exiguum quoddam templum ingressus est, haud procul a domicilio genizarorum. Hoc ubi nuntiatum Sultano Bajaziti fuisset, aliam ei domum in urbe jussit assignari, quam, remotus a Genizaris inhabitaret. In hanc igitur ubi commigrasset, bona cum venia patrem adiit : ejusque manum exosculatus, in hospitium suum reductus fuit. Zecmen id temporis, quam minorem vocant, sultanus Selimes advenerat. Cumque propius Constantinopolim accederet, atque obviam ei prodiret sultanus Corcutes frater, equis ipsidentes, manus sibi mutuo porrexerunt, ac peramanter inter se collocuti sunt. Hinc urbem ingressus Selimes, in prato genibaxeo tentoria fixit, **338** Corcute suum in hospitium redeunte. Tum vero congregati Genizari, decem ex omni suorum numero delegere, quos ad bassas ablegatos, dicere jusserunt : agnoscere se pro domino suo sultanum Selimem, Bajazitis imperatoris filium. Bajazitem, propter adversam valetudinem, et imbecillitatem virium non jam amplius ad bella gerenda prodire posse. Quamobrem significarent sultano Bajaziti bassæ, ut sponte suam rerum administrationem Selimi filio traderet. Id nisi fieret, in ipsos se animadversuros : et præterea per vim collocaturos Selimem in thronum regium, ac dominum et imperatorem suum declaraturos. Hæc cum decem illi genizarorum leti bassis exposuissent, bassæ cum iis ipsis decem viris sultanum Bajazitem adierunt. Is intellectis eorum postulatis, quam quidem diu superstes ipse foret, imperium se nemini traditurum respondit. Ad ea supremus vezir. Mustaphas bassa : Vale igitur, inquit, imperator maxime. Nam mox, ubi abs te digressi fuerimus, vitam hi nobis adiment. Tum sultanus : Siquidem jam nos imperio non abdicaverimus, ait, an futurum putatis, uti nos e medio tollant ? Minime vero, subjiciunt illi, vitam eripient tibi : sed injectis uncis spiculorum suorum vestitæ, de throno imperatorio te detrahent. Quæ cum ab eis dicta fuissent, exiguo temporis spatio sultanus Bajazites re cum animo suo deliberata, caput erigit, et : Rerum equidem, inquit, summam filio meo, sultano Selimi traditam committo. Qua Bajazitis oratione genizaris renuntiata, mox unanimes ad sultanum Selimen se contulerunt. Hæc autem gesta fuerunt anno 1318 (Chr. 1512).

Postridie sultanus Bajazites cistas, quibus imperatorii thesauri continebantur, sultano Selimi filio misit : ac vezires, cæterosque bassas, dominum suum, sultanum Selimem adire jussit, eique significare tantummodo sibi, patri suo, dilationem dierum 30 concederet, quibus exactis, Dimotucum abiturus, et reliquum ibidem vitæ spatium transiturus esset ; interim Selimes in hospitio Genibaxeo commoraretur. Hæc cum illi sultano Selimi exposuissent : Quidquid, ait, patri et bassis visum fuerit imperare, ratum esto. Res enim adhuc in ipsorum potestate sunt et arbitrio. Postridie illius diei patrem Selimes adiit, eique manum osculatus est. Tum vero surgens pater : Accede, fili, ait, atque hoc loco sede ; cum rerum dominus, me quidem abdicato, et imperator factus sis. Ad ea Selimes : Minime vero, mi pater, inquit. Nam equidem domini, patrisque mei famulus sum : nec amplius quidquam petii, quam ut mihi faciem tuam intueri ac manum deosculari liceret. Id cum impetraverim, bona cum pace tua mihi, famulo tuo, nunc abire fas esto, salva tibi rerum administratione prosperrima. Sultanus autem Bajazites : Fili, ait, toto pectore atque animo imperium tibi resignavi. Sed unum hoc consulo, ne sanguinem innoxium fundas, nec immerito quemquam occidas. Cui patris consilio cum Selimes se pariturum promisisset, in hortum novum sive Genibaxen, ad tentoria sua se recepit. Postridie, summo diluculo, pro tribunali sedit, et advocari Genizarorum agam jussit ; qui mox universis cum Genizarorum copiis coram eo se stetit. Ibi tum compellatis ipsis, Selimes interrogare, num se vellent dominum et imperatorem agnoscere ? Cunctis unanimiter acclamantibus, id omnino se velle facere, mox iterum Selimes eos appellans : Si quis, ait, inter vos aliquid culpæ commiserit, an per vos mihi licebit, ut illum puniam ? Licebit vero, succlamant omnes. Ergo deinceps, subjecit Selimes, imperium meum auspicabor. Postridie, cum illuxisset, eodem in loco pro tribunali consedit, veziribus et bassis omnibus huc ad ipsum convenientibus. Illo die quemdam genizarum, qui auream in capite gestabat uscufiam, sive pileum, comprehendi jussit, et ad arborem suspendi : quodam etiam de Ulofeziorum numero capite truncato. Genizarus ille propterea suspendio sublatus e medio fuit, quod sultani Achmetis socer esset. Hoc modo cum sibi sultanus Selimes imperium constituisset, Corcutes conscensa trireme Maniassam, ditionem suam, repetiit. Non multis diebus interjectis, Constantinopoli discedens Bajazites, Dimotucum abire cogitabat. Eum sultanus

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Selimes extra portam Hadrianopolitanam, officii causa, cum deduceret. Bajazites e curru cum filio colloquens, de multis eum rebus admonuit. Inde mutuo sibi pater atque filius valedixere. Sed Bajazites hoc itinere delatus in vicum quemdam, cui nomen Chapse, vitam cum morte commutavit. Revectus autem a suis Constantinopolim, in templo, quod ipse construxerat, conditus fuit.

Secundum hæc profectus est sultanus Selimes universis cum copiis in Anatoliam, cumque jam pervenisset Engurim, fratrer ejus, sultanus Achmetes, ad fines Arabicos profugit. Quod ubi Selimes accepisset, itinere mutato, Prusam rediit : ibique Mustapham bassam, cum aliquot fratrum suorum filiis, strangulari curavit. Inde Manissam contra fratrem, sultanum Corcutem, movit : sed is Tekiensem in provinciam abiit : quo cognito, primum e janitoribus suis, quem Azemim Casanam Agam vocabant, fratrem a tergo persequi jussit. Is adhibita diligentia maxima, tandem illum in specu quodam deprehendit, et cepit : jamque captum ad herum suum Selimem adducens, obvios habuit nuntios, apud oppidum **339** Egrigos : ubi mox de mandato Selimis Corcutes strangulatus, et cadaver ejus Prusam vectum, ibidem monumento fuit illatum.

Cum autem sultanus Selimes etiam alterum fratrem suum, sultanum Achmetem, magnopere cuperet in potestatem redactum, astu excogitato, bassarum et genizarorum nomine litteras ad eum perscribi jussit, quarum litterarum hæc erat summa : Sultanum Selimem crudeliter in omnium sævire vitam. Ea de causa se jam pertæsos esse pumilionis istius. Prodiret modo Achmetes, ac se conspiciendum præberet, mox ei captum Selimem tradituros. Data vero fuit opera, ut ejusmodi litterarum exempla 50 vel 60 sultano Achmeti redderentur. Itaque numero litterarum deceptus, fidem eis habuit, et cum milite Caramano suis e latebris in apertum prodiit. Quotquot erant cum eo proceres, hanc profectionem dissuadebant, et futurum aiebant ut circumveniretur. Sed ipse, litteris illis exhibitis ac perlectis : Demus, ait, exempla viginti harum litterarum esse falsa et commentitia ; num idem de cæteris quoque pronuntiari oportet? Itaque suam secutus opinionem, copias in fratrem duxit. Cum in planitiem pervenisset ad Neapolim Caramaniæ, ab exercitu sultani Selimis obrutus, parum cum suis strenue rem gessit : ac victus, fugæ se dedit ; in qua fuga captus Achmetes, et strangulatus fuit. Exstincti cadaver Prusam deportatum, et ibidem in monumento fuit conditum. Hæc autem acciderunt anno 920 (Chr. 1513).

Sultanus ergo Selimes jam solus imperio tranquillo potitus, ad bellum gerendum adversus Ismailem, schacum Parthorum, se comparavit : et curribus ad vehenda tormenta, cæterisque rebus necessaris instructus, omnes suos exercitus collegit, quibus erant hominum ad quadringenta millia. Tantis cum copiis in Parthiam profectus, manum cum Ismaile scacho conserere decrevit. Ismail vero sultani Selimis instituto cognito, cum Parthis suis et ipse hosti obviam prodiit ; ac tandem congressis in planitie quadam, quæ Zalderana dicitur, utriusque partis exercitibus, a diluculo ad postmeridianum usque tempus dimicatum inter eos fuit. Ismailis scachi supremus belli dux, Ustazelvis filius, Anatolico militi oppositus erat ; Romaniæ copias ipsemet scachus Ismail sibi debellandas sumpserat. Sed Anatoliæ beglerbegus adeo fortiter hosti restitit, ut tandem Ustazelves occideretur. Ab altero quoque aciei latere pugnatum utrinque strenue, donec ad extremum Chasanes bassa, Romaniæ beglerbegus, occumberet : Nihilominus Thures Alis begus, Malcozii filius, una cum fratre suo, tam acriter hoc prælio se gessit, ut hostibus disjectis, ad Ismailis scachi vexillum primarium penetraret, ipsique scacho vulnus infligeret. Verum a scachi satellitibus utrque mactatus cecidit. Sub exitum diei fessus jam cum suis præliando scachus, hosti cessit, et fugam arripuit ; ordaque sua, cum omnibus rebus quæ illa continebantur, hostis arbitrio relicta, Tebrisium se recepit. Itaque Turcis orda schachi prædæ fuit, qui etiam in ea ceperunt unam de scachi uxoribus, cum cæteræ mulieres, quæ illis in castris fuerant, pedites cum reliquo Parthorum exercitu Tebrisium abiissent. Scachus autem, relicto Tebrisio, cum non magna suorum manu Sultaniam se contulit. Interea Tebrisium progressus Selimes, omnes urbis artifices, omnes eximios opifices collectos, Constantinopolim misit. Cumque illa hieme cogitaret in hibernis ad Carabagum subsistere, non hoc eum tumultuantes facere passi fuere genizari. Quapropter Amasiam reducto exercitu, ibidem hibernavit, sub initium æstatis Camachum profectus, eam civitatem occupavit. Interim Sinanem bassam eunuchum in Dulgadirensem provinciam ablegavit, qui ducem ejus regionis Aladeulem bello invaderet. Is Dulgadirem ingressus, Aladeulem minime resistentem cepit et capite truncavit, quanquam alii tradant suspendio necatum fuisse. Ditionem vero sultanus Selimes Ali bego concessit, qui ex Aladeulis fratre natus erat.

Hoc tempore Genizari magnas Amasiæ turbas excitavere, cum in Piris bassæ castra per seditionem irruerent. Erat tum sultani Selimis vezirazemes, Achmetes bassa, Ducagini filius : quem Selimes interfici jussit, collata in eum culpa, quod hujusce genizarorum seditionis et conscius et auctor exstitisset. Hinc Amasia discedens Selimes, Constantinopolim abiit : ubi generum suum, Ischenderem bassam, una cum Tazisade Cadileschero, et Bali Geme Seguane bassa, supplicio capitis affecit ; quod ipsos etiam diceret Amasiani genizarorum tumultus auctores fuisse. Contigerunt hæc anno 921 (Chr. 1514).

Secundum hæc collectis Selimes omnibus copiis

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

suis, Constantinopoli transjecit in Anatoliam, cum alteram se contra Parthos expeditionem moliturum simularet. De hac Selimis profectione certior factus Cansaves Gauris, sultanus Alcairi, maximopere cum suis proceribus et Mamelucis perturbatus, coactis militibus suis, armatus Chalepum adiit. Qua re sultano Selimi nuntiata, misso itinere Parthico, in sultanum Alcairensem movit. Ejus cum fines attigisset, ac sultanum haud impigre sibi occurrentem conspiceret, gravi cum eo prælio conflixit, in quo sultanus ipse Cansaves Gauris cæsus fuit, ejusque copiæ dissipatæ **340** fugerunt. Post hanc pugnam Selimes victor omnes munitiones et arces, in finibus sitas, occupavit : ac præsidiis in singulas impositis, Chalepum perrexit. Ibi cum omnia Chalepo vicina loca sui juris fecisset, begos sangiacos provinciæ præfecit. Chalepo Damascum abiit, et urbem cum omni agro finitimo, summa celeritate suo subjecit imperio. Mamèluci, qui et Circassi, Alcairum fuga delati Tommambaim, qui erat id temporis Ulu Duveidar, sultanum crearunt. Et Ulu Duveidar apud ipsos primus erat dignitate post sultanum. Potitus autem Damasco Selimes, Sinanem bassam cum selecta militum manu Gazam præmisit. Aliquot inde diebus elapsis, etiam ipse reliquo cum exercitu subsecutus fuit, Alcairum ducturus. Ex altera parte Damascum Tommambais Meliculem Umeram, hoc est, beglerbegum Damasci, Zamberdim Gasalim, cum parte sui exercitus miserat. Is cum a Gaza prope jam abesset, etiam Sinan bassa Remlem advenit, eoque loco castra metatus est. Cumque certior factus fuisset, esse Gasalim cum exercitu in vicinia, noctu militibus indicta profectione, tanta cum properatione ad hostem accessit, ut prima cum luce Gasalis copias assecutus, non modo cum eis confligeret : verum etiam victoria potiretur, magnumque Mamelucorum sive Circassorum numerum internecione deleret, superstitibus fuga dilapsis, et in solitudines illorum locorum semet recipientibus. Quibus rebus gestis, placuit sultano Selimi legatum ad Tommambaim mittere. Quippe domesticum quemdam habebat, natione Circassum, quem vulgo Muratem Circassum appellabant. Is ad sultanum ire jussus, impetrare non potuit ut a Tommambai vel in conspectum admitteretur, vel audiretur : adeoque cum iis quos itineris comites secum adduxerat, jussu Tommambais fuit interfectus. Qua legati sui cæde comperta, motis Selimes castris Remlem petiit. Eo cum pervenisset, significatum illi fuit cives Remlenses id temporis, quo Sinan bassa Remle nocturno itinere discesserat ut Zamberdis Gasalis copias adoriretur, sparsisse rumorem de fuga Osmanicorum : et quotquot in castris Sinanis bassæ remanserant non solum mactasse, verum etiam occisorum cadavera passim in puteos et fossas projecisse. Quo Remlensium intellecto facinore, Selimes et congregari jussit oppidanos, et omnes illius sceleris reos trucidari. Secundum hæc Cudsimul arcum profectus est, Cumque sub vesperam eo venisset, noctem illam istic manere voluit ac vespertinis precibus in Axa messita, nocturnis in cubel Sahara peractis, omnia loca sacra visitavit. Postridie circa meridiem reversus ad exercitum, Gazam contendit : ubi Sinan bassa, potitus insigni victoria, suas cum ipso copias conjunxit. Gaza Berthlehemam profectus, illo quoque loco preces suas concepit : quibus absolutis, in animum induxit, Alcairum petere. Præmisit ergo Sinanem bassam, qui suis cum copiis reliquum exercitum antecederet. Quippe proficiscendum eis per illam solitudinem erat, quam ante id temporis nunquam tam numerosus exercitus transierat. Et aliam quoque causam habebat cur eum præmitteret : quod vereretur scilicet, ne si tanta hominum multitudo conjuncta maneret, iter illud per solitudinem se suscepturos negarent, atque hoc modo diffluerent. Sultanini quidem hoc desertum semper antehac pro urbis Alcairanæ propugnaculo quodam habuerant. Verum sultanus Selimes jacta, quod dicitur, alea, militem cohortationibus animosis ad capescendum hoc iter impulit. Ubi ventum ad prima castra fuisset, in pago, qui Deire vocatur, vezirem suum, Chuseinem bassam, interfici jussit, quod dixisse perhiberetur, non temere per ejusmodi solitudinem, tanto cum exercitu, proficiscendum. Atque hoc modo solitudinem ingressus est, quæ arida prorsus, aquis destituitur. Cum de die in diem progrederetur ulterius, placuit Deo largiri pluviam : quo factum ut universæ illæ copiæ nulla premerentur aquæ penuria. Ubi Salachigen perventum fuisset, jam vicerant scilicet, superata solitudine. Quapropter oneratis aqua potabili jumentis, Alcairum perrexerunt. Interea Tommambais Alcairi sultanus, suis et ipse copiis instructus, ex urbe militem eduxit : eoque modo castra metatus, ut urbem a tergo haberet, ibidem substitit. Coegerat enim maximum exercitum, in quo militabant Æthiopes, cum aliis nationibus. Tormentis etiam bellicis ea communierat itinera, quibus hostis venturus exspectabatur. Sed transfuga quidam ex castris ipsius ad sultanum Selimem se contulit, eique consilia et insidias hostium detexit. Quibus Selimes cognitis, diverso itinere copias Alcairum duxit. Hæc gesta fuerunt anno **922** (Chr. 1515).

Die 28 mensis Silchizis, ante prandium, ingens et cruentum prælium commissum fuit, quo in prælio Sinan bassa, cæsus in dextro cornu, occubuit. Tandem tamen Mameluci, qui et Circassi, dissipati profligatique, partim versus montes, partim in solitudinem, partim ad ipsam urbem profugere. Verum ubi mox Selimiani milites urbem occupassent, reliquiæ Circassorum et Mamelucorum, urbe deserta, in regionem Saitensem se recepere. Selimes propter urbem, ad Nilum fluvium, castris locum cepit; quo in loco dum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ipse quiescit, missis Tommambais speculatoribus, cum alia, tum etiam situm castrorum hostilium exploravit, quod ea nocturna impressione aggredi, suo cum animo constituisset. **341** Rebus omnibus exploratorum opera probe perquisitis, urbem noctu cum suis ingressus, plurimos ex Selimianis in urbe oppressit et trucidavit. Sed cum primum hoc Selimi nuntiatum fuisset, jussis arma corripere militibus, hosti semet opposuit: tormentisque bellicis in ea loca constitutis, in quæ facturus impetum credebatur hostis, ab omni parte paratus erat.

Anno 923 (Chr. 1516), quarto die mensis Mucherenis, missus in urbem fuit a sultano Selime Jonuzes bassa, cum genizarorum manu: qui quidem in ipsis plateis et vicis urbis adversus Circassos et Mamelucos acerrime dimicarunt. Hoc prælio sagitta Jonuzes bassa tam graviter vulneratus fuit, ut a suis sublatus, e media pugna exportaretur. Id conspicatus Selimes usque adeo excanduit, ut milites ex equis descendere juberet, ac pedites suis suppetias ferre. Quod cum absque mora fieret, et illi milites, qui cæteroquin ex equis dimicare solebant, pedites urbem ingrederentur: prope templum maximum, quod Chasanis Zami vocant, cum Circassis et Mamelucis manum conseruere: qua pugna tot ab utraque parte cæsi sunt, ut passim per plateas plena peremptorum cadaveribus essent omnia. Tandem Selimiani denuo victoria potiti fuerunt, et Tommambais iterum cum nonnullis suorum in regionem Saitensem profugit. Acciderunt hæc anno 923.

Post illa cum omni exercitu Selimes urbem ingressus, in ipso palatio sultanino divertit. Fuerant in eo, quem diximus, conflictu capti bis mille quingenti Circassi ac Mameluci: quorum ad duo millia sultanus Selimes jugulari, quingentos reliquos in custodiis haberi jussit. His gestis rebus, adactus extrema necessitate Tommambais, ut pacem peteret, insignem legationem ad sultanum Selimem misit. Eam Selimes sane quam humaniter excepit, ac postulatis omnibus assensus, non modo Tommambai rescripsit, verum etiam suos homines ad ipsum vicissim ablegavit, qui pacis ei auctores essent. Hos ad se jussu Selimis venientes, Tommambais interfici curavit universos. Quamobrem summopere commotus sultanus Selimes, Circassos illos omnes, quos in custodia detineri præceperat, mox ita jussit occidi, neminem ut sui reliquum facerent. Ea re patrata trans Nilum copias duxit, Tommambaim quæsiturus, quo ille comperto fugam arripuit. Selimes Romaniæ copiis injunxit, ut eum a tergo persequerentur. Sed Arabes, qui et Æthiopes, itineribus fugienti Tommambai præclusis, hominem interceperunt, et captum ad Selimem perduxerunt.

Anno 923 (Chr. 1517), die decimo sexto mensis Rebiululæ, mandato sultani Selimis, in umbilico urbis Alcairensis, eo loco, qui Babsubeile dicitur, sultanus Tommambais suspendio necatus fuit. Atque hoc modo radicitus exstirpatis Circassis ac Mamelucis, universum illud sultaninum Ægyptiumve regnum suo Selimes imperio subdidit, et in Sangiacatus divisit, cum urbem Alcairanam Jonuzi bassæ regendam commisisset. Inde rebus omnibus egregie constitutis et ordinatis, Alcairo discessit, Gazam rediturus. Erat autem quidam ex sultaninis, Cheir begus, qui sultanis illis adhuc rerum potientibus Chalepi copiis præfuerat; sed sponte sua sultani Selimis potestati se permiserat. Hic a Selime, præter Jonuzem bassam, ad Alcairum relictus, litteras ad eum jam inde digressum, misit obsignatas: quibus in litteris Jonuzem bassam accusans, perscripserat Æthiopes et plebem urbanam Jonuzi bassæ sultani tribuere titulum, et omnia precari fausta feliciaque, nonnullis etiam criminibus aliis in eum congestis. His territus litteris Selimes, mox alias ad Jonuzem bassam dari jussit: quibus ei mandaretur, uti maxima celeritate semet ad sultanum Selimem conferret. Eadem Cheiri bego scribi voluit, et urbem ipsius fidei, per absentiam bassæ, commendavit. Ubi suum ad herum, sultanum Selimem, in ipsa solitudine Jonuzes bassa pervenisset, equis insidentes, inter se collocuti sunt ambo. Verum subito Selimes furore correptus, Jonuzem bassam ex equo dejici jussit, et Solachorum præfecto mandavit, ut eum resecto capite jugularet. Quod statim factum cum fuisset, Selimes itinere continuato, tandem Constantinopolim reversus, quieti se dedit.

Non exiguo temporis intervallo gerendis a rebus abstinens, anno denique 926 (Chr. 1520), mense Remasane, Constantinopoli digressus, Hadrianopolim petere constituit. Hoc in itinere cum Inzuam venisset, balneum ingresso tumor quidam a tergo cepit oriri, qui revera carbunculus pestilens erat. Profectus autem ulterius, et illum ad locum delatus, ubi aliquando cum patre conflixerat, urgente necessitate, fixis ibidem tentoriis, substitit. Interea vero, dum hic morbo ipsius curando se totos medici dabant, Defterdaros, et Pirim, Achmetemque bassas, Hadrianopolim præmisit, ut omnia solemnitati Bairami celebrandæ necessaria præpararent, solo Ferhate bassa cum eo manente. Sed cum medici morbo remedium invenire non possent, eo ipso mortuus est loco, in quo cum patre pugna congressus fuerat, die septimo mensis Schebalis, anno 926 (Chr. 1520). Imperavit annis septem, mensibus octo, diebus octo. Nihil compertum fuit de ipsius obitu totis diebus decem. Interea secreto Ferhates bassa primarium janitorem cum litteris **342** Manissam ad sultanum Soleimanem misit, qui eum moneret uti quamprimum illuc properaret. Sed quod his nihil litterarum reliquis a bassis adjunctum fuisset, veritus est itineri se dare Soleimanes. Inde bassis cæteris, qui Hadrianopoli degebant, rem omnem Ferhates bassa patefecit: qui mox eo pro-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

fecti, cum quo res essent loco cernerent, litteris et ipsi perscriptis, præfectum Ispachiorum ad Soleimanem Manissam ablegarunt, significantes, ut absque mora veniret priusquam de patris obitu genizari cæterique Portæ milites, quiddam inaudissent, ne fœde direptam urbem excidio darent. Itaque Soleimanes, re tota penitus cognita, confestim semet accinxit itineri : nec ulla vel noctu, vel interdiu quiete interposita, pervenit Iscodaram e regione Constantinopolis sitam. Hoc loci tribunus genizarorum ad ipsum venit, quo comite triremem ingressus, Constantinopolim transjecit, in occursum prodeuntibus genizaris universis. E triremi cum exscendisset, genizarorum aga, suos compellans genizaros : Hic dominus vester, hic imperator est, ait. Qua illi voce audita, mox ordine cæteros antegressi, sultanum suum ad imperatorum Saraium deduxerunt. Hinc largiores annonas, et donativa petiere : sultano Soleimane postulatis ipsorum annuente. Postridie prima luce funus Selimis in urbem deductum fuit, eique celebratæ in templo sive zuma sultani Muchemetis exsequiæ. Pedes ante paternum funus incedebat sultanus Soleimanes, idque comitabatur ad zumam ab ipso Selime conditam, ubi monumento suo fuit illatus. Inde Soleimanes ad palatium reversus, in thronum imperatorium se collocavit, et regni administrationem auspicatus est, anno 926 (Chr. 1520), die decima septima mensis Schebalis.

Factus jam plene rerum dominus Soleimanes, elapsis aliquot mensibus, omnes suos milites convenire jussit, et cum eis versus Albam Græcam profectus est, anno 927 (Chr. 1521).

Cum prope jam abesset ab Alba, vezirem suum, Achmetem bassam, cum Romaniæ copiis ad Burgurdelen ire jussit. Is illuc ubi venisset, tormentis bellicis mœnia disjecit, militem immisit, et oppidum cepit. Multi tamen in ejus expugnatione Turci fuere trucidati, ac vicissim Achmetes bassa sultano Soleimani cæsorum Christianorum capita, cum quibusdam captivis et vulneratis, misit.

Secundum illa Pirim bassam præcedere jussit Soleimanes, qui Albæ Græcæ situm ac munitionem, circumfusis copiis, specularetur : statimque Pirim secutus, universum exercitum mœnibus admovit, castra vallo munivit, tormenta jussit expediri, muros eversos solo æquavit, ac tandem Albam expugnavit die vicesima quinta mensis Remazanis, anno 927 (Chr. 1521) qua potitus Constantinopolim rediit.

Anno sequenti proximo 928 (Chr. 1522) die vicesima mensis Rezebis, iterum Soleimanes expeditione suscepta, copias universas in Anatoliam transduxit, Rhodo bellum illaturus. Jam ante vero Mustapham bassam insigni cum classe Rhodum navigare jusserat. Ipse cum pedestribus copiis Anatoliam ingressus, in oppidum quoddam Mentesianæ ditionis, cui nomen Mermere, se contulit : unde non magno ex intervallo in Rhodum transjicitur. Itaque militibus hinc in Rhodum transportatis, tandem et ipse suo cum comitatu transvectus in insulam, gravi urbem obsidione cinxit. Obsessi Christiani muros pannis cocco tinctis, et sericis, et auro intertextis, ornabant ; ac plurimis in urbe ludis et spectaculis, ad oblectandos animos, utebantur. Cum serio denique oppugnarentur, longo temporis spatio se defendebant acerrime, quod urbem ab hoste nullo modo capi posse sibi persuasissent. Ac Soleimanis sane res eo tandem loci redactæ fuerant, ut quanam ad expugnandam civitatem via deinceps progrederetur, ignoraret. Quia tamen mons quidam haud procul ab urbe distabat, ex eo terram peti, qua urbis fossæ complanarentur, edixit. Actis præterea cuniculis, suffossi fuere muri, tormentorum quoque vi magna ex parte diruti. Quapropter exhausto laboribus ac molestiis Christianorum præsidio, cum urbem non multo post in hostium potestatem venturam nemini dubium esset : ipsorum princeps, quem Megalon Mastora vocabant, inducias pactus, urbem se dediturum significavit, modo ipsis abeundi potestas fieret, salvis facultatibus suis, et Christianorum uxores atque liberi nulli servituti manciparentur. In eas conditiones sultanus Soleimanes absque mora consensit. Itaque cum obsessi munera sultano quædam, in ejus conspectum admissi, obtulissent, cum rebus ac facultatibus, cum liberis et uxoribus suis naves ingressi, Turci Rhodo cesserunt, et in Italiam navigarunt. Quotquot erant in urbe captivi Turci, libertati pristinæ restituti fuere. Capta vero fuit Rhodus die tertio mensis Sefferis, anno 929. Simul etiam cum Rhodo Turci arcem Stancoin, et Bedrum, aliam arcem in Anatolia sitam, in potestatem redegere, Soleimanes inde Constantinopolim reversus est.

Cæterum quo tempore ad obsidendam Rhodum proficisci cogitabat, Ferhatem bassam adversus Alim begum, Scachi Suarensis filium, qui perantiquo majorum suorum jure Dulgadirensis regionis dux erat, cum copiis ablegavit. Nam falso delatus is fuerat **343** apud sultanum Soleimanem, et accedebat alia causa, quod Osmanidæ neminem veteri natum familia suo in imperio tolerare possunt. Ubi jam prope Ferhates aberat ab Alis begi ditione, insidioso astu hominem ad se pellexit. Quippe morbum simulans, significari bego jussit, velle se testamentum condere, atque ipsius fidei exercitum committere. Qua voluntate Ferhatis intellecta, mox Alis begus, nihil ab Osmanicis periculi veritus, quibus inde usque a prima ætate fidus ipse fuerat, cum utroque filio bassam adiit : qui et patrem, et filios, innocentes occidi jussit. Hoc facinore patrato, Ferhates ad sultanum Soleimanem, Rhodum obsidentem, Rhodo necdum capta, reversus est.

Cum autem confecto bello Rhodio, Constantinopoli Soleimanes quietus degeret, Genizari die

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vicesimo tertio mensis Rezebis seditionem moverunt, et Aigasis bassæ, supremique thesaurarii, Abduselamis ædes expugnatas diripuerunt. Postridie, qui Mercurii dies erat, noctu Ibrahimis ac Mustaphæ bassarum domos itidem adhibita vi aperuere: sed ea cum moderatione, nullam ut inde prædam auferrent. Composito denique genizarorum tumultu, Soleimanes in Ungariam proficisci statuit: et collectis quinquaginta vel sexaginta millibus armatorum, pontibus Savum, Dravum, Danubiumque flumina junxit: et Varadinum Perri cum aliis locis munitis occupavit, Budam ipsam cum exercitu petiturus. Ea Soleimanis expeditione cognita, se quoque rex Ungarus ad bellum paravit; et cum milite suo, qui ferro totus armatus erat, obvium se sultano Soleimani dedit. Die quodam Mercurii, circa tempus Ikindi, urrinque tanto concurrerunt exercitus impetu, multa ut hominum millia ab utraque parte cæsa caderent, plurimi vulnerarentur. Diu pugnatum cum fuisset, tandem tamen victus rex Ungarus, etiam ipse periit. Actis autem in fugam Ungaris, Turci hostem persecuti, multa ipsorum millia inter fugiendum contrucidarunt. Soleimanes re bene gesta, Budam suos duxit, et urbe sine sanguine potitus est, cujusvis sexus et ætatis hominibus in servitutem redactis, anno 932 Chr. (1526). Post occupatam Budam, reversus est Hadrianopolim, et ad tempus aliquod se quieti dedit.

Erat tunc quidam in Anatolia, qui Calender Zelebis appellabatur, ex familia Chazis Bectasis. Colunt autem Turci Chazim Bectasem, ceu divum quemdam, atque etiam invocant. Hic ergo Calender Zelebis seditione mota, cum non magno Dervisiorum numero, Sangiacos aliquot fudit, et universam Anatoliam ad arma concitavit. Soleimanes accepto motus hujusce nuntio, Ibrahimem bassam, insigni cum exercitu, misit, uti Calenderem Zelebim bello aggressus, in ordinem redigeret. Ibrahimes Calenderem cum copiis assecutus, prælium iniit; quo dimicatum ab utraque parte fortiter, eo tamen eventu, Calender ut ipse sua cum factione victus occumberet.

Compositis Anatoliæ turbis, ad aliam se Soleimanes expeditionem paravit, Ungariam rursus invasurus: ideoque militem, publicatis edictis, ad Albam Græcam convenire jussit, quo quidem et ipse se contulit. Budam inde perrecturus. Hoc in itinere dum esset, Erdelii Banus ad eum venit, delatisque suis obsequiis, Soleimanis imperio se submisit, cum et munera secum ferret amplissima, et manum ejus exoscularetur. Quæ quidem res adeo grata Soleimani accidit, ut eum mox Ungariæ regem crearet. Secundum illa Budam profectus est, qua occupata, Viennam contendit. Eo cum pervenisset, Germani, qui se intra mœnia tenebant, urbem communiere: quam Sultanus Soleimanes tormentis bellicis ad viginti dies oppugnavit, actis etiam subter muros cuniculis, donec eorum pars corrueret. Ea re perfecta, subito cum nive frigus adeo vehemens incidit, ut ei tolerando neque milites, neque jumenta sufficerent. Ideoque destitutus omni spe Vienna potiundi, obsidionem solvere coactus fuit: et Constantinopolim reversus ad aliquod tempus a bellis abstinuit. Gesta vero fuerunt hæc anno 935 (Chr. 1529).

Dum Constantinopoli quietus hæret, invitatis magna solemnitate bassis omnibus et proceribus, et exterorum principum legatis, omnique genere spectaculorum in Atmindane Constantinopoli exhibito, filios suos, sultanum Mustapha, sultanum Muchemetem, et sultanum Solimem circumcidi curavit, anno 938 (Chr. 1532).

Eodem anno mensis Remasanis die vicesimo octavo, Constantinopoli discessit, Hispano bellum illaturus. Cumque pervenisset in Alamaniam, duorum mensium spatio copias hinc inde circumduxit, ferro et igni cuncta vastans atque diripiens. Nullus a Christianis oppositus ei fuit exercitus, nusquam eorum conspectæ acies, ab utroque duntaxat latere Soleimanis agmina carpebant, ac multos interceptos vel occidebant, vel abducebant captivos. Misit autem sultanus Soleimanes, ductore Casane Vaivoda, qui Michaelis begi filius erat, et Vaivoda, duodecim millia militum, adjunctis eidem Acanziis, qui regiones illas ulterius incendiis et rapinis depopularentur, atque incolas servituti mancipatos abigerent. Quod cum illi facerent, opima positi fuere præda. Verum in reditu forte fortuna in Christianorum incidere copias, cum quibus licet acerrime dimicarent, ac fortiter hosti resisterent, tandem tamen ad internecionem, 344 majori saltem ex parte, cum ipso Casane Vaivoda, cæsi captique fuerunt. Et quando jam hiems appetebat, mutato Soleimanes itinere, Constantinopolim rediit: ubi cum ad tempus aliquod quiesceret, sultano Mustaphæ filio Manissam attribuit, anno 938 (Chr. 1532).

Interea vero dum aberat peregre sultanus Soleimanes, in Alamania bellum gerens, supremus Hispani classis præfectus, Andreas Doria, cum Megalo Mastore, qui superioribus annis Rhodo cesserat, corrogatis cæterorum quoque principum Italicorum auxiliis, magnam mari classem eduxit, qua naves quinquaginta majores, et quinquaginta triremes continebantur. Et erant in his mihtum ad quinquaginta millia. Quo cum exercitu Moream inopinato adorti primo Coronam urbem cum arce, deinde insulam Balu, et Badram oppidum, cum aliis quibusdam castellis ceperunt: et immissis in ipsam regionem pedestribus equestribusque copiis, universam depopulati sunt, ingenti marium, feminarum, puerorumque multitudine secum in captivitatem abducta.

Superioribus annis quidam natus in insula Mitylene, cui nomen Chairadines, insigniter navalis militiæ peritus evaserat: ac piraticam exercens multoties mari cum Christianis conflixerat. Ubi jam rem fecisset, naves aliquot instruxit; adiuncto

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

a sibi sodalitio quorumdam egregiorum homi-
m, et neminis addictorum imperio, cum iisdem
Barbariam profectus, urbem Cesairem occupavit,
: sibi retinuit.

Qua quidem re feliciter confecta, per universam
Italiam nomen ipsius inclaruit: inditumque fuit ei
cognomen ab Italis, uti vulgo Barbarossa diceretur.
Idem quotannis sultano Selimi et Soleimani munera
quædam missitabat. Quorum alter, Soleimanes,
viri virtute, rerumque gestarum fama cognita,
missis legatis, invitavit hominem uti ad se veniret.
Chairadines idoneo Cesairi præsidio imposito, stre-
nuorumque virorum, et sibi amicissimorum fidei
civitate credita, triremes aliquot milite complevit,
et Constantinopolim profectus est. Eo cum appulis-
set, manum pro more sultano Soleimani oscula-
tus est. Excepit hominem sultanus sane quam
honorifice, constitutoque salario quadragies cen-
tum millium asprorum annuo, Beglerbegum maris
supremum creavit, et ad veziris dignitatem evexit;
unde nomen ei datum, ut Chairadines appellaretur.
Nactus ergo plena cum potestate maris imperium,
centum triremes in mare deduci et instrui, milite-
que compleri jussit, et cum iis Moream adiit. Qua
re Christianis nuntiata, mox illi regionem et arces,
quas occupaverant, desertas reliquere, conscensis-
que navibus suis, inde discesserunt. A Christiano-
rum abitu, trecenti Genizari, Azapique totidem in
ea fuere loca missi, qui et Coronæ, et oppidis cæ-
teris præsidio essent. Inde Chairadines bassa cum
eadem classe in Barbariam profectus, urbem cele-
brem Tunisinam, quæ a Mauris incolitur, occupa-
tam suo subjecit imperio, anno 940 (Chr. 1534).

Eodem hoc tempore captæ a Chairadine bassa Tuni-
sis, quidam e numero Parthicorum procerum Ulumas
begus, a scacho Techmasi filio scachi Ismailis, de-
fecit, licet ipsius scachi sororem haberet conjugem.
Itaque profugus e Parthia, Constantinopolim acces-
sit: et præstito subjectionis sacramento Soleimani
se totum addixit. De hujus viri consilio sultanus
Soleimanes expeditionem Parthicam suscipere co-
gitabat, eam prætexens belli causam, quod Scachus,
suis cum proceribus et subditis, minime rectam
religionis amplecteretur sententiam, nec debito qua-
tuor Mahumetis prophetas honore prosequeretur.
Hac de causa dignissimos censebat, quibus bellum
inferretur, qui occiderentur, adeoque penitus ex-
stirparentur. Itaque Soleimanes hoc bello decreto,
Sangiacatum Ulumæ bego supra nominato, non
procul a Carahemida, concessit. Ulumas vero
Constatinopoli quibusdam conductis copiis, in
Sangiacatum suæ creditum fidei cum eis profectus
est. Missa quoque fuerunt ad cæteros illius provin-
ciæ Sangiacos a sultano Soleimane mandata, qui-
bus præcipiebatur ut Ulumæ bego, quoties in ho-
stem profecturus esset, obsequerentur. Ulumas ergo
decretum sibi Sangiacatum ingressus, collectis ejus
regionis proceribus Sangiacis, ipsorum adjutus
auxiliis, Curdistanio principi, cui nomen Serefes

A begus, bellum intulit: eoque interempto, ditionem
ipsius in potestatem redegit. Ea re sultano Soleimani
nuntiata, supremum vezirem suum, Ibahimem bas-
sam, qui apud sultanum summæ auctoritatis erat et
potentiæ, supra bassas ac vezires omnes evectus,
idque nomen ab eo consecutus, ut Ser Asker sultani
nominaretur, Constantinopoli ablegavit in Anato-
liam, et Romaniæ Anatoliæque copiis præfecit: cum
quibus ille Chalepum adiit, et inde Carachemidam
perrexit. Huc ubi venisset, Ulumam begum præmi-
sit in Parthiam, qui dux itineris esset: atque ipse
vestigiis illius inhærens, a tergo secutus est, anno
941 (Chr. 1535).

Hoc modo continuata profectione, nemine resi-
stente, Tebrisium illi pervenerunt. Aberat enim
B Scadus id temporis ab illa provincia, bellum in
Chorasane contra Kezien bassam gerens, qui ei
Chorasanem eripere volebat. Cum propius ad Tebri-
sium accessissent, urbem invenere desertam, 345
et habitatoribus vacuam. Ibrahimem vero præmis-
sum ad expeditionem hanc, anno 941 (Chr. 1535).
secutus est ipsemet Soleimanes, cum genizaris et
aliis Portæ copiis, ea celeritate, ut quo tempore
Tebrisium Ibrahimes ingressus est, Soleimanes
Carahemidæ portis immineret. Interea scachus
etiam Techmases propius ad Tebrisium suos ad-
duxerat, ut istic Ibrahimem bassam opprimeret.
Ibrahimes hostis conatu cognito, absque mora
Soleimanem certiorem reddidit: qui duplicatis quo-
tidianis itineribus, celerrime Tebrisium advolavit,
C et cum Ibrahime se conjunxit. Cumque per explorato-
res intellexissent, quibus in locis Parthorum exer-
citus degeret, recta in eos duxere. Tum vero Parthi,
qui de Soleimanis adventu cum genizaris ac Portæ
militibus cæteris acceperant, seque tali machina-
rum bellicarum apparatui, tantisque copiis nequa-
quam resistere posse cernerent, Sultaniam profuge-
runt. Osmanici nimia tormentorum, annonæ,
tentoriorum, curruum, et aliarum magni ponderis
rerum copia gravati, tormenta cum impedimentis
cæteris trecentorum genizarorum, ac trium sangia-
corum præsidio munita, Tebrisium remiserunt,
atque hoc modo facti expeditiores, Parthicum
militem acriter a tergo persequi cepere. Tum
D vero fugere Parthi, fugientibus instare Osmanici:
donec haud procul ab oppido Hemedane perventum
fuisset. Ibi cum pluviis, et annonæ penuria, tantum
frigus Osmanicos oppressit, ut plurimi tam manu
quam pedes a frigore læsos amitterent, ac inerm
dibilis hominum, jumentorumque multitudo fam
interiret. Præterea contigit, ut in ipso cons
transmittendi amnis, qui Docus Gezid vocatur, f
men illud aquis pluviis adauctum vehementer
tumesceret. Ideoque dici non potest, quot i
homines, jumenta, rerum aliarum sarcinæ perie
adeoque de sua quilibet salute desperabat. Qu
igitur exercitus Parthicus nusquam appar
nec sciri poterat, quonam se recepisset;
que nulla regio Bagadate propinquior erat, qu

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nus hiberni frigoris, et plus caloris haberet; in hanc sibi Soleimanes ducendum statuit exercitum. Ubi propius ad urbem accessisset, apertis incolæ portis, eam Soleimanis potestati permisere. Quapropter ingressus, nonnihil istic se recreavit. Omnis etiam Bagdati finitima regio se Soleimanis imperio submisit. Quo factum, ut beglerbegum in urbe constitueret, ipsamque provinciam in sangiacatus partiretur. Præterea Bagadati militare præsidium imposuit, eique de tormentis bellicis et aliis rebus necessariis, annonæque copia prospexit: cum prius urbem muniisset, et aquam e flumine dirivatam in fossas urbanas immisisset. Hoc tempore supremus Dephterdarus sive maximus ærarii præfectus, Ischender Zelebis, apud sultanum Soleimanem delatus fuit, ob tractatos nequiter thesauros regios: quem extra urbem hoc nomine suspendi jussit, universis facultatibus ejus fisco applicatis. Interea vero, dum Soleimanes intra Bagadatis muros, exercitus foris in hibernis hærebat, prodiit denuo scachus Techmases in apertum suis cum copiis, et Tebrisium iter instituit. Inde cum ipsum haud procul abesse relicti ad Tebrisium sangiaci et genizari, de quibus supra dictum, accepissent, quid agendum sibi hoc casu foret, ignorabant. Quia tamen animadverterent, nec ad resistendum hosti tam potenti se sufficere nec in tempore sibi succurri posse, sarcinas omnes, et tormenta bellica cum rebus ad ea necessariis, et custodiæ suæ commissis, ibidem reliquerunt, ac fuga saluti suæ consuluere. Scachus Tebrisium ingressus, omnes istas sarcinas et impedimenta militi suo diripienda concessit: bellica vero tormenta, cum universo ad ea pertinente apparatu, concremari jussit; et quidquid de machinis bellicis colliquefactum flammis absumi non potuerat, ad signandos manguros destinavit. Ubi jam durior hiemis tempestas præterierat, Bagdate Soleimanes movit eodem anno 941 (Chr. 1536), ac denuo Tebrisium duxit: unde cum non magno abesset intervallo, rursum cum suis Techmases fugæ se dedit: atque uti facultatem sui persequendi Osmanicis adimeret, suam ipsemet regionem vastavit, annonam omnem corrupit et exussit, subditos suos passim abegit. Ubi Tebrisium Turci pervenissent, Soleimanes optimum quemque suorum, et præsertim egregiis instructos equis, delegit, eisque mandavit ut summa usi celeritate hostem alicubi assequerentur. Quod cum illi facerent, omniaque misere vastata conspicerent, ad animum eis accidit, fieri posse ut in redacta penitus ad solitudinem regione aliquod ipsis incommodum veniret. Ideoque converso itinere Tebrisium redierе. Cum autem Soleimanes hoc modo delusum se videret, vehementi commotus ira, scachi Techmasis et majorum ipsius regias amœnaque palatia, cum ipsius sultani Jacupis ædificio, quod Heste Behiste dicitur, et omnibus cum paradisis dirui, vastari, cremari jussit. Præterea plurimos Tebrissii cives compulit, ut inde Constantinopolim commigrarent. Ad summam, insigni regionem illam universam excidio afflixit, direptis miserorum incolarum facultatibus, et absumptis omnibus jumentis. Post hanc vastationem, Soleimanes exercitum Carahemidam reduxit. Et dispositus ac relictus erat a tergo dundar, ut Turci vocant: **346** quod vereretur ne in ipsa profectione scachus impressione subita suos aggrederetur. Quod quidem ita prorsus accidit. Nam scachus, intellecto discessu Soleimanis, selecta Corizzorum quinque millia secum sumpsit, ac veredariorum in morem Osmanicos a tergo secutus est, in hoc unum intentus, ut eos aliquo detrimento afficeret. Tandem in agmen illud extremum incidit, quod dundar appellatur, uti diximus. Ejus ductor erat Ulumas begus, cui præter quinque sangiacos, septemdecim millium strenuorum militum Soleimanes attribuerat. Ad hos cum scachus advolasset propius, mox in eos irruit, et manu conserta, superior ipse, Turcis cæsis, evasit. Interempta fuere Turcorum ad duodecim millia, desideratique tres sangiaci. Quartus in hostium potestatem venit, quintus cum Uluma bego fugæ beneficio discrimini semet eripuit. Scachus hoc tam feliciter pugnato prælio contentus, nihil periclitandum putavit ulterius, quod hosti ex aliqua parte par pari relatum arbitraretur: ideo que retro cum victricibus copiis ad suos abiit. Ipse quoque Soleimanes jam Carahemida discesserat, Chalepum petens, unde digressus, die decimo quarto mensis Rezebis Constantinopolim appulit, anno 942 (Chr. 1536).

Dum illic ad tempus aliquod a bellis abstinens quiescit, suspectus ei cepit esse Ibrahimes bassa, cujus et ex parte fuit detecta perfidia. Quippe ferebatur cum Italis quoque secreto pepigisse fœdus, ut imperium Turcorum in se transferret. Quapropter eum Soleimanes die quodam Mercurii, qui vicesimus secundus mensis Remasanis erat, ad cœnam invitavit: qua finita, cum de certis negotiis inter se collocuti, jam cubitum pergerent, Ibrahimes quoque suum ad conclave secessit, et in lecto se composuit. Quippe quoties ad Soleimanem noctu arcessebatur, in ipsius imperatoris saraio cubabat. Cum obdormiisset, interfici hominem sultanus jussit, omnesque facultates ipsius et opes, fisco addictas, thesauris suis in ferri. Factum hoc fuit anno 942 (Chr. 1536).

Diximus antea, Chairadinem bassam magna cum classe profectum in Barbariam, Mauris famosam urbem Tunisim eripuisse, ac ibidem sibi constituisse domicilium. Is hoc tempore naves atque triremes in terram subduxerat, rerum scilicet suarum plane securus, suoque duntaxat indulgebat genio. Princeps interim Maurus, cui prius ea paruerat ditio, profectus in Hispaniam, opem Hispani principis imploravit. Hispanus ad consilium revocato negotio, verebatur propterea quod Tunisim Barbarossa cepisset, ut Hispanis idem aliquando damnum inferret. Facile putabat ignem exstingui posse, si prius supprimeretur, quam latius erumperet. Eaque de causa datis ad Italicos princi-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

litteris, uti subsidio sibi venirent, petiit. Ma-
s ergo collectis copiis, et insigni classe pa-
a, eidem Andream Doriam suprema cum pote-
ıte præfecit, atque ita Tunisinam expeditionem
stituit. Chairadines recomperta, Raisos suos con-
ocavit, eisque deliberandum proposuit quid hoc
hristianorum motu faciundum censerent. Illi re-
pondere classem mari prius instruendam quam
Christiani se conjungerent omninoque præpediun-
dos, ne convenire possent. Ad ea vicissim Chairadines bassa : Si tulipandum, inquit, meum duntaxat excelso quodam in loco super hastam defixero, a Christianis ut conspici possit formidine correpti, ad aliquot millia retro fugient : tantum abest ut bellum nobis illaturi sint. Hac ergo securitate suique confidentia cæcatus, omnem ex B animo sollicitudinem et curam deposuit. Verum non multo post Tunisim præpotens Christianorum classis appulit. Ea cum istuc accessisset, occurrit hosti Chairadines extra urbem suis cum copiis, tametsi vix novem decemve militum idoneorum millia secum educeret. Ad Christianorum aciem progressus, animose cum eis conflixit. Et quanquam ingens hominum multitudo in Christianorum esset exercitu, fama tamen perhibetur, multa Christianorum millia tum cæsa fuisse, cum ex adversa Chairadinis parte duo duntaxat hominum millia desiderarentur. Cum autem Chairadines hoste se videret inferiorem, conversa suorum acie, ad urbem se recepit. Eo cum ventum fuisset, occlusam reperit, et in mœnibus elata Christianorum vexilla conspexit. Quippe C captivorum Christianorum aliquot in urbe millia reliquerat, qui quidem interea, dum extra muros ipse cum exercitu Christianorum prœliaretur, perfractis carceribus, et arreptis armis, portas urbis clauserant, et in mœnibus vexilla Christianorum erexerant. Id vero cum accidisset, major pars militum Chairadinis cæsa, cunctaque navigia cum machinis et apparatu bellico fuerunt amissa. Chairadines cum reliquis suorum propter urbem aufugit, et in solitudines se cum eis abdidit : quorum magna pars fame, siti, et æstu periit. Ipse varias expertus ærumnas, tandem ad urbem suam Cesairem evasit : unde cum decem et octo triremibus Constantinopolim profectus est, quacumque tenderet, damnum Christianis inferens. Acciderunt hæc anno 943 (Chr. 1537).

Solebat hoc tempore Constantinopoli Soleimanes plerumque degere. Verum ista cum evenirent, forte migraverat Hadrianopolim, ut istic hibernaret. Sub æstatis initium reversus Constantinopolim, ad bellum se **347** paravit, et Chairadinem Lutsimque bassas magna cum classe dimisit, qui mari rem gererent : ipse Constantinopoli digressus, Albaniam petiit. Avelonam cum pervenisset, etiam Chairadines et Lutsis eodem cum classe triremium, cæterisque cum navigiis, appulerunt. Soleimanes in loca montuosa profectus, ibidem cum Portæ militibus et comitatu castris locum cepit : reliquum A exercitum in Albanos perduelles immisit, qui res eorum agerent, ferrent, ac liberos et uxores servituti manciparent, licet hic conatus eorum in irritum caderet. Præterea Romaniæ beglerbegum, cum Romaniæ copiis, in Apuliam trans mare misit : qui ea in regione quædam oppidula cum pagis diripuit. Cum denique Turcica classis Corcyram præter legeret, ex Corcyrensi præsidio Christiani navim annonariam, quæ classem sequebatur, bellicis petitam machinis demersere. Soleimanes animadversa Venetorum perfidia quam ex aliis etiam indiciis abunde perspexerat; non parum excandescens, Chairadini Lutsique bassis præcepit uti cum classe Corcyram insulam peterent, oppidula cum vicis deprædarentur, hominesque captivos secum abducerent. Id illi cum fecissent, navigia mancipiis Christianis, cujusvis ætatis et sexus, onerarunt : atque ita Constantinopolim rediere. Quo delati, Christiana mancipia supra oppidum Galatam, eo loco, qui Besictas vulgo dicitur ad terram exposuere. missisque Constantinopolim præconibus, proclamari jusserunt, ut si quis mancipia Christiana, feminas, mares, juvenes, senes mercari vellet, ad indicatum modo locum veniret, ibidem hujusmodi mancipia perexiguo comparaturus pretio. Quod quidem ita factum fuit, tam vili pretio miseris illis distractis, uti plerique duobus tribusve sultaninis venirent, hac ipsa pecunia regiis thesauris illata. Posteaquam domum itura classis discesserat, etiam sultanus Soleimanes motis castris iter ingressus, die nono C mensis illius, qui Zemaziel Achir Turcis dicitur, Constantinopolim reversus est, anno 944 (Chr. 1538).

Cum istic aliquandiu hæsisset, armis in Moldavum expeditis, undecimo die mensis Seferis Constantinopoli egressus, Moldaviam versus contendit. Ubi ad oppidulum, quod Ishacluam vocant, pervenisset, transmisso Danubio, Moldaviam ingressus est. Ibi tum fuga sibi consulere Vaivoda Moldavus, nec usquam in apertum prodire : incolæ vero regionis sultano se dedere, qui limites imperii sui ad amnem usque Berutem prolatavit.

Erat in adversa ripa quoddam oppidulum, quod Sangiaci domicilio satis esset idoneum. Quapropter eo loco Sangiacum constituit. Sequebatur id tem- D poris Portam sultani Soleimanis quidam natus ex familia Vaivodarum Moldaviæ, cui et annonæ præbebantur. Hunc Soleimanes Moldaviæ Vaivodam præfecit. Quod prior ille Vaivoda cum rescivisset, portam præpotentem ipsemet adiit, et a Soleimane postulata impetrataque gratia, restitutus in integrum fuit. Soleimanes e Moldavia revertens, Hadrianopolim se contulit : ubi exacta hieme, sub veris initium Constantinopolim abiit, et quieti se dedit, anno 945 (Chr. 1539).

Secundum illa denuo cum classe Chairadinem mari ablegavit. Is autem egregie instructus, ut hostem suum, Andream Doriam, quæreret : absque ullo impedimento penetravit in Italiam, ibique nonnulla cum vicis oppidula depopulatus, etiam mu-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nera majoribus a civitatibus accepit. Cum diu hinc inde oberrasset, inopinato Andream Doriam reperit, et strenue cum eo confligens, naves hostiles aliquot submersit, et triremes aliquot cepit. Doria tandem hosti se imparem animadvertens, cum reliquiis suæ classis aufugit. Et quia tunc hiems imminebat, versis Chairadines velis Constantinopolim rediit, anno 945 (Chr. 1539).

Die Jovis, qui decimus quintus mensis Seferis erat, sub vesperam, incendium Constantinopoli, non procul ab illorum carcere, qui criminum rei custodiuntur, in eorum tabernis exortum fuit ; qui picem, resinam, axungiam, aliasque res tales vendunt. Hic ignis ex indicatis tabernis in ipsam turrim, sive carcerem prædictum, evasit : qui clausus cum esset, homines in eo septingenti flammis exusti perierunt. Ex eo loco dilatatum in urbem incendium, a dextris et sinistris vagari cepit. Ad publicanorum carcerem cum pervenisset, aperto carceris ostio, dimissi fuere publicani. Quo facto, turris ipsa, sive carcer, itidem conflagravit. Latius inde serpsit, usque ad portam urbis, quam Lignariam vocant, ubi tabernæ sunt fabrorum ferrariorum. Iis in locis omnia flammis absumpta fuerunt. Inde se convertit hic ignis ad ædes Balis Agæ, qui tribunus olim genizarorum fuerat, totaque istæc deflagravit regio. Postea perrexit ad Caravanæ saraium, unde tabernas eorum invasit, qui torno cælant, quarum ordine series magna conspicitur. Hinc ad eam erupit aream, quæ Tachtal Cala dicitur : unde rursus ad fabros ærarios, ab his ad vitriarios penetravit, etiam illa regione incendio prorsus exhausta, quæ pictum balneum ambit. Longius inde progressum, ad Judæorum pervenit ædes, ibidem maximo cum detrimento grassatum propterea, quod admodum illæ sibi contiguæ sint. Hinc sparsæ fuerunt flammæ usque ad portam fori 348 piscarii, et quidquid ædificiorum erat inter hanc, et Judæorum portam, prorsus ab igne deletum fuit. Ad summam, propemodum universæ Judæorum domus fuere concrematæ. Nam æstivo tempore contigit hoc incendium, cum ingens esset siccitas. Arbores etiam virides instar sulphuris arsere. Nullus incendii restinguendi modus inveniri poterat. Nihil arborum resectarum dejectio, nihil aqua juvabat. Unde factum, ut tota nocte duraret. Erant distributi per omnes urbis regiones genizari, qui flammas exstinguerent : sed incassum laborabant. Etenim postridie illius diei, a primo diluculo usque ad vesperam, ita desævierunt, ut etiam maximi pretii merces aut absumerentur, aut direptionibus essent expositæ. Quippe quibus in locis urbis grassatum fuit incendium, in iis majori ex parte mercatorum, et aliorum tabernæ consistunt : ideoque potior pars urbis in cineres abiit, cum idem accideret omnibus ædificiis, quæ extra muros urbis a foro piscario sita sunt in littore maris. Eodem tempore pestis etiam in urbe grassabatur, utrumque Dei contigit nutu, anno 946 (Chr. 1540).

Secundum hæc rursum magna cum classe missus fuit Chairadines, ut arcem Novam, quam Christiani occupaverant, recuperaret : imperatumque Sangiacis omnibus ejus provinciæ, ut universis suis cum copiis, et apparatu bellico, ad eam se conferrent obsidionem. Ubi classis appulisset, e navibus in terram expositæ fuere machinæ tormentariæ, propinsque militari more deductæ ad castelli muros, et tam diu displosæ, donec mœniorum pars disjecta corrueret, ac per ipsas ruinas miles ad expugnandam arcem immitteretur. Erant in præsidio castelli milites Christiani virtutis eximiæ, qui tam fortiter hosti resistebant, ut ab utraque parte plurimi caderent. Ad extremum tamen animorum ardore remisso, succubuerunt ; et occisis propemodum universis, captisque superstitibus, evasit nemo. Nova recepta, quidquid erat inter captivos ætatis vegetæ, damnatum fuit ad triremes. Itidem reperta in arce mancipia Turcica, vindicata sunt in libertatem. His rebus gestis, et arcis mœnibus, qua diruta fuerant, refectis, Chairadines illinc cum classe digressus, aliquot navigia mercibus onusta Christianis ademit, et oppidulis quibusdam maritimis flammis ac ferro coactis, ut incolumitatem suam pecunia redimerent, Constantinopolim rediit, anno 946 (Chr. 1540).

Sultanus autem Soleimanes die secundo mensis Schabanis Constantinopoli profectus, Hadrianopolim accessit, et ibidem hibernum tempus exegit : quo durante, exortum incendium in saraio novo, quo conclusæ sultani uxores, liberi, puellæ virgines habitare solent, totum illud ædificium cum magni pretii rebus exussit. Rursus tamen haud magno temporis spatio splendidius est instauratum, quam fuerat prius. Inde Soleimanes Constantinopolim die septimo mensis Silchizis reversus, ibidem ad aliquod tempus hæsit, anno 947 (Chr. 1541).

Exposuimus supra Soleimanem complura per Ungariam oppida, cum ipsa regni metropoli Buda cepisse : motumque singulari quadam gratia, Banum Erdelii creasse regem Ungariæ : cum ad aliquot annos ille regno plena cum potestate præfuisset, filium moriens reliquit hæredem, qui per ætatem administrandæ reipublicæ non erat idoneus : eaque de causa mater pueri gubernationem ad se transtulit. Hoc permoleste ferens, quidam ex proceribus Ungaris, Petrus Perenius, suis ad eam missis hominibus, hæc significari jussit : esse ipsam feminei sexus, et institutis majorum minime permitti, ut in Ungaria mulier regia cum potestate sit. Quamobrem metropolim regni Budam Perenio dederet. Nisi faceret, venturum cum exercitu, et urbem vi occupaturum. Mulier legatis respondit, urbem Budam non suam esse, sed sultani Osmanidæ : a quo si Perenius eam repeteret, ac impetraret, omnino se deditionem facturam. Ubi Perenius hoc ab ea responsum tulisset, cum Banis et proceribus cæteris in colloquium veniens, summo dedecori universis dominatum illum muliebrem esse dixit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Proceres hominis oratione permoti libenter in eam sententiam pedibus ibant, ut removendam ab administratione feminam statuerent : nec ipsis adversantibus episcopis, qui dicerent hoc modo rem Ungaram in posterum melius habituram. Itaque proceres mutuo inter se fœdere devincti, magnas coegere copias, et insigni cum apparatu bellicorum tormentorum ad Budam accesserunt. Ea re conspecta, repente mulier exignam militum manum colligit, et hoc urbem præsidio munit : cum Soleimanem quoque de rebus omnibus certiorem fecisset. Is ad hujusce motus famam, confestim Muchemetem bassam cum parte genizarorum, et copiis Romaniæ præmisit, ipse die vicesimo quinto mensis Seferis Constantinopoli digressus, Budam versus cum Portæ comitatu, et reliquis genizaris, Muchemetem bassam continuo secutus est. Urgebat interim Perenius urbis obsidionem, sed ea potiri non potuit. Ubi Muchemetes exercitum propius ad urbem duxisset, magnopere Soleimanis adventum desiderabat. Quippe tam numerosæ Christianorum erant copiæ, magnam ut Muchemeti 349 formidinem incuterent. Quin etiam spreto ipsius adventu, ne latum quidem unguem e castris cessere, sed mœnia tormentis concutere, atque ipsam urbem oppugnare perrexerunt. Ea vero cum in Ungarorum potestatem jamjam ventura esset, in tempore Soleimanes suo cum comitatu, et Genizaris et exercitu Anatoliæ profectionem ita maturavit, ut itinere bidui duntaxat a Muchemetis et hostium castris abesset. Id ubi Perenius rescivit, commodam nactus occasionem, furtim e castris se proripuit, et aufugit. Non enim futurum putarat, ut ipse sultanus ad solvendam urbis obsidionem veniret. Milites Ungari, cognita Perenii clandestina discessione, suos et ipsi deseruerunt ordines, seque mox ad ineundam fugam pararunt. Id conspicata mulier ea, quam diximus, ex urbis sublimiore loco, misso nuntio Muchemetem bassam increpuit, cur hoste fugiente quiesceret. Muchemetes, qui Romaniæ tum beglerbegus erat, his auditis, mox in Christianos suum promovit exercitum. Quod illi fieri videntes, hostisque conatui leviter admodum repugnantes, in fugam sese conjecere. Quidam, naves ingressi, evaserunt : alii semet in Danubium præcipitantes, aquis obruti periere, cæteris aut cæsis, aut captis. Ipso conflictus momento Soleimanes etiam cum suis advenit. Direptis Christianorum castris, machinas bellicas, et pertinentem ad eas apparatum, in urbem convehi jussit. Hinc Budæ beglerbegum sive bassam constituit, et milites ibidem Turcicos in præsidio collocavit : assignata mulieri, ejusque filio, Erdelii regione, quam pueri pater antiquo jure majorum possederat : atque illuc matrem, cum filio, mox ablegavit. Inde, qua venerat via, regressus Soleimanes, die mensis Schabanis octavo Constantinopolim rediit, anno 948 (Chr. 1542).

Illic dum hæret, filiis duobus, sultano Muchemeti, et sultano Selimi ditiones attribuit : illi Mamissam, huic Caramaniam. Factum hoc anno 949 (Chr. 1543).

Soleimanes satis sibi diu Constantinopoli substitisse visus, ad aliam se paravit expeditionem, denuo invasurus Ungariam. Itaque Constantinopoli discedens, Hadrianopolim in hiberna se contulit. Inde magno cum apparatu, et universis copiis, profectus est die mensis Mucherenis octavo. In Ungariam cum pervenisset, arces Petri Perenii primum adortus, Valpoum machinis et militibus admotis, expugnavit et cepit. Inde Pestum aggressus, itidem occupavit. Pesto discedens, ulterius perrexit, et Strigonium obsedit; ubi licet præsidiarii milites egregie se defenderent, tandem tamen Soleimanes eo potitus est. Hinc exercitum ad Albam regalem adduxit, qua in urbe reges Ungarorum sepeliri consueverant. Huic cum militem Soleimanes admovisset, præsidiariis urbem strenue propugnantibus, ingens utrinque cædes edita fuit : sed nihilominus ad extremum Soleimanis in potestatem venit. Is vero postea, quam occupatis civitatibus, arcibus, oppidis, præsidia Genizarorum et aliorum militum, imposuisset : itinere converso rediit Constantinopolim, et die 17 mensis Schabanis urbem ingressus est, anno 950 (Christ. 1544).

Postridie quam advenisset, allatum fuit Constantinopolim cadaver filii, sultani Muchemetis : quod peractis exsequiis haud procul ab antiquo domicilio genizarorum, monumento fuit illatum. Mortem filii Soleimanes pater acerbe luxit. Ideoque magnam ciborum copiam coqui curavit, et epulum funebre quibusvis, tam pauperibus, quam opulentis, animæ filii causa, præbuit. Multa quoque mancipia sexus utriusque, suo redempta pretio, libertate donavit. Præterea monumentum filio magnificum exstruxit. Acciderunt hæc anno 950 (Chr. 1544).

Soleimanes secundum illa Constantinopoli tempus ad aliquod mansit, nec rei quidquam memorabilis est molitus. Interea mortuus est die quinto mensis Zemasiellulæ vir rerum strenuæ gestarum gloria clarissimus, Chairadines bassa : sepultus in loco, qui Besictas appellatur. Contigit hoc anno 953 (Chr. 1547).

Hinc arma Soleimanes iterum expediit, in Parthiam ducturus exercitum ; quod quidem bellum hanc causam habuit. Erat scacho Techmasi frater, cui nomen Ercases Imirsa, Sirvanæ supremo cum imperio princeps. Hic certas ob causas ab amicitia fratris, scachi Techmasis, discedens; ut ægre faceret fratri, ad sultanum Soleimanem profugit, ejusque se fidei permisit. Hoc autem iter sic instituit, ut per regionem Circassorum longis ambagibus Cofen peteret, unde Constantinopolim appulit. Perquam gratus sultano Soleimani principis hujus adventus accidit. Ideoque magno cum honore exceptum, muneribus donavit amplissimis. Quin etiam ipsius causa numerosis, vel omnibus potius

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

copiis suis coactis, insigni cum apparatu die 19 mensis Seferis, anno 955 (Chr. 1549), Constantinopoli digressus, in Anatoliam transmisit, rectaque Parthiam versus duxit. Postea quam ingressus fuisset hosticum, tam arcem, quam civitatem Wanum Wastani obsedit. Parum hosti civitas resistere potuit, in quam ab omni parte pateret aditus; sed arce non nisi magno labore Soleimanes potitus est, quod idoneo Parthicorum militum præsidio defenderetur. Ubi Wanum arcem Soleimanes expugnasset, sparsus per omnem regionem miles sultanicus, eam rapinis et ferro vastavit. Nusquam Scachus Techmases reperiri, nusquam 350 conspici potuit, nusquam hosti se opposuit. Ercases vero laborem nullum recusans, dum hinc inde cum suis excurreret, quoscunque thesauros adipisci potuit, Soleimani misit. Tandem tamen Osmanicos proceres, ac duces militares, magnopere belli tam diuturni, parumque fructuosi, tædere cœpit. Ideoque dolum excogitantes, ut vindictam de auctore belli Ercase sumerent, variis eum mendaciis apud Soleimanem delatum onerarunt. Summa rei hæc erat, quod leporem dimittendum, canem vero capiendum suadebant. Cum Ercases Imirsa conspirationem ipsorum animadverteret, atque etiam perspiceret eos vitæ suæ insidiari, vehementer animo perturbatus, in arcem cujusdam Curdistanii principis, præ formidine se recepit; tametsi ne quidem illic vitare calamitatem imminentem potuit. Quippe Curdistanius ille princeps Imirsam captum fratri Scacho Techmasi misit, qui deinceps eum custodiæ mancipatum in carcere detinuit. Expeditio Soleimanis annum duravit integrum, cum novem mensibus. Atque his rebus gestis, Constantinopolim Soleimanes primo die mensis Silchizis, anno Mahumetano 956 (Chr. 1550), reversus est.

---

351 SUPPLEMENTUM

ANNALIUM

QUO RES TURCICÆ CONTINUANTUR, AD ANNUM MAHUMETANUM DCCCCXCVI. QUI CHRISTIANUS EST CIↃ IↃ LXXXVIII.

Ex Joannis Leunclavii Adversariis.

Anno Mahumetano 956 (Chr. 1550) incunte vere, Dragutes Raisus, pirata celebris, oppidum Barbariæ (sic Aphricam maritimam hodie vocamus, appellatione Romanis etiam historiis non ignota) quod Mahadian Mauri dicunt, Aphricam nostri, veteres Aphrodisium, solerter occupavit, ac præsidio munivit. Quo cognito, Karuli Augusti classis imperator, Andreas Doria, mature cavendum ratus, ne quid ex eo loco barbarus detrimenti reipublicæ, ac præsertim Neapolitanis et Hispanicis littoribus daret: cum classe militeque profectus in Aphricam, Monasterium oppidum, Aphrodisio proximum, expugnat; cæsis ex hostium præsidio 300, abductis 1200 mancipiis. Inde conjunctis cum Ferdinando Gonzaga pro rege Siciliæ copiis, Aphrodisium obsidet: quod mense tertio tandem in potestatem venit. Cæsi ex barbaris plurimi, capta capitum ad 7600. Vehementer hoc sultani Soleimanis animum pupugit, cui se non ita pridem, operamque suam Dragutes addixerat. Cæsaris vero Karuli jussu funditus Aphrodisium fuit eversum.

Anno sequenti proximo sultanus Soleimanes classem instruxit, eique Sinanem bassam præfecit, adjunctis huic Dragute, Salaque Raisis: qui cum arcem Melitensem frustra tentassent, transjectis in Aphricam copiis, Tripolim, arcem et oppidum ditionis equitum Melitensium, eorumque præsidio munitam, obsidione tentarunt; ac fraude Dragutis et Salæ, præfecti Gasparis Vallerii Galli credulitate Argosini Hispani formidine, proditione denique cujusdam ex ea parte provinciæ Narbonensis oriundi, quæ Romano pontifici sub Avenionensi ditione paret, in potestatem redegerunt. Collata tamen præcipue culpa fuit amissæ munitionis hujus, ab ipso equitum Melitensium magno magistro, ejusque collegio, atque aliis, in Aramontanum Galliæ regis Henrici legatum: qui Soleimanis ut arma concitaret in Karulum Augustum, Constantinopolim missus, huc appulerat; et sub prætextu conficiundæ pacis, obsidionisque solvendæ, Melitensibus fraudi fuisse perhibetur. Occupata fuit Tripolis die 15 mensis Augusti, anno Mahumetano 957 (Chr. 1551), cui sultanus Soleimanes Dragutem cum imperio Sangiaci begi præfecit. Is deinceps infestus Carvennæ regi, cujus ditio 300 milliaribus Italicis a Tripoli distat, ob denegatam opem obsesso Aphrodisio, majori parte ditionis eum exuit: aliaque gessit, de quibus suo loco dicetur.

Superioribus annis (Chr. 1548, 1549, 1550) Ferdinandus Cæsar, Ungariæ, Bohemiæque rex, post obi-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tum Perenil, Agriam, Ungariæ municipium, quod Erlam vulgo vocant, sui juris fecerat: et Illustrissimi Comitis Salmensis Nicolai opera Zabragium, Levam, Zythnam, Muranum expugnarat. Nec multo post, ejusdem regis mandato, Zolnoccum **352** Turcis Agriensis eripuerant. Has ob causas irritatus Soleimanes, Temesuarum per suos obsedit, et deditione cepit, interfecto per scelus violatæ fidei Stephano Losoncio, illius loci propugnatore; Lipam, Solimosum, Chianadiam, cum aliis castellis occupavit; Erasmum Teifelum, Ferdinandi ducem, cum Sfortia Palavicino, et Augustino Sbardellato, Vaciensi præsule ad Palastum, Alis bassæ Budensis ductu, cecidit: eaque potitus victoria, Dregeltum arcem, Giarmatum, Zezenum, aliaque loca vicina sub jugum misit. Tam prospero rerum successu elatus Alis bassa Budensis, quem Caram, sive Nigrum Alim vocabant, adjuncto sibi Achmete Romaniæ beglerbego, et Casanæ, aliisque pluribus begis, Zolnoccum adoritur: eoque, præsidiariis die 4 Septembris ultro cedentibus, ut Agriam, quæ momenti majoris erat, adversus hostem defenderent, potitur. Inde promotis ad Agriam castris, summo quidem illam impetu aggrediuntur, et oppugnant, sed irrito conatu, et magno cum bassarum dedecore: quod feliciter a Stephanis Dobone Ruscano, Mezik io, Zoltaio, Gregorio Diaco, Joanne Figedæo, atque aliis fortibus viris defenderetur. Gesta fuerunt hæc anno Mahumetano 958 (Chr. 1552).

Dictum paulo ante, Galliæ regem Henricum, misso legato, sultanum Soleimanem adversus Karulum Augustum, ex lege mutui fœderis, cujus auctor Franciscus pater exstiterat, incitasse. Permotus ab Aramontano Soleimanes, qui ad Persicos fines postulatis ejus adnuit, mox classem expediri jubet, quæ Gallicis juncta copiis, Karuli ditiones maritimas infestaret. Quod quidem ex voto præstitum a fidis sociis, gravissimaque Neapolitanis et Siculis littoribus illata damna. Corsica quoque, Genuensium insula, capta fuit; et incolæ cum præsidiariis partim cæsi, partim crudeliter habiti; quod quidem accidit anno 959 (Chr. 1552). Nec restituta Genuensibus Corsica prius fuit, quam pax inter Philippum et Henricum, Hispaniæ Galliæque reges, anno post sexto coivisset. Quippe non multo post confectam hanc pacem, infeliciter exstincto patre, Franciscus II, Henrici II F. ex pacis eam legibus reipublicæ Genuensi reddidit.

Erat sultano Soleimani filius Mustaphas, natu maximus, ex muliercula Circassa, servilis conditionis: cui pater initio Magnesiam, inde Amasianam provinciam dederat, ubi cum matre degeret: denique Carahemidam Mesopotamiæ, Persicos ad fines sitam, assignarat. Erant eidem et alii liberi, quos ex femina formæ (veluti quidem perhibetur) liberalis, natione Rossa, sive Roxolana, sustulerat mares quatuor, Muchemetes, Selimes, Bajazites, et Ziangir: unica femella Chameria, quam alii Camenam vocant, Rustemis veziris uxor. Hæc Rossa, cum præter Osmanidarum morem Soleimani legitime nupsisset, de filiorum in imperio successione sollicita, Rustemis generi criminationibus, et veneficiis quibusdam, ab Hebræa striga subministratis, fascinatum sultani animum, a Mustapha prorsus abalienarat. Fuerant et bassæ cujusdam patri exhibitæ litteræ, quibus ad Rustemem scriptis continebatur, de matrimonio inter Mustapham, et filiam scachi Persarum Techmasis, quocum Soleimani pluribus ab annis bellum erat, tractari. Mirifice suspiciosum, ex aliis quoque delationibus, animum patris ea res perturbare: quod vereretur, ne Mustaphas Techmasis adjutus auxiliis, imperio patrem excuteret. Itaque missus fuit anno 958 (Chr. 1552 et 1553) cum exercitu Rustemes vezir azemes, sub prætextu quidem belli Parthis inferendi, sed reapse cum secretis sultani mandatis, ut quocunque modo Mustapham e medio tolleret. Rustemes in Asiam profectus, Soleimanem trepide certiorem facit, per calumniam tamen, in magno rem versari discrimine: genizaros, cæterosque milites ita Mustaphæ studere, de patris ut actum imperio videatur. Nullum aliud superesse remedium, quam ut ipsemet in Syriam advolaret. Territus hoc nuntio Soleimanes, subito Chalepum cum exercitu properat, quasi Parthis bellum facturus esset. Arcessitur per litteras filius, uti Chalepum ad patrem sine mora se conferret. Mustaphas, licet de paternis insidiis inaudisset, monitusque secreto fuisset ab Achmete bassa, salutis ut suæ rationem haberet: innocentia tamen sua fretus, patris imperio paret. In castra cum venisset, ad tentorium paternum recta pergit: ubi patre mutis aliquot robustis, quos sultani Osmanigæ, veluti hic etiam Murates III, in deliciis habere solent, minaciter innuente, prosternitur, injectoque nervo strangulatur. Inde Ziangir, qui gibbosus erat, minimusque natu Soleimanis filius, a patre quasi per ludum ac jocum, Mustaphæ fratri, quem necatum ignorabat, obviam prodire jubetur. Is ubi propius ad fraternum cadaver accessisset, quamvis consternato mox interempti fratris equi, mancipia, tentoria, thesauri, ornamenta cætera, cum Amasiana provincia, mandato patris offerrentur, tamen his omnibus spretis, et exprobrato patri verbis acerbissimis tam impio diroque facinore, statim suis manibus in viscera pugionem adigit, et cadaveri fratris incumbens, exspirat. Nec multo post, ejusdem Rossæ malis artibus etiam unico Mustaphæ filio Murati, qui Prusæ apud matrem educabatur, opera Ibrahimis eunuchi bassæ injecto nervo guttur eliditur, ipsius avi jussu: cum ei periculum, **353** quod a nepote posset imminere, cujus patrem genizari tantopere coluissent, nunquam illa furia desineret ob oculos ponere. Contigerunt hæc anno 959 (Chr. 1553).

Post solutam anno superiore, magno cum detrimento et ignominia Turcorum, obsidionem Agriæ, nunc tandem Constantinopolim a Ferdinando rege legati mittuntur, Antonius Verantius, episcopus

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Agriensis, et Franciscus Z is, Cassoviensis in Ungaria superiore præfectus : qui de pace cum sultano constituenda dum laborant, totum Constantinopoli biennium hærent.

De Galliæ regis, et Soleimanis fœdere diximus, cui sultanus ut satisfaceret, aliquot annis hisce classem ablegavit ad infestandum mare Tuscum. Ea prius, quam longius nunc progrederetur, et cum Gallorum se classe conjungeret : Marinianus Marchio, Karulini præfectus exercitus, portum Herculis, quem Galli tenebant, invadit, arcemque, præsidiariis obtruncatis, occupat. Secundum hæc Turci Plumbinum obsidione cingunt, et non sine clade rejecti, Elbam insulam, conatu itidem irrito, tentant. Acciderunt hæc anno 961 (Chr. 1555).

Eodem anno, dum missi de pace legati necdum rediissent, bassa Budensis, qui Tuigon, nomine cum ciconia communi, vocabatur, Capos Vhivarum, præsidiariis ad deditionem compulsis, cepit. Eidem et Baboza, necdum aliquid ab hoste perpessa gravius, fide militari deserta, se dedidit. Consimilem de Zigeto sibi successum pollicebatur, sed cum fortiter in hostem præsidiarii se gererent, suique monerent, ne temere tentatam obsidionem solvere coactus, sultanum offenderet, ab instituto discessit. Hæc per autumnum illius anni, quem diximus, apud Ungaros fuere gesta.

Proximo sequentis anni 962 (Chr. 1556) vere, Soleimanes Alim bassam cum copiis in Ungariam misit, qui Zigetum obsidione premeret, ac in potestatem redigeret. Nihil non ille fecit, ut voti compos fieret, ad tertium usque mensem continuata oppugnatione : sed Christianis omnem vim hostilem, magna cum strage Turcorum, intrepide repellentibus, infecta re militem cum machinis bellicis inglorius abduxit. Turci prius, quam Zigeti obsidione soluta se reciperent, Babozam, sanctum Martinum, Geresgalum, Sallium, S. Laurentium, et Calamanciam, partim flammis injectis absumpsere, partim solo æquarunt.

Secundum hæc, anno 964 (Chr. 1558 et 1559), Selimes Bajazitesque fratres, Soleimanis FF. superstite patre, inter se de imperio successioneque dimicarunt, victusque Bajazites e Caramania cum 20,000 armatorum, et quatuor filiis, ad scachum Persicum Techmasem profugit. Veritus autem pater Soleimanes, qui Selimis partes foverat, ne Techmasis auxilio vel filius, vel exstincto filio nepotes, res novas molirentur : magnis pollicitationibus impetravit a Techmase, mortis ut genere genti Osmanidarum familiari de medio tollerentur. Ne qua tamen fraus interveniret, missus fuit ad interiorem Persæ regiam Casminum Soleimanis Zeschuiger (sic prægustatorem Turci vocant), cui Bajazites cum filiis notus erat. Hoc præsente patre cum filiis, adhibito nervo, suffocatus fuit, et ab eodem necatorum cadavera Sebastiam deportata, proque more monumentis illata. Fariunt vero plerique omnes Bajazitem hunc Selime natu majorem, quod equidem non recte fieri puto. Nam in circumcisione filiorum Soleimanis, videlicet Mustaphæ, Muchemetis (qui multis ante patrem annis diem suum obierunt) et Selimis, nulla Bajazitis hujus in Turcicis mentio : quæ quidem circumcisio celebrata fuit anno Mahumetano 938 [1552]. Præterea cum Soleimanes anno 949 [1543], Magnesiam Muchemeti, Caramaniam Selimi traderet, nulla rursum Bajazitis mentio. De quo sane liquet, Bajazitem hunc Selime natu minorem fuisse.

Ante non multos annos Tripolim Aphricæ Melitensibus ereptam fuisse diximus, et a Soleimane sangiacatum Tripolitanum Dragúti concessum, cujus opera potissimum in potestatem venerat. Is suis finibus haud contentus, non modo Carvennæ regem Maurum, cujus supra meminimus, majore principatus sui parte spoliavit : verum etiam progressus ulterius, corruptis Maurorum animis, qui Gerbensem insulam incolebant, olim (ut opinio multorum est) a Lotophagis tantopere celebratis inhabitatam, eo rem astu gerere potuit, ut scechs sive regulus insulæ Soleimanes, sub amicitiæ prætextu Tripolim deduceretur : ubi dum hæreret imprudens, interveniente proditione Dragutes insulam occupavit. Neque multis elapsis diebus Soleimanem scechem suspendio necavit, et alteri sechi, sex aureorum millia tributi annui nomine pollicito, per traditionem vexilli viridis, insulæ dominium permisit. Erat in omnem intentus occasionem magnus magister Melitensis, ut Tripolis aliquandiu recuperaretur. Itaque facta inter Hispanum Gallumque pace, quod Hispani regis auxilio voti se compotem fore speraret, cujus plurimum interesset, mature nidos illos piratarum, Turcis ejectis, in potestatem redigi : multis duci Medinæ Celi rationibus ostendit, posse non magno negotio Tripolim expugnari, præsidium in eo quingentorum duntaxat Turcorum esse ! Carvennæ quoque regem, Draguti ac Turcis infestissimum, ad jungendam armorum societatem haud difficulter accessurum ; cujus opera tanto 354 futura sit eis utilior atque fidelior, quanto gravius ille suam sibi regionem ereptam doleat, et certius sibi polliceri possit, futurum, ut Tripoli Turcis extorta, suam et ipse ditionem recipiat. Hispanus hisce propemodum certæ victoriæ permotus argumentis, classem instrui, militeque compleri jubet, ac summæ rerum cum imperio Medinensem præficit. Feliciter successura videbantur omnia, si mature Tripolim cum milite classis appulisset. Sed profectione varias ob causas, et præsertim ventis ac tempestatibus adversis, impedita, Dragutes, intellecto Christianorum instituto, præsidium Tripolitanum duobus auxit Turcorum millibus. Itaque Christiani spe, in hoc quidem tempore, Tripolis expugnandæ dejecti, Gerbensem, quam diximus, insulam recta petunt, nec magno negotio scechem Maurorum adigunt, ut tradito castello.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

deinceps Hispano se regi pariturum, et quotannis tot aureorum millia tributi nomine soluturum, quot Turcis pendere consuevisset, datis subsignatisque syngraphis, stipularetur. Mox inutilis et ruinosi castelli loco arx magnæ capacitatis exstructa, et opinione multorum inexpugnabilis, si plene perfici, rebusque necessariis ex usu muniri potuisset. Arci nomen inditum, ut Philippalcazer, in honorem memoriamque regis Hispani, diceretur. Monitus interim a Dragute de Christianorum conatu, ac progressibus, sultanus Soleimanes, summa celeritate classem parari, multisque millibus genizarorum, spachiorum, aliorumque militum compleri et expediri mandat. Rei summæ Pialim bassam cum potestate præficit, classis ducendæ curam Mustaphæ, quem Caram, sive Nigrum appellabant, committit. Ejus rei nuntio diversis ex locis accepto, mox Joan. Andreas Doria, magnæ vir ob singularem rei militaris ac navalis usum auctoritatis, cum aliis quibusdam monere, hortari, urgere Medinensem, ut idoneo novæ arci præsidio imposito, cum classe, reliquisque copiis, prius inde discederetur, quam Turci, rebus ab omnibus instructi, multitudine superiores, ac recentes advenissent; ipsosque nec numero pares, et viribus exhaustos, vel invitos ad dimicandum cogerent, vel pugnam detrectantes ad extremas rerum difficultates adigerent. Sed nihil apud pertinacem, et ab aliis præceptum Medinensis animum recte valuere consilia. Nimirum amplissimæ classi fatalis quidam imminebat interitus. Id vel ex eo licebat conjicere, quod expeditionis initio, vix magna cum difficultate trium et medii mensis spatio vicinam Italiæ Siciliæque Barbariam (sic Aphricam maritimam vocari, supra docuimus) attingere nostri potuerunt: cum Turcica classis adeo secundis usa sit ventis, ut postea quam Constantinopoli solvisset, intra diem vicesimum ad Christianam profecta fuerit. Utque Turci tanto felicius animis destinata perficerent, sub mediam noctem ventus Christianis adversus esse cœpit, Turcis propitius: quo nimirum prima Christianos aurora nec opinantes opprimerent. Hinc miserabilis illa clades secuta, qua vel ab hostibus occisi, vel aquis absorpti, vel in servitutem abducti fuere, vel alioqui variis perire casibus decies et octies mille Christiani. Triremes amissæ sunt 27, naves onerariæ 14. Dux Medinensis, arrepta fuga, cum Joan. Andrea Doria Meliten evasit. Gasto, Medinensis filius, in potestatem hostium venit: qui arce occupata, tamque splendida potiti victoria, sub medium mensem Augustum discessere, cursu versus Aulonem Albaniæ directo. Contigerunt hæc anno Mahumetano 966 (Chr. 1560).

Eodem anno Turci Filecum in Ungaria superiore, locum satis munitum, ceperunt. Ibi Sangiacum Soleimanes constituit, qui Budensi Bassæ subjectus esset. Neque multo post inducias Ferdinandus Augustus et Soleimanes pepigere, quæ utrique parti gratæ durarunt quandiu Ferdinandus superstes fuit.

Anno 967 (Chr. 1561) Jacobus quidam natione Græcus, qui et Heraclidis, et Basilici cognomen usurpans, ab antiquis Valachiæ regulis genus suum repetebat, seque insularum in Ægæo, Sami despotam, Pari marchettium sive marchionem vocabat, apud quosdam Poloniæ proceres, quibus innotuerat, tantum efficere potuit: uti complurium corrogatis auxiliis, inter quos principes erant, Albertus Lascus, Philippovius, Lassocius, in Moldaviam armata manu deduceretur. Erat tum ejus regionis princeps, cum titulo despotæ, Alexander, ob inauditam quamdam immanitatem erga suos infamis. Hunc numeroso instructum exercitu, Lascus longe copiis impar, fundit, fugat, Moldaviæ regno pellit, totamque ditionem, armis domitam, Jacobo possidendam tradit. Victus prælio fuit tyrannus Alexander die 18 Novembris. Jacobus Moldaviæ despota factus, profusis apud portam largitionibus a sultano Soleimane impetravit, ut in occupato principatu pro more confirmaretur.

Anno 969 (Chr. 1563) Jacobus despota suis a Valachis, hominibus improbis, fraude circumventus, ut elabi non posset, die 5 Novembris occiditur. Hoc memorabile, quod moriendum sibi videns, nullum abjecti animi signum dedit: sed indutus amictu regio, vultu intrepido, oratione libera, bene, recteque gestam ab se rempublicam, multaque singularia beneficia Valachis suis exprobravit, Deum precatus vindicem, uti perfidiam et ingratitudinem barbaræ gentis ulciscereturur. Equidem adolescens hominem vidi et novi prius, quam in Poloniam **355** proficisceretur. Vultu præditus erat liberali, statura non magna, robusto tamen, nervosoque corpore, capillo nigro, lingua diserta. Rebus in omnibus quamdam præ se ferebat dignitatem. Norat sane quam eleganter Græce, Latinè, Italice, Gallice. Commemorari et alia de hoc possent, quibus supersedendum, quod hujus non sunt loci. Quod autem in primis huc pertinet, quando nulli sunt in orbe barbari Valachis inconstantiores erga dominos suos, quos frequenter et temere mutant: libet hic subjicere, quam multos paucis annis Jacobus hic despota successores habuerit. Quippe statim ab ejus interitu, vocatus a Valachis Dux Demetrius Visnovecius, Soleimani Constantinopolim vinctus ad certam necem mittitur. Ejus loco Thomsa princeps a factiosis salutatur. Is cum perexiguo tempore rem Valacham administrasset, ab Alexandro jam reverso expellitur, et in Rossiam profugus, Sigismundi Augusti Poloniæ regis jussu, ad Podoliæ Leontopolim capite plectitur. Alexandro reduci, postquam rebus humanis exemptus fuisset, successit filius Bogdanus: Bogdano Ivonia, qui se Stephani quondam Vaivodæ filium ex concubina perhibebat. Ivonia (sic Joannem ipsi vocant) cum iniqua petentibus

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Turcis denegasset, adjunctoque sibi non magno Polonorum equitum militumque numero, nec contemnendis suorum coactis copiis, nimis gr ve barbarorum jugum excutere conaretur, a fidelissimis sibi creditis proditus, qui missi fuerant, ut a transjectione Danubii Turcos arcerent, indignam magnanimitate sua mortem oppetiit. Ei Petrus, alterius Valachiæ principis frater, faventibus Turcis suffectus fuit. Sed enim de his, hoc quidem in loco, satis : quando ad insequentes annos pertinent. Nunc ad Annalium seriem redeamus.

Anno 970 (Chr. 1564), mense Septembri, duce Carzia Toletano feliciter occupata fuit arx in ora maritimæ Aphricæ sive Barbariæ sita, quam vocant Pignonem sive rupem Velezi, quod oppidi nomen est, in continente siti, a qua rupes arcis disjuncta, undique aquis cingitur. Turcicis capiratis, Hispanum pelagus infestantibus, securum hactenus receptum præbuerat : quod esset in præruptis posita scopulis, et undique (ceu dictum) mari circumfluo munita.

Sub exitum ejusdem anni, mortuo prius Ferdinando Augusto, die 25 Julii, filioque Maximiliano vix imperium auspicato, Joannes Sigismundus princeps Transsilvaniæ, vel (ut Turci vocant) Erdelii begus, infelix sultani Soleimanis successione paterna cliens, fretus viribus patroni tam potentis qui tamen suum, non clientis commodum captabat, et perduellium quorumdam procerum, inque primis Georgii Bebeci noxiis reipublicæ Christianæ consiliis incitatus, Zatmarum, non exigui momenti munitionem, ejecto Melchiore Balassa, præfecto Cæsaris, ac thesauris ejus, conjuge, liberisque captis, suam in potestatem redegit. Quæ res cum Maximiliano Augusto nequaquam in ipso regni exordio ferenda videretur, cum alios bello gerendo duces idoneos arcessivit, tum Lazaro Suendio, Baroni Altæ Landispergæ, rebus magnis solerter et præclare gestis ad omnem posteritatis memoriam illustri viro, summam belli administrandi, amplissima cum potestate, commisit. Sub eo, præter Ungaros, feliciter hoc bello Germani aliquot nobilissimi tribuni militarunt : equitum, Joannes Ruberus a Pixendorfo, Joannes ab Ascemburgo, Jacobus a Schulemburgo, Henricus a Gleizentala; peditum vero, Joannes Wernherus a Raitenau, Rudolfus a Salis, aliique complures. Suendius absque mora non exiguas equitum peditumque Germanorum copias in agrum qui a Gepidis, antiqua natione Germanica, Cepisiensis hodieque dicitur, eduxit.

Anni sequentis (Chr. 1565) initio, media bruma, Tocaium Suendius celeritate admirabili expugnat : quo capto neque multo post ictu sclopeti occiso Francisco Nemethio præfecto, arx etiam a præsidiariis dedita fuit. Ii suis cum gladiis duntaxat ex pacto dimissi, cæteris armis ac rebus in arce relictis. Viduæ Nemethii mundus tantummodo muliebris concessus. Quæ licet deinde mariti suosque non exigui pretii thesauros aveheret, reclamantibus Ungaris, Andrea Batorio, Melchiore Balassa, Gabriele Perenio, contraque legem deditionis id fieri causantibus : Suendii tamen auctoritate, qui vel cum aliqua jactura fidem datam religiose servandam diceret, quominus iis spoliaretur, obtinuit. Inde Zerenzium in potestatem venit, Erdeliique begus de Zatmari defensione desperans, incensam munitionem hosti reliquit invitus : quam Suendius, ob naturalem situs commoditatem, mox instauravit. Hinc transmisso Tibisco, Erdeuda, Cuvara, Bator, Vibania, Senderevia (quod a S. Andrea deductum nomen est), prospero victoriæ Suendianæ cursu, Maximiliani Cæsaris imperium acceperunt. Tam denique felices hi successus erant, ut opem implorante bego Erdelii, sultanus Soleimanes non succurrere duntaxat ei totis viribus, verum ipsius etiam huic in Ungariam expeditioni præesse decreverit. Sed existimabatur ab hoc instituto suorum consiliis retrahi, qui suadebant, ut ingenti expedita classe Meliten invaderet, et fractis equitum Melitensium viribus insulam occuparet. Quod quidem ut faceret, in primis Chasanes Cesairis prosultanus, Chairadinis Barbarossæ filius, et Dragutes Sangiacus Tripolitanus, urgebant. Itaque hanc in sententiam animo propendens, ut interim vafro commento **356** Maximilianum partim gravi sumptu belli exhauriret, instinctu Erdeliani, partim inhiberet, quominus ulterius progrederetur : apostatam Cibinensem ablegat, qui eum ad pacem cum Erdeliano colendam exhortaretur. Venit et Viennam cum Erdeliani mandatis eodem tempore Georgius Batorius, et Sigismundi Augusti, Poloniæ regis, qui Erdeliani avunculus erat, legatus, ut de componendo bello cum Maximiliano agerent. Verum hæc, uti diximus, astute gerebantur a Turcis, ut a cursu victoriæ Cæsar, cui rebus omnibus inferior erat Erdelianus, avocaretur, et Soleimanes interim vires suas in Melitenses posset convertere.

Rhodum his insulam sub initium regni, cum omnibus in Ægæo, et Asia, Græciaque castellis, arcibus ac territoriis; nec multis ante hoc tempus annis, Tripolim Aphricæ, sicuti narratum a nobis est, ademerat. Quibus injuriis eos affecisse non contentus, etiam prorsus exstirpatos volebat : quod et mercimonia suorum impedirent, et gravia sæpe detrimenta navibus Turcicis inferrent. Accedebat altius animi vulnus, quod hactenus a Melitensi Christianorum propugnaculo quoddam libidini suæ repagulum objici doleret, quominus in Hispaniarum et Italiæ viscera jamdudum grassaretur. Hos igitur uti bello persequeretur et opprimeret, classem instruxit, quæ triremibus, onerariis, aliisque diversis navigiis 250 constabat. Vehebantur hac classe bello idoneorum militum ad 40 millia. Terrestribus copiis Mustaphas, qui deinceps bello Cyprio ex immani crudelitate magis inclaruit, classi Pialis bassa cum imperio præerat : quibus Soleimanes Dragutem prosultanum Tripolis adesse voluit, hominem rebus terra marique gerendis experientem, qui lethaliter hoc bello vulne-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ratus, cum jactura suorum et commodo nostro interiit : fuitque suffectus a Mustapha in ejus locum, ut Tripoli præesset. Alis ille Calaber, quem etiam nunc ignominioso Turcis nomine nostri vocant, Vluzalim, hoc est, Alim apostatam : cum a Turcis bassa capitaneus appellari soleat, veluti maris præfectus, et solus post Chairadinem Barbarossam, ob res contra Christianos gnaviter gestas promeruerit, ut cum maris præfectura veziris dignitatem conjungeret. Appulit etiam, durante obsidione, cum 27 triremibus, Chasanes Cesairis prosultanus, Chairadinis F., cujus ut paulo ante, sic et alibi sæpius in Annalibus hisce Turcicis facta fuit mentio. Cum igitur hi bassæ Junio mense littora Melites attigissent, ac dies aliquot exponendis in insulam militibus et annonis, locorumque situ explorando consumpsissent, oppugnare machinis bellicis S. Elmum (sic Hermetem vulgo vocant) castellum in ipso portus ostio situm cœpere. Quod cum pluribus diebus facere non desinerent, jamque magna mœnium pars tormentorum globis dejecta sic corruisset, ut in arcem latus hosti pateret aditus : equites Melitenses, perquam strenue se gerendo 35 diebus oppugnationem, magna cum hostium clade, sustinuerunt, idque præter opinionem multorum, qui castellum contra vim hostilem nequaquam posse propugnari putarant. Tandem cum equites nec hostium impetui ferendo, nec numero se pares viderent, et arx undique tam terra, quam mari a Barbaris cincta nullum amplius alicunde subsidium exspectare posset : occiso Christianorum, qui supererant, aliquo numero, Turcorum in potestatem venit. Qua hostes elati victoria, deinceps tormentis quatere Sancti Michaelis munitionem insanum in modum cœpere, globos ferreos et lapideos quinque septemve palmorum ejaculando. Sed quod totos quatuor hoc bello menses absumpsissent, et hiems jam appeteret, de discessu cogitare cœperunt, et eo quidem majori festinatione, quod jam Garzias Toletanus Siciliæ prorex, instructis triremibus Hispanicis, quibus 10,000 peditum vehebantur, cum multis aliis Christianis, ad suscipiendam hanc expeditionem religiosæ pietatis zelo commotis, auxiliares hasce copias in insulam exposuisset. Quo factum, ut Turci fœdam, præ formidine, fugam arriperent : et multis suorum millibus desideratis, ignominiose domum redirent. Pigebat ac pudebat suscepisse rem tam arduam, in cujus perficiendæ conatu vano 23,000 suorum amisissent. Ex Melitensibus 240 equites, militum 3,000, bello inutilis turbæ capita 1700 cæsa. Bellum gestum fuit anno Mahumetano 971 (Chr. 1565).

Inauspicato tentata Melites expugnatio, quotidianique Maximiliani Cæsaris Erdeliano bello progressus, pene sultani Soleimanis animum ad rabiem adegerunt. Cumque non cessaret is, quem diximus Erdelii begus, eum perpetuis, ad invadendam Ungariam, stimulis excitare : decrevit denique bellum hoc non per legatos tantummodo, sed etiam propriis auspiciis gerere. Interim vero, dum majorem ipsemet adduceret exercitum, bassæ Budensi mandat ut amplissimis, quas posset, coactis copiis, bello principium daret. Temesvarensis etiam bassa, de voluntate Soleimanis, paulatim ad occupandum Giulam aditum sibi patefaciebat, expugnato Pancota castello. Nec sibi, suisque rebus deerat Erdelianus, Zadane, Genoque, locis Giulæ vicinis, per suos octo Turcorum millibus adauctos, occupatis. Idem astu barbaro, perniciem ac furiam patriæ, patrem imitatus, qui simili stratagemate fuerat usus, ad obsidendam Viennam adventante tunc Soleimane, litteras per Ungariam initio anni Christiani proximi, mense nimirum Februario 357 publicatas sparsit : quibus in litteris Ungariæ se regem electum vocans, aiebat sultani Soleimanis, clementissimi patroni sui, hanc esse mentem, ut omnes regni ordines ipsius Erdeliani se subjicerent imperio, si salvi esse vellent. Eam ob rem indixisse se conventum ad Thordam Erdelii (Torrenburgum Germani Transsilvanienses vocant) celebrandum proximo mensis Martii die decimo : quæ quidem ad comitia cunctos invitabat, uti de conservanda patria communibus votis in medium consulerent. Hæ litteræ, ne fucata boni publici specie, minus circumspectorum oculos perstringerent : a Suendio mature solideque, scripto contrario ad eosdem ordines, die Martii quarto, apud Ungarum publicato, refutatæ fuerunt : quo scripto manifestas Erdeliani fraudes retegebat, quibus fideles Maximiliani Augusti subditos perturbare conaretur, quasi scilicet Soleimanes de salute regni Ungariæ sollicitus esset : cum suis ille cum majoribus a ducentis annis hoc unum spectarit, ut nobilis regni fundamenta, vel vi et armis, vel discidiis civilibus, et machinationibus insidiosis subverteret. Caverent sibi ab ejusmodi tam Erdeliani, quam Soleimanis imposturis, nec cum Erdeliano commune quidquam haberent, nec ad fraudulenta, patriæque nocitura comitia quemquam sub pœna perduellionis ablegarent.

Eodem anno, vere ineunte, Pialis bassa prius, quam Constantinopolim, rebus ad Meliten infeliciter gestis, cum classe rediret; ne nihil egisse hac expeditione videretur, Chium Ægæi maris insulam, a Christianis partim Italis, partim Græcis inhabitatam, sub jugum mittere statuit. Ea Genuensium in potestate jam ultra duo sæcula fuerat, inde usque a Græcorum imperatorum temporibus libera. Sed crescente tandem potentia Turcica, ne prorsus in servitutem redigerentur, sponte sua tributum obtulerant. Ejus tributi nomine quotannis 10000 nummum aureorum, quos ducatos vocant, solvebantur; ac præterea distribuebantur in bassas vezires ad duo millia. Causæ propter quas eam Pialis, abolita libertate pristina, subjugandam ducebat, hæ prætexebantur. Prima, quod exploratis Turcorum consiliis, anno supe-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

riore Melitensibus nuntiassent, quæ in eos Turci molirentur. Deinde, quod biennii tributum sultano Soleimani deberent. Id avaritia legati, Constantinopoli res ipsorum apud Portam gerentis acciderat; qui etiam donanda Mechemeti bassæ veziri et aliis munera, suos in usus verterat. Præterea conferebatur in eos culpa receptorum Christianorum mancipiorum, quæ quotidie Constantinopoli ad ipsos profugerent, eque Chio domum ad suos remitterentur. Et paulo ante ferebatur Mechemetis bassæ veziris nobile quoddam mancipium eo se contulisse, cujus ipse vel restitutionem vel pretium ab eis poscebat. Has igitur ob causas Pialis eos castigaturus, ad insulam universa cum classe feriis paschalibus, quas Christianorum more Chienses tum celebrabant, appellit; confestimque jubet ad se prætoriam in triremem venire præfectum insulæ cum duodecim viris rempublicam administrantibus. Interea, dum hi ab ipso in prætoria detinentur, palatium civitatis, in quo senatus haberi solebat, in potestatem a Turcis cum arce redigitur, magistratus eis Turcicus datur, templa Christiana solo æquantur. Unicum sancti Dominici relictum, ritibus Turcorum initiatur, ut messitæ loco Turcis esset. Ipsius præfecti, ac duodecimvirum familiæ, cum aliis primariis, Constantinopolim mittuntur, et hinc inde varias in regiones deportantur; d nec tandem subsequentibus annis, intercedente rege Gallo, Turcis confœderato, patriæ restituti fuerunt, et umbra quædam administrationis judiciorumque pristinorum miseris Chiensibus concessa, provocatione duntaxat ad judicem Turcicum remissa; quod eo facilius impetratum, ne Christianis incolis alio commigrantibus, insula deserta nulli Turcis esset usui.

Ad res in Ungaria gestas ut redeamus, bassa Budensis, ut imperio sultani Soleimanis pareret, initio mensis Junii Palotam militum corona circumdare cœpit. Eam strenue cum suis propugnabat Georgius Thuris Ungarus, vir magnanimus et multis rebus fortiter gestis clarus. Toto jam octiduo muros bassa tormentorum continuis ictibus ita labefactarat, ad terram ut prostrati collaberentur et propugnatores in extremo discrimine versarentur, cum ecce, nec opinatum subsidium divinitus eis offertur. Venerat Jaurinum Georgius comes Helfestainus, adductis secum signis duodecim magnæ virtutis peditum. Is die decimo quarto Junii plaustra nonaginta pabulatum emisit, cum peditum nongentorum præsidio : quos conspicati Turci, qui Palotam obsidebant, majoresque copias adesse rati, quam reapse forent; missos suspicabantur, ut obsidionem Palotanam solverent. Confestim bassa trepidus in fugam cum suis sese conjicere, præque nimia festinatione tentoria, machinas bellicas, magnum vasorum numerum, quibus vel farina, vel tormentarius pulvis contineretur, cum aliis castrorum impedimentis hosti relinquere, quæ quidem præda mox obsessorum commodo cessit. Soluta præter spem in hunc modum obsidione, præsidium arcis auctum fuit, et instaurati muri, ab hoste diruti.

Liberata obsidione Palota, mox itum ad eripiendam hosti civitatem Vesprimiensem; **358** quod captis Turcorum exploratoribus, intellectum esset, hujus loci begum, studio nocendi Christianis egressum, meliore præsidii parte Vesprinium nudasse. Quapropter Egone Salmensi comite illustrissimo suas cum Helfestaino et Nicolao Hatestadio conjungente copias, penultimo Junii die cœptum obsideri Vesprinium, postridie memorabili celeritate fuit expugnatum, anno Mahumetano 873 (Chr. 1566). Quinque duntaxat exceptis, cæteri ad unum trucidati fuere Barbari, quod non ita pridem captivos magno numero Christianos immaniter occidissent.

Ab eodem Egone comite Salmensi capta fuit et Tata, mense Julio, cæsis præsidiariis; itemque Gester castellum, ab incolis Turcis metu adventantis comitis desertum; quos imitati Vethaimenses, Iscochiani et aliorum castellorum incolæ, flamma castellis suis injecta, Strigonium se receperunt; quod obsessurus, victoriæ prosequendæ causa, mox erat Salmensis comes, nisi de quibusdam causis aliud imperatori Maximiliano visum fuisset.

Augusto mense Suendius, qui certo consilio superiore in Ungaria, et agro Cepisiensi, dum Maximilianus Augustus insigni et copiosissimo cum exercitu castris ad Jaurinum positis, omnes Soleimanis motus et progressus observaret, subsistere suo cum milite jussus fuerat, cum excitis a Soleimane, rogatu Erdeliani, Tataris non parum quod ageret habuit. Quippe cum per Ungariæ superioris agros cis et ultra Tibiscum late discurrerent, prædas abigerent, omnia flammis et ferro vastarent, cujusvis ætatis et sexus homines partim trucidarent, partim in servitutem raperent; dilato Suendius in eos, multitudine superiores, ad hoc usque tempus prælio, quo præcocium illi fructuum et uvarum ingluvie, semetipsos perditum iturí erant tandem ex morbis languidos et numero non parum deminutos aggressus, nullo prope negotio decem Barbarorum millia superavit, cecidit, finibus ejecit; begorum Turcicorum, quibus usi ducibus fuerant, altero interempto, altero lethaliter sauciato. Deinde Georgii Bebeci perduellis, qui cum Erdeliano et Turcis se conjunxerat, arces aliquot Zabaticam, Pelsozium, Gombazzecum, Crasnahurcam, Gadigen, aliaque his vicina tum castella, tum munitiones expugnavit.

Duo deinceps munita nostrorum loca Turcorum in manus venere, Giula et Zigetum; Giula, quæ secundo Julii mensis a Pertavo vezire bassa, junctis et bassæ Temesvarensis et Erdeliani Tatarorumque copiis, cœpta fuerat obsideri; scelerata Ladislai Keresinii præfecti proditione, Georgii

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Bebeci perduellis et affinis sui colloquio corrupti, licet futurum nuntiasset Suendius, ut hostis intra biduum obsidionem solveret, Turcis dedita fuit. Eam Turci, præter Erdeliani spem, sibi retinuerunt; hiantemque corvum, ut est in fabulis, more suo delusere. Violata dedititii fide crudeliter interempti, paucis beneficio noctis et arundinctorum elapsis. Nefarius proditor non multo post in vinculis, apud sultanum Selimem, Soleimanis successorem, ob exercitam prius in captivos Musulmanos sævitiem accusatus, de sententia Selimis actoribus, ut ex eorum arbitrio pœnas lueret, traditus fuit; qui hominem vasi clavis perforato sic inclusserunt, ut dolio de monte per declivia præcipitato, clavis oblongis et acutis confixus exspiraret. Fuit et filius paternæ particeps exsecrationis, qui misere, nullis relictis hæredibus, diem suum obiit, castellis, pagis et aliis facultatibus amplissimis, ad alienos devolutis.

Interea dum hæc diversis per Ungariam locis gererentur, sultanus ipse Soleimanes transito primum Savo, deinde Dravo, quem ponte operis admirandi constraverat, cum exercitu ducentorum millium, ad subjugandas Hungariæ reliquias venit. Occurrit adventanti cum donis eximiis Erdelianus, frustra regnum ambiens, quod avaritie barbara Soleimanes ipse jam spe, licet irrita, totum devoverat, ac libidini propriæ destinarat.

Die mensis Augusti sexto Zigetum obsidere sultanus cœpit, quod licet acerrime propugnaretur a Nicolao comite Zerinio, fortissimo et immortalis gloriæ viro, præsidii præfecto; tandem tamen die septimo mensis Septembris expugnatum fuit, ipso comite Zerinio, cum insigni nobilium Ungarorium strenuorumque militum numero, sic a Barbaris interempto, non inultus cum suis ut occubuisse dici possit. Quippe non triginta millia suorum duntaxat hostes desiderarunt, verum etiam triduo ante supremam nostrorum cladem sultanus Soleimanes, necdum victoria de Zigetanis potitus fremens et frendens infelicem exhalavit animam Ejus obitus tantisper occultatus fuit astu vaferrimi veziris bassæ Mechemetis, noctu etiam Soleimanis archiatro clam necato, ne per eum sultani mors emanaret, dum socer ejus Selimes, Soleimanis filius, occupato citra tumultum imperio, ad exercitum in castra venisset. Nam si tam genizari, quam reliqui milites, de morte sultani sui maturius certiores facti fuissent, magno in castris excitato tumultu, tentoria thesaurosque regios, cum Christianorum et Hebræorum rebus, pro more libidineque sua diripuissent, ac spoliis hisce ditati, neminis auctoritate contineri se amplius in officio passi fuissent. Quæ sane rerum apud hostes confusio militarisque licentia, Maximiliano Cæsari, numerosis 359 et exquisitis toto ex orbe Christiano copiis instructo, præbere peropiatam occasionem rei feliciter gerendæ potuisset. Exstinctus fuit Soleimanes anno Mahumetano 973 (Chr. 1566), die quarto mensis Septembris. Agebat, cum moreretur, ætatis annum septuagesimum sextum. Imperio præfuit annis quadraginta sex et sex mensibus.

Occupato Zigeto, Babosam oppugnaturi Turci quosdam e suis mittunt, qui arcem dedi juberent. Id vero licet facturos se nostri negarent, quod tamen eam defendi non posse contra vim tantam scirent, incensam deserunt: quorum exemplum Sachani et Zorgenses sunt imitati.

Eodem anno, die mensis ejusdem vicesimo tertio, sultanus Selimes secundus, ætatis annum quadragesimum secundum agens, in imperio Soleimani patri successit. Quippe cum ad Magnesium intellecta morte patris, ex Asia summa celeritate Iscodaram, e regione Constantinopolis sitam, hoc die pervenisset: mox a Bostange bassa, hortulanorum præfecto, pro more triremi exceptus, et Constantinopolim trans Bosphorum vectus fuit. Et quia Selimes generum suum, Ischenderem bassam, quem prosultanum Constantinopoli discedens reliquerat Soleimanes, de adventu suo certiorem reddiderat, cum mandatis, ut ejus opera studioque res ad ingressum in urbem, pompamque regiam pertinentes sine mora pararentur: mox illo ipso die deductus in sarajum, solio consedit imperatorio illius cubiculi, quod solis est sultanis Osmanidarum gente prognatis occupare permissum. Inde per urbem proclamationes more majorum factæ, quibus vota primum concipiebantur, ut anima Soleimanis in paradiso felix ævum ageret, ac in perpetua gloria quiesceret: deinde, multos ut annos viveret sultanus Selimes Chan, prosperique status incremento continuo frueretur.

Postridie, qui dies erat vicesimus quartus Septembris, e sarajo prodiit, seque per urbem populo spectandum exhibuit. Peregit et paternas exsequias ac magno animalium numero cæso, cibisque coctis itidem innumeris, epulum funebre quibusvis, cum ingentis summæ asprorum erogatione, præbuit. Inde solemni pompa, maximoque suorum applausu, in sarajum rediit.

Antequam hæc fierent, per Ischenderem bassam prosultanum evocari ex omnibus locis genizaros, paternæ mortis adhuc ignaros, in oppidum non procul a Constantinopoli situm, sub prætextu mittendi ad obsidionem Zigetanam militaris supplementi, jusserat. Ad eos Ischender bassa, Selime jam paternum in solium collocato, de Selimis voluntate profectus, obitum Soleimanis, et successionem Selimis exponit. Inde pro direptionibus usu receptis in obitu principis Osmanidæ, centum millia sultaninorum eis offert. Non ingrata fuit oratio bassæ genizaris, ea lege tamen assentientibus, ut largiores annonæ militaturis darentur.

Selimes ergo genizaris inauctoritatis, die mensis Septembris vicesimo septimo Constantinopoli discedit, et magnis itineribus Albam Græcam contendit. Cum istuc allatum postea Soleimanis cadaver in urbem deduceretur; pedes ante paternum funus

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

incedebat habitu lugubri sultanus Selimes, comitantibus bassis, Cadilescheris, cæterisque begis. Inde Cadios populis, consuetum donativum genizaris dedit. Quibus peractis, Constantinopolim cadaver paternum avehi jussit, et in Zuna, quam ipse sibi vivus exstruxerat, condi. Curata fuit ea res ab Achmete bassa, Ferhateque Capizilariorum Aga, deducentibus begis et genizaris, cum vexillo regio: tandemque die vicesimo secundo Novembris perventum Constantinopolim. Ibi funus exceptum fuit frequentissimo concursu mortalium, præeunte Muphti, qui apud Musulmanos et juris et religionis omniumque sacrorum rex est: subsequentibus Ischendere bassa prosultano, Dephteridaris, qui Cameræ vel ærarii præfecti sunt, aliisque begis omnibus pullatis, quorum terga plebis infinita multitudo claudebat. Exemptam e curru sandapilam vel arcam ligneam præcipui begi per vices, erectarum in sublime manuum palmis sustinuere, sicque per urbem gestarunt: ejulantibus interim Talismanis, et ad Zunam usque lessum quemdam, Mahumetano ritu, lamentabili voce concinentibus. Hinc depositum in Zuna cadaver, instratus sandapilæ pannus cymatilis præstantissimus, et supra hunc alius auro intertextus; ad latus acinax positus, index profusæ bello vitæ; ad caput collocatum e lino subtilissimo, spiris aptatum candidissimis tulipantum, quo vivus uti consuerat, cum nigris ardearum pennis selectissimis; pone caput, in pavimento positi cum candelabris ingentes, pyramidali forma, rotundi nihilominus cerei, qui tamen nunquam accendi solent. Mox adhibiti Talismani et Hoggiæ (sacerdotum hæc Musulmanis sunt nomina) qui more gentis humi divaricatis sedentes cruribus, perpetuo preces quasdam in ejus Zuna murmurando deblaterarent. Hæc omnia, cum multis post annis Constantinopoli essemus, coram inspeximus. Circum sandapilam ipsius, et aliæ sunt sandapilæ, tam sultanæ (de qua diximus) Rossæ, quam liberorum Soleimanis. Acciderunt hæc anno Mahumetano 973 (Chr. 1566).

Interea Selimes, ob hiemis imminentis asperitatem, Ungariam reliquit: et Pertavum bassam, satis magnis cum Turcorum, 360 Valachorum, Tatarorumque copiis, Erdeliano bego, qui bellum contra Maximilianum prosequebatur, adesse jussit. Dolebat Erdeliano, Suendium anno superiore cepisse Tocaium, in quo triginta majora minoraque tormenta bellica, præter ingentem rerum bello necessariarum, annonæque copiam reperisset. Quapropter eam arcem recuperare statuit, magni scilicet suasad res tutandas, vel prolatandas momenti: quod esset in Ungariæ sita limitibus, et Erdelii; duobus amnibus circumdata, Tibisco et Bodrogo. Militem ergo, cum majoribus decem machinis adhibet, omnique vi et impetu oppugnare munitionem incipit. Ex altera parte Suendius eam minime deserendam ratus, cum alia defensioni parat idonea, quibus Jacobo Ramingero, cujus ipse fidei Tocaium commiserat, in tempore succurreret: tum ab imperatore Maximiliano subsidia majora postulat. Is Henricum Staupicium, cum mille Germanis equitibus, sex peditum vexillis, stipendiis, et annona necessaria, mittit. Sed prius quam auxiliares hæ copiæ Tocaium pervenissent, sparsa fuit in castris Erdeliani fama, decem millia Tatarorum, a Selime, defendendi ejus causa, cum Turcis et Valachis relictorum, per seditionem totum populari Erdelium, ac inaudita crudelitate passim in fortunas et corpora miserorum, cujusvis ætatis et sexus grassari. Quapropter obsidionem solvere coactus fuit, ne dum istic ipse pertinacius hæreret, suos ad internecionem deleri sineret. Liberato ab hostili oppugnatione Tocaio, Ramingerus in abscedentes erumpens, pluribus cæsis, reliquos palantes et trepidos fugavit. Nec parum Erdeliano cum hisce Tataricis, Turcicis, Valachicisque copiis negotii fuit, cum aliquot eorum millia trucidaret, ac Varadini vicissim ab eis obsideretur. Unde fuga dilapsus, recenti coacta suorum manu, rursus haud exiguam ipsorum stragem edidit: qua demum territi, semet in Podoliam et Rossiam effuderunt, ubi crudelium belluarum immanes reliquiæ fortiter a Palatino Rosso um debellatæ, perierunt.

Post discessum barbaricarum et Erdeliani copiarum, Suendius suis media bruma productis, ad obsidendum Zatuarum profectus est, castrum momenti non levis, in Erdelii finibus situm, quod Georgii Bebeci ditionis erat, hominis nefarii, qui primus auctor hujus inter Cæsarem Erdelianumque belli exstiterat. Bebecus jam ante perspecta victrici toties virtute fortunaque Suendii, quod magnopere metueret, ne castro expugnato, in Maximiliani manus, cum præsenti vitæ periculo, veniret: uxore familiaque Zatuari cum præsidio relicta, fugæ beneficio saluti suæ mature consuluit. Aliquandiu perstiterunt in obsidione toleranda præsidiarii, quod machinæ bellicæ nihil nec ipsis, nec castro damni dare possent. Cui Suendius incommodo remedium quæsiturus, dum ipsemet omnia circum arcem loca perlustrat et explorat, aguitus ab hostibus ex insigni proceritate corporis, qua longe supra cæteros eminebat, deque comitatus frequentia, parum omnino abfuit, quin discrimen vitæ adiret. Petitus enim globis aliquot tormentariis fuit, e machinis non modicis, quorum unus humerum ita strinxit, ut etiam vestis ejus igne concepto, quod esset ad pellendum frigus hibernum suffulta pellibus, arderet. Nihilominus commodiore pro machinis reperto loco, et iis mox in illum, magno cum militum labore, quos in officio, si quisquam alius, hic sane dux continere potuit, translatis; ad extremam redacti desperationem præsidiarii, conjugi perduellis ac familiæ sibique salutem et incolumitatem pepigerunt, atque ita castrum Suendio dediderunt. Is vero non tantum pacta conventa dedititiis bona fide servavit, sed etiam Bebeci conjugem cum mundo suo muliebri et aliis rebus quas charas habebat abire omni absque injuria passus est. Potitus

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

fuit Zatuaro Suendius sub medium mensem Januarium anno Mahumetano 974 (Chr. 1567).

Non magno post captum Zatuarum temporis interjecto spatio Suendius qui bellum in Erdelii finibus gerere non desinebat, nulla frigoris hiberni ratione habita, Muncazium cum suis obsedit, locum munitissimum et huic bello conficiundo cum primis idoneum: cujus præsidiarii vitam facultatesque salvas pacti deditionem fecerunt. Ea res animum Erdeliani mirifice perturbavit, nec minus accendit ut totis viribus amissam munitionem recuperandam statueret. Non enim ignorabat, hac patere transitum in Poloniam et Rossiam: seque præpediri occupato Muncazio, quo minus in posterum subsidiarias e regno Poloniæ copias habere posset: nisi eas per Moldaviam variis ambagibus et itinere difficili venire vellet. At non contentus occupatione Muncazii Suendius, mox etiam corona militari munitionem Hustianam cingere perrexit. Quod quidem non Erdelianus tantum graviter ac moleste tulit, verum etiam Budensis bassa: qui datis ad imperatorem Maximilianum frequentibus litteris hortari non cessabat ut a cœpta obsidione Suendium discedere juberet ne inchoatum pacis componendæ negotium impediretur. Simul etiam suis in consilium adhibitis deliberabat; quanam via posset obsessis opem ferre. Cumque jam pridem de hisce rebus omnibus ad sultanum Selimem retulisset, indignatus ille Pertavum bassam exercitum suum cum Romaniæ beglerbegi copiis conjunctum in Ungariam **361** ducere jussit. Utrumque tamen ab instituta Selimes expeditione mox revocavit, cum intellexisset, Verantium Agriensem præsulem, et Christophorum Tifembachum baronem, Vienna Constantinopolim ablegatos, ad se contendere. Quamobrem et Budensis bassa, missis ad imperatorem Maximilianum muneribus amplissimis, petiit, ne turbari pacis tractationem pateretur. Sua quidem ex parte futurum agebat, ut palis transfigerentur omnes, qui per Cæsaris fines excurrendo damnum dedissent. Hæc ille multoties pollicebatur, sed e diverso duces Erdeliani, cum Suendium viderent abiisse Cassoviam, ne spem pacis interturbaret: collectis non magnis copiis, impressione nec opinata Risuarum adorti ceperunt, occupatis etiam thermis quas Rivulos Dominorum appellant. Has enim Suendius ante biennium eis ademerat. Id ubi factum Ruberus accepit, legatus Suendii, magnæ vir bellicis in rebus industriæ, mox cum justis equitum peditumque copiis accurrit, et hostibus inexspectato suo territis adventu, Risuarum, adhibita vi maxima recuperat, præsidiarios interficit, moxque Rivulos etiam nullo negotio recipit. Quippe casu quodam acceuso pulvere tormentario, castrum ardere cœpit; ideoque majori parte propugnatorum exstincta, in Ruberi potestatem venit.

Anno denique Mahumetano 975 (Chr. 1568) pax octavo quoque anno renovanda inter Maximilianum Augustum, sultanumque Selimem coiit, qua Erdelianus etiam comprehendebatur. Ejus cum aliæ leges et conditiones erant, tum uti quisque sibi retineret quidquid eo bello cepisset. Id vero plurimum Maximiliani rebus profuit. Nam fines suos opera Suendii sic ampliarat, ut ad quadraginta milliaria Germanica cis et ultra Tibiscum late dominaretur: qua quidem in regione multæ sunt arces, multæ munitiones insignes, partim ab hoste captæ, partim factæ diligentia Suendii, partim inchoatæ. Idem et ærarii novi (Cameram vulgo vocant) in iis locis auctor exstitit, de quo non leve subsidium publicis rebus accessit, castris, aliisque munitis locis, cum imperio Germanos, justis et gravibus de causis, præfecit: totam denique rem limitaneam matura providentia, tam in Ungariæ, quam vicinæ Styriæ finibus constituit: anno 975, et 976 (Chr. 1568 et 1569).

Hoc anno 976 (Chr. 1569) splendidissimum et instructissimum Venetiis navale, sub medium mensem Septembrem, accenso tormentario pulvere, maximo cum reipublicæ detrimento conflagravit. Ibidem tam in urbe, quam terra continente, diuturna et inusitata quædam erat annonæ charitas. Quamobrem sultanus Selimes, licet initio regni pacem, a Soleimane patre cum Venetis initam, confirmasse, tamen vel ambitione propria, vel suorum impulsu, vel hoc Venetorum adverso casu permotus, bellum eis inferre statuit, quæsito prætextu, quasi Cyprum nullo jure possiderent, quæ ob successionem gentis Osmanidarum in jura sultanorum Ægypti, ad se directo pertineret. Licet enim Selimes avus et Soleimanes pater, annui tributi, quod a Venetis ejus regni nomine pendebatur, solutione contenti, possessionem insulæ Venetis hactenus reliquissent: nullum tamen hoc sibi gignere præjudicium posse dicebat, quominus jam tributo repudiato, regnum sui juris occuparet, ac sibi retineret.

Itaque mense Februario sequentis anni, Cubatem Zausium Constantinopoli Venetias ablegavit, qui a senatu Cyprum repeteret, ac recusaturis bellum denuntiaret. Appulit is Venetias sub initium mensis Aprilis, anno 977 (Chr. 1570), et mandato Selimis exposito, repulsam tulit.

Quapropter mense Maio missi cum classe militeque fuerunt, qui bellum Cyprium gererent, Mustaphas bassa, copiarum terrestrium, et Pialis Alisque bassæ, classiariorum præfecti. Pialis provectus cum suis ad Tenum, insulam Venetorum in Ægæo, ferro ac flammis eam, non sine gravi tamen suorum jactura, direptam vastavit.

Mense Junio Sebastianus Venerius, insulæ Corcyræ maxima cum potestate præses, Soppotoum castrum Albaniæ, non procul a Corcyra situm, expugnavit, eique præsidio imposito, ac rebus necessariis munito, Manuelem Murmurium oriundum e Napolio Romanum (Naupliam Argiæ veteres appellavere) præfecit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Sub ejusdem mensis exitum Marcus Quirinus, classis in Hadriatico præfectus, arcem sinus Mainensis (Mainam sunt qui Leuctra veteribus appellatam putant, ipsum vero sinum Mainensem, Messeniacum), ad portum, quem vulgo Qualliarum sive coturnicum vocant, positam feliciter expugnavit, actisque sub ea cuniculis, et supposito incensoque pulvere tormentario, funditus eversam diruit, ne barbaris amplius receptum præberet.

Nicosia, Cypri metropolis, sub exitum Julii mensis a Mustapha bassa obsideri cœpta, et acerrime tam oppugnata, quam defensa, tandem die decimo Septembris in hostium potestatem venit, misereque direpta fuit; cæsis præsidiariis, exstincta nobilitate, perexiguis reliquiis servituti mancipatis. Erat olim Cypri regia, quæ centum et amplius ante hoc tempus annis redacta fuerat sub imperium sultani Cairensis, eique hoc modo facta tributaria. Anno Christiano 1423 bellum erat Jano Petri filio, regi Cyprio, qui penultimus fuit inter legitimos 362 reges ex Lusignana familia, cum Ægyptio sive Cairensi sultano Melechella: quo bello captus ab hoste Cyprius, persolutis centum quindecim millibus Seraphinorum, in regnum cum pacto tributi annui restituitur. Is moriens filium Joannem reliquit impuberem, cui primo matrimonio, postquam adolevisset, filia Marchionis Itali Montisferratensis nupsit; qua mortua, Helenam Palæologinam duxit. Ex ea nata fuit unica filia Karulota, quæ Joanni Lusitano primum nupsit, cui præbitum venenum mortem attulit. Erat Karulotæ Jac. frater, illegitimo toro natus, cui sacris initia o pater archiepiscopatum Nicosianum assignarat. Is imperandi libidine ductus, ecclesiastica dignitate spreta, regnum invadit; a quo tempore dictus a Græcis Cypriis fuit Re Zages (sic enim in quodam manuscripto libello meo Græco legitur), appellatione partim Italica, partim Gallica. Nam Gallis *Roi Jaques*, rex Jacobus est. Karulota secundas nuptias cum Ludovico Sabaudi ducis filio contrahit. Is classem intruens, in Cyprum cum Karulota conjuge proficiscitur. Redeunte legitima regis filia, justaque regni hærede, Jacobus nothus regno pellitur. Ejectus ad sultanum Ægypti Syriæque confugit, Alesseraphum, et opem ejus ad recuperandum regnum implorat. Assensus postulatis Jacobi sultanus, eum pulso vicissim cum Karulota Sabaudo, in regnum reducit, et nomine restitutionis hujus ac beneficii tributum non invito imperat. Id tributum ex mercibus quotannis sultano solvendis constabat, certo mercium genere, specierumque numero expresso. Necdum id temporis uxorem Jacobus duxerat. Itaque Venetias profectus, Æcaterinam Cornaram, prius a senatu Sancti Marci filiam adoptatam, constituta de publico dote, matrimonio sibi copulat; ut hoc affinitatis Venetæ vinculo, potentissimæ mari reipublicæ præsidio seque regnumque suum stabiliret. Nec multo post, relicta conjuge prægnante, moritur. Contigit hoc anno Christi 1470, qui Mahumetanus erat 874. Exstincto rege, posthumum regina marem parit, qui tamen non diu superstes fuit. Tum vero Veneti viduæ persuadent, ut regno cederet, cui defendendo par ipsa non esset, annuoque reditu quatuor aut quinque millium Zecchinorum contenta, patriam immortali beneficio sibi devinciret. Hoc modo redacta in potestatem insula, nihilominus Veneti sultano Ægyptio, tributi ejus nomine, quod Jacobus rex illi pollicitus fuerat, merces in pactis conventis expressas quotannis mittebant: donec anno Christi 1517, qui Mahumetanus erat 923, sultano Tommambai et Mamelucis a sultano Selime deletis, et Ægypto Syriaque subjugatis conversum a Selime victore, Mamelucorumque successore, tributum hoc fuit in certum pretium, videlicet 8000 Zechinorum: quos Cypri nomine sultanis Turcicis ex eo tempore Veneti persolverunt, donec a Selime secundo, Cyprum sibi ceu domino directo, repetente bellum de quo nunc agimus, indictum Venetis fuit. Capta Nicosia, Famagustam Mustaphas bassa tandem obsidere cœpit anno Mahumet. 578 (Chr. 1571), sub medium mensem Augusti.

Anno 979 (Chr. 1572), dum obsideretur, et gravissime a Turcis oppugnaretur Famagusta, classis Turcica damnum illatura Venetorum insulis in Ægæo, Ali bassa duce Cretam (Candiam nunc vocant) petiit, ubi exposito in terram milite, sævitum in obvios immaniter. Munitis civitatibus et oppidis ita prospectum mature fuerat a gubernatoribus insulæ, nullum ut ab hoste detrimentum acciperent. Solum Rhetymum adortus Vluzalis, Aphricanæ Barbariæ prosultanus, cujus ante facta mentio, quod ab incolis desertum fuisset, nemine resistente mense Junio vastavit. Alis bassa tandem recensitis copiis suis, quod apud ipsos per fabas vel aspros fieri consuevit, cum 3700 amisisse se videret, relicta Creta Cerigum Veneti juris e regione promontorii Maleæ sitam insulam, (Citheram dixere veteres) ad Sancti Nicolai portum invasit, et majori ex parte diripuit. Inde Zacynthi et Cephalleniæ suburbiis ac vicis excidio datis (arces enim præsidiis et opere sic munierant Veneti, ut eas hostis aggredi non auderet), Soppo'oum pergit Alis bassa, numeroque militum superior, cæsis captisve præsidiariis, arcem recipit: cujus etiam præfectus Manuel Murmurius, vir bello strenuus, in hostis potestatem venit.

Hinc obsessum terra marique Dulcinium, situm in Albaniæ Dalmatiæque finibus oppidum, mense Julio Turcis se dedidit: civibus libertatem suam, militibus vitæ pactis incolumitatem. Sed dum contendunt inter se bassæ, quorum alter oppidum terrestribus copiis, alter mari obsederat, utrius esse deberet: plerique omnes in servitutem abducti fuerunt, exceptis Sarra Martinengo, Dalmatiæ supremo cum imperio gubernatore, ac Marco Venerio, Dulcinii præfecto.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Tunc etiam Turci potiti fuerunt Antibari, per summam ignaviam deditionem faciente Alexandro Donato præfecto: itemque Butua, quæ defendi non potuit, quod esset versus mare parum munita.

Vluzalis et Caragosa Raisus, cum ad insulam Liesenam appulissent (Farum Dalmatæ vocant, ubi Farensis est episcopatus), suburbia depopulati sunt, arcem, quam egregie munitam vidimus, tentare non ausi. Liesena relicta, Curzolam petierunt quam Corcyram Nigram vocant, haud procul inde dissitam : cui quidem insulæ nihil **363** aliud dedere damni, quam quod Ulatim pagum flammis injectis exusserunt. Nam cum oppidum insulæ, quod ipsum quoque Curzolæ nomen habet, a viris desertum, aggrederentur, a feminis, animose patriam defendentibus, memorabili cum marium Curzolanorum, et ipsorum hostium infamia, femineique sexus immortali laude, rejecti fuerunt.

Famagustani per integrum annum obsessi, cum fortiter hactenus omnem vim hostilem sustinuissent : tandem in extrema rerum omnium penuria deditionem fecerunt, his legibus : ut Venetis vitæ concederetur incolumitas, et uti cum armis suis ac facultatibus in Cretam deducerentur ; Græci domos suas incolerent, possessionibus suis fruerentur, ritu Christiano viverent. Quibus conditionibus a Mustapha bassa, initio mensis Augusti, anno 979 (Chr. 1572), laudatis et approbatis, ipsiusque manu subsignatis : die quinto dicti mensis Augusti prodiit ex urbe Marcus Antonius Bragadinus, sub quo defensa fuerat hactenus, et cum illustri nobilium virorum comitatu in Mustaphæ castra venit, eique claves civitatis, quod in deditionibus fieri solet, obtulit. Exceptus initio comiter a Mustapha bassa, mox ab illa crudeli bellua, per summum scelus violata fide, cum aliis per ludibrium afficitur exquisitis injuriis, tum ad extremum vivus excoriatur. Laurentium Teupolum, Paphi præfectum, qui et ipse cum aliis Famagustam singulari virtute propugnarat, suspendio Mustaphas necari, cæteros dedititios immaniter contrucidari jussit. Turcorum, qui obsidionis principio in universum ad ducenta millia censebantur, in quibus erant Azaporum 80,000 genizarorum 14,000, Volonum (Acanzios ipsi vocant) 60,000, periisse constat obsidione durante, supra 80,000.

Erat initio belli Cyprii, defendendæ contra Turcorum vim, reipublicæ Christianæ causa, percussum fœdus inter Pium Quintum pontificem maximum, Philippum regem Hispaniarum, et senatum Venetum. Ejus fœderis copiarum omnium designatus fuit imperator Joannes Austrius, Karuli Augusti filius, Hispani frater. Pontifex suis triremibus Marcum Antonium Columnam, ducem Talliacoccianum nobilitatis Romanæ principem, præfecit : Veneti amplissimæ, quam instruxerant, classis imperium Sebastiano Venerio, quem postea ducem quoque suum crearunt, commisere. Præter hos et alii hac erant in expeditione principes et illustres viri, magnus regni Castiliæ Commendator, Ascanius Cornianus, Joannes Andreas Doria princeps Melphitanus, Augustinus Barbarigus, Marcus Quirinus, Antonius Canalis, Veneti : Alexander item Farnesius, Octavii ducis filius, princeps Parmensis ; Franciscus Maria, Guidonis Ubaldi filius, Roverens, Urbini princeps, Paulus Jordanus Ursinus, dux Braccianensis ; Alvarus marchio Sanctæ Crucis, et alii plures. Hæc classis cum mense Septembri Messana Siciliæ solvisset, hostilesque navales copias ad Inebechtim subsistere (sic Turci nominant civitatem, quam nostri Lepantum appellant, veteres dixere Naupactum) nuntiatum esset : tandem ad portum insulæ Cephalleniæ, quem vallis Alexandrinæ vocant, appulit. Stabat haud procul a nostris in Inebechtino sinu, qui Corinthius olim nuncupabatur, classis hostium : cui cum imperio præerant Pertavus bassa copiarum terrestrium, et Alis bassa sociorum navalium dux supremus. Inter hos, cognito Christianæ classis adventu, sententiarum diversitas exstitit. Pertavus abstinendum judicabat a prælio, quod conjuncta jam Christianorum classis, unius imperio ducis regeretur : exspectandum esse perexiguum ad tempus, quo futurum sit, ut, illo præsertim anni tempore, solvatur. Alis e contrario sentiebat, omnino dimicandum. A Pertavo stabant rei navalis peritissimi veteranique duces, Sirocus Alexandriæ sangiacus, Carabuces sangiacus Sourisaris in Caramania sive Cilicia maritima Mechemetes begus, Salæ Raisi filius, sangiacus Eubœæ sive Negroponti : cum Ali vero sentiebant, Chasanes begus, Chairadinis Barbarossæ filius, Uluzalis prosultanus Cesairensis, et Caias begus Smyrnensis sangiacus : quorum sententia tandem vicit, Uluzali jubente in medium proferri et recitari mandatum sultani Selimis, quo victoriam uti prosequerentur, eis injungebatur. Omnium ergo sententiis decretum, prælium quod non minori animorum alacritate nostris etiam expetentibus, commissum fuit ad tres exiguas insulas, vel marinos potius scopulos, quos Guzolaros hodie tam Græci, quam nostri vocant. Victoria potiti sunt multis a sæculis inaudita Christiani. Periit occisus Alis bassa. Pertavus animadverso præsenti suorum interitu, non magno navigio fugiens ad terram evasit. Uluzalis mari profugit cum triginta plus minusve triremibus. Cæsa fuerunt hostium ad 25000, capta 4000. Classis hostilis universa, cum spoliis immensis, Christianorum in potestatem venit ; iis duntaxat exceptis triremibus ac navigiis, cum quibus Uluzalim evasisse diximus. Liberata Christiana mancipia supra 14000. Pugnatum die septimo mensis Octobris, anno Mahumetano 979 (Chr. 1572).

Hac Turcis illata clade, Veneti Margaritinum, in Chimeriotarum regione, quæ Albaniæ pars est (sic a Ce amnis dictam montibus aliqui putant), haud procul a Corcyra situm, deditione ceperunt duodecimo **364** die Novembris, vitam facultatesque salvas paciscentibus Barbaris : et ipsum castrum mox igne concremotum diruerunt. Soppotoum quoque deser-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tum a Turcis, Albani occuparunt, et Venetis restituerunt : a quibus redditum deinceps sultano Selimi fuit. Anno sequenti proximo 980 (Chr. 1573), decimo quinto mensis Januarii, tentata fuit a Venetis obsidio Castelli novi, captis suburbiis, sed succurrentibus Barbaris, ab obsidione discessum. Cupiebant Veneti hoc oppido cum arce potiri, ut omni periculo Catarum, civitatem sui juris longe munitissimam, liberarent. Situm est enim Catarum in sinu quodam maris, qui Rizonicus olim vocatus fuit, nunc ab ipsa civitate Catarinus dicitur : cujus ostium Turci hactenus Castelli novi propugnaculo claudere, ne Cataro succurri possit, frustra conantur.

Variæ contigerunt ætate nostra mutationes in regno Tunisino, quo superioribus annis rex Assan, Machmetis filius (Muleassem nostri non recte vocarunt, cum Mule regem vel dominum ipsorum lingua significare tradatur, Assan vero proprium fuerit ei nomen), excluso necatoque maximo natu fratre Mamuna, qui nostris est Maimon, potitus fuit. Idem cæteros quoque fratres suos, quos moriens ei pater viginti unum reliquerat, aut interfecit, aut ferro candenti oculis adhibito cæcavit : excepto Roscette, qui secundo loco genitus fuerat. Is in conatu pellendi fratris Assanis, re parum feliciter gesta, Cesairim (Algerium nostri vocant) profugit ad Chairadinem Barbarossam : qui Roscette Constantinopolim misso, sub ejus tamen reducendi prætextu deceptis Tunisinis, Assanem expulit, urbem cum arce totoque regno cepit, ac sultano Soleimani, se prosultanum appellans, subdidit : quod quidem accidit anno Mahumetano 940 (Chr. 1534). Assanem Karulus Augustus in regnum, expulso Chairadine, reduxit anno 943 (Chr. 1537) ; quod ille deinceps a nemine vexatus obtinuit usque ad annum 950 (Chr. 1544), quo adventantis cum classe Chairadinis fama territus, in Siciliam Neapolimque trajecit. Amida filius Tunisim cum arce per absentiam patris Assanis occupat, reversumque patrem capit, et oculorum pupillis candenti scalpello læsis, visu spoliat. Eadem immanitate tractati ab Amida fratres, Nahaser et Abdallas, quos cum patre ceperat. Amadam regno patruus Abdamelechus ejecit. Is enim Guletam profectus, et Francisci Tovaris Hispani, Guletæ præfecti ope Tunisim ingressus, mox in arcem velata facie pergit, eamque deceptis custodibus, qui Amidam esse credebant, occupat. Abdamelecho post tricesimum et sextum regni diem rebus humanis exempto, succedit filius Machmetes, annos duntaxat duodecim natus : qui necdum gerendæ reipublicæ per ætatem idoneo, cum intolerabilis curatorum ejus administratio plerisque videretur, rediens Amida regnum patrueli eripuit. Amidam rursus excussere Turci, duce Uluzali, anno 980 (Chr. 1573), fuitque sultani Selimis auctoritate suffectus in ipsius locum rex alius. Amida Guletam profugiens, quæ Hispanorum præsidio tenebatur, privatam cum duobus filiis vitam egit. Cumque magno recuperandi regni desiderio flagraret, suos ad Joannem Austrium, navali

A de Turcis victoria toto jam orbe celebrem mittit : qui opem ejus auxiliumque poscerent, ut regno restitueretur. Simul habiturum se promittit ingentes ab amicis sociisque copias, et eam annonæ abundantiam, quæ ipsius exercitui vel maximo suffectura sit. Adnuit ejus postulatis Austrius, et insigni cum classe, quam aliis etiam cum triremibus dux Sucssanus, et Melphitanus princeps, Joannes Andreas Doria comitabantur, in Africam transjicit, Tunisim occupat, regem a Turcis datum in potestatem redigit, urbem captam militi suo diripiendam concedit. Cum autem promissis Amida non satisfaceret, fluxæque cæteroquin etiam fidei signa quædam præberet, sollicitatis secreto Turcicis auxiliis, cum duobus filiis in Siciliam, jussu Austrii, transvectus fuit. Ibi

B cui futurum accepisset, ut frater ejus Machmetes, cui maxime infestus erat, regno præficeretur : in eum furorem adactus est, ut de triremi se præcipitaturus, et aquis suffocaturus esset ; vix Amida filio, quominus id faceret, impediente. Machmetes Amidæ frater, ab Austrio regnum impetravit, præstito prius in Austrii præsentia sacramento, quo se perpetuo fidelem Hispano regi clientem futurum promisit. Is proximo deinde bello, quod expositurus statim sumus, in Turcorum potestatem venit, et Constantinopolim trans mare vectus fuit : ubi superstes adhuc ante triennium, cum istic essemus, in arce, quæ de septem turribus a Græcis Hepta Gulades, a Turcis Jadicula dicitur, sub custodia detinebatur. Hinc Austrius suorum concilium cogit, in

C quo variis dictis examinatisque sententiis, tandem conclusum : debere novam munitionem inter Guletam et Tunisim, ad interjectum utrique lacum exstrui, quæ decem milliaribus Italicis a Guleta, pauloque minus a Tunisi distaret. Ejus rei perficiundæ causa relictus istic Gabriel Serbellonius Mediolanensis Italus, cum tribus millibus Italorum peditum, et Salazarus Hispanus, cum totidem Hispanis : quorum uterque muniendarum urbium et arcium peritissimus erat. Consilii totius hic erat finis et scopus, ut hoc modo Guleta firmior efficeretur, et tanto facilius in fide Barbari continerentur ob viciniam utriusque præsidii, commoditatemque lacus ; **365** ad

D quem quia sita esset utraque munitio, nullo negotio alteris alteri subvenire possent. Gesta fuerunt hæc anno 980 (Chr. 1573).

Ægerrime ferebat sultanus Selimes hos Christianorum in Africa progressus. Itaque Sinanem bassam, virum astutum, reique militaris peritissimum, classi supremo cum imperio præfecit : qua 160 triremes, et 33 diversi generis navigia continebantur. Is in Africam mense Julio, anno Mahumetano 981 (Chr. 1574), appulit.

Quanquam vero novæ munitioni absolvendæ præfectus Serbellonius magna rebus in omnibus diligentia fuisset usus, tamen ea necdum erat perfecta, quod serius architecti, cum fabris cæmentariis, et omni materia missi, tandem in Africam sub finem mensis Martii pervenissent. Suorum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

adventus Octobri mense præcedentis anni promissus fuerat, cum 40 triremibus, quarum navales socii muros Tunisinæ urbis ad structuram novæ munitionis demoliri debuerant : quod factum non fuit, quantumvis Austrius in vicina Sicilia degeret. Erat etiam præsidiariorum militum deminutus numerus, exauctoratis temere nonnullis, quos omnem in eventum retentos oportuit. Hoc modo per ignaviam socordiamque factum, ut in hostium potestatem munitiones hæ nullo prope negotio venirent.

Turci primum Guletam obsidere cœperunt, cui Petrus Carrera Hispanus præerat. Ei Serbellonium de subsidiis mittendis urgenti, quanquam loco munitiori esset, Serbelloniano necdum ad finem perducto : tamen 650 pedites partim Itali, partim Hispani fuere missi. Hinc a Turcis etiam Serbellonius obsessus fuit, quorum exercitum novis adductis copiis Ramadam Cesairis beglerbegus adauxerat. Carrera denuo subsidium petit. Ea res auxium Serbellonii animum non parum torquere. Si nullos misisset, futurum verebatur, ut in ipsum amissæ Guletæ culpa conferretur : sin autem, ut suo semet præsidio nudaret. Nihilominus concessa Carreræ manus subsidiaria. Duobus interea navigiis appulerunt ex Hispania 600 milites Hispani, qui noctu per ipsas Turcorum excubias penetrantes, cum vexillis et vestibus Turcicis uterentur, et quosdam Turcice loquentes secum haberent, Guletam ingressi sunt. Tandem et tertio Carrera militem sibi submitti a Serbellonio postulat, et quingentos beneficio noctis usos impetrat, cum egregiis præfectis, ac inter alios, Salazaro magnæ virtutis et existimationis viro. Nihilominus arx Guletana Turcorum in potestatem venit. Neque defuere, qui Carreram proditionis insimularent. Prius quidem certe, quam Turci appulissent, vel per inscitiam, vel superbiam, quingentos milites veteranos Italos admittere noluit : quod minime concessurum se diceret, ut in ejus gloriæ partem venirent Itali, quam Hispani Guleta defendenda consecuturi essent. Equidem apud ipsos Turcos ex fide dignis hominibus accepi, Carreram fuisse virum prorsus ignavum et formidolosum, qui pulveris tormentarii nidorem ferre non posset, nec tolerare fulmina displosarum machinarum : quæ sane quoties in hostem exonerabantur, ipse subterraneis se testudinibus, concameratisque locis abdebat, bombaceque suas obturabat aures. Ferunt ei Turci proditionis obtulisse præmium regni Cyprii præfecturam : neque tamen dedititio pepercere, sed tanquam vili mancipio sunt usi. Capta Guleta, præter aliam prædam potitus est Sinan bassa quingentis machinis bellicis, cum ingenti tormentarii pulveris aliarumque bello necessariarum rerum, et annonæ copia. Nova quoque deinde munitio a Turcis occupata fuit, non tamen multo sine sanguine : capto etiam Serbellonio, qui crudeliter a Sinane bassa tractatus fuit. Hoc modo prorsus ejecti sunt Hispani ex Africa, intra tricesimum et sextum diem : amissaque per summam ignaviam ea quæ Karulus Augustus in potestatem optimo consilio redegerat, ut securitati Siciliæ, regni Neapolitani totiusque tum Italiæ, tum Hispaniæ consuleret. Fuerunt autem hæc anno 981 (Chr. 1544) gesta, cujus initio Veneti certas obcausas, non consultis et invitis adeo, pontifice atque Hispano, contra leges fœderis, pacem cum sultano Selime fecerant.

Tunc etiam Corcyræ muniendæ Venetis occasionem præbuit exscensus crudelis in eam insulam Sinanis bassæ, redeuntis ex Africano bello. Nam licet ab insulanis, ei placandi hominis causa, cujus præsertim tunc victoriis insolentiam norant, munera quædam offerrentur : tamen illis rejectis immaniter in eos grassatus est. Missi hoc nomine fuerunt in Corcyram cum alii rerum militarium periti, tum etiam Sfortia Palavicinus, Marchio Curtis majoris. Horum consiliis ita tum munitæ cum oppido fuerunt arces illæ prælitis in rupibus sitæ, vereque caput inter nubila (quod Maro dixit) condentes, quas ipsum mare circumfluit : nihil ut equidem viderim adversus omnem vim hostilem firmius, nihil inexpugnabilius.

Annus 982 (Chr. 1575) memorabilis est plures ob causas. Nam exstincto sultano Selime II, filius Murates III ejus nominis, auspicatus est imperium, cum ipso hujus anni Christiani principio. Agebat id temporis annum ætatis 27. Ante omnia recepto more barbaro strangulari quinque fratres suos, natu se minores, in præsentia sua jussit : quorum minimi cervicibus et jugulo cum pro more nervus adhiberetur, incertum an tenerioris in hunc amoris causa 366 motum, an conscientia patratæ crudelitatis in omnes, illacrymasse quidem ipsum constat.

Itidem mortuo Scacho Techmase Parthico, successit filius non primogenitus, Muchemetes Hodabendes ; nec Ismail, ejus nominis in hac Sophina Familia secundus, secundo loco genitus, sed proximus ab his Haidar Mirises, qui annis aliquot antea patris in regno suprema cum potestate vices gesserat. Is tamen vix 15 diebus regno frui potuit, occisus a sultanis quibusdam, sive proceribus regni, qui eum oderant. Ili deinde secundo genitum Scachi Techmasis filium Ismailem, ejus nominis secundum, e carcere productum regno præficiunt. Fuerat enim a patre conjectus in carcerem, propter quorumdam procerum delationes, et in eo pluribus annis hæserat. Jam regno potitus, ut animos suorum exploraret, ac præsertim ut cognosceret, quinam essent illi sultani, quorum impulsu et consilio custodiæ mancipatus a patre fuisset, secretum in locum semet abdit, et quorumdam opera, quibus maxime fidebat, mortem suam publicari curat. Ejus rei fama diversos in hominum animis motus, prout affectus in Ismailem quisque fuisset, excitavit : in adversariis et hostibus lætitiam, in amicis luctum. Hoc modo prodentibus semet ini-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

micis ac delatoribus, illatum ab Ismaile mortis supplicium fuit. Idem non sultanos duntaxat sibi suspectos, verum etiam fratres suos omnes, quotquot nancisci potuit, e medio sustulit. Et quia deficiente tunc a Turcis sangiaco quodam Curdo, de quo mox dictari sumus, aliqui proceres Ismaili auctores erant, ut illum Turcis dederet, ne pax inter utramque gentem dudum inita servataque violaretur, non modo consiliis eorum non obsecutus est, verum etiam dedendi supplicis auctores, bellique Turcici dissuasores, pœna capitis, ut proditores affecit. Quo hominis severitate nimia plerique graviter offensi, sexto regni mense venenum ei, sororis opera, propinarunt: quo hausto, vitam cum morte commutavit.

Anno 983 (Chr. 1576), Stephanus Batorius, Somlianus, nobilis Ungarus, cæteroquin heroici vir animi, qui paucis ante annis exstincto Joanni Sigismundo Erdeliano bego (mortuus enim is fuit anno Christiano 1571, qui Mahumetanus erat 978 cum onere tributi annui, sultano Musulmanorum solvendi, successerat; commendatione sultani Muratis, patroni sui, Poloniæ rex factus est, cum Henricus Valesius Gallus, quem ipsum quoque Poloniæ regno potitum opera sua Murates jactitare solebat, a morte Karuli fratris e Polonia profugus, de sententia procerum regno fuisset abdicatus.

Eodem anno Scachi Techmasis filius primogenitus Muchemetes cognomine Hodabendes, quod Persarum lingua Dei servum significat, mortuis fratribus, Haidari Mirisæ, atque Ismaili secundo, succedens; licet a natura quietis cupidus esset, inchoatum tamen ab Ismaile fratre contra Turcos bellum prosequi statuit: quod ei filius esset emir Chan Mirises, magni juvenis animi, gerendarumque rerum imprimis avidus. Hunc copiis suis supremo cum imperio præfecit. Causæ belli variæ fuerunt, quas paulo altius hic repetemus, nusquam ab aliis hactenus ita proditas. Operam enim dedimus, ut in ipsa Turcia certi aliquid de rebus hoc bello gestis cognosceremus a fide dignis hominibus, spretis vulgo jactatis, perque litteras sparsis hinc inde rumusculis, et rerum novarum nuntiis.

Ismaile scacho superstite, quidam sangiacus natione Curdus, cui nomen Abdallas begus, cum quasdam ob causas in suspicionem venisset, imperante sultano Selime II, patre Muratis III, evocatus fuerat a sultano Selime, sub alio prætextu, qui barbarorum mos est, ad Portam uti se conferret. Paruit sultani mandato Curdus, nullius sibi culpæ conscius, et Hadrianopolim ad sultanum Selimem venit. Mandat Selimes, ut captus in carcerem conjiceretur. Solet hoc fieri, cum magnæ auctoritatis vel familiæ viri apprehendendi sunt, per zausiorum bassam, qui præest aulicis nobilioribus, quibus sultanus Musulmanorum utitur, quemadmodum principes nostri commissariorum variis in rebus expediundis opera. Dum zausiorum bassa sangiacum hunc Curdum Hadrianopoli prehendere suis cum zausiis conatur in sultani Muratis II mensita, Curdus se cum suis defendens, ipsum ibidem interficit, cæteris partim occisis, partim vulneratis. Hac de causa Selimes ei, cum omnibus suis, cervices amputari jussit. Cum illo jugulato, fratris ejus filius successionis jure sangiacatum ipsius possideret: quidam alius agnatus adita porta Osmanica, partim oblatis, partim promissis ingentibus donis tam ipsi sultano, quam consiliariis ejus, quos vezires appellant, agnati sui sangiacatum impetravit. Citatus alter ad Portam, qui rem omnem intellexisset, sibique metueret, ne absque culpa sua ferret eamdem pœnam, qua patruus affectus fuerat: devitata profectione ad Portam, quasi de sultani Selimis obtinenda gratia desperans, in Parthiam profugit ad scachum Ismailem secundum, qui tunc rerum apud Parthos potiebatur. Sciendum vero, sangiacos illos Curdorum, licet imperio sultani Osmanidæ contineantur, non tamen ita præfici, quemadmodum alii sangiaci solent: sed similes esse vaivodis, sive palatinis, et præsidibus Erdelii, Valachiæ, 367 Moldaviæ; quos oportet esse filios procerum, in ipsa regione patria natos, et a suis optimatibus ac populis electos. Curdi vero haud dubie ducunt originem a Chaldæis et Mesopotamiæ populis. Nam in hodiernum usque diem multi Curdorum principes reperiuntur in regione Bagadatis, quæ Babylonia veteribus est, et Carahemidæ, quæ Amida, et in Diarbekir sive Mesopotamia: quarum regionum populi Chaldæi sunt et Assyrii Wano et Scheherezuli vicini, ac Persarum ad fines usque se porrigentes. Præterea constat, Arabes hodieque Chaldæam vocare Keldan, quam Persæ cum Osmanicis Curdistanum, hoc est, regnum Curdorum appellant. Et omnes isti populi sectæ sunt Mahumetanæ. Cum igitur ad Persas sangiacus ille Curdus, de quo diximus se contulisset, non modo perhumaniter eum excepit Ismail scachus, verum etiam omnem suam opem illi ad recuperandam avitam patritamque ditionem obtulit. Husreves autem bassa, qui Wani finitimæque regionis tum beglerbegus erat, cæterique sangiaci limitanei, qui ad beglerbegatum ipsius pertinebant, cum hasce res intellexissent, damnum Persicis finibus per excursiones inferre cœperunt, quod dicerent, Ismailis scachi culpa mutuam pacem violatam esse, qui sultani Musulmanorum fugitivos et perduelles suam in tutelam contra pacis leges recepisset, eisque decrevisset opitulari. Hoc belli gravissimi, quod hactenus inter Persas et Turcos geritur, exordium fuit.

Accedebant et aliæ causæ, præsertim ex superstitionum dissidiis, vanaque somniorum observatione, cui gens Turcica nimium quantum obnoxia est, collectæ. Nam ante triennium per Anatoliam passim aliquot illorum millia, qui sacris Turcicis, eorumque disciplinis ac studiis incumbunt (schophtalarios ipsi dicunt) sese commove-

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

rant, ac Persarum sive Sophinorum religionem Turcicis opinionibus anteferre se professi fuerant, adeoque longius ea secta quotidie serpendo, tantum incrementi sumpserat, ut etiam Constantinopoli reperirentur, qui eam probarent. Somnia vero fuerunt hujusmodi, quamvis apud Turcos necdum certo constet, an sultani Muratis hæc fuerint, an ejus sacerdotis, quem sultani sui scheichem Turci vocant. Creditum tamen a pluribus, ipsimet sultano Murati oblatum fuisse somnium prius, et alterum Muratis scheichi: quo nomine veniunt certi sacerdotes, pro viris sanctis apud ipsos habiti. Quippe per quietem stare sibi visus est in medio mundi, sub arbore maxima, cujus essent rami duo, longissimum ad intervallum exporrecti. Nam alter ad extremos solis orientis, alter ad occidentis fines extendebatur. Præterea sibi visus est conspicari serpentem magnitudinis immensæ, quem ab oriente profectum, et ad se provolutum, fuste, quem manu teneret, interfecerit. Hoc somnio nonnihil commotus, et experrectus fuit. Prius vero, quam ad explicationem alterius somnii accedamus indicandum lectoris causa venit, Mahumetanos, ultra quatuor Mahumetis socios, quorum nomina sunt, Ebubekir, Omer, Osman, et Alis (et fuere Mahumetis hi successores, ac propagatores Mahumetanæ superstitionis), alios quatuor eximios imamos sive doctores venerari: quorum primum Ebuhanifem, propterea quod supremum inter hos locum obtineat, imamum azemem sive doctorem summum appellare solent: alterum vocant imamum Malichim, tertium imamum Schaaffim, quartum imamum Achmetem Henbelim. Hi quatuor sive doctores, sive sacerdotes, Persis infestissimi fuerunt: ac vicissim magno Persis est in pretio Scheiches Haidar, auctor religionis ipsorum hodiernæ, quem extreme Turci detestantur. Cum igitur obdormiisset, videre sibi visus est prope portam paradisi Ebuhanifem, quem (uti modo diximus) imamum azemem vocant, hoc est, summum sive sacerdotem sive pontificem. Is compellato sultani Muratis Scheiche vel viro illo religioso: Abi, inquit, ad chalifen terræ (hoc est, ad vicarium sive successorem prophetæ Mahumetis. Nam persuasi sunt Osmanici, principem suum esse chalifen hujus sæculi), eique dicito, imamum azemem hoc ipso die, cum egredi e paradiso vellet, scheichem Haidarem ante paradisi fores invenisse; quem prælio adortus, non modo vicerit, verum etiam occiderit; adeoque sectam ipsius nunc finem habituram. Hortaberis ergo chalifen, ut adversus hæreticos arma capiat: quos auxilio divino superabit, deque facie terræ dissipabit.

Recitatis duobus hisce somniis, primum sultani Muratis Scheiches sic interpretatus est, ut diceret medium mundi significare sedem ipsius sultani Muratis imperialem: et arborem cum duobus maximis ramis, denotare amplitudinem imperii sultanici. Per serpentem intelligi hostem ipsius orientalem, hoc est, scachum Persicum: quem bello superaturus sit, et occiturus, ejusque regnum adjuncturus Osmanidarum imperio. Consimiliter etiam per id, quod imamus azemes prælio scheichem Haidarem adortus vicerit, futurum significari, ut Persarum hæresis, una cum omnibus, qui eam sectarentur, usque adeo dissipetur et aboleatur, nullum ut ipsorum vestigium futurum sit reliquum. Præterea sultanum Osmanidam futurum mundi totius chalifen ac dominatorem.

Hoc modo cum utrumque somnium scheiches interpretatus esset, voluit sultanus **368** Murates etiam hoggiæ sui (sic apud ipsos vocantur, qui nostris sunt presbyteri) judicium audire: cui statim ea placuit interpretatio. Neque defuere, qui dicerent, secretum quemdam inter hunc hoggiam scheichemque consensum, mutuumque de persuadendo sultano pactum intervenisse. Solus Mechemetes bassa vezirazemes, quem supra Selimis II generum fuisse diximus, et qui deinceps anno Christiano 1579 domi suæ, cum omnibus adeundi se facta copia jus diceret, nequiter a Dervisio quodam interfectus fuit; auctor ejus belli esse noluit, quod libere consulenti se Murati diceret, nequaquam Persis bellum inferendum, qui jam tot ab annis pacem Osmanidarum cum gente coluissent. Rationibus et argumentis aliis adjungebat elegans, quod Græcis et Turcis usitatum est proverbium: Caudam serpenti, qui dormit, non esse calcandam; cæteroqui futurum, ut excitatus, capite sursum erecto, terribiliter pungat. Ad summam, bellum hoc Mechemetes bassa modis omnibus dissuadebat.

Addendum et hoc, ut odia gentis utriusque mutua rectius intelligantur, Persas inimicissimos esse tribus Mahumetis prophetæ sociis, Ebubekiri, Omeri, et Osmani: studiosissimos autem quarti, videlicet Alis. Iidem Persæ tradunt, angelum Gabrielem, cum e cœlis in terras portaret Alcoranum (quo libro Mahumetanorum lex continetur) Ali reddendum, errore quodam eum Mahumeti obtulisse; Deumque, velut ea re nequaquam offensum, qui Mahumetem quoque tali dono gratiaque dignum videret, plane nihil oblocutum esse. Præterea dicunt iidem Persæ, primam uxorem Mahumetis, cui nomen fuerit Aische, nunquam fuisse castam. Imo prophetam Mahumetem, qui se putaret inventurum virginem, ac pudicam, reperisse plane contrarium. Addunt etiam, quod exstincto propheta Mahumete, cum Alis propinquus et gener ejus, electus fuisset chalifes sive vicarius et successor ipsius; Ebubekir favore malignorum quorumdam adjutus, per injuriam, contra factum a propheta testamentum, se constituerit chalifen. Idem post ipsum, reliquos etiam duos, Omerem et Osmanem, fecitasse. Alim interea quadam in spelunca semet abdidisse, donec om-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ns ordine morerentur, atque ita tandem eis successisse. Cum ergo tres isti contra supremum elogium testamenti præceptumque prophetæ Mahumetis deliquerint, nullam iis Persæ fidem adhibent, quæ a tribus illis vel tradita voce, vel litterarum monumentis prodita sunt. Imo ubicunque libros ipsorum et scripta reperiunt, confestim flammis exurunt, et crudeliter in eorum observatores animadvertunt. Idem Persæ scachum sive regem suum adorant, et ita venerantur, ac si deus quispiam terrenus esset. Non etiam quinquies interdiu noctuque precari solent, Osmanicorum more, sed semel duntaxat. Ad summam, sectatores sunt religionis a doctore quodam eis traditæ, cui nomen fuit scheiches Haidar; et quidam ex ipsis alterius quoque doctoris vestigiis insistunt, quem imamum Harustim appellant. Hi duo doctores vel imami exstiterunt in urbe Persarum Reza, quo tempore vixerunt Erdebil, Usumchasanis scachi Persarum gener, et scachus Ismail, ejus nominis primus, Erdebilis filius, Usumchasanis ex Martha filia nepos. Cumque doctores hi tam concionando, quam scribendo, ea proposuissent, quæ diximus, duo illi principes, Erdebil et Ismail, pater et filius, eorum doctrinam sectamque probarunt et amplexi sunt. Ac filii quidem Ismailis, cognomento Sophini, ea felicitas fuit, ut novæ religionis, quam Sophinam vocarunt, fama confluentibus ad ipsum parvis initio, deinde majoribus hominum copiis, tandem præliis victos Persarum reges, Jacupem avunculum suum ejusque filium Alvantem, occiderit, ac sibi regnum subjecerit, ad posteros etiam dignitate regia in hunc usque diem propagata. Nihilominus illi duo Persarum imami sive doctores, Haidar et Harustis, non Osmanicorum duntaxat, verum etiam aliorum Mahumetanorum exsecratione damnantur tam in Barbaria vel Africa, quam in Keziis bassæ latissimo imperio, qui magnus Tatarorum chan Chitainus vulgo dicitur. Has omnes igitur ob causas adeo Persis infesti sunt Osmanici, ut horum muphtis, hoc est, patriarcha vel summus pontifex, hanc de ipsis sententiam tulerit: gratius nimirum et acceptius esse Deo, religionis Mahumetanæ causa Persam unum occidi, licet professione Mahumetanus sit, quam si quis 70 Christianos, a Mahumetanis in religione prorsus dissidentes, interficiat. Denique constat id temporis, cum illustris et generosus Cæsaris Christianorum ad Portam Osmanicam orator, Davides Ungnadius, Baro Sonnecciacus, Constantinopoli discessurus, et sultano Musulmanorum valedicturus erat, eamdem ob causam legatum etiam Persicum ad Divanum se contulisse. Hunc paulo serius adveniens orator Cæsaris nostri locum primum, sibi debitum, occupasse conspicatus, insalutato sultano, discessurus erat; sed Mechemetes bassa vezirazemes, cujus mentionem fecimus, ea re animadversa, Persam, licet Mahumetanum, inferiore loco sedere jussit. Unde patet, apud Turcos pluris Christianos religione diversos, quam Persas Mahumetis cultores fieri.

Expositis belli causis et initiis, et plenius 369 quidem ac verius, quam antehac præstitum a quoquam sit, cujus quidem labor in publicum exierit, nunc ad ipsas bello gestas res accedamus.

Dictum superius, inchoatum fuisse bellum sub Ismaile secundo, scacho Persarum: quo non multo post mortuo, licet frater et successor in regno scachus Muchemetes Hodabendes cœptum a fratre bellum prosequi decrevisset, tamen ut eo paratior accederet, aliud agendum, et aliud simulandum duxit, regno præsertim non ita pridem adito, nec satis adhuc compositis rebus, quas Ismailis temeraria crudelitas non parum perturbarat. Itaque moderationem quamdam præ se ferens, qua turbis inter utramque gentem nuper exortis remedium afferre cuperet: legatos cum litteris ad sultanum Muratem misit, quibus significabat, nunquam se fratris in abrumpenda pace consilium probasse, sed in primis hoc semper desiderasse, uti semel inter utramque familiam constituta, totque jam ab annis culta pax et amicitia mutua, perpetuo conservaretur.

Ab altera parte Murates, qui veram crederet expositionem ac declarationem indicatorum somniorum, et citra intermissionem ad inferendum Persis hæreticis bellum accenderetur a prædictis scheiche atque hoggia, flocci legationes ac litteras scachi Muchemetis faciebat: adeoque vix auditis legatis imperabat, ut numerosus ac præpotens cogeretur exercitus. Accedebat impulsor alius, nec minus acer, Husreves bassa Wanensis: qui quotidie veredarios cum litteris Constantinopolim missitabat, per quas litteras sultanum Muratem certiorem reddebat, reapse Persas pacem non expetere, sed dicis duntaxat causa, litteras et legatos ad Portam misisse, quo scilicet moram interponerent, seque gerendo bello rebus ab omnibus instructiores efficerent.

Anno Mahumetano 984 (Chr. 1577) scachus Muchemetes cum iis populis, quorum imperator longe omnium toto terrarum orbe potentissimus, Ulu Chan Chitainus, et Kezies bassa cognominari solet, fœdus iniit, eosque sibi bello contra Turcos gerendo socios adjunxit, tametsi majores ipsius continua cum eis bella gessissent. Licet enim et ipsi Mahumetani sunt, tamen quibusdam de religione sententiis a Persis discrepant. Habuit etiam præter hos complures ex ipsis Turcis non parva auctoritatis auxiliares, qui ab aliis Turcis Osmanicis in religionis opinione dissidebant, et ad Sophinos inclinabant. Denique non exiguas a Georgianis quoque copias impetravit, qui antiquitus Iberi dicebantur, et religionem Christianam hodieque profitentur, nonnihil tamen a Græcis et nostris dissidentes. Principibus diversis parent, et animis ad Persas propendunt, quibus hoc bello plurimum profuerunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ex adverso sultanus Murates exercitui suo longe amplissimo, quo contineri credebantur hominum ad ducenta millia, Mustapham bassam supremo cum imperio præfecit, cujus immanitas ac perfidia bello Cyprio nobilitata fuerat. Is die 5 mensis Aprilis, anno 985 (Chr. 1578), Constantinopoli discedens maximo cum Portæ procerum comitatu, qui honoris eum causa deducebant, Iscodaram transmisit. Inde ductis ad hostium fines copiis, cum sub initium Augusti mensis eo pervenisset, Georgianorum res per summam crudelitatem agere ferre cœpit. Inter hoc erat femina quædam princeps, quam vulgo vetulam vel annosam vocabant. Ea cum de potentia sultani Muratis accepisset, sub fide publica filios duos ad Mustapham bassam misit, ut subjectionis et obedientiæ signum erga sultanum Osmanidam ederet. Illi cum primum ad Mustapham tyrannum venissent, mox ab eo, viro scilicet astuto, nulla datæ fidei ratione habita, quam more suo tam erga Christianos, quam Mahumetanos, pro libitu solebat violare, Constantinopolim ad sultanum Muratem mittuntur. Simul ab ipso certior Murates redditur, nunquam ditionem principis annosæ, matris eorum, sub Muratis jugum venturam, ni vel uterque, vel alterutter duntaxat ad amplectendum religionem Musulmanorum permoveatur. Qua quidem in re tam diu laboratum fuit ab Osmanicis, ut tandem minor natu frater musulmanissaret, anno 986 (Chr. 1579), die 25 mensis Junii; cui propterea paterna maternaque ditio cum hac lege concessa fuit, ut eam titulo beglerbegatus, beneficio sultani Muratis possideret. Est autem ea regio Tschildiri Tiphlisioque contermina. Major natu frater in retinenda religione Christiana constantem se præbuit, ac tametsi multum precibus, promissis, minis denique formidabilibus tentaretur, nunquam tamen adduci potuit, ut fidem Christianam desereret. Unde factum, ut ipsis Constantinopoli profectis eodem anno 986, die 15 mensis Augusti, simul ac reversi fuissent in patriam, frater hic Christianus confestim expiraret: de cujus morte diversæ fuerunt hominum opiniones, aliis a fratre venenum ei datum in itinere perhibentibus, aliis pro certo affirmantibus, id ei propinatum fuisse Constantinopoli a Turcis, arte tali paratum, ut ad certum terminum paulatim hominem exstingueret.

Ad Mustapham vero bassam ut redeamus, iter is suum et expeditionem prosequens, post varios conflictus et pugnas, **370** quibus modo cum Persis, modo cum Georgianis, insigni exercitus jactura congressus fuit (mense quidem Augusto primi statim anni, Tocmaces sultanus, Revani dominus, qui scacho Muchemeti militabat, uno prælio Turcorum 15000 cecidit), tandem Tiphlisium cepit in regione Georgianorum, civitatem finitimam ditioni principis Simonis et Leventis begi, qui et ipse princeps Georgianus est. Accidit hoc anno Mahumetano 985 (Chr. 1578), mense Septembri.

Posteaquam redacto in potestatem Tiphlisio beglerbegum præfecisset, ac dephterdarum sive rationalem, vel quæstorem, flumen quoddam suis cum copiis transmisit, quod ab aliis Ares, ab aliis Carasu, id est, *Aqua nigra*, vocatur propterea, quod impetu veloci fluat et profundum sit. Dum id flumen transjiceret, uno duntaxat die 17000 suorum amisit, quos vorticosus amnis, præter equos, camelos et mulos absumpsit. Aiunt hunc amnem disterminare Mediam, hoc est, Sirvanum a Georgiana. Transjectis copiis, iter suum direxit versus eam civitatem, quæ communi nomine cum ipsa regione Sirvanum dicitur, illaque nemine resistente potitus est: quod Persæ facultates suas omnes avexissent, totamque viciniam ferro et igni vastassent. Istic quoque beglerbegum cum dephterdaro constituit. Et civitas ea totius Mediæ metropolis est. Iis rebus gestis, ad 25 dies ibidem Mustaphas hæsit. Inde rediturus Arzerumen, suprema cum potestate ducem limitum et exercituum Mediæ, veziremque Portæ creavit Osmanem bassam, qui post etiam vezirazemus Osmanicæ Portæ factus est, relicto ei satis magno geniararorum aliorumque militum numero, cum sufficiente tormentorum bellicorum, rerumque ad ea necessariarum et annonæ copia. Quibus omnibus ita constitutis, cum reliquo Mustaphas exercitu Arzerumen se contulit, Armeniæ majoris civitatem, quæ sex dierum itinere Trapezunte distat. Apud Arzerumen alius est beglerbegus, et dephterdarus sultani Osmanidæ.

Posteaquam huc reversus fuisset Mustaphas bassa, Muchemetes rex Persicus numerosum misit exercitum adversus hostes, Sirvani relictos: quibus inter se prælio congressis, victus fuit Sirvanensis beglerbegus, omnique cum exercitu cæsus. Persa tam insigni potitus victoria, triumphabundus ad civitatem Sirvanum properat, eamque paucissimis diebus obsessam recuperat. Osman bassa, qui ante prælium hoc ad urbem erat, cum primum de morte beglerbegi et exercitus clade nuntium accepit: quod jam præ oculis obsidionem Sirvani suumque videret interitum, nocte quadam cum paucis suorum versus Temircapim, hoc est, Portam ferream, sive Derbentum, aufugit. Id situm est ad mare Caspium, quod ipsorum lingua Beherculzum sive Calzum denizi dicitur.

In hunc modum recepto Sirvano, res a Turcis relictas Persæ diripiunt, muris Sirvanum nudant, propugnacula cœpta diruunt, regionem cum incolis ab Osmanico jugo liberant, qui majori ex parte sunt Armenii, reliqui legis Mahumetanæ sectatores, tam Osmanicæ, quam Persicæ superstitionis. Osman vero bassa cum Temircapim venisset, astute sibi Schemhalim chanem, hoc est, regulum sive principem Derbenti, amicum reddidit, addictum Mahumetanæ Osmanicæque sectæ, Persis infestum, natione Tatarum: cujus et filiam duxit uxorem, quæ post instinctu mariti patrem veneno sustulit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Id factum ab Osmane perhibent duas ob causas. Primum, quod vereretur ne successu temporis eum socer ipse de medio tolleret. Deinde, ut in potestatem redacta munitione Temircapina regioneque soceri, patrocinio sultani sui Osmanidæ se traderet, quod etiam reapse fecit. Quippe mortuo schemhali chane, Osman bassa solus et absolutus princeps mansit in ditione soceri, nemine prorsus impediente. Confestim vero per Capham, quæ inter Tatariam Moscoviamque ad septentriones sita, Circassiam versus meridiem habet, ablegatis veredariis, cum litteris ad sultanum Osmanidam Muratem, ejus se fidei potestatique totum dedidit et commendavit : simul exponens ea quæ ab se gesta fuissent, ac petens, ut siquidem non de illius duntaxat loci ac ditionis, verum etiam de totius Caspii maris, Moscoviæ, Orientalis Indiæ, Samarcandæ Chorasanis et Chilanis, Persicarum regionum, imperio summo cogitaret, primo quoque tempore sibi exercitum, pecunias, annonas mitteret. Sultanus Murates lætis hisce nuntiis permotus cum alias ei res necessarias curavit, tum etiam 60000 Tatarorum misit, cum duobus fratribus ejus Tatariæ regis, qui deinceps anno 991 (Chr. 1584) ab Osmane bassa strangulatus fuit. Et hæc quidem anno belli primo gesta fuerunt, nimirum 985 (Chr. 1578): quo Turcorum tam in prœliis, quam commeatus inopia, periisse supra 70000 constat.

Hieme vero exacta, cum æstas anni 986 (Chr. 1579) appetiisset, auxiliaresque copiæ cum pecuniis ad Temicarpim accessissent, solitis in Sirvani fines excursionibus Osmanici ex arce Temircapina hosti damnum inferebant. Ea res ingenti cum Persis prœlio causam præbuit, quo Tatari ad internecionem, una cum altero Tatari regis fratre, cæsi deletique fuerunt, altero fratre vivo ab hostibus capto. Osman ipse bassa cum paucissimis suorum vix salvus evasit. Cumque per exiguas sane copias **371** adversi prœlii casus ei reliquas fecisset, more latronum Turcicorum quotidie vicinas sibi ditiones prædis agendis infestare cœpit, nullo nec amicorum nec hostium discrimine rationeque habita : quibus ex rapinis et ipse victitabat, et suos alebat, subinde se cum eis, si hostis immineret, ad indicatum castellum recipiens. Et perhibetur ejus castelli situs natura munitissimus esse, cui cum manum quamdam genizarorum sclopetis utentium imposuisset, cum machinis aliquot campestribus et falconetis : in loco tantopere a natura munito, contra nudos et inermes illos populos, qui nec oculis suis toto vitæ suæ tempore tormenta bellica sclopetosque vidissent, nec auribus eorum fulmina percepissent, adeo se tutum, ipsumque castellum inexpugnabile reddidit, ut sibimetipsi monarcha quidam esse videretur.

Ab altera parte prædictus bassa Mustaphas hunc rerum successum conspicatus, nihil omnino per hiemem anni 985 (Chr. 1578) gessit, ad Arzerumen cum copiis hærens, uti superius indicavimus. Sub initium vero sequentis æstatis, anno 986 (Chr. 1579), ad fines Persicos exercitum duxit, diversisque prœliis modo cum Persis, modo cum Georgianis confligens, inferior semper, insigni cum suorum clade, discessit.

Eodem anno Carseum munivit, locum ab Arzerume versus Revanum quatuor dierum itinere distantem : eique beglerbegum et dephterdarum præfecit. Consimiliter ad Tschildirim, sitam in Georgianæ limitibus, alium beglerbegum cum dephterdaro constituit.

Misit etiam hoc anno cum classe sultanus Murates Uluzalim bassam, præfectum maris, in Mingreliam, regionem populorum Colchidis, ut iis in locis munitionem ædificaret. Huic absolutæ beglerbegus ab eo datus fuit, ac dephterdarus. Ipsi loco nomen est Fassa. Curavit autem Fassam sultanus Murates exstrui, ut iis in locis aperiret iter brevius ac securius, quo facilius in Georgianos duci copiæ possent, et iis ab illa parte debellatis ac sub jugum missis, tanto commodius ultra Temircapim, ad inferendum Sirvano bellum, iri. Non multo post tamen, quam inde maris præfectus Uluzalis cum milite classeque discessisset, Fassana munitio penitus ab hoste diruta vastataque fuit.

Cum parum prospere bellum a Mustapha bassa gereretur, afflictis misere militibus, ob annonæ penuriam et immaniter grassantem in castris pestilentiam, litteris sultani Muratis Amasiam, ut istic hibernaret, concedere jussus fuit. Ille tamen nihilominus in Arzerume cum reliquiis exercitus hac hieme substitit, majori militum parte propter egestatem, luis contagiosæ vim, et imminens hibernum frigus, dilapsa, domumque beglerbegis etiam reversis, cum nihil in hostem recte geri posse cernerent.

Interim Persa Casmino, quæ altera penitiorque imperii ejus est regia, Tebrisium cum copiis proficiscitur. Ibi cum de dispersis hinc inde profugisque Turcis certior factus fuisset, in hosticum procurrit, ingentique præda onustus, in hiberna militem et ipse dimittit. Hac Persarum excursione cognita, veritus Murates, ne hostis progrederetur ulterius, continuo Mustaphæ per litteras imperat, ut omni cum exercitu semet ad Persarum fines denuo conferret. Is vero nihil horum fecit, quod jam de Persarum abitu per exploratores intellexisset : et cæteroqui si maxime copias in hostem ducere voluisset, nihil potuisset efficere, propter contumaciam exercitus, qui prorsus dicto non erat audiens. Imo consultatum aliquando constat in castris de necando Mustapha, cujus in eum odii causæ in primis erant inexplebilis quædam avaritia, supinaque socordia in procurandis annonis et aliis militum commodis : unde factum fuerat, ut enectis fame pesteque militibus, castra modo non exhausta conspicerentur. Has ob causas a sultano Murate revocatus ad Portam fuit Musta-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

phas, et in ejus locum suffectus Sinan bassa, quem supra commemoravimus Guletam et Africæ maritimæ sive Barbariæ possessionem Hispanis eripuisse. Fuit confestim huic imperatum, ut primo vere semet ad expeditionem Persicam, rebus ab omnibus egregie paratus et instructus, accingeret.

Mustaphas interea semel atque iterum arcessitus, de signis minime dubiis iram sultani Muratis, et odium, ex militum delatione, deprehendebat: accedente præsertim conscientiæ morsu, ex officiis in exercitu pecunia venditis, aliisque criminibus. Quippe tanta supremi apud Turcos militum ducis, qui Ser asker apud ipsos dicitur, auctoritas et potestas est, ut non solum officia militaria minora majoraque pro arbitrio lubituque suo conferre, verum etiam Portæ vezires creare possit; quemadmodum et supra narravimus, Osmanem bassam ab hoc ipso Mustapha supremam ad illam dignitatem hoc evectum bello fuisse.

Cum igitur ob hasce causas vereretur insidias sibi strui, diligenter ac mature sibi cavebat. Mittitur in castra denique jussu Muratis Capizilariorum Kihaias, qui janitorum præfectus est, cum aliis quindecim capizilariis sive janitoribus. Huic a sultano Murate diversæ datæ fuerant litteræ sive mandata, quibus ad expediundum negotium sibi commissum, prout ferret occasio, prudenter uteretur. Unæ sic erant scriptæ, ut ipsi Mustaphæ per occasionem hanc strangulando redderentur. Alteræ sultani mandatum continebant, ne, qua missis ab se hominibus hisce vis inferretur, quominus id, quod ipsis ab se injunctum esset, **372** exsequerentur. Tertiæ diversam ab utrisque sententiam, uti paulo post apparebit, complectebantur. Erant castra Mustaphæ tripertita. Quo factum ut, ubi Kihaias in castra venisset, ab unis ad altera tertiaque vicissim perduceretur, nec tamen in Mustaphæ bassæ conspectum, varias ipso causas prætexente, admitteretur. Tandem cum Mustaphæ colloquium serio posceret, quodam a Mustapha descripto circulo, intra quem nemini liceret ad ipsum accedere propius, ex intervallo fuit admissus, dispositis undique satellitibus armatis: quod procul dubio suboleret, quidnam ea sibi legatio vellet. Ex altera parte capizilariorum Kihaias et ipse Mustaphæ mentem animadvertens, mandatum tertium profert, quo nischanzim Mustaphæ, qui nostro vocabulo cancellarius est, ac dephterdarum, qui rationalis et quæstor, nomine sultani Muratis sibi dedi postulabat. Ibi tum mirifice tergiversari Mustaphas, et Cretensium (quæ vocant) effugia quærere. Sed cum acriter urgeretur, et aliud in hoc tempore nullum huic rei remedium inveniret, hac conditione dediturum se suos promittit, si de ipsorum vitæ incolumitate caveretur. Qua conditione admissa, dediti et Constantinopolim abducti fuerunt ambo, et in Jadiculam sive septem turrium arcem, in qua sultani Musulmanorum thesauri recondi solent, inclusi: velut ibidem singulari cum severitate de omnibus Mustaphæ bassæ factis examinandi.

Mustaphas denique Constantinopolim 9 die mensis Aprilis ingressus, anno 987, placato nonnihil sultano Murate, si non ex animo, saltem per simulationem, suos illos homines, nischanzim ac dephterdarum, custodia liberat. Ac licet a conspectu et colloquio sultani Muratis arceretur, tandem tamen aliquam largitionibus immensis, quæ nihil non apud Barbaros efficere possunt, gratiam redemit.

In ejus locum diximus suffectum fuisse Sinanem bassam. Hic enim prius, quam vezirazemes, et supremus bello Persico gerendo dux, a Murate declaratus fuisset, quoties ad Portam rerum infeliciter adversus Persas gestarum nuntii venirent, Sinoniis artibus utens, per summam arrogantiam dictitare solebat se, si belli dux amplissima cum potestate designaretur, penetraturum vel ad intimam scachi Persici regiam Casminum, indeque regem vivum in potestatem redactum sultano suo missurum. Hi Sinanis bassæ sermones cum sultani Muratis ad aures pervenissent, adeo placuerunt, ut eum sultanus parare se juberet, quod futurum esset, uti summo cum imperio contra Persas mitteretur. Sinan hoc non contentus, tantum efficere præterea sultanæ commendatione potuit, ut Murates diceret, siquidem præstaret id quod toties se præstiturum recepisset, omnino etiam se dignitatem ei veziris azemis, hoc est, supremi consiliarii Portæ, concessurum.

Posteaquam ergo Constantinopolim Mustaphas appulisset die 9 mensis Aprilis, uti dictum est supra, Sinan eodem adhuc mense contra Persas ire jussus fuit. Nullus id temporis Osmanicæ Portæ vezirazemes erat, exstincto nimirum Achmete bassa, qui occiso domi suæ a dervisio quodam Mechemeti bassæ, quemadmodum antea narravimus, successerat, paucisque mensibus hoc fuerat officio functus. Vacantem vezirazematum Mustaphas bassa non tantum ambiebat, verum etiam spe prope certa sibi pollicebatur: partim, quod inter vezires ordine proximus esset ab Achmete bassa vezirazeme, nuper mortuo; partim, quod ætatis esset provectioris, humanarumque pariter ac bellicarum rerum maximum haberet usum. Sed ista spes hominem plane fefellit. Quippe sultanus Murates Sinani bassæ Constantinopoli profecturo, per Capizilariorum Kihaiam sigillum suum imperiale, cum dignitate veziris azemis, pro more misit.

Discedit ergo Sinan ab urbe 25 die mensis Aprilis, cum Muratis manum osculatus, quod valedicentes facere solent, acinace magni pretii cinctus ab eo fuisset, vexillumque prætorium cum equo generoso accepisset. Ad eum ex Anatolia tota passim confluxere militum copiæ, Tataro quoque nova subsidia parante.

Quanquam vero melius administrare bellum hoc

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

cupiebat Sinan bassa, quam factum a Mustapha fuisset, tamen propter absumptorum inedia pesteque militum paucitatem, nihil admodum memoria dignum efficere potuit, nisi quod in Georgianorum limitibus duos beglerbegos, cum duobus dephterdaris, constituit, alteros ad Sochumam, alteros ad Batinum. Ea civitatum in iis finibus nomina sunt. Beglerbegatus tamen illi non magno æstimandi veniunt. Plures nimirum in iis locis limitaneis beglerbegatus instituti fuere, quam sangiacatus. Idem Sinan bassa, cum aliquando regionem Curgginarum, id est Georgianorum, ingressurus esset, gravem suorum cladem expertus fuit, multis ibidem machinis etiam bellicis relictis. Et alio tempore, cum Tiphlisium, quod ab hostibus obsidebatur, auxiliares copias atque pecunias mitteret, tanto cum impetu a Persis et Georgianis invasus fuit ipsius exercitus, ut omnibus rebus amissis, prope nullus ex eis salvus ad castra Sinanis reverteretur. Quo factum, ut intra Tiphlisium obsessi Turci dira fame, gustatis etiam canum muriumque carnibus, exstinguerentur.

373 Die quarto mensis Augusti, anno 987 (Chr. 1580), Constantinopolim venit a scacho Persico missus orator, Maxudes chan, qui regis sui nomine sultano Murati componendæ pacis auctor esset. Magnifice a Mustapha bassa et aliis Portæ proceribus exceptus fuit.

Ejusdem mensis die sexto moritur Mustaphas bassa, cum biduo duntaxat antea morbum contraxisset ex esu melopeponum avidiore, quibus aquæ saccaro dilutæ (Turcis ea *Zerbetum* dicitur) copiam largiorem superinfuderat. Plerisque putabatur ipsemet sibi mortem attulisse, sumpto præterea veneno, metu supplicii; quod vereretur, ne priores ad causas, ob quas sultani Muratis indignationem incurrerat, accedente Persici oratoris accusatione, de suppressis aliquot regis sui legationibus, magna cum infamia vitæ periculum adiret. Constans quidem id temporis erat fama per universam Constantinopolim, futurum, ut strangularetur. Facultates mortui fisco fuerunt illatæ, portione quadam nepotibus relicta, qui tunc adhuc impuberes ad Portæ ministeria traducti fuerunt. Olim sultanus Selimes secundus eo præceptore fuerat usus. Inde cum beglerbegus Cairensis factus esset, parum abfuit, quominus jussu Selimis interficeretur. Dignus omnino, qui sibimet tandem fieret carnifex, ob exercitam, capta Famagusta, in Bragadinum et alios perfidiam, ac belluinam prorsus immanitatem.

Die decimo septimo mensis Augusti, concessa fuit oratori Persico legationis exponendæ facultas; quæ licet ab initio per esse grata sultano Murati videretur, omni tamen fructu carnit. Quominus enim pax coire posset, hæc erat causa, quod eam Osmanici maximo cum suo commodo, Persarumque detrimento, facere vellent; nimirum uti Persæ Turcis omnia tam Sirvano comprehensa, quam extra Sirvanum posita loca territoriaque relinquerent, quibus hoc bello calces (ita loqui solent) equus Mustaphæ bassæ suas impressisset. Id vero nunquam facturi videntur Persæ, qui hac lege dicunt illis se locis cessuros Osmanicæ familiæ, siquidem ea Turci tam armis in potestatem redigere, quam gladio tueri ac retinere possint. Præter hanc, nullam se pacis aliam legem admissuros, aliquoties expresse denuntiarunt. Cæterum Maxudes ille chan legatione sua defunctus, et ad principem suum reversus, aliquanto post perduellionis crimen incurrit, et hero suo deserto, Muratis se fidei permisit, Ferhatemque bassam deinceps ad bellum Persicum proficiscentem secutus est, ut aliquem nancisci sangiacatum in illis finibus posset.

Anno 988 (Chr. 1581), nihil fere gestum memorabile, propter extremam in limitibus et castris inopiam; ipsis etiam militibus ab hoc bello prorsus alienis, et quacunque ratione possent, se subducentibus, Sinan quoque bassa belli pertæsus, quod nullo cum fructu gereretur, et redire Constantinopolim cupiens, ubi majora de veziraxematus officio commoda percepturus esset, ut erat ingenio sagaci, non bellum contra Persam continuandum, sed pacem aliqua ratione statuit ineundam. Ea de causa missis ad regem Persarum Zausiis atque litteris, significat, siquidem suo cum principe pacem facere vellet, legatum modo prudentem, et auctoritatis eximiæ, tantoque negotio parem, ablegaret: ita futurum haud dubie, feliciter uti pax inter utrosque conficeretur, et arma deponerentur. Interea vero pangendas inducias, quæ utrinque bona fide servarentur. Simul ad componendas æquis legibus discordias omne studium operamque suam pollicebatur. Non ingrata scacho Persico pacis ea mentio fuit, ideoque mox concessis et approbatis induciis, oratorem se missurum, causa prius deliberata, respondit. His perfectis rebus, castra Sinan bassa relinquit, et Constantinopolim profectus, sub medium mensem Julium exquisita cum pompa, prodeuntibus obviam Portæ proceribus, urbem ingreditur.

Initio veris, anno sequenti 989 (Chr. 1582), die Martii mensis vicesimo nono, missus a scacho Muchemete quidam ex procerum Persicorum numero, cui nomen Ibrahimes chan, Constantinopolim magno et insigni cum comitatu trecentorum plus minus equitum venit: partim uti de pace cum sultano Murate tractaret, partim ut interesset cæremoniæ Musulmanicæ, qua Muratis filius Muchemetes, sexdecim plus minus annorum adolescens, solemni ritu circumcidendus erat. Die mensis Mali vicesimo octavo cœpit inaudita sæculo nostro celebritas circumcisionis hujus, præsentibus Constantinopoli maximorum prope totius orbis principum legatis, Rudolphi secundi Christianorum imperatoris augusti, Henrici tertii Galliæ regis (cujus tamen orator Germinius Germollæus secun-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

do, post Cæsaris legatos, loco spectare jussus, cum primum affectaret, partim per invidiam, partim quod obtinere non posset, ut legati Poloniæ regis excluderentur, quem pro rege non agnoscebat, hero suo regnum illud asserens, domi suæ se continuit), Stephani regis Poloniæ, reipublicæ Venetæ, scachi Persici, regum Africanorum Maroci et Fessæ, ac Tatarorum, principum Erdelii, Moldaviæ, Valachiæ, et aliorum. Duravit ipsa festivitas totis quadraginta diebus et noctibus continuis. Muchemetes tandem septimo Julii die, sub ipsum noctis initium, a Mechemete bassa, postremo inter vezires, qui sultani Soleimanis tonsor aliquando fuerat, non publice, sed in cubiculo patris circumcisus fuit.

374 Dum hæc Constantinopoli geruntur, Osman bassa per inducias Sirvanum invadit, maximumque damnum Persis infert. Sed vicissim ab eis cæditur, omnisque præda recuperatur. Ejus rei nuntio, necdum finita circumcisione, Constantinopolim allato, succensus iracundia Murates legati Persici stationem ac sedem in Atmindane dirui jubet, ipsumque in saraio Mechemetis bassæ cum suis includi, donec Osman bassa Temircapi Constantinopolim venisset. Fuit autem habitus eo loco tam stricta in custodia, tamque inhumaniter, ut peste Constantinopoli grassante, suisque ministris ea correptis, quorum ad centum hac dira lue fuerunt absumpti, nullam tamen relaxationem, nullam mutationem loci potuerit impetrare.

Non multo post nuntiatum fuit, Persas et Georgianos conjunctis viribus iterum Osmanicos adortos fuisse : qui Tiphlisio recentes copias cum annonis solvendisque militi stipendiis inferre conabantur, multis eorum millibus occidione deletis, et annonis ac pecuniis interceptis. Fertur ejus apud Georgianos principis feminæ filius, quam diximus annosam vulgo vocatam, cladis hujus auctor Osmanicis fuisse : quod Persas de Turcorum instituto ac profectione monuisset, hostilesque copias aggrediundi viam eis monstrasset. Murates intellecta cæde suorum, et principis annosæ filii collusione cum Persis, qui tamen superioribus annis musulmanissarat, Muratique semet in clientelam dederat : prius, quam Ferhates bassa, quem ad gerendum post Sinanem bellum Persicum ablegare decreverat, Constantinopoli discederet ; mandatum ad beglerbegos quosdam limitaneos misit, quo præcipiebat, ut astu principis annosæ filium de medio tollerent. Is vero, patefactis per amicos insidiis, a sultano Murate defecit, et fuga sibi consulens, ditionem suam ab Osmanico jugo tyrannideque liberavit, seque cum aliis principibus, tam Georgianis quam Persis, conjunxit ac perpetuis excursionibus fines Osmanicos infestare non desiit. Iisdem Georgianis etiam princeps Simon et Tocmaces sultanus, Revani dominus, fœderis mutui religione obstricti erant.

Huic Tocmaci, Georgianorum partes sequenti, quasi quoddam ut frenum Murates injiceret, omnesque nocendi vias intercluderet, Ferhatem bassam magno cum exercitu, fabrorumque non exiguo numero, ad eos fines misit : ut arcem ad Revanum conderet, quod et civitatis et regioni Tocmaci subjectæ nomen est. Ferhates eo profectus, primo castellum quoddam inter Carseum et Revanum exstruxit : inde cum copiis progressus arcem Revani fabricavit. Ei Cigaloglim (sic bassam natione Genuensem, e nobili Cigalarum familia natum, quasi Cigalæ filium Turci vocant) cum potestate beglerbegi, et cum titulo veziris in istis limitibus, adjuncto eidem defterdaro, præfecit : relictis illi numerosis militum copiis, genizaris sclopetariis, machinis bellicis, rebus ad eas pertinentibus, annonis et aliis necessariis. Hinc Osmanici more suo per Revanenses agros aliquoties excurrentes, omnia rapinis exhausere, sed sua potius cum jactura, quam lucro. Gesta vero sunt hæc, quæ commemoravimus, anno 489 (Chr. 1582).

Anno sequenti 990 (Chr. 1583), Ferhates bassa Georgianorum in agros eductis aliquoties suis, duas in iisdem finibus arces ædificavit. Cigaloglis, quem diximus, semel atque iterum a principe Tocmace prælio victus fuit ; aliquando etiam vulneratus, tantum non in hostium potestatem venit.

Osman vero bassa, qui ad Temircapim hærebat, uti superius indicatum, suos ad sultanum Muratem ablegat, qui ab eo mitti sibi peterent genizaros sclopetarios, artifices machinarum fundendarum peritos, architectos triremibus tam majoribus quam minoribus fabricandis, quos calaphagilarios Turci vocant (hybride scilicet a Græcis accepta, qui calaphatas dicunt), itemque socios navales, cum Raisis eorum, sive triremium naviumque præfectis, a quibus gubernarentur. Præterea rogabat uti pecuniæ sibi subministrarentur, una cum aliquibus Rumeliæ, hoc est, Græciæ et Anatoliæ, hoc est Asiæ minoris, et Sivastæ sive Sebastiæ sangiacis. Assensus est sultanus Murates postulatis ejus omnibus. Quare cum Temircapim hi pervenissent, navigia quædam fabricari curavit, eaque misit ad infestanda maris Caspii littora. Consimiliter et terrestres ablegavit copias, ut tam Sirvanensium quam aliorum sibi finitimorum agros, non minus amicorum, quam hostium, rapinis dirum in modum agerent, ferrent. Sed plerumque magno cum detrimento, suorumque cæde revertebantur.

Diximus antea, Persas et Georgianos unitis copiis Turcorum exercitum adortos, qui Tiphlisio succurrere properabat, ingentem eorum stragem edidisse. Cum ejus cladis acceptæ nuntius Constantinopolim venisset, compellato sultanus Murates Sinane bassa, qui tunc vezirazemes erat : Quid hoc, ait, est rei ? quænam induciæ, quod laxamentum hoc belli ? Ad quæ Sinan, temeraria quadam cum audacia, respondens : Ut his rebus, inquit, obviam eundo remedium inveniatur, scacho scachus opponendus erit. Quibus verbis innuere vo-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

no consiliario suo, Siause bassa, et cum Rumeliæ sive Græciæ Cadileschero deliberat. Hi cum ei persuaderent, esse Tataro mittenda illiusmodi subsidia, dari jussit omnia, quæ bello gerendo necessaria requireret. Centum quidem ei missa fuisse jumenta sagmataria perhibentur, onerata nummulis argenteis, quos aspros appellatione Græca Turci vocant. Horum summa conficiebat centum et octuaginta millia thalerorum Germanicorum, ad asproa sexaginta revocato thalerii pretio, quod id temporis huic nummo statutum decreto sultani Muratis erat. Adeoque jumenti unius onus thaleros mille cum octingentis continebat. Hanc Tataro pecuniam misit, præter alia donativa, nimirum vestes ex panno sericoque confectas, et omnis generis arma. Sciat autem lector, propterea fuisse Murati chanem hunc Tatarorum Muchemetem obligatum ad educendas mittendasve domo suorum copias, in quemcunque visum Murati fuisset hostem, et quocunque tempore, quod singulis annis eo nomine pro se suisque ducibus acciperet a Murate summam ducentorum plus minusve millium sultaninorum : præter impensas diurnas, quarum ei nomine, pro more Turcico, singulos in dies aspri mille numerabantur. Tatarus ubi a Murate, quæ diximus, accepisset, Crimio, civitate regiaque sua, discedit, seque Temircapim perrecturum simulat. Sed aliquanto spatio progressus a Crimio, domum revertitur, cum modo suis id se facere diceret, ob anni tempestates, profectioni adversas ; modo suspicionis causa, quam de fratribus suis concepisset ; modo propter Cosakorum motus (sic appellantur in Moldavicis Valachicisque finibus, qui Martelosi, Uscochi, Morlachi dicuntur in Ungaricis, Croatinis et Dalmatinis : nisi quod majore numero Cosaki rem gerunt), qui contemni non possent, cum non dudum adeo Potocova Polono duce, finitimam sibi Benderiam, Osmanici juris oppidum, versus Nigrum mare situm, ceperint atque diripuerint : nunc has denique, nunc illas causas et excusationes prætendens, expeditionem Murati promissam non suscepit. Equidem de viris sapientibus, et Turcicæ fraudulentiæ gnaris, audire memini, conclusum in Muratis fuisse consilio, Tatarum Chanem procul ad remotas illas regiones ablegandum : ut interim, dum abesset domo, regnum ejus, quod etiam cæteroqui sultani Muratis continueretur imperio, in formam beglerbegatus redigeretur. Ac fieri potest, has eum suboffecisse Turcorum insidias, ideoque profectionis consilium mutasse, nedum alienis augendis et conservandis intentus esset, propriis exueretur. Utut sese res habeat, Murates ægerrime ferens, hoc modo delusum se tantam cum pecuniæ, tum aliarum rerum jacturam fecisse, cogitare cum animo suo de vindicta cœpit. Itaque mandatum ad Osmanem bassam mittit, quo præcipiebat, ut ibi primum id ipsi mandatum offerretur : istic suo loco relinqueret Giaferem bassam (is aliquando Temesvari beglerbegus in Ungaria fuerat) cum titulo veziris Osmanicæ Portæ summique copiarum ducis in illis locis : atque ipse celeritate, qua posset maxima, Capham ad castigandum Tatarum proficisceretur. Erat huic Tataro nomen Muchemet, Kerai chan, hoc est, Muchemetes rex Keraius, sive Keralorum. Osman bassa mandato Muratis accepto, quidquid ab eo sibi fuisset injunctum, fecit. Quippe Capham profectus, totam istic hiemem illam transegit. Cum æstas appetiisset, anno 991 (Chr. 1584) misit eo sultanus Murates fratrem Muchemetis Tatari, cui nomen erat Islan chan. Is hactenus asservabatur apud Iconium urbem Asiæ. Nunc vero Capham eo consilio mittebatur, ut Osman bassa necato Muchemete regem hunc Keraiis Tataris loco Muchemetis daret. Cum Islane chane Muratis mandato Capham navigavit Uluzalis præfectus maris, cum aliquot triremibus, nec mediocri genizarorum Portæ sclopetariorum præsidio. Postquam hi Capham appulissent, infelix ille Muchemetes chan desertus a suis, et potissimum proditus a Kihaia sive præfecto curiæ suæ, Turcorum in manus venit : et ab eis, una cum duobus filiis, eliso gutture strangulatus fuit. In ejus locum mox ab ipsis, nemine refragante, suffectus est Islan chan, ex decreto sultani Muratis, ut Keraiorum Tatarorum chan sive rex esset. Alius quidam filius ejus ad Nogaiorum Tatarorum principem, socerum suum, profugit. Muchemeti quidem non immerito, propter impietatem erga patrem exercitam, ejusmodi mors obtigisse verosimile videtur. Nam cum is senio confectus, parum filio putaretur ad gubernationem idoneus, ope sultani Turcici patrem abdicare se regno coegerat Muchemetes, idque mox in se transtulerat : Tataris fratrem ejus Islanem chanem poscentibus, cui pater etiam magis favebat. Islan cum alio fratre, natu minore, Polonorum ad regem Stephanum Batorium, fraternæ crudelitatis metu, se contulit. Rogatu Muchemetis sultanus Turcicus Polonum regem urget, uti sibi dederentur. **377** Erat apud Turcos Transsylvanus quidam, Marchatzi Paul vulgo dictus, id est Paulus Marchatzius, qui rebus Transsylvanis insidiatus fuerat. Eum vicissim poscenti regi spes aliqua deditionis facta. Quamobrem Tataros fratres sultano mittit, qui tamen Polonum ludificatus, promisso non stetit. Auctor enim dedendo fuit, ut musulmanissaret. Quod cum is fecisset, religione se prohiberi Murates Polono respondit, quominus Musulmanum Christiano ad supplicium dederet. Ipse quidem Marchatzius apostata superstes adhuc est, Babotzæ præfectus, haud procul a Zigeto, et Ibrahim beg Turcis nunc appellatur. Tataris fratribus Constantinopoli degentibus in domo Zausii cujusdam Ungari senis, fuga natu minor ad Persas elabitur : cujus exemplum ne Islan imitaretur, Rhodum primum triremibus deportatur : inde transfertur Iconium, ibidem asservatus, donec tandem factus liber, fratri Muchemeti, quemadmodum jam indicavimus, substitueretur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ceterum rebus ex animi sententia curatis, Osman bassa, marisque præfectus Uluzalis, triumphabundi Constantinopolim reversi sunt. Post paucos dies Siauses bassa, cum alias ob causas secretiores, tum vero quod mittendorum Tataro pecuniæ reliquorumque subsidiorum auctor Murati fuerat, ut antea narravimus, intervenientibus etiam occultis adversus Osmanem inimicitiis, quæ postea patefactæ fuerunt, a vezirazematus officio remotus, ejusque loco princeps sultani consiliarius factus est Osman bassa, facile Turcorum omnium, secundum Osmanidas, nobilissimus : quod patre Damasceno beglerbego, matre beglerbegi Bagadatensis sive Babylonii filia natus esset. Hoc quidem memorabile, quod Siauses in publico divano condemnatus et masul factus fuit. Sed deinde sultani Muratis soror, conjux ejus, apud fratrem suppliciter intercessit. Cui Murates, „Beatus est, ait, quod te conjugem habeat : absque hoc fuisset, eum sine ulla commiseratione in pleno divano jussissem interfici. Amissa dignitate, conjugis tamen causa salvis annonis, quæ singulos in annos sex millibus sultaninorum æstimabantur, et salvo timaro duum millium sultaninorum, migravit in domum suam, quam ad littus Asiaticum sitam in hortis vidimus, cum ad Euxinum navigaremus. Secretior illa causa, cujus modo meminimus, fuit, quod Muratis animum contra Muchemetem filium exacerbasset, cum is forte Kihaiam sive præfectum suum indigne tractasset. Ægro tulit hoc animo sultana, Muchemetis mater, ac maritum in suspicionem adduxit, quasi Siauses æmulationis ac dissidiorum seminibus inter patrem filiumque sparsis, acrius tandem (quod humanis in rebus fieri soleat) irritato patre, ut unicum filium occideret, imperium postea suis liberis, ex sultani sorore natis quæsiturus esset. Hinc in primis illa Siausis calamitas.

Posteaquam Osman bassa vezirazemes creatus fuisset, tantopere suum apud sultanum laboravit et institit, ut tandem Persicus orator, Ibrahimes chan, qui tanquam incarceratus in saraio conclusus erat, uti supra diximus, bona cum pace suum ad principem redeundi facultatem impetraret. Sed cum Osmanici natura duplices ac fraudum pleni sint, ubi primum Persicus hic orator pervenisset Arzerumen, quæ majoris Armeniæ civitas est, jussu Muratis ibidem detentus fuit, ne ulterius progrederetur.

Non multo post certior factus est sultanus Murates, strangulati Mucchemetis Tatari Keraii filium, qui Nogaiorum ad principem fuga se receperat, uti supra memoravimus, magno cum exercitu socerique subsidiis profectum contra patruum Islanem chanem, eo tam civitate Crimio, quam ditione paterna ejecto, pleraque amissa recuperasse : Islanemque patruum, fuga sibi consulentem, Capham contendisse. Quo quidem Murates accepto nuntio, tum ut obviam iret ac remedium afferret omnibus hinc oriturus incommodis, tum uti perduelles castigaret, Osmanem bassam, qui supremo cum imperio terrestrium copiarum dux in iis locis esset, ablegavit. Eum in castris ad Chalcedonem cum sexaginta plus minusve millium exercitu vidimus, unde postea per Anatoliam, sive Asiam minorem, iter fecit : hoc est, Iscodara Chalcedoneque profectus est itinere terrestri Sinopen versus, ut inde Capham per Euxinum transjiceret. Sed quod illis in regionibus, Ponto vicinis, ingens tum frigus esset, maluit ad oppidum Castamonam subsistere, quod non procul a Sinope situm itinere quatuordecim vel quindecim dierum Constantinopoli distat, ut istis usque ad veris initium hibernaret. Itidem maris præfectus Uluzalis, qui cum triremibus ad Nigrum mare vel Euxinum se contulerat, ut prædictum Osmanem bassam cum terrestribus copiis Sinope Capham transveheret, in portum Sinopensem triremes deduxit, quo commodius navigationi tempus, et Osmani Serdaris, hoc est, generalis ac supremi copiarum imperatoris adventum istic exspectaret. Diversæ tunc hominum de hac expeditione Constantinopoli opiniones erant, aliis existimantibus, Osmanem iter hoc tractandæ cum scacho Persico pacis causa suscipere, aliis affirmantibus, Capham iturum, indeque perrecturum ulterius, ut in urbe Crimio munitionem exstrueret, ibique beglerbegum cum dephterdaro sive quæstore constitueret. Sed eventus docuit hanc expeditionem 378 Persici potissimum belli continuandi causa fuisse susceptam.

Expositis hactenus continua serie Persicis rebus, nunc subjicienda quædam veniunt, quæ licet ad superiores annos pertineant, tamen huc referre maluimus, ne belli memorabilis series interrumperetur.

Jam ante diximus obiter, annis superioribus proximis Cosacos, Potocova generoso viro Polono duce, captam Benderiam (quod alioqui nomen in genere arcem sive munimentum significat), Turcici juris oppidum, diripuisse. Tantum in hoc Potocova robur erat ut equorum soleas ferreas, etiam recentes, nullo negotio manibus, instar chartæ vel alterius rei fragilis, rumperet. Ideoque sibi ducem hunc Cosaki præfecerant, et auspiciis ejus Turcis, qui ab aliis lædi se nolunt, cum maximam sibimet ipsi nocendi licentiam in finibus sumant, gravissima damna dederant. Cum id contra leges antiqui fœderis inter Osmanicam familiam regnumque Poloniæ fieri videretur, mittit ad Stephanum regem sultanus Murates Zausium Portæ, repetitum res ablatas, et non sine minis postulatum, uti Potocova quoque, Cosacorum dux, præsente ac inspectante Zausio suo, capite plecteretur. Venerat in potestatem regis Potocova nefario quorumdam amicorum suorum astu et scelere, qui studio gratificandi voluntati regiæ, per litteras a Potocova petierant, uti ad se veniret, quocum colloqui de rebus ad ipsummet pertinentibus cuperent. Simul fidem nomine liberi commentus regii suum inter-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

posuerant. Accesserat vir integer ac minime suspiciosus. Monebatur, Cosacos uti desereret, statimque regem adiret : quem sancte pollicebantur nihil in eum statuturum asperius. Cum hoc modo deceptus, ad comitia se Varsoviam contulisset, deliberatum in senatu quid agendum hoc esset in negotio. Visum majori senatorum parti, nequaquam hominem Christianum, militem Polonum, virum denique fortem, qui robore corporis admirabili cunctis in eo regno præstaret, barbaro certam ad necem prodendum. At Zausium, quam commodissimis fieri posset, purgandum rationibus. Omni denique modo consulendum ipsius saluti, qui salvi commeatus regii promisso fretus, Varsoviam venire non dubitasset. Rex Stephanus e diverso dicere, sub fide quidem publica Potocovam arcessitum, sed aliter eam datam non intelligi, nisi quatenus causam suam justam docere probareque posset. Nunc vero cum pateat, eum contra fœderis pacta conventa fecisse, quod indignissime sultanus Murates ferat : non posse fœdifragum paciisque publicæ violatorem salvi commeatus regii beneficio frui. Auditas esse minaces sultani Turcorum litteras, cujus iras si tanti non facerent, ac Potocovam potius servatum vellent, se quidem ipsorum voluntati non adversaturum, satisque facturum officio suo contra quosvis regni hostes : monere tamen ne bello Moscovitico necdum confecto, novas temere sibi cumularent inimicitias. Hoc modo cedentibus regiæ sententiæ Polonis, sumptum de Potocova supplicium fuit. Secundum hæc, anno Mahumetano 990 (Chr. 1583), quidam Podolovius Polonus (hoc nomine Constantinopoli appellabatur, alii Polidovium vocant) nobili genere natus, stabuli regii præfectus secundus, quem vulgo subpræfectum vocant, missus fuit extra ordinem legatus a Stephano rege cum litteris ad sultanum Muratem, quibus inter alia petebatur, ut ei regis sui nomine liceret equos aliquot generosos in Anatolia comparare, quibus in Poloniam deductis pro se rex uteretur. Impetrato Muratis consensu, in Asiam proficiscitur, et viginti quatuor equos insignes ac plane regios emit. Cum his in Europam transjicit, domum non sine salvo sultani Muratis commeatu rediturus. Sed cum forte tum novi Cosacorum motus et excursionis nuntius ad Portam venisset, illico Murates Zausium Constantinopoli ablegat, qui Podolovium assecutus in itinere, cum suis jugularet, et equos regios, cum cæteris legati comitumque rebus, Constantinopolim reduceret. Venit hic ad Podolovium non procul Hadrianopoli, mandatumque sibi narrat a præpotenti sultano suo, litteris etiam prolatis, ut eum cum equis et comitibus Constantinopolim reduceret. Negat id se facturum Polodovius, litterasque salvi commeatus ostendit. Nec has, nec legati personam, contra jus gentium violari debere, præsertim a confœderatis, ait. Zausius ad proximi cadii sive judicis cognitionem provocat, qui e loco maxime vicino arcessitus, cum ad cos venisset, quæ in medium ab utroque proferrentur, audit. Jubet exhiberi sibi tam Podolovio, quam Zausio datas a sultano litteras : quibus inspectis, cum Zausii mandatum recentius esse cognovisset, vim prioris exspirasse, posterioris exsecutionem requiri, pronuntiat. Cœptum ergo rediri : cumque de via regia cum eis Zausius deflecteret, monetur a legato viam uti regiam teneat. Occlamat barbarus, ipsene sultano Musulmanorum ac suis in regno suo præscribere leges vellet, quo reducendus esset itinere ? Sic igitur itum in silvam, ubi ad mortem parare se jubentur omnes, ex sententia mandati sultanini. Erant ei triginta quatuor famuli, quibus ordine trucidatis (uno tantum excepto puero, qui solerter in silvam profugiens evasisse perhibetur), ultimo Podolovio, post conceptas ad Deum preces, caput amputatum a Zausio fuit. Res omnes **379** ipsius et comitum Zausius Constantinopolim, cum equis regiis, deduxit. Equi, jussu Muratis, partim sultaninum in saraium, ad ipsius Muratis usus, recepti : partim inter bassas distributi, digitisque singulari cum ignominia Stephani regis passim monstrati fuerunt.

Cum hæc per autumnum accidissent, anni sequentis 991 (Chr. 1584) initio venit Grodnam, quæ in Lithuania sita est, ad Stephanum Poloniæ regem missus a sultano Murate Mustaphas Zausius, qui cædem legati regii Podolovii, de qua modo dictum, excusaret. Aiebat is, falso tamen rem narrans, illum fuisse necatum, nullo sultani Muratis interveniente jussu, cum præscriptos legationi limites egressus, copias Turcicas spectatum venisset, quæ tum temporis contra Persas mittebantur. Nunc ab se mandato Muratis adduci cædis auctores, de quibus rex Stephanus supplicium sumeret. Quia vero Cosaki recens magnum finibus Turcicis damnum intulissent, vicissim petere Muratem, ut ablata restituerentur, et Cosakorum dux ad necem sibi dederetur. Venerat is hoc tempore Grodnam, eadem illectus fraudulentorum verborum esca, qua prius etiam circumventum fuisse Potocovam diximus. Vir erat bellicosus, et Turcos in finibus more suo semet insolentius gerentes, aliquoties ceciderat. Hunc sibi Murates, loco duorum vix triobolarium nebulonum, quique fortassis aliud ob maleficium capitis anquisiti fuerant, mitti volebat. Intercedentibus apud regem pro ejus incolumitate præcipuis regni proceribus, non ille quidem Turco deditus, sed tamen incertum quo deportatus, nusquam ex eo tempore conspectus fuit. Solebat narrare Constantinopolim reversus iste Mustaphas Zausius, qui non ex primariis, sed vilis inter suos erat, se a principio conspicatum terribiles ac minaces Polonorum oculos, ob indignam et contra jus gentium admissam legati regii cædem graviter frementium, non exiguo sibi visum in periculo versari. Verum quod antea Potocovam de medio, præ formidine sultani sui, sublatum meminisset : animo prorsus obfir-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mato, tam audacter, minis etiam interjectis, ut voluntati principis sui satisfieret, irrisisse: tandem ut omnis ei Cosakorum præda cum captivis, absque cujusquam impedimento, restitueretur, quam pene triumphabundus ad sultanum suum Constantinopolim attulit.

Jam de nostris etiam rebus ut aliquid interseram, ante biennium sex, plus minusve, Turcorum millia, duce sangiaco Solnoccensi, qui deinceps Sasuarensis sive Zigetanus bassa nominatus fuit, prædæ faciundæ causa collecta, celeritate quadam inexspectata regionem Cepisiensem invaserant: Onodium, quod iis in locis oppidulum est, direptum incenderant: multa Christianorum capita cum amplissima præda secum abduxerant. Quia vero reditum istorum nostri ad Agriam, quam Erlam vulgo vocant, præstolabantur, ubi primum Turci advenissent, dimicari cœptum, licet illi numero superiores nostris essent. Sed cum nostris auxilia destinata submitterentur, quæ Ungarorum erant equitum ad duo millia: denuo pugnatum acriter, numero Turcis, virtute nostris fidentibus. Jam anceps erat victoria, cum equites Germani sclopetarii centum quinquaginta supervenientes, nostris eam vindicarunt. Nam a latere Turcorum in aciem irrumpentes, displosis sclopetis eam subito solverunt ac turbarunt. Hostibus in fugam conjectis, plures eorum cæsi, nec pauciores capti: præda cum mancipiis Christianis recuperata. Cædis hujusce Turcorum nuntio Constantinopolin allato, mirifice perturbari Turcorum animi. Sinan bassa, qui tum vezirazemes erat, fremere, furere, maxime terribilia minari. Sed postridie illius diei, quo primum nuntium acceperant, quidam sangiacus ex Ungaria veniens ad bassas vezires deductus, et ab eis de re, quonam modo gesta fuisset, interrogatus, respondit suos nulla lacessitos injuria regionem imperatoris Christiani temere invasisse, mancipia Christiana prædamque maximam abduxisse: qua quidem onusti, dum suos ad fines domum properarent, in hostico cæsi fuerint. His intellectis, et in dies ab aliis quoque confirmatis, iræ nonnihil sopitæ fuerunt: præsertimque cogitatum de renovandis et prorogandis ulterius cum imperatore Christianorum induciis, quæ anno 990 (Chr. 1583) exspiraturæ essent: quanquam illas impediturus videretur Sinan vizirazemes, ni masul factus fuisset, ut supra commemoravimus.

Anno igitur 991 (Chr. 1584) secuta fuit inter Rudolphum II, Christianum imperatorem, et Muratem III, imperatorem Musulmanorum, induciarum prorogatio: quæ Kalend. Januariis, anno Christiano 1584, qui Mahumetanus est 991, inciperent, et nonum ad annum usque durarent.

Hoc primo prorogatarum induciarum anno, sub finem mensis Augusti, Rudolphi II Romani imperatoris jussu vir illustris et generosus, Henricus Baro de Lichtenstain, de Nicolspurg, serenissimi principis Matthiæ, archiducis Austriæ, primus a cubiculis, consueta munera sultano Murati, Musulmanorum imperatori, Constantinopolim laturus, Vienna quinque navibus secundo Danubio discessit, Budamque feliciter quinto die mensis Septembris appulit: ac perhumaniter exceptus, negotia sibi demandata cum Sinane bassa Budensi. **380** patria Florentino, licet alii Mediolanensem ex Vicecomitum familia perhiberent, ex animi sententia peregit. Ibi postridie, quam advenisset, qui fuit sextus dies Septembris, cum deduceretur ad bassam, insolens ei barbarumque spectaculum exhibitum fuit.

Primum magno populi concursu, tres habitu Turcico præcedebant Zingani, quos Ægyptios nonnulli, Arabes alii vocant. Horum medius testudinem, usitatis majorem, pulsabat: reliqui duo duabus fidiculis, admodum stridulis, strepitum faciebant, et voce barbara sultanorum Osmanidarum res gestas, omnibus ad hunc usque Muratem ordine recensitis, accinebant.

Hos sequebantur tres lymphatici robusti homines, caligis tantum induti, cætera nudi, nisi quod capitis vertex parvo pileolo rubro, et humeri nudi superinjecta, deque collo pendente pelle tigridis, exornabantur. Hi ad concentum Zinganorum tripudiabant, tenentes singuli vexillum Turcicum rubri coloris, cujus hastile intra cutem et abdomen ventris, emanante multo sanguine, defixum erat.

Hos duo pueri sequebantur, qui cuti frontis perforatæ pennas gruis insertas ferebant.

Secundum pueros incedebant quatuor virorum paria, pervulneratis lateribus.

Primi duo clavas ferreas, quas pusdiganos dicunt; proximi duo nudos acinaces, per cutem transfixos, gestabant.

Rursus alii duo sequebantur, quorum unus securim militarem Ungaricam (schacanum vocant), alter oblongum Genizari sclopetum apertis lateribus, in transfixo corpore portabat.

Ultimo loco viri duo robusti spectaculum hoc claudebant, qui tempora rectis, latis et oblongis ensibus, quos Ungari palastos vocant, transfixerant. Horum capulos manibus tenebant. In ensium cuspide pomum erat affixum, et pomo penna gruis inserta.

Universi rasis novacula capitis et barbæ pilis, excepto mustace, caligis tantum largioribus, qui Turcorum per æstatem mos est, induti; supra cingulum plane nudi erant, nisi quod in vertice, sicut et antea diximus, rubrum strictumque pileolum, quem takiam (ni fallor) appellant, et pendentes de collo per humeros tigridum pelles gestabant. Omnes etiam tripudiantes continuo saltabant, cum multa sanguinis effusione, quem spongiis abstergebant.

Hoc genus hominum, quod animo scilicet imperterrito quidvis audeant, a Turcis delilari, hoc est, stulti delirique vocantur, a Græcis rhipsokindyni, quod præcipites in pericula ruant. Cum autem rursus eadem peragentes quæ prius, ex ædibus bassæ nostros, ad navium stationem, præcedendo deduxissent: accepto munere, quod eis

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

legatus augustalis dari jussit, ad suos reversi sunt. A

Comitabantur hoc itinere legatum aliquot barones virique nobiles, quorum nomina subjicere libuit ex commentario Melchioris Besolti, qui nostrum hoc iter descripsit.

Karulus Dietricstain, baro in Holenburg et Finckenstain.

Sigismundus Ludovicus, baro de Polhaim.

Joan. Bernardus a Lembach, etc.

Wolfius Ungnad, baro in Sonneck.

Georgius Hartmanus, baro de Lichtenstain, legati frater.

Joan. Ulricus, baro de Stahremberg.

Georgius Andreas, baro de Buchaim.

Stephanus de Reva, comes Turocensis, Ungarus.

Wilhelmus a Dietricstain. B

Joannes Lewenklaw.

Franciscus Georgius Oberdorf.

Melchior Besolt.

Maximilianus Mager a Fuchstat.

Antonius a Stamp.

Georgius Rothut.

Hector ab Eltz, aulæ præfectus.

Joan. Jacobus Eglof, stabuli præfectus.

Jacobus Mielich.

Victor Rechlinger.

Joannes Basilius ab Hohenwart.

Aderant baronum ac nobilium addicti ministeriis adolescentes nobiles sexdecim, præter alios plebeios. Totus denique comitatus extra legatum C constabat octuaginta novem personis. Equi sexaginta sex erant, præter decem vel duodecim conductitios: currus (vulgo coccios vocant) septemdecim, quibus Tauruno sive Belgrado Constantinopolim veheremur. Istic enim exscenditur, et itinere terrestri, Danubio ad lævam relicto, per Serviam, Bulgariam, Macedoniæ partem, Thraciam, Constantinopolim itur. Adjunxerat itineris comites bassa Budensis, unum ex proceribus, qui Begi Turcis dicuntur, itemque tres zausios, qui commissariorum in aulis nostris locum istic obtinent, et tres genizaros. Hi suis cum famulis et ipsi præter equites, septem rhedis sive curribus vehebantur. Henricus baro de Liechtenstain, post D oblatum sultano Murati munus, amisso fratre Georgio Hartmano, qui Constantinopoli obiit, jam et ipse diuturno morbo debilior factus, majorem familiæ partem cum equis et curribus Constantinopoli die duodecimo mensis Decembris in Austriam remisit; ipse navi Veneta, sub initium veris, per mediam Græciam domum redire statuit. Anno sequenti, decimo tertio die mensis Aprilis, Calliupolim ad Hellespontum sitam venit; ubi morbo invalescente, magno cum suorum 381 dolore, 16 die mensis ejusdem, continuas inter preces velut obdormiscens, vitam hanc mortalem feliciter cum immortali commutavit. Aderat tunc ad beatas piorum sedes migranti Joannes Leunclavius, quem in primis ut hujus itineris comitem haberet, domo litteris amantissime scriptis accitum invitaverat. Is Dionysio Chiensi, monacho docto et optimo viro, ecclesiæ S. Marci Calliupolitanæ præposito, memoriæ defuncti causa, schedam hic subjectam, lingua Græca, Latina, Italica Germanicaque perscriptam reliquit: donec a fratribus, generosissimis baronibus, Georgio Erasmo, et Joanne Septimio, quo nullus ordinis sui nostro sæculo Germanus majorem orbis partem peregrinando felicius perlustravit, debitum virtuti pietatique baronis optimi monumentum excitetur.

ANNO CHRISTIANO CIↃ. IↃ. LXXXV. DIE XVI M. APRILIS. PIE MIGRAVIT EX HAC AD CŒLESTEM VITAM ILLUSTRIS ET GENEROSUS DN. HENRIC. BARO DE LICHTENSTAIN. DE NICOLSPURG. RUDOLPHI. II. IMP. AD PORTAM OSMANICAM LEGATUS. SEPULTUS IN HOC TEMPLO S. MARCI CALLIUPOLI. AD GRADUS. PROPE CONVERSIONEM S. PAULI. DIE M. APRIL. XX. AN. SUPERIUS INDICATO.

Equidem mihi polliceor, humano lectori hanc itineris nostri mentionem non ingratam fore: qua libuit obiter etiam meo erga beatos Henrici baronis eximii manes officio defungi, cujus erga me perpetuam inde usque a primis ipsius adolescentis adhuc annis benevolentiam et amorem expertus fui. Nunc ad institutum redeuntes, tandem aliquando pensum hoc absolvamus.

Hac etiam æstate anni 991 (Chr. 1584) sultanus Murates dum se cum mutis suis oblectat, pene periit. Diximus enim supra, mutos sultanis Osmanidis in deliciis esse, qui animi sensa signis quibusdam aperire solerter norunt, et vicissim intelligere nutibus ac signis indicata. Solebat hos Murates equis prægrandibus et ob corporum molem tardis imponere, cum ipse maxime agilibus, ac præsertim Arabicis, uteretur: et modo in hunc, modo in illum provectus, nervi bubuli (caravazzam ipsi vocant) verberibus tam mutos, quam equos eorum cæsos, ad cursum impelleret. In hoc ludo correptus comitiali morbo, sibi familiari, tam gravi lapsu ex equo decidit ad pavimentum allisus, ut omnino per urbem vel jam moriturus, vel mortuus crederetur. Adeoque genizari, pro more, velut exstincto sultano, jam Christianorum Hebræorumque tabernas involando diripiebant: maximusque tumultus in urbe secuturus erat, nisi mature genizarorum Aga sive tribunus, quemdam in ipso deprehensum facinore mox, ad incutiendum cæteris terrorem, suspendi jussisset: mancipiis etiam nonnullis, genizarorum habitu vestitis, ad uncos scalæ Sycenæ sive Galatensis, pro more Turcico deductis, et supplicio mortis ibidem affectis. Si Muchemetes, Muratis filius, qui Magnesiæ degebat, id temporis ad urbem fuisset, actum plane de vita patris erat et imperio. Convaluit tamen Murates, statimque post adventum nostrum, die quodam Veneris, qui Turcorum hebdomadario festo sacer est, eques e saraio novo (genisaraium a Turcis appellari, deinceps patebit ex annalium declaratione) prodiit, nobis inspectantibus cunide, quemadmodum fieri solet,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

et sacræ sanctæ Sophiæ, sive Sapientiæ Dei templum nunc profanatum a Barbaris, adiit : uti scilicet nobis et aliis (erat enim maximus hominum concursus) ostenderet, se nondum mortuum. Ipsa facies adhuc colore lurido deformis conspiciebatur.

Hoc eodem anno 991 (Chr. 1584), die 24 mensis Octobris, aliquot begi Turcici cum suis copiis, in quibus erant, ipsorummet confessione, hominum ad 10000, Carniolæ fines ingressi, gravissimam impressionem fecerunt : direptis passim vicis ac pagis, magnaque Christianorum mancipiorum multitudine secum in servitutem abacta. Cum nostri nuntium adventus et populationis hostilis accepissent, hominum ad 11000 subito cogunt, Justo Josepho comite Turriano, et Thoma Erdendio comite Muslovinæ, Sclavoniæ Croatiæque Bano, ducibus : ac sine mora maximis itineribus hostis tergo inhærentes, ad Slunum Croatiæ tandem eos die vicesimo sexto ejusdem mensis Octobris assequuntur, invadunt, cædunt. Liberati captivi, et præcepta (præda capta) fuit, cum interitu 4 000 Turcorum. Eramus nos Constantinopoli, quo tempore de hac suorum clade sultanus Muratès certior reddebatur : qui sane cum intellexisset, a suis injuriæ factum initium jure cæsos pronuntiavit. Nam nolle se quidquam aiebat a suis, contra leges induciarum, ad turbandam pacem in Ungariæ limitibus attentari. Jussit etiam, illustri et generoso Rudolphi II Cæsaris oratori, Paulo baroni Eizengano, suarum ad utrumque bassam Ungariæ, Budensem ac Temesvarensem, litterarum exemplar exhiberi : quibus severe mandabat, uti milites suos limitaneos in officio continerent. Idem ut a nostris quoque præstaretur, imperari vicissim petebat.

Sub exitum ejusdem anni Turcus quidam Constantinopolim appulit, nuntius cædis suorum, e qua solus (ut ipse quidem aiebat) opera chirurgi cujusdam Cretensis, cui fuerat antea notus, evaserat. Res ipsa relatu non indigna, quod prope novo tunc 382 inter Venetos ac Turcos bello causam præbitura videretur. Ramadanis bassæ Tripolitani vidua, cum filio, familia, mancipiis utriusque sexus Constantinopolim profectura, triremem in Barbaria vel Africa maritima curaverat instrui, qua facultates suas amplissimas secum aveheret. Eas equidem memini a Turcis et Hebræis octies centenis millibus nummum aureorum æstimatas : verene, an sequius, equidem dicere non habeo. Huic triremi securitatis suæ causa semet adjunxerant aliæ duæ, quas idcirco vulgus nautarum conservas appellare solet. Cum ipsum ostium sinus Adriatici, non procul ab insula Corcyra (Corphum nunc dicunt, quæ vox Græcis vulgari lingua sinum significat), præterlegerent, ingens subito coorta tempestas eos vel invitos in sinum, quem diximus, Adriaticum rejecit. Erat id temporis cura sinus, cum certo triremium numero, contra quosvis piratas et alios hostes (quod officium qui gerit, provisor sinus appellatur) commendata Petro Emo, patricio Veneto, qui quidem juniorum suffragiis ad eam dignitatem pervenerat. Is ubi Turcos sinum ingressos accepit, mox in eos provehitur, numeroque triremium ac militum, et aliis rebus longe superior, omnes in potestatem redegit. Inde diro quodam et inaudito furore sævitum in captivos, tam mares, quam feminas. Maribus occisis 250, filioque Ramadanis bassæ matris in complexu et gremio confosso, feminæ 40 prius nefariis pollutæ stupris, uberibus mutilatæ (quæ quidem vivis adhuc spectantibusque misellis a quibusdam crudelitate plusquam barbara in mare projecta perhibentur), dissectæ tandem atrociter ad unam omnes in aquas a piscibus devorandæ præcipitantur. Ipsius Emi fratris filius in puellam quamdam egregii oris incidisse fertur. Ea cum ipsum pudicitiæ suæ vim illaturum conspiceret, mox Christianam se profiteri, et virginem, et in Cypro natam nobili familia Cornara, quæ suam originem ad Cornaros Venetos referret ; captam ante 12 annos, cum Cyprus sub jugum Turcicum veniret, ex eo tempore miseram apud Barbaros servitutem serviisse. Nunc quando post tot ærumnas in hominis Christiani, pudoris virginei vindicis, nobilis denique Veneti manus incidisset, obtestari se per immortalem Deum, ne Christianæ faceret injuriam, ne virginem incestaret, ne Veneto sanguini fœdam labem aspergeret, sed potius in optatum hunc diem, quo Christianam ad rempublicam postliminio rediret, divina quadam providentia conservatam, salvo pudore libertati restitueret. Nihil apud immitem animum, ac prodigiose crudelem salacemque, tam sanctæ preces valuere, quominus violaretur, et suffocata cum aliis mancipiis Turcicis in mare projiceretur. Existimabantur indignam hanc immanitatem Veneto nomine, tam pio, tam pudoris et omnis virtutis studioso, tam a sævitia denique alieno, exercuisse, ne quis superstes vel amplitudinem prædæ, quam consecuti fuissent, vel admissorum scelerum fœditatem proderet. Hujus facinoris fama Constantinopoli percrebrescente, incredibile dictu, quantopere commoti fuerunt Turcorum animi. Passim audisses omnes omnia Venetis extrema minitantes. Vix a Bailo (magistratus Veneti nomen est, qui de suorum causis istic cognoscit, et injurias suis illatas ad sultanum Turcicum ejusque vezires defert) abstinebant, quominus homini manus injicerent, aut fœde saltem in os exspuerent. Fungebatur id temporis hac munere Joannes Franciscus, Maurocenorum familia natus, (Moresinos vulgo vocant), qui paulo post episcopatum Brixiensem, mortuo doctissimo cardinale Delphino, absens impetravit. Is cum Zausium quemdam sultani Muratis jussu, Constantinopoli die 27 Decembris Venetias iturum cum mandatis accepisset, intercessit, ac tantum obtinuit, ut ablegandus Venetias Zausius Constantinopoli maneret. Missi tamen, qui Muratis sententiam Venetis significarent. Volebat is pœnas in tanti facinoris auctores statui, ablatasque res cum personis, tam liberis, quam

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

servis, reddi. Habuerat autem vidua Ramadanis Christiana 400 mancipia, quæ sane quoniam pro more Christianorum, triremi capta, libertate donata fuerant, alia Murates horum loco mancipia flagitabat. Simul eam præ se ferebat animi moderationem, ut minime se diceret ipsis illaturum injuriam, nec pacem violaturum, modo postulatis rationi et æquitati consentaneis satisfecissent. Cæteroqui se bello suorum cædes et injurias vindicaturum. Senatus intellecta querela voluntateque Muratis, et re diligenter, uti gesta fuisset, perquisita, Murati respondet, exstincti Ramadanis bassæ Tripolitani familiam primum ad insulam Veneti juris Zacynthum applicuisse, neque duntaxat ab insulanis humaniter exceptam, verum etiam munusculis quibusdam honorariis ac xeniis affectam fuisse. Postea vero, quam hinc discessissent, alteram insulam suam Cephalleniam hostiliter invasisse, præterque pacis leges omnia diripiendo, nec hominibus, nec jumentis pecoribusve pepercisse. Præfectum sinus Adriatici, cum certior de hac ipsorum insolentia factus fuisset, eos e vestigio persecutum, non modo intra sinum armatos reperisse, verum etiam ab eis, cum propius accederet, non fuisse pro more salutatum, nec demissis velis editum signum, quod humiliationis appellant. Horum utrumque pactis conventis adversari, quibus 383 armatæ naves sinum ingredi videntur, et omnes præfecto sinus honorem exhibere certo salutationis submissionisque genere, jubeantur. His de causis commotum gravius præfectum suum, acerbius in eos animadvertisse. Nihilominus in hac se causa facturos quidquid homines æqui justique tenaces facere par sit. Nonnihil hoc responso mitigatus fuit sultani Muratis animus, qui præsertim necdum gravissimo contra Persas bello defunctus, novis adversus præpotentem mari rempublicam inimicitiis implicare se nollet. Secundum hæc Petrus Emus capite plexus, et ipsa triremis cum omni armorum et instrumenti genere, totidemque mancipiis, quot in ea Veneti reperissent, reddita fuit : quo tempore nos ad Zacynthum, Cephalleniam, Corcyram, aliquandiu hærebamus, et classem Venetam, quæ Turcis eam triremen restitueret, vidimus. Cæterum libet obiter hoc loco de interitu ipsius quoque Ramadanis bassæ Tripolitani, cujus viduam cum filio familiaque cæsam ab Emo diximus, perpauca quædam commemorare : futura, ut opinor, avido cognoscendi res exteras animo non injucunda.

Tripolitanus igitur hic bassa, bellum contra barbarum regem Africanum gesturus, cum alios milites suos, tum etiam missos sibi a sultano genizaros Portæ sclopetarios in hosticum ducit. Constat autem, magnas in Africa solitudines esse, per quas profecturi, copiam rerum necessariarum et in primis annonæ, secum ut ferant necesse est. Itinerum quoque periti duces, in locis adeo desertis et inviis, vel maxime requiruntur. Ramadan bassa, cum horum utrumque parum ad animum, ante profectionem revocasset, in eas tam annonæ, quam viarum difficultates, cum suis incidit, ut neque progredi posset ulterius, nec sine jactura militum pedem referre liceret. Tandem tamen non sine suorum cæde, ac præsenti cum periculo totius amittendi exercitus, domum reversus est. Tum vero cæco perciti furore genizari, nulla nec ipsius viri dignitatis nec sultani sui ratione habita, qui huic cum provinciæ præfecisset, hominem obtruncant. Neque Murates hactenus eos ob hanc bassæ sui cædem, pro auctoritate imperii castigare potuit: quod nemini mirum videri debet. Quippe non amplius illa nunc apud Turcos obedientia, non disciplina militaris est, quæ fuit olim apud sæculum prius. Quod tametsi docere pluribus exemplis possem; tamen ne modum annalium excedam, duntaxat unicum adhuc recitasse sufficerit.

Anni non multi præteriere, cum Achmetes bassa, beglerbegus Cypri, Famagustæ suis et ipse trucidatus a genizaris fuit. Illam se cædem admisisse palam profitebantur, ob interversa stipendia sua, quæ per avaritiam Achmetes sibi retinuisset. Atque uti prætextum, palliando facinori suo, magis speciosum haberent, ab eo miseros etiam insulanos exactionibus gravissimis et intolerandis exhaustos, aiebant. Indigne sultanus Murates hanc genizarorum ferebat insolentiam, qui beglerbegum suum tam fœde necassent, nullis ad Portam querelis delatis, nullo crimine quo se obligasset. Pertinere putabat ad tuendam majestatem imperii sui, ne facinus hoc impune sic abire sineret, ut horum exemplo, corruptis et aliis, contumacia militum latius serperet. Quapropter in Cyprum alius ab eo beglerbegus mittitur cum decem triremibus, tam aliarum rerum apparatu necessario, quam eo militum numero instructis, quo cædis reorum coerceri petulantia posset. Novus ergo beglerbegus, cum primum ad insulam appulisset, dissimulatis illis occultis mandatis, quæ discedenti Murates dederat, homines quosdam sibi fidos, adire genizaros jubet, ac passim rumorem didere, quasi Murates eis ob interemptum Achmetem bassam minime succenseret; imo dictitare sultanum confirmarent, jure scelestum hominem de medio sublatum, qui genizaros unicos imperii sui custodes annonis suis defraudasset. His auditis, hilari fronte genizari beglerbegum, et qua par erat, observantia excipiunt. Verum non multo post inexspectato quodam astu milites ejus circumveniunt, et universos cædunt, ipsis etiam triremibus in potestatem redactis. Murates, licet ægerrime ferret alterum hoc genizarorum in Cypro facinus, quo gravissime lædi suam et prorsus imminui majestatem videbat, tamen quod infeliciter hactenus gesti belli Persici causa, condonandum his aliquid censeret, ne novas et intestinas præterea turbas excitaret, iris animi dissimulatis, nihil amplius in eos tentavit.

Anno 992 (Chr. 1585), mense Martio, in omnium erat ore Constantinopoli, Ferhatem bassam,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

qui Turcico militi suprema cum potestate, nec- A
dum ad fines Persicos progresso cum exercitu Osmane bassa vezirazeme, præerat, debitam militibus annonam, sordida quadam avaritia distractam, suos in usus vertisse: cujus tamen gravi penuria laborabat exercitus. Idem cum imperasset, duarum in his locis munitionum excitandarum causa, de provinciis uti vicinis convenirent incolarum ad sexaginta plus minus millia, qui operas structuræ necessarias in se reciperent, a singulis aliquid nummorum, pro ratione facultatum, exegisse ferebatur: illisque domum remissis, ad functiones sordidas ipsos Spachios genizaros cæterosque milites adegisse. Mensis ejusdem die 15 concessum in divano Ziausi bassæ, quem supra masulem factum
384 diximus, ut libere, quibus in locis vellet, B
versari posset. Hoc decretum ei viam aperuit, priorem ad dignitatem redeundi; quod quidem, mortuo Persicos ad fines Osmane bassa, non multo post accidit. Constat cum utroque, tam Ferhate, quam Sianse, mitius egisse sultanum Muratem, quod eorum indigeret opera. Nam qui per Osmanis absentiam supremi veziris loco res administrabat Mesites bassa, castratus et senex, licet alioqui justus et severus, tanto tamen muneri parum erat idoneus.

Die 19 mensis Aprilis rediit Sinope Constantinopolim Uluzalis præfectus maris: quod argumentum erat, eo loco tum res fuisse Tataricas, ut Osmanis in Tauricam Chersonesum transjectione non esset opus.

Eodem anno cum Osman bassa Persicos ad limites accessisset, occurrentibus intrepide Persis, modo mille, modo plures, ad decem usque millia, de ipsius exercitu carptim fuere cæsi. Tandem Augusto mense, Persis insciis, et nihil de hoc ipsius itinere cogitantibus, per obscuras, opacas, angustas valles, inter altissimos utrinque montes profectus, ubi militis animandi causa multoties displosa fuere tormenta bellica, Tebrisium accessit. Facillimum hosti fuisset, his in angustiis cum toto cum exercitu ad internecionem delere, si maturius de hac ejus profectione cognovisset. Osmanis adventu intellecto, Cadius sive judex urbis fuga sibi consulit. Tum cæteri, præsertim viri sexaginta in urbe primarii, variis cum istrumentis musicis in castra Turcorum exeunt: Osmani se bassæ, salvam libertatem immunitatesque suas pacti, dedunt, eumque noctu cum suis in urbem, cætoroquin apertam nec ullis clausam muris, deducunt. Est in urbe saraium longe amplissimum, altera scachorum Persicorum regia; eum interior ad Casminum sit, quemadmodum aliquoties alibi diximus. Hoc saraium propugnaculis Osmanes, intra diem tricesimum, egregie munit; arci absolutæ mille spachiorum, duumque millium genizarorum, præter alios milites, præsidium imponit: machinarum denique bellicarum in ea magnum numerum, cum aliis rebus necessariis, relinquit. Inde Tebrisio copias universas abducit, ac in itinere dysenteria, quinto post die, moritur Erat in exercitu secundus ab ipso Cigaloglis bassa, beglerbegus Revanensis, cujus supra quoque mentionem fecimus. Hic Osmane mortuo, supremum nactus imperium, suos in tutum reducere nititur. Instant Cigalogli a tergo Persæ, quibus ipse scachus adfuisse perhibetur. Acerrimo conflictu, et aliquoties quidem repetito, maxima Turcorum strages editur. Nihilominus, quocunque potest modo, Cigaloglis iter continuat: cum hostis impetum frangeret objectu genizarorum, qui sclopetis suis terrori Persis erant. Quoties autem Persæ gravius urgerent, premerent, Turcorum profectionem impedirent, subsistere legiones, et fortissime præliari jubet. Transfugas denique subornatos in hostium castra mittit, qui de ipsius profectione consilioque longe diversa referrent ab iis quæ cum animo suo facere constituisset. Hac ejus impostura decepti Persæ, dum et ipsi subsistunt, maxima celeritate cum suis aufugiens Cigaloglis elabitur, et Wanum reliquias incolumes ducit. Persæ fugam hostis conspicati, Tebrisium revertuntur: et urbe recuperata, mox arcem obsidere cœperunt. Periisse constat in hisce conflictibus haud dubie Turcorum ad 80000, in quibus erant veteranorum militum lectissimorum ad 40000: prælia totum continuata triduum trinoctiumque. Captæ centum ac plures machinæ bellicæ majores. Scachus Persicus, re bene gesta, regno semet abdicasse fertur, idque sic tradidisse filio, ut eum sacramento prius obstringeret, quo sancte polliceretur, nunquam se cum Turcis
pacem facturum, ni prius recepisset omnia, quæ C
juris aliquando Persici fuissent. Hæc tametsi gesta fuere post discessum e Turcica nostrum, nec ita comperta damus, uti quæ supra de rebus Persicis ex intervallo propiori observata descripsimus: tamen ab iis accepta referimus de quorum fide non dubitamus: sequius ac illi solent, qui rerum ipsarum, quas scripturiunt, rudes et ignari, ridiculas nobis (utinam sine fraude periculoque veritatis) nugas obtrudunt.

Hac etiam æstate bellum adversus Maronitas et Turcos gestum fuit. Inhabitant hi populi montem Libanum, qui haud procul dissitus ab urbe Syriæ Phœnices Tripoli (Tarabolos ea Turcis est), non
exiguum ad spatium se porrigit. Religionem Chri- D
stianam profitentur, ac Maronitis etiam patriarcha sacrorum princeps est. Is habitat in monasterio Virginis Deiparæ, quod itinere medio montem Libanum ascendentibus occurrit. Habent et Hierosolymis Maronitæ templum S. Georgii marytris, ubi vulgo vocantur Christiani cincti, sive zonarii, propter longas latasque zonas sive cingula, quibus utuntur. Aythonus alicubi Maronitos dixit, et his verbis eorum meminit. Sunt in monte Libano Christiani degentes prope Tripolim, sagittarii pedites valde boni, circa 40000 virorum. Ili multoties fuerunt soldano rebelles, et damna plurima Saracenis intulerunt. Hactenus Aythonus. Maronitis vicini fœderatique sunt Trusci, qui se profitentur esse re-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

liquias illorum occidentalium Christianorum, quos imperatoris Henrici IV tempore, sub annum Christianum 1099, dux Bullionensis **385** Gotefridus in terram sanctam duxerit, et quorum usus opera tam Hierosolymis, quam reliqua Palæstina, potitus fuerit. Gens utraque tam est numerosa, tam rei bellicæ addicta studiis, ut hominum jam ad 60000 facile possint in hostem educere, qui majori ex parte peritissimi sclopetarii sunt. Hos populos anno Mahumetano 981 (Chr. 1574) sultanus Selimes II sub jugum mittere, sed frustra, conatus fuerat. Itaque Turcis ex illo tempore libertati ac fortunis eorum insidiantibus, nunc tandem undecimo post anno domiti fuerunt ab Ibrahime bassa, Cairi vel Ægypti beglerbego: qui de spoliis thronum regium ex auro puro puto Constantinopolim misisse sultano Murati dicitur, æstimatum sexies centenis aureorum millibus. Idem sultanæ, cujus filiam dudum ambit, et haud dubie ducturus tum credebatur, aliisque saraii mulierculis misisse munera fertur, quorum pretium ducenta millia sultaninorum æquaverit.

Anno 995 (Chr. 1586), Persis arcem Tebrisianam, ab Osmane bassa superiori æstate munitam, obsidentibus, cum obsessi propemodum ad extremam rerum omnium penuriam redacti essent, Ferhates bassa, veluti peritus architectus, munitionem novam e regione Tebrisii struere instituit. Gigaloglis autem bassa Casminum, quæ Persarum (ceu diximus) interior est regia, petiturum se cum exercitu simulat. Dum hoc ejus iter impedituri Persæ, maximis cum copiis advolant, simulatione pugnæ succursum obsessis, eæque res omnes in arcem, cum novo supplemento militum, invectæ fuerunt, quarum inopia laborabatur.

Eodem anno magnus ille Chitainus chan, qui Uin chan et Kezies bassa dicitur, Persarumque reachus, quem Kiselem bassam vocant, novum inter se fœdus pepigere, quo mutuis se subsidiis adversus Osmanidas ferendis obligarunt. Nam quod Tatarus, oppresso Persa, proximum se fore potentiæ Turcicæ videret, cui plurimum ex ruina tanti regis virium esset accessurum, quam fieri maturrime posset, obviam eundum crescenti malo censebat. Itaque majoris etiam conjunctionis causa contractum fuit inter liberos utriusque matrimonium, Tatari chanis filia, scachi Persici filio nuptui data. Simul etiam stipulatus est Tatarus, ad usum Persæ, hominum se 20000 proprio ære tam diu contra Turcos in armis habiturum, donec bello finis ex voto Persici regis impositus esset.

Junio mense hujus anni, orta quædam obscura Constantinopoli nebula fuit: qua desinente locustis pluit, quæ fructus omnes et arborum absumpsere folia. Diversum quid apud nos accidit anno sequenti 1587, Decembri mense, cum Croatinis in finibus, ad Wihitzium, Karoli archiducis Austriæ castrum, quasi nubes quædam anatum et anserum, aliquot sane myriadum, advolavit, seque proximum in stagnum demisit: ubi noctu strepitus ingens pugnantium inter se volucrum in tota vicinia, seque mutuis conficientium vulneribus, auditus fuit. Egressi postridie milites, cives, agricolæ, tantam et anatum et anserum copiam, ad fumum, ad acrem exsiccandorum congesserunt, ut diu tam opima sint victitaturi commode præda. Nam alii 100, alii 200, plures alii pauciores ve collegerunt mactatas ab se invicem volucres. Tandem e prato quodam spatiosissimo sublatis superstites alis, avolarunt.

Sub finem anni, Decembri mense, Croatinis in finibus aliquot millia Turcorum a nostris numero longe imparibus fuere cæsa. Periit inter alios bassæ Boznensis frater: cujus caput a cervicibus recisum, missumque cum captivis quibusdam fuit Viennam ad serenissimum Austriæ principem Ernestum. Hic bassa Boznensis, et frater ejus, quem cæsum hoc conflictu diximus, nati perhibentur ex familia Mechemetis bassæ vezirazemis, cum quo nuptam fuisse sultani Selimis II filiam, Muratis sororem, superius ostendimus.

Anno sequenti proximo, nimirum Mahumetano 994 (Chr. 1587), mense Februario, nostri Copanum, arcem non procul sitam lacu Balatone, tum temporis congelato, quo tres Turcorum begi convenerant, ex inopinato adorti, ceperunt. Erant in arce cum nostri eam invaderent, mille Turcorum plus minusve capita. Ex his præter alios vilioris fortunæ, 190 nobiliores, cum 70 feminis, in potestatem nostrorum venerunt: reliquis aut fuga dilapsis, aut sub terra semet intra specus abdentibus. Equi generosiores adducti centum, præda 40 nummum aureorum millibus æstimata. De tribus begis, quos id temporis illic fuisse diximus, sangiacus Copanensis, Cara sive Niger Alis captus fuit, et Viennam prius, inde Pragam ad Rudolphum Augustum missus: alter suffocatus in loco subterraneo concamerato, quo se defendebat, igne vi tormentarii pulveris accenso; tertius fugæ tum beneficio servatus: qui cum deinceps Augusto mense, quemadmodum mox indicaturi sumus, cum aliis fines nostros ingressus esset, quam hoc in loco captivitatem fugiendo declinarat, istic in potestatem fatali quodam casu redactus, effugere non potuit.

Anno eodem, mensis Augusti die octavo (fastos veteres Ungari retinent), quatuor begi Turcici, Sasuarensis sive Zigetanus bassa, sangiacus Petschevius sive Quinquecclesiensis, et novus ille captivi loco suffectus Copanensis, quinque suorum millibus collectis intra fines nostros, versus Nempthim, irruperunt: et pagis aliquot cis et ultra Limpacum, **386** una cum oppidulis (Germani marctas, emporia Graeci vocant), Moracio, Dobronacis ambobus, Resneccio, Tarnoco, septem ac decem in summa pagis, repentina impressione obrutis, ac miseris utriusque sexus incolis captis, omnia depopulati diripuerunt. Ejus rei factus certior

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Illustris præsidiariorum castri Canisani tribunus Georgius comes Zerinus, comitis Nicolai, fortiter ad Zigetum mortui, filius, quanta celeritate maxima potest, e castellis proximis aliquam militum manum, cum suis subditis ex insula Murakeosa, quæ inter Murum et Dravum amnes est sita cogit. Præterea proceres sibi vicinos, vigilantissimos Cisdanubiani limitis custodes, comitem Franciscum Nadasdium, Balthasarem Bathianium baronem Gussingensem, itemque præfectum Copreinitzæ Joannem Globitzium et Joannem Fridericum Trautmansdorfianum, Bandi equitum præfectum, per suos, et per explosarum machinarum tesseras, hostilis irruptionis certiores facit, ac suas uti copias sine mora secum conjungant, hortatur. Illi mox suis excitis, ad locum designatum in tempore convolant. Inde data diligenter opera Turcorum uti reditum anticiparent, eosque loco maxime idoneo, quasdam inter angustias paludum, quæ transeundæ ipsis erant, invaderent. Feliciter nostris hoc consilium cessit. Reversus cum præda, magnoque captivorum, cujusvis ætatis et sexus, Christianorum numero Barbaros, supra Catzerolacum, ad unum a Canisa milliare, necdum dissipatis omnino tenebris, sub primum diei crepusculum viriliter adoriuntur, manum conserunt, animose cædunt, omni armorum genere vulnerant, cedentibus instant, adversos mactant: eo denique trepidationis ac desperationis adigunt, ut acinaces nostris suos ultro porrigerent, objicerent: itidemque cæteris armis depositis, alii vitam et incolumitatem voce gestuque lamentabili deprecarentur, alii quacunque via possent, in silvas ac saltus confugerent, ipsisque se paludibus immergerent: ubi cum moribundi, quod viribus exhaustis, ulterius pergere non possent, opem hostis implorarent, a nostris miseratione tantæ calamitatis ipsorum commotis, plures erepti servatique fuerunt. In conflictu Machmutes Sangiacus Quinquecclesiensis, filius Alis bassæ, prælio navali ad Cuzzolaros occisi, de quo supra dictum, quique captivus a morte patris Romam perductus fuerat, nostrorum in potestatem venit. Mohaziensis, Sinan begus, palustris loci transjiciendi spe, adacto calcaribus equo, dum defixus hæreret in uligine, sclopeti per frontem mediam petitus ictu, occubuit. Sasuarensis bassa, quo nomine dignitatis illustrioris Zigetanus appellari se vult, una cum bego Copanensi Chasane, fuga se subduxit e prælio, cum res suas jam desperatas cerneret. Copanensis prima post pugnam nocte, quodam in saltu eberrans, cum aliis captus fuit. Zigetanus septimo tandem die pedes Bresenzam, fame atque animi dolore confectus, evasit. Capti ex hostibus fere 1500, de quorum numero multi gravissime vulnerati, post exspirarunt. Cæsi tam in ipso prœlio quam deinceps, et in paludibus ac silvis exstincti, multo plures, et ad duo fere millia. Capita cæsorum 400 pro more militari eorum limitum, cum 600 vivis, Canisam duntaxat relata. Potiti præterea nostri 1000 ac 500, et amplius Turcorum equis. Erant nostrorum pedites 1500, equites 500, ex quibus desiderati duntaxat undecim: nonnulli, sed pauci tamen, vulnerati. Præda cum captivis Christianis recepta. Non desiere nostri, juvantibus etiam agricolis, ad aliquot dies fuga dilapsos indagine quadam, velut in ferarum venatu fieri solet, cingere: quorum quidem non exiguus numerus, vel investigantium studio repertus, vel sua sponte, quod omnem evadendi spem sibi præcisam conspiceret, nihil profuturas deserens latebras, in potestatem venit.

Et hactenus, in hoc quidem tempore, Turcicos Annales, adjecta rerum 37 propemodum annis gestarum expositione, continuare voluimus. De quo sane labore nostro, cuicumodi sit, judicium lectoris humani, candidi, et intelligentis minime reformidamus. Cæteros vel improbitatis et malitiæ, vel ignorationis morbo cæcutientes,

Manguri unius æstimamus omnes.

Veritati quidem certe studuimus, qua, velut anima sua, si careat historia, mox in fumos abeat, necesse est. Testes idoneos, et auctores fide dignos habeo, cum magnificum et amplissimum virum, Bartholomæum Pezzenum, Cæsareæ Majestatis consiliarium, nuper ad Portam Osmanicam missum cum ordinarii legati munere: tum etiam viros nobiles et egregios, Paulum Rosam, Ungarum, beate non ita dudum Constantinopoli mortuum, Nicolaum Haunoldum Vratislaviensem, Hieronymum Arconatum Leontorinum: qui Constantinopoli, cum istic ipse peregrinarer, in augustalibus scriniis secretioribus militabant. Horum consuetudine quotidiana, planeque sincera, qui virorum optimorum candor est, multa me percepisse de Turcicis rebus, ingenue fateor. Nec prætereundus silentio Matthias Pharensis, Rudolphi Cæsaris nostri ad Portam Osmanicam Dragomanus vel interpres; ex cujus narratione pleraque de hoc decennali adversus fortissimam, vereque victricem hactenus gentem Persicam bello gestis plene cognovimus. **387** Quod si visum Deo fuerit, diutius hanc nobis prorogare vitam, dabimus absolutam aliquando historiam Constantinopolitanam, qua res inde usque ab urbe condita, tam a Romanis, Græcis, Flandris imperatoribus, quam a sultanis Musulmanorum gestæ, serie perpetua contextæ legentur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

388 PRINCIPES MACHANENSES

CONTINUA SUCCESSIONIS SERIE

Cum Osmanidarum genealogia, qui ab eis originem ducunt.

LECRAC Cvtlvdzec. Cara Chan. Ogvz. Giokelp, vel Kvkelp. Versaiob. Toctemvr. Ciac Aga. Raki Aga. Baisvnger. Oicvlvc. BaindER. Cvsvl buga. Cabi Elp. Soleiman Scach.

Svngvrsengi, Ertvcvl, Gvndogdi.

Gvndvs, qui et Gundus Elp. Sarigati, qui et Aidogdi. I. Osman Gasi, regnavit annis 29.

Agdemvr II. Vrchan Gasi, an. 32. Ali bassa.

Soleiman bassa, Gerlensis et Bolensis sangiacus, mortuus duobus ante patrem mensibus. III. Sultan Myrat Chan Gasi an. 52.

Siavs Zelebi, cæcatus a patre. IV. Bajasit Gilderun Chan, annis 14. Iacvp Zelebi, strangulatus jubente Bajasite fratre.

Davt Zelebi, exsul apud Vngaros.

*Orthobvles, cujus Annal. Turc. nullam mentionem faciunt, sed Græci tantum

V. Emir Soleiman annis 7, regno exutus a Musa fratre.

Mvstapha Zelebi, cæsus in prælio Temiriano.

Isa Zelebi, occisus a Musa fratre.

VI Mvsa regnavit annis 3 1/2 occisus a Muchamete fratre.

VII. Sultan Mvchemet Chan, annis 8.

Casan Zelebi, obsidis loco missus Constantinopolim a fratre Soleimane.

N. filia missa Constantinopolim cum fratre Casane.

*Dvsme Mvstapha, se cæsum prælio Temiriano Bajasitis filium Mustapham mentiebatur. De imperio cum Murate II dimicavit annis tribus. Tandem captus, Muratis II jussu de muri pinnis Hadrianopoli suspenditur.

*Zicher, quem Turci, sicut et patrem non adgnoscunt. *Vide Notas nostras cum indice.*

Vrchan Zelebi, profugit a patris morte Constantinopolim

N. filia, quæ et ipsa Constantinop. profugit..

VIII. Sultan Myrat Chan II, an. 31.

Mvstapha Zelebi, Nicææ necatus a fratre.

Aladin Zelebi, ante patrem mortuus Amasiæ.

IX. Sultan Mvchemet chan II, an. 30.

N. Zelebi, natus ex Isuendiaris begi filia, nominatus a baptismo Calixtus Osmanides.

Mvstapha, Caramaniæ begus ante patrem mortuus.

X. Sultan Bajasit chan II, an. 33, veneno sublatus a Selime filio.

Zemi, qui Gemes, Italica pronuntiatione, pulsus a fratre, moritur exsul in Italia.

Sinan scach, Caramaniæ begus, ante patrem moritur.

Mvchemet Zelebi, strangulatus jussu sultani Selimis patrui Prusæ.

Aladin Zelebi, strangulatus cum fratre.

Alem scach, qui et Alama scach: ante patrem, missus ad fines Persicos, moritur.

Vrchan Zelebi.

Achmet Amasiæ præfectus, occisus a Selime.

Myrat Zelebi, profugit ad Ismailem Sophinum Persam, cujus filiam duxit uxorem.

Aladin Zelebi, profugit ad sultanum Ægypti, mortuus exsul.

Mvchemet Magnesiæ præfectus, a patre veneno necatus.

N. Zelebi, N. Zelebi, N. Zelebi, cum patruelibus necati Prusæ, jussu Selimis.

Concvt primum Castamonæ, post Magnesiæ præfectus, occisus a Selime germano fratre.

XI. Sultan Selim chan, regnavit annis 8, mensibus 8, diebus 8.

XII. Sultan Soleiman chan II, annis 47.

N. filius Zemis, factus Christianus, Rhodi vixit. Ea vero capta, constans in religione Christiana interfectus est a sultano Soleimane.

N. et N. filii necati cum patre.

N. et N. filiæ, ductæ Constantinopolim.

Mvstapha necatus in conspectu patris a mutis.

Myrat Zelebi, necatus avi jussu post patrem.

Mvchemet Amasiæ mortuus ante patrem, cui charissimus erat, anno Christiano 1544.

XIII. Sultan Selim chan II, an. 8.

Bajasit, victus a Selime fratre, fugit ad Persas, ubi strangulatus est cum quatuor filiis.

Omer, Myrat, Selim, Mvchemet

Ziangir gibbosus, Mustapha fratre necato, seipsum interfecit.

Chamsia, Rustemis bassæ conjux.

XIV. Sultan Myrat chan III, regnare cœpit sub principium anni Christ. 1575.

Mvchemet, post circumcisionem ablegatus Magnesiam, ibidem adhuc degit.

Selim, jamdudum mortuus.

Mvchemet, Aladin, Ziangir, Abdalla, Soleiman. Hos quinque fratres suos sultanus Murates in ipsis auspiciis imperii, se præsente strangulari jussit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

JOANNIS LEUNCLAVII

PANDECTES

HISTORIÆ TURCICÆ

LIBER SINGULARIS

AD ILLUSTRANDOS ANNALES.

389 *De genealogia sultanorum, Osmanidarum, tum etiam, quid scach, gasi, zelebi, emir.*

Ante omnia lectori duximus depingendam hic seriem principum Machanensium, a quibus Osmanidas ortos, annales hi Turcici tradunt : cum arbore, quam vocant Genealogica sultanorum, inde usque ab Osmane primo, ad Muratem hunc tertium, ejusque filium Muchemetem. In hac autem genealogia retinui nomina barbara simpliciter, uti pronuntiantur a Turcis : quibus tamen in explicatione Annalium eam dare formam libuit, quam Græcis probari video. Obiter etiam lector animadvertat, Uguzem vel Oguzem hic quarto loco poni, a quo familiam hanc Oguziam Turci dictam aiunt, quam Laonicus Chalcocondyles, Latine Galliceque non magna cum interpretum laude publicatus, appellat tribum Oguziam : viderique apud Laonicum, Oguzalpem (licet confusis temporum rationibus) eumdem esse, qui Oguzes Turcis vocatur. Oguzalpes enim dicitur, velut Oguz Elp, id est Oguzes Elpius, vel familia natus Elpia, cujus in annalibus mentio fit in Vita Sultani Muratis II, anno Mahumetano 849, sive Christiano 1444, quæque videtur eadem esse cum Oguzia. Præterea Giokelpem nos vocamus, secuti Gauderium, linguæ Turcicæ Cæsareum interpretem, qui Turcis est aliorum pronuntiatione Kukelpes vel Gukelpes. Sic apud Vincentium Belvacensem corrupte legitur quidam Kiocay, pro Kioc Chan, pronuntiando vocem Kioc unica tantum syllaba, qui alibi Gog Chan dicitur : ut etiam Gukelp, et Gog Elp, pro eodem accipiatur. Quod nomen indicandum putavi, propter appellationem gentis, quæ sacris in Litteris exstat. Scachi autem appellatio, quæ tribuitur Soleimani, Ertuculis patri vel regum, vel magnorum est principum, præsertim apud Persas : sicut apud Hispanos Boni vocabulum in usu est. Apud Jacobum Fontanum Taaccus nomen est, quod vix agnoverit aliquis idem esse cum Scacho. Nec recens hoc esse Scachi vocabulum, vel ex eo patet, quod apud Aythonum hæc decimo quinto capite verba, licet corrupte, legantur : Postmodum quidam rex Persarum, nomine Cossorassath, fuit primus ausus Romanorum imperio rebellare, ac se fecit imperatorem Asiæ nominari. Quippe vox illa Cossorassath mutanda prorsus in Chosroas Sach, quod Chosroas Scach, id est, rex Chosroes, enuntiandum. Obiter hoc indicare propterea libuit, quod insignis historicus Reineccius, auctor editionis Aythoni postremæ, de Chossorassath putaverit Artaxerxem faciundum : qui tamen **390** Agathiæ nostro non Artaxerxes est, sed Artaxares, uti Byzarus quoque noster, V. C. ex observationibus nostris adnotavit. Rursus alibi apud eumdem Aythonum Soliman Sa, non est Soliman bassa, sicut in Appendice sua Reineccius opinatus est, sed Soliman Scach. Ertucul et Ertucrul (diversa namque scriptura reperitur) a Turcis dicitur, quem Laonicus Ortogulem vocat, Osmanis patrem. Et Osmanem hunc dico, non Otmanem, vel Otomanum ; itemque non Otmanidas, sed Osmanidas : quod ita postulet Arabicæ Turcicæque linguæ pronuntiandæ ratio, cui Græca prolatio nominis, per Thita litteram scripti, non adversatur : quando istæc littera non Latinæ T vel TH respondet, sed ex usu Græcorum, gemino potius S, cum sibilo quodam expresso. Sic enim Assmanem pronuntiavit Chalcocondyles, non Athmanem. Nec aliud hoc Osmanis illius est nomen, quam Osmanis bassæ, qui ante biennium bello Persico periit. Ortelium sane miror Osmanem, quem Ottomanum vocat, Zichi filium facere, tam Græcis, quam Turcis repugnantibus. Gunduselpis nomen, qui et Gundus a Turcis vocatur, idem prorsus est cum Duzalpe Laonici, per apharesim, quam vocant, detractionemque primarum litterarum. Et in margine Latini Laonici ascriptum legitur hujus Duzalpis nomen aliud ex alio libro, Judisalpes : quod ad Gunduselpem vel Junduselpem propius accedit. Errat autem in his Laonicus quod Duzalpem ponit primum in hac familia, qui Gundus et Gunduselp, Ertuculis filius : quod Oguzalpem Duzalpis facit filium, qui ab hoc decimo tertio gradu est inter ascendentes : quod Orthogulem Oguzalpis filium, Duzalpis nepotem statuit, cum duodecimo gradu absit ab Oguze, qui est inter

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ascendentes, et Gunduselpis seu Duzalpis fuerit pater. Osmon a morte patris annos triginta novem Mahumetanus ex annalium auctoritate vixit, sed viginti novem tantum imperasse scribitur : quod primis decem annis principatum acquisiverit, et constituerit. Sultani nomen huic ab annalium auctore non tribuitur, sed Murati primum nepoti, et abnepoti deinde Muchemeti : quod de hoc Muchemete Theoderus etiam Spanduginus adnotavit. Gazi vero cognomen Osmani datur, sicut et Urchani filio, Muratique nepoti, quod strenuum magnanimumque militem significat. In Urchane (sic enim scribendum) notanda cum Ali bassa fratre concordia, cum omnes alii, quorum de rebus Turcicis exstant scripta, dicant ab Urchane principatus initio sublatos fuisse de medio fratres duos : aperte reclamantibus hisce Turcicis annalibus, qui primum a Bajazite Gilderune Chane parricidium regni causa commissum fuisse, necato Jacupe Zelebi fratre, docent. Zelebis nomen, quod nobilem significat, a Turcis arbitror usurpatum, ad imitationem Romanorum et Græcorum, quorum hi filios imperatorum natu minores nobilissimos vocabant, illi novellissimos, voce nonnihil corrupta, sicut patet ex historiis, inscriptionibus, numismatibus antiquis et fastis. Unicam tantum hoc loco lubet inscriptionem, fidei causa, licet in re manifesta, ponere : tum quod pro se vetus, jam nova sit, hoc est, recens primum inventa : tum quod antiquitatem nobilis urbis Austriæ Viennensis, quondam seu Vindobonæ, seu Vindonianæ, quod magis probamus, insigniter illustret. Eam magnifici equitis DN. HIERONYMI BECK A LEOPOLDSDORF, Cæsar. Majestatis Cameræ aulicæ consiliarii, studio liberali debemus : qui columnæ fragmentum veteris, quæ integra Milliarium Romanum fuit, in vinea quadam, haud procul a Sancti Marci nosocomio, ad unum a Vienna lapidem, repertum cum intelligeret, operam dedit ut domum suam deportatum, posteritati conservaretur. Ejus inscriptionis hæc verba sunt litteris expressa nobis familiaribus. Nam ductus earum, quales in archetypo conspiciuntur, hoc quidem tempore dare non potuimus.

IMP C.ES
P LICINIO CORNEL
VALERIANO NOB.LISS..
CES.. PRINCIPI
IUV.. NTVTIS VA..
ET PONTES VETUSTA
CONLAPSA RESTI
A VIND.. M P
I I.

Intelligitur autem nomine nobilissimi, juventutisque principis, minor natu frater Gallieni Augusti. Sic igitur et Turci Zelebes suos dixere; quanquam in annalibus his animadvertere liceat, Muchemetis secundi, et successorum filios non amplius Zelebes, sed sultanos cepisse nominari. Cæterum esse Turcos veluti simios quasdam Romanorum Græcorumve, quibus successerunt, plu-

A tibus in rebus animadvertimus : in titulis, officiis militaribus, provinciarum præfecturis, legibus, et universo imperio constituendo. Jam quod Bajazitis Gilderunis sive Lælapis filios attinet, in eis recensendis auctorum magna diversitas est. Turci primogenitum faciunt emirem Soleimanem, quos equidem sequor. Et Soleimanes hic dictus fuit emir, auctoritatis majoris causa. Nam emires appellati sunt præsides et propagatores imperii Mahumetis, quasi superiores (Gulielmus Tyrius satrapas seu principes majores interpretatur) quos Græci amires et amirades vocarunt, de quibus **391** non recte vel amires, vel amerades, vel admiratos, vel admirales, vel admiraldos fecere Belvacensis, et interpres Cedrini.

B et alii. Nec hodieque nomen hoc aspernantur ipsi Turcorum sultani. Laonicus vero post Jesum suum majorem, quem simpliciter Isam Turci vocant (quod nomen etiam propius imitatus est Laonicus libro sexto, quum Jessen Brenezis filius, quem alibi Jesum vocat, scribit) quemdam Mulsumanem nomine ponit. Idem facit primogenitum Orthobulem, a patre Sebastiæ præfectum, et ibidem ab hostibus urbe capta cæsum. Turcici vero annales expresse tradunt, Sebastiam emiri Soleimani filio natu maximo, a patre datam fuisse : qui tamen a Temire capta Sebastia, non fuerit interfectus. Plura de his allaturi deinceps in medium sumus, ad numerum notarum 59 et 67.

Tertii quidem Cyriscebelim patris Bajazitis suc-

C cessorem faciunt, cujus nomen nec in Turcicis commentariis, nec apud Laonicum reperitur, et fictitium plane videtur. Eum dicunt a Temire fuisse captum, sed e custodia tamen evasisse. Laonicus autem scripsit, prælio Temiriano captum fuisse Mosem, qui videretur reliquis præstantior robore. Proinde Temir eum circumduxit, et secum in castris habuit, victum ministrans. Postea Laonicus hæc subjicit : Temir Cheriam properavit, Bajazitem et filium ejus secum vehens, cujus parvum respectum egit. Proinde in patriam regionem fuga evasit. Denique tertio repetit Laonicus initio quarti libri, Mosem dimissum a rege Temire, mari ad regionem patriam rediisse. Similis est confusio in minorum natu Bajazitis filiorum mentione. Nam

D Laonicus et Jesum minorem commemorat, qui nusquam in annalibus Turcicis reperitur, et ultimo inter omnes loco ponit Mustapham respiciens (ut arbitror) ad illum Mustapham, cui Dusmis cognomen a Turcis datur, quique Bajazitis se filium mentiebatur. Atqui diserte Turci tradunt, minimum natu fuisse Casanem Zelebim, qui tempore calamitatis paternæ fuerit adhuc ætate tenera ; narrantque deinceps ab emire Soleimane fratrem hunc natu minimum, Casanem Zelebim, fuisse Constantinopolim missum, ut obsidis loco ibidem esset. Laonicus etiam alicubi Jesum minorem, fac.t minimum natu, et Constantinopoli baptizatum ait : de quo sane vero fit simile, Jesum minorem Laonici, esse illum ipsum natu minimum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Bajazitis filium, quem annales Turcici Casanem Zelebim vocant. Error Sansovini duplex Osmanidarum in arbore, quo Sultanus jam superstites a Cyriscelebi propagat, et Bajazitis ex Cyriscelebi nepotem facit Muchemetem primum, tam manifestus est, nullius ut refutationis indigeat. Alis vero, qui Constantinopolim et ipse profugerit, nulla Turcicis in annalibus mentio. Reposuimus etiam suo loco germanum illum, et natalibus opera nostra nunc restitutum, Bajazitis filium, Mustapham zelebim; qui ut Temiriano prælio, sic etiam hactenus ex Osmanidarum stemmate, haud scio quo fatali casu exclusus, periit: locum ejus invadente Mustapha, suppositito Bajazitis filio, quem Annales hi Dusmis appellant cognomento. De Sauze jussu patris excæcato, nullum in annalibus verbum. Nomen Sauzis illud est, quod Soleimanes hodierno veziri azemi adhuc puero dedisse fertur. Siaus enim bassa vocatur, cujus supra quoque aliquoties in supplemento annalium nostro facta mentio. Quod autem Sauzi a Reineccio Taures filius attribuitur, qui exsul in Ungaria vixerit: et quod idem dat Mustaphæ suppositito filium Davidem, ex auctoritate Joannis Basilii Heroldi, qui et ipse diu exsularit apud Ungaros: errore quodam factum, ex vitiosa scriptura, et Heroldi hallucinatione, profecto. Non enim Taures apud Chalcocondylem legi debet, sed Tautes, tribus syllabis, quod nomen est Taut vel Daut, quemadmodum nostris in annalibus Daut bassa legitur, sub imperio Bajazitis secundi. Et Turcis Daud dicitur, qui David Hebræis. Hic ergo Tautes verus esto Sauzis filius, alter autem Dusmis Mustaphæ filius David, ceu commentitius, expungitor. Perperam deinde traditur a nostris, Isam sive Josuam, sive Jesum majorem, a Musulmane, qui Turcis est emir Soleiman, occisum: cum ejus necis culpam Turcorum annales in Musam, sive Musem, fratrem alium, derivent. Volunt etiam nostri, quos Reineccius in Osmanidarum stemmate sequitur, Muchemetem secundum fuisse natum ex Irene, Georgii Bulcovizii, Serviorum despotæ, filia. Falsum hoc esse, manifesto patet ex annalibus hisce nostris, et annorum supputatione. Natus enim fuit Muchemetes anno Turcico 833 (Chr. 1430). Muratesautem duxit Irenen quinque post annis, Mahumetano scilicet 838. Non ergo potuit Irenes esse filius Muchemetes. Præterea non potuisset ex Irene natus initio regni plures ætatis annos habere, quam sexdecim, cum tamen constet imperare cepisse natum viginti unum plus minus annos. Nec Irenen fuisse dictam Georgii despotæ filiam, sed Mariam, ostendemus infra, numero 96, quem locum lector cum hoc conjungat. Quem porro Sponderbeium, nobilem in Panderatia Satrapam ex Ænea Silvio vocat Reineccius, patrem secundæ Muratis secundi conjugis, Spenderem dictum legimus in edito Laonico; quod nomen idem est cum Sphendere, quem Isvendiarem Turci appellant. Quippe solent iis nominibus, quæ a gemina consonante incipiunt, litteram I, **392** vel V Gallicum præponere; verbi gratia, cum pro Scendere dicunt Iscchender; pro Scodra Iscodara; pro Scopia, Uscopia. Frequens vero in annalibus hisce mentio fit Isvendiaris, quod cognomentum principibus illis datur, quorum erat ad Pontum Euxinum ditio, in ipsa Ponto provincia, vicinaque Paphlagonia. Chalcocondyles quemdam ex eis nominat Ismailem, Sinopæ principem, et alibi principem Sinopæ et Castamonis, amicum et socium Mosis. In nostris autem annalibus hisce legitur, Isvendiari, Temirem Chanem vel dedisse, vel ademptas a Bajazite restituisse, Castamonam, Congerim, Calazugen. Idem narratur hospitio Musam excepisse, clamque secum habuisse, cum ab emire Soleimane fratre bello peteretur. Notanda quoque verba Laonici, cum ait, Scenderis, qui Sinopen regebat, fuisse filium Ismailem. Quippe legendum puto Spenderis, non Scenderis, licet mihi nomen Scenderis non sit ignotum. Panderatiæ satrapiam quod attinet, est ad Pontum Euxinum civitas, in Ponto provincia, quæ hodie Penderachi dicitur; eo posita situ, veteris ut Heracliæ Ponticæ locum occupasse videatur. Ab hac si dicti non sunt Sphenderes, Isvendiaresve begi, quos alii Spender aut Sponderbeios vocarunt, saltim Spenderes oppido regionique nomen dedere. De his et alia leges infra, numero 13. Nunc ad Osmanidarum genealogiam ut redeamus, equidem non abs re dubito, an duos ex illius Sphenderis filia Murates susceperit filios. Laonicus certe duntaxat unius mentionem facit, quem Cambrinius appellat Calapinum, a cognomento potius, quam nomine proprio. Nam Calapinus vocabulum corruptum est ex Zelebi, de cujus significato supra monuimus. Alii Chialapum dixere, quod ex eodem zelebi factum paret. Major aliorum opinione, qui duos faciunt, Tursines ætatis mense decimo octavo necatus (ut aiunt) a Muchemete secundo, nomen habet insolens, et incognitum Osmanidarum familiæ. Per me tamen de his, ut quilibet arbitratu suo statuat, licet. Similius etiam vero, siquidem omnino fuere duo fratres, Muratis ex Sphenderina filii unus post alterum tam brevi temporis intervallo nati, puerum natu majorem octodecim mensium deportatum fuisse Constantinopolim et Venetias, ut servaretur, quod Gaifræo placet, quam sex mensium infantem, quod Reineccio. Cæterum inter Bajazitis secundi liberos, nec Alim Caphæ satrapam, nec Muratem satrapam Trapezuntis posui, tum quod Menavinus, testis oculatus, horum non meminerit: tum etiam, quod Trapezuntis præfecturam Selimem obtinuisse, nostris ex annalibus, et ipso Menavino constet, indeque Capham transmisisse, cum de occupando imperio cogitaret; quo se non contulisset, si fuisset istic Alis frater, conatibus haud dubie Selimis obstiturus, qui aliorum fratrum impedimenta metuens, hoc ipsum iter arri-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ascendentes, et Gunduselpis seu Duzalpis fuerit pater. Osman a morte patris annos triginta novem Mahumetanus ex annalium auctoritate vixit, sed viginti novem tantum imperasse scribitur : quod primis decem annis principatum acquisiverit, et constituerit. Sultani nomen huic ab annalium auctore non tribuitur, sed Murati primum nepoti, et abnepoti deinde Muchemeti : quod de hoc Muchemete Theodorus etiam Spanduginus adnotavit. Gazi vero cognomen Osmani datur, sicut et Urchani filio, Muratique nepoti, quod strenuum magnanimumque militem significat. In Urchane (sic enim scribendum) notanda cum Ali bassa fratre concordia, cum omnes alii, quorum de rebus Turcicis exstant scripta, dicant ab Urchane principatus initio sublatos fuisse de medio fratres duos : aperte reclamantibus hisce Turcicis annalibus, qui primum a Bajazite Gilderune Chane parricidium regni causa commissum fuisse, necato Jacupe Zelebi fratre, docent. Zelebis nomen, quod nobilem significat, a Turcis arbitror usurpatum, ad imitationem Romanorum et Græcorum, quorum hi filios imperatorum natu minores nobilissimos vocabant, illi novellissimos, voce nonnihil corrupta, sicut patet ex historiis, inscriptionibus, numismatibus antiquis et fastis. Unicam tantum hoc loco lubet inscriptionem, fidei causa, licet in re manifesta, ponere : tum quod pro se vetus, jam nova sit, hoc est, recens primum inventa : tum quod antiquitatem nobilis urbis Austriæ Viennensis, quondam seu Vindobonæ, seu Vindonianæ, quod magis probamus, insigniter illustret. Eam magnifici equitis DN. HIERONYMI BECK A LEOPOLDSDORF, Cæsar. Majestatis Cameræ aulicæ consiliarii, studio liberali debemus : qui columnæ fragmentum veteris, quæ integra Milliarium Romanum fuit, in vinea quadam, haud procul a Sancti Marci monasterio, ad unum a Vienna lapidem, repertum cum intelligeret, operam dedit ut domum suam deportatum, posteritati conservaretur. Ejus inscriptionis hæc verba sunt litteris expressa nobis familiaribus. Nam ductus earum, quales in archetypo conspiciuntur, hoc quidem tempore dare non potuimus.

IMP CAES
P LICINIO CORNEL
VALERIANO NOBILISS..
CAES.. PRINCIPI
IUV.. NTVTIS VA..
ET PONTES VETUSTA
CONLAPSA RESTI
A VIND.. M P
I I.

Intelligitur autem nomine nobilissimi, juventutisque principis, minor natu frater Gallieni Augusti. Sic igitur et Turci Zelebes suos dixere; quanquam in annalibus his animadvertere liceat, Muchemetis secundi, et successorum filios non amplius Zelebes, sed sultanos cepisse nominari. Cæterum esse Turcos veluti similes quasdam Romanorum Græcorumve, quibus successerunt, plu-

A ribus in rebus animadvertimus : in titulis, officiis militaribus, provinciarum præfecturis, legibus, et universo imperio constituendo. Jam quod Bajazitis Gilderunis sive Lælapis filios attinet, in eis recensendis auctorum magna diversitas est. Turci primogenitum faciunt emirem Soleimanem, quos equidem sequor. Et Soleimanes hic dictus fuit emir, auctoritatis majoris causa. Nam emires appellati sunt præsides et propagatores imperii Mahumetis, quasi superiores (Gulielmus Tyrius satrapas seu principes majores interpretatur) quos Græci amires et amirades vocarunt, de quibus **391** non recte vel amires, vel amerades, vel admiratos, vel admirales, vel admiraldos fecere Belvacensis, et interpres Cedrini.

B et alii. Nec hodieque nomen hoc aspernantur ipsi Turcorum sultani. Laonicus vero post Jesum suum majorem, quem simpliciter Isam Turci vocant (quod nomen etiam propius imitatus est Laonicus libro sexto, quum Jessen Brenezis filius, quem alibi Jesum vocat, scribit) quemdam Mulsumanem nomine ponit. Idem facit primogenitum Orthobulem, a patre Sebastiæ præfectum, et ibidem ab hostibus urbe capta cæsum. Turcici vero annales expresse tradunt, Sebastiam emiri Soleimani filio natu maximo, a patre datam fuisse : qui tamen a Temire capta Sebastia, non fuerit interfectus. Plura de his allaturi deinceps in medium sumus, ad numerum notarum 59 et 67.

Tertii quidem Cyriscebelim patris Bajazitis suc-

C cessorem faciunt, cujus nomen nec in Turcicis commentariis, nec apud Laonicum reperitur, et fictitium plane videtur. Eum dicunt a Temire fuisse captum, sed e custodia tamen evasisse. Laonicus autem scripsit, prælio Temiriano captum fuisse Mosem, qui videretur reliquis præstantior robore. Proinde Temir eum circumduxit, et secum in castris habuit, victum ministrans. Postea Laonicus hæc subjicit : Temir Cheriam properavit, Bajazitem et filium ejus secum vehens, cujus parvum respectum egit. Proinde in patriam regionem fuga evasit. Denique tertio repetit Laonicus initio quarti libri, Mosem dimissum a rege Temire, mari ad regionem patriam rediisse. Similis est confusio in minorum natu Bajazitis filiorum mentione. Nam

D Laonicus et Jesum minorem commemorat, qui nusquam in annalibus Turcicis reperitur, et ultimo inter omnes loco ponit Mustapham respiciens (ut arbitror) ad illum Mustapham, cui Dusmis cognomen a Turcis datur, quique Bajazitis se filium mentiebatur. Atqui diserte Turci tradunt, minimum natu fuisse Casanem Zelebim, qui tempore calamitatis paternæ fuerit adhuc ætate tenera ; narrantque deinceps ab emire Soleimane fratrem hunc natu minimum, Casanem Zelebim, fuisse Constantinopolim missum, ut obsidis loco ibidem esset. Laonicus etiam alicubi Jesum minorem, fac.t minimum natu, et Constantinopoli baptizatum ait : de quo sane vero fit simile, Jesum minorem Laonici, esse illum ipsum natu minimum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

puerat. Asiatico magis compendiario, minusque difficili, relicto. Zemi fuisse filium, tradit etiam secretarius Sigismundi Malatestæ, qui multis in Græcia tunc et Asia gestis rebus interfuit. Fortunam hujus, et liberorum, memoriæ prodidit Spandugino, sed nomina non exposuit. Vide quæ infra notabimus, capite 155. Sultanum Soleimanem, Selimis filium, secundum voco, non respectu Soleimanis, Urchanis filii, qui non sultanus, sed sangiacus duntaxat fuit, nec patri succedere potuit, cum ante patrem sit mortuus: sed ratione illius emiris Soleimanis, Bajazitis Gilderunis filii, sultanorum in ordine quinti, quem perperam alii Mulsumanem vocant. Denique monitum lectorem volo, me hac in genealogia notasse sultanorum annos, quibus imperarint, Mahumetanos: qui quidem ad annos Christianos qua ratione redigi debeant, paulo post expositurí sumus. Cætera hujus genealogiæ, prolixioris explicationis haud egent. Unum duntaxat hoc addo, liquere de hac serie Sultanorum Osmanidarum, hactenus regnasse sultanos duodecim, linea directa, filiis in patrum loca succedentibus: duos vero, videlicet emirem Soleimanem, et Musam zelebim, ex transverso irrepsisse, nullis in imperio post se relictis liberis: quod vaticinii cujusdam antiqui causa dissimulare non debui, cujus exitum fortasse tandem aliquando videbimus.

1. *De origine sultanorum Turcicorum.*

Equidem nihil hactenus inveni memoriæ proditum aut plenius, aut verius, aut saltem similius, de origine sultanorum Osmanidarum, quam quod hic in Annalibus legitur. Facere tamen non possum, quin lectoris causa, cognoscendi res Turcicas studiosi, quædam hoc loco subjiciam, a Theodoro Spandugino Cantacuzeno tradita. Narrat is, se quanta maxima potuerit diligentia conquisivisse scriptores rerum Turcicarum, qui originem Osmanicæ familiæ retulerint in litteras, deque his tandem intellexisse: principium hujus extitisse quibusdam ab armentariis, natione Tataris, ex posteritate cujusdam Oguzis. Multas enim Tatarorum familias id temporis, cum sultanus Aladines, Iconii princeps, rerum in Asia minore potiretur, venisse quæsitum sedes sub Aladinis imperio: quas inter et ista fuerit. Aladines autem gravia bella gerebat, inquit, adversus imperatorem Constantinopolitanum, qui erat ex familia Comnena. In hisce bellis accidit, ut quidam eques, natione Græcus, vir magnanimus et bellicosus, in omnibus duellis contra quosvis superior **393** evaderet, atque inter alios etiam quemdam in primis sultano Aladini charum, prælio singulari victum, occideret. Aladines magno cum animi dolore conversus ad suos: Quis vestrum, ait, congredi cum hoc ausit Christiano, qui tot hactenus ex meis, et nunc præsertim vel maxime familiarem hunc mihi de medio sustulit? Cum autem propter illius Græci virtutem, fortiaque facinora, territis omnibus, nemo cum hoc dimicaturus certamine singulari prodiret, tandem armentarius quidam ex posteris Oguzis, quem nemo scriptorum Turcicorum alio quam Delis nomine, propterea quod stulte temerarius, et infimæ conditionis homo fuerit, appellat, Aladinis in conspectum veniens, vindicaturum se profitetur injurias ab illo Christiano tot viris fortibus illatas. Quibus auditis, mirum sibi videri dixit Aladines, ex suis tot militaribus viris reperiri neminem, qui sua causa tot neci datas animas ulcisci vellet, præter unum hunc stultum hominem. Is vero iterum: Obsecro te, princeps, inquit, ut pace tua cum hoc mihi Christiano pugnare liceat. Quippe si maxime moriar, exiguam ipse jacturam facies, amisso duntaxat homine stulto. His dictis, impetrata pugnandi licentia, quamvis ægre permoveri se pateretur Aladines, ut ei cum altero congrediundi potestatem faceret, prodit in hostem, manibusque cum eo consertis, strenue dimicando victoriam tandem apiscitur. Aladines, ut hominis virtutem aliquo præmio remuneraretur, ei villam Otomanzicam dono dedit; a qua nomen Otomanorum, Delis hujus posteri sumpsere. Cum enim per eam quam diximus, victoriam, nominis sui famam longe lateque propagasset, non ipse tantummodo, verum etiam complures alii, quos e Tataria venisse memoravimus, habitatum in Otomanzica pago se contulerunt. Quippe volebat res istic suas cum aliis sibi communes esse: qua de causa nullo prope negotio perfecit, ut eo sponte sua magnus hominum concurreret numerus, ipseque pagus incrementum non exiguum caperet. Et quia Christianorum in iis locis excidium, a suis profecturum posteris, prævidebat, etiam durantibus induciis excursiones in pagos Christianorum faciebat, eosque direptos ferro et igni depopulabatur. Primus ex his pagis Dimbos appellabatur, quod nomen lingua Turcica fidei mutationem significat, quam revera successores ipsius introduxerunt. Aladines intellectis hisce Delis rapinis, misit ex suis, qui eum arcesseret. Nam ægre ferebat, hæc ab eo pacis et induciarum tempore committi. Delis ab illo domi suæ quæsitus, forte tunc aberat, excursioni novæ intentus, qua pagum occupavit, qui Sar dicitur. In itinere, quo domum cum præda revertebatur, a suis ei significatum fuit, Aladinem moleste ferre, quod per inducias ab eo Dimbos, aliique pagi capti fuissent; ideoque misisse, qui coram Aladine Delim juberet comparere. Delis hoc cognito, mox secum statuit prius, quam cum præda domum rediret, Aladini se sistere, quo suam illi demonstraret obedientiam. Id conspicatus Aladines, culpam Deli condonavit ea lege, ne deinceps vicinis molestus esset: ac retinere sibi mancipia jussit, e Sari pago rapta; cujus a pagi nomine derivata creditur ab aliquibus deinceps Genizarorum appellatio, quæ Turcica lingua juvenes,

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

e Sari pago significet. Præter ista, nihil ait Spanduginus exstare de hoc Deli memoratu dignum: nisi quod historici Turcorum tradant, eum sultani Aladinis jussu veneno sublatum fuisse, nec ab illo tempore de hac familia quidquam recitari posse, quod operæ pretium sit, donec tandem primus Turcorum sultanus Osman in iis locis principatum constituere cœperit. Hæc prima de Osmanidarum origine Spandugini narratio est, cujus fides penes auctorem esto. Deinde subjicit sultanum Muchemetem, qui Constantinopolim cepit, nullo modo unquam admittere voluisse narrationes illorum, qui familiam Osmanidarum a Tataris armentariis ortam traderent: cum ipse referret originem ejus ad Comnenos imperatores Constantinopolitanos. Aiebat enim, in iis bellis quæ gesta fuerint inter imperatorem Comnenum, et Sultanum Aladinem, quemdam magnæ nobilitatis ac virtutis virum ab Occidente se contulisse ad Comnenum, ut ei militando subsidium ferret. Eum prælio quodam in hostem fortissime dimicantem, confossum ab hostibus equum amisisse. Tum imperatorem Comnenum fratris sui filio, cui nomen esset Isacius, mandasse ut ex equo descendens, eum viro illi forti traderet. Qua quidem re factam Isacius insignem sibi ratus injuriam, desperabundus ad sultanum Aladinem se contulerit, ac rejecta desertaque fide Christiana, Mahumetanam religionem amplexus fuerit. Hinc Aladinem ei filiam suam dedisse uxorem, dotisque nomine multa prædia cum pagis assignasse: quos inter etiam Otmanzica fuerit. Adeoque statuebat sultanus Muchemetes, ab hoc Isacio sultanum Osmanem, qui pater et auctor est stirpis Osmanidarum, originem duxisse. Hactenus a Spandugino tradita duximus commemoranda, de quibus integrum lectori judicium relinquimus. Sane reperitur apud Græcos historicos, ac præsertim apud Nicetam Choniatem, mentio Comneni apostatæ, qui tamen non Isacii, sed Joannis nomen habuerit. Quippe cum Joannes Comnenus imperator, quem Calojoannem non forma, sed bonitate vocabant, in obsidione 394 Neocæsareæ diutius hæreret: Joannes Isacii sebastocratoris, fratris ejus filius, tali quadam ab imperatore patruo irritatus injuria, qualem Spanduginus exposuit, fœde transfugit ad sultanum Iconiensem, simulque musulmanissavit. Hanc fortassis ad historiam vel Spanduginus, vel Muchemetes respexerit. Ac Muchemeti quidem, longe omnium mortalium ambitiosissimo, natales majorum obscuros displicuisse, non mirum est: ideoque facile crediderim, ab eo quæsitam fuisse de industria quamdam suorum ab origine magis illustri commendationem. Hoc tamen minime silentio prætereundum, Turcos, auctorum bonorum consensu, non e Tataria, sed Persia, pulsos a Tataris, in Asiam minorem commigrasse. Qua de causa Græcia Prætor meus necdum editus, qui Constantinopoleos a Flandris captæ, rursumque recuperatæ a Michaele Palæologo, historiam sexaginta plus minus annorum descripsit, sultanos Musulmanorum Iconienses, Aladinis posteros, Azatinem et Jathatines duos, Persarchas appellat, quod e Persia profectis in ea minoris Asiæ loca populis cum imperio præessent. Idem observare licet, ab aliis etiam fieri Græcis historicis. An autem ex Tatarorum regionibus, et quibus temporibus, in Persiam commigrarint, hic exponi non est necesse, ne nimis excrescat commentatio.

2. *Aiem, Padiscach, Sultan.*

Quod Oguziorum familia successione perpetuarerum apud Parthos potita fuisse dicitur, id his fere verbis in archetypo Turcico legitur: De stirpe in stirpem fuere Padischachler in Aiem. Quæ verba ut intelligantur, sciendum, a Turcis Aiem Vilaget, vel Aiem Memleket, vocari regionem vel regnum Persarum ac Parthorum: Padischachler autem numero multitudinis, a singulari Padischach, esse supremos principes sive Scachos, de qua voce paulo ante dictum. Rectius enim Padischach interpreteris *Pantocratora*, velut habentem universum imperium, regemque regum, quam si vocem sultani sic explices, quod Cedrinus fecit. Etenim qui Turcis sultanus est, Græcis hodieque vocem hanc lingua sua reddentibus, Aphentis vel Megas Aphentis dicitur: corrupto nonnihil, ratione pronuntiationis, antiquo vocabulo αὐθέντης, cujus est nota significatio. Laonicus libro nono Muchemeti secundo titulum hunc tribuit. Planeque nostris etiam Turcorum princeps, in quotidianis sermonibus, nunquam aliter, quam *il grand Signor* appellatur; quod quidem fit imitatione Turcorum Græcorumque. Ne dicam Aythonum Armenium quoque tradere, sultanum Agarensis significare dominum. Quod autem apud Chalcocondylem Parthi et Peræ dicti leguntur Arzamii, ex scriptura vitiosa profectum puto. Nam Azamii vel Azemii rectius scribentur, quod idem est cum Aiemiis propter affinitatem litterarum I, G, et Z, ante litteram E positarum, etiam apud Italos et Gallos. Geufræo, qui Azamiam dictam vult ab Assambego (quo nomine alibi vocat, quem Usum Chasanem Turci dixere) sicut a Caramanbego Caramaniam, per me quidem, ut ita sentiat, licet: quando libere quivis opinionem suam proferre potest. Nam tametsi non abs re quis objecerit dissimilitudinem vocum Aiem et Chasan, tamen pluris hoc faciundum, quod idem sibi parum alibi constat, dum ait ab Aramo, Semi F. Nohæ N. Syriam dictam Azamiam, quasi Aramiam. Non enim parum a Persis, et Parthis, Syri distant: ut non immerito quis Geufræo proverbium vetus Græcum objecerit: Sunt separati fines Lydorum et Phrygum.

3. *Chan, Ulu Chan, Hunggiar, Huncher, Seriphe, Chalife, Chitaia, Chorasan, Belch, Machan, Tatari.*

Qui Turcis est Zingis Chan, Belvacensi est Chin-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

gis Cham, quod idem est pronuntiatione Gallica. Ex Pachymerio, cæterisque Græcis, non Tzinkis, vel Tzincis, sed Tzingis Can scribi debet, ratione pronuntiationis usitatæ. Extat liber Aythoni Armenii, qui et Curchinus vocatur, et Antonius creditur a quibusdam fuisse dictus post sumptum monasticum habitum : cum Aythonus idem videatur esse cum Antonio : et Curchinus a sancto Georgio factum nomen sit, quemadmodum Curchini vel Curgini dicuntur etiam hodie Georgiani, qui Armeniis vicini a sancti Georgii veneratione dicti putantur Georgiani, sicut a sancto Jacobo Jacobini et Jacobitæ, quorum patriarchæ nomen vitiose scriptum legitur apud Marcum Paulum Venetum Iacelich, pro Catolich, qui Catholicus est. Is Aythoni liber nomen habet Zingis hujus nonnihil immutatum, videlicet Changis, unde Cangius etiam Can ab aliis vocatur. Chanis vel Hanis (aspiratione forti) appellatio perquam usitata Persis et Tataris est, apud quos reges et principes, etiam minorum (ut dici solet) gentium, Chanes dicuntur: verbi gratia, Kerai Chan, Crimski Chan, Precop Chan, Nogai Chan, Schemhal Chan, Maxud Chan, et alii, quorum in Annalium quoque Supplemento facta mentio. Sic etiam inter Osmanidarum majores in genealogia quidam Cara chan legitur, quo significatur rex aut princeps niger. Consimili ratione filii principum Chanoglani vocantur. Reperitur in historiis Græcis et Latinis nomen Chagani
395-399 Avarum, quod idem est cum hoc Chan vel Chahan. Nam Avarum sive Chazarorum patria Chersonesus est Taurica, quæ hodieque suos habet Chahanes : Maximus vero Tatarorum omnium chan cui subjecti sunt Chanes cæteri, quique Chitainus appellari solet, uti statim dicturi sumus, excellentiæ causa, qua cunctis aliis præstat, Ulu Chan nominatur, hoc est, magnus, vel potius excelsus Chan. Unde factum, ut Spanduginus et Jovius Chanem interpretentur imperatorem. Turcici quoque Sultani post Osmanem Gasim, se Chanes dici voluerunt, ut ex genealogia paret, idque retinent in hodiernum usque diem. Solet enim, more majorum, Murates iste tertius hoc uti plerumque titulo : *Sultan Murat chan, bin sultan Selim chan, elmuzaferu daima ;* hoc est, *Dominus Murates rex, domini Selimis regis filius, victoriosus semper.* Quibus in verbis observare licet obiter imitationem titulorum, quibus imperatores nostri, veteres et recentes, vocare se victores ac triumphatores, semperque Augustos, consueverunt. Sed hos titulos aliis interdum adjectis nominibus augent, in quibus sunt Emir, de quo superius dictum, et paulo post dicetur numero 14, et Padiscach, quod itidem explicatum : et Musulmanorum Padiscach, quo nuper Murates usus est in litteris ad ordinum regni Poloniæ comitia, creando rege, missis : et Huncher vel Hunker, quod Spanduginus scripsit Condichiar, Ludovicus Bassanus Jadrensis Chunchier, cum Italico modo rectius exprimatur Hunggiar. Id proprie titulo nostrorum Augustorum respondere volunt, quo se imperatores Cæsares appellant. Et primum eo tradunt usum Muchemetem secundum, post captam Constantinopolim, sedem orientalis imperii, quem imitati sunt Bajazites filius, et Selimes nepos. Qua de causa, partim ut ambitionem, partim ut superstitionem eorum, ab esu suillæ abhorrentium, irrideret seachus Ismail primus, a quo Sophinorum apud Persas profectum nomen est, præpinguem alere porcum solebat, cui nomen ejus Turcorum indebat principis, qui tunc rerum potiebatur : ut vel Hunker Bajazit, vel Hunker Selim appellaretur. Denique Seripharum etiam titulum sibi tribunnt, et Chalifarum nomen ne hodie quidem vitant, velut invidiosum, potiusque competens editis Mahumetis sanguine, quemadmodum Reinerus Reineccius, amicus noster putavit. Nam hic quoque Murates eo se ornat titulo in litteris ad imperatorem nostrum, quarum exempla vidi, et superius de hoc a nobis notata quædam sunt in expositione causarum decennalis hujus belli, quod inter Sophinos et Osmanicos adhuc geritur. Diximus enim, Chaliphis nomen significare vicarium, vel successorem, vel hæredem prophetæ Mahumetis : et Osmanicis persuasum esse, principem suum esse Chaliphen hujus sæculi. Secundum Chaliphen, proximus est Seriphis locus. Sic enim et Cedrinus, et Zonaras tradiderunt, Seriphis nomen apud Mahumetanos cum respectu Chaliphæ rationem habere, quæ fuerit apud Græcos olim syncelli ad patriarcham, cum mortuo patriarcha, mox in ejus solium syncellus collocaretur. Hoc die vero notum, quanto sint apud Mahumetanos in honore, qui recta linea tam a propheta Mahumete, quam ab Ali, Mahumetis genero, descendunt, aut se fingunt descendere. Hi Turcis Tatarisque Scithi vulgo dicuntur, Arabibus autem Seriphæ : quos maxima sane veneratione atque observantia cum prosequantur, etiam ipsi sultani Seripharum appellatione velut augustiores se reddere volunt. Ad Tatarorum Chanem ut redeam, traditur a plerisque omnibus, hic Zingis Chan in primis claruisse anno Christiano 1202, vel 1205, quo tempore Tatari jugum Indorum, hoc est, ejus regis, quem ab aliquot jam sæculis Pretejanum sive presbyterum Joannem vulgo vocamus excusserunt. Et exstant pleraque de his rebus a Vincentio Belvacensi, et Marco Paulo Veneto, memoriæ prodita, lectu non indigna. Chitaia (quam itidem Joannes de plano Carpi, qui vixit anno Christiano 1245, legatus ad illa loca missus a papa Romano, Kithai vocat) Laonico Chataia ; Chitaini Tatari, Chataidæ dicuntur, et vero est simile, Chætas Ptolemæi, et Chatæos Ariani, hos ipsos esse Chitainos horum Annalium, vel Chataidas Chalcocondylis, vel Marii Nigri Chatainos. Chorasanis regionis nomen ne hodie quidem obscurum est, ex recentioribus historiis : populos ipsos Jovius Coraxenos vult dictos antiquitus. Cedreni verba sunt in Justiniano Rhinotmito ; subjugata fuit ab

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Arabibus (id est Saracenis) etiam Persis interior, quæ Chorosan dicitur. Chorasan ab Ortelio Charassan scribitur, et Belch tam urbs, quam regio Chorasani vicina, Balch eidem est, versus Tatariam tendens ; quam annales nostri Machan vocant, urbi regionique communi nomine ; haud scio num eadem sit cum illa, quæ Macran ab Ortelio dicitur, versus sinum Persicum, et mare Rubrum sita. Tataros scribo, non Tartaros, tum quod ita dicti sint a Tataro flumine, cujus accolæ Sumogli vel Sumongli dicuntur, hoc est Mogli, vel Mongli, Tatarive aquatici ; tum etiam ex auctoritate Saxonum nostrorum, eisque vicinorum, qui Tataros appellant, et Græcorum quorumdam librorum, quos manuscriptos habeo ; in quibus est Prætor ille Græciæ noster, et Pulologus, qui ubique Tataros vocant. **400** Adde testimonium veteris epigrammatis, ante trecentos annos Ottocaro regi Bohemiæ positi ; qui a Rudolpho imperatore cæsus inter auxiliares Tataros Comanos hoc epitaphium, versibus factum Leoninis, pro illorum more temporum habuit, repertum in libro Annalium Austriacorum, manuscripto, quem magnificus dominus Hieronymus Beck a Leopoldsdorf utendum mihi pro sua humanitate concessit :

O rex Ottocare quondam pugnasti honeste.
Nunc stas in pannis depictus cum Tateranis.

4. *De urbe Bagdat, sive Bagadat.*

Urbem Bagadatim accipe de hodierna Babylone propter priscæ Babylonis ruinas a sultanis caliphis exstructa. Zonaræ Bagdas genere masculo dicitur. Laonicus Pogdatim vocat, et Pogdatinam vel Pagdatinam Babylonem : apud quem nota corrupte scriptum hoc ultimum in Latinis editis, Padagtinam Babylonem. Petrarcha suis in poematibus Italicis Baldaccum nominat.

5. *De Aladine, Selguce, Tangrolipice, Sivas.*

Aladinis origo a Turcis refertur ad Selgucem, qui Gulielmo Tyrio, fortasse librarii culpa vitiose, Selduch dicitur. Hunc Reineccius, vir doctissimus, et diligentissimus in explicandis genealogiis historicis, putat eumdem esse cum Tangrolipice (Tragolipix non rectè scribitur) Græcarum historiarum : quod vero non absimile, cum Tangrolipix cognomentum quoddam esse videatur, a Tangri deductum, quod Turcis Deum significat, adjecta voce, quam equidem divinare non possum. Fratris ejus filius in Cedrino meo manuscripto, quo ejus auctoris non edita fragmenta quatuor, cum aliquot imperatorum vitis hactenus desideratis continentur, non Cutlumus, sed Cutlumuses vocatur : quod significat Musem, sive Mosem fortunatum ac felicem. Aladin vel Aledin significat divinum. Reineccius existimat esse commune nomen omnibus Turciæ vel Iconiensibus sultanis, ceu cognomentum, vel dignitatis appellationem, quod equidem probare non possum perinde ac dicere non possum propterea, quod plures inter Osmanidas, velut e genealogia patet, Aladinis habuerint nomen, Osmanidas omnes Aladines vocatos, ceu cognomento quodam, aut dignitatis appellatione. Similiter et alius restat scrupulus de eo, quod addit, videri quemdam ex Giazadinis liberis Aladinem nominari, qui Chalcocondylæ sit Germianus. Nos de begis Germianis suo loco dicturi sumus. Ibidem Sivastam scripsimus, quæ vulgo Sivas, quasi Sivast, urbs Armeniæ (minorem intelligo) secundum constitutionem Leonis Augusti de ordine thronorum, qui Constantinopolitano patriarchæ subjecti sunt, quam manuscriptam habemus. In hac Sebastia vocatur, et Camachus ei vicina statuitur, quam idem Leo facit archiepiscopatum sive metropolim Armeniæ. Kemach hodie nominatur, etiam Turcicis in annalibus expressa voce. Apud Laonicum in Bajazite Lælape Iamaca vitiose legitur. Vide notata deinceps capite 204. Libuit autem hæc eam ob causam indicare, quod Ortelius varias, et inter se dissidentes opiniones de Sebastia proferat : aliis eam non procul ab Euphrate statuentibus, aliis in Cilicia : cum Armeniæ sit illa, quæ Sivas appellatur, Turcis Sivas scheher, hoc est ubs Sivaste.

6. *Erzinga, Romania Asiatica, Amasia, Chalep Syriæ.*

Ertzinga, cujus hic mentio fit, et quæ Erzinzan quoque scribitur, urbs est Armeniæ, cujus nomen in edito Laonico diverse legitur, et ad vicinam Armeniæ Cappadociam refertur, modo Artzinga, modo Artzinganis urbs. Arzingam vocat Aythonus. Reperitur apud Laonicum et Ertzica, sicut apud Leonem Augustum in eadem Armenia ponitur Artzice, sub metropoli Keltzina. Romaniam vero, non pro Europæa Græcia, in hoc quidem loco accipies, sed pro Romanorum (sic Græci se volebant vocari) provinciis Asiaticis, qua etiam recentiores historici Græci Romaniæ vocabulo complexi sunt. Amasia nomen hodieque retinet, urbs Cappadociæ : licet in constitutione Leonis imperatoris, quam diximus, ad Helenoponti provinciam de qua in Justiniani Augusti novellis pleraque constituta legunitur, velut ejus metropolis referatur, sub qua præter alios episcopatus, etiam Sinope recensetur. Chalepum Syriæ notissimam nunc etiam urbem, et Orientis emporium celeberrimum, male Chalcocondylis interpres cum Geufræo facit Epiphaniam, Bellonius Hierapolim, Seidlizius Antiochiam magnam in Comagena, magis imperite : cum Zonaras, Cedrinus, Nicetas, expresse Chalep dictam olim tradant Berrhœam. Halepo jam vulgo dicitur. Ridicula Geufræi notio, qui Aleph vult dictam, et a prima Hebræorum littera derivat, quod prima Syriæ civitas sit, cum hodieque Damascus eam longe superet.

7. *Mapalia Turcorum et Tatarorum.*

Quæ de mapalibus Ertuculis dicuntur, intelligi commode poterunt ex hisce Marci Pauli Veneti verbis, ædiculas Tatarorum, sive mapalia potius describentis, antijuis hisce Turcicis simillima :

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Domunculas, inquit, habent in modum tabernaculorum, 401 filtro coopertas, quas secum deferunt quocunque migrant. Laonicus tentoria pileata dicere videtur, quibus utantur pastores apud Turcos.

8. *Romania duplex, Anatolia, Rumelia, Rumiler.*

Cum Aladines occupasse complures in Romania provincias narratur, accipe Romaniam Asiaticam vel Anatolicam, Romanis, hoc est, Græcis imperatoribus ante illa tempora subjectam, quemadmodum paulo ante notavimus. Nam alioqui notum a Turcis Anatoliam, qua minor Asia comprehenditur, a Rumelia distingui, et Rumeliam, sive Rum vilaget, proprie dici Græciam Europæam, vel verbum verbo si reddas, Græciæ regionem : cum Græci a Turcis eleganter loquentibus, Rumiler vel Rumilar appellentur, Urumilar a vulgo. Rumes Garziæ ab Orta, cujus interp. clar. et opt. viro, Karulo Clusio nostro debemus, Thraces sunt, dum partem pro toto sumit. Quippe universa Europæa Græcia, ceu diximus, Romania vocatur : cujus et partes duæ, Thracia scilicet, Argivaque regio, cujus urbs munitissima Napoli di Romania dicitur, Romaniæ nomen obtinent.

9. *Tanchari, Tangori, Tonchari Tatarorum natio.*

Nomen nationis, quæ bellum Aladini fecerit, Annales hi non exprimunt : sed ex Prætore Græciæ nostro paret, sultanis Iconiensibus perpetua fuisse cum iis Tataris bella, quos ipse Tancharos vocat, Aythonus Tangoros. Non enim Tangot apud hunc scribendum, sed Tangor. Itidem Ortelio Tangut regio vocatur, quæ rectius Tangur. Apud Pachymerium, et alios Græcos, Tochari, detracta littera γ, leguntur : qui verius appellabuntur Tonchari.

10. *Urbs Enguri, Ancyra. Monumentum vetus Ancyranum.*

Engurim Turci vocant urbem Asiaticæ Galatiæ, quæ dicta priscis fuit Ancyra, et Leoni Augusto quarta thronorum in ordine metropolis est sub patriarcha Constantinopolitano : satis olim celebris etiam ob antiquissimam Christianorum synodum, quæ istic habita fuit, et cujus acta decretaque plena pietatis exstant. Hodie magna illic copia cymatilis vel undulati panni (camelotum vulgo vocant) longe præstantissimi tingitur et elaboratur, alioque distrahenda vehitur.

Quodam in historiæ Græcæ libro, cujus quia perierat initium, ne quidem auctoris sciri nomen poterat, legere memini, de Ancyrani mancipii conditore Augusto. Verbis ea referuntur hujusmodi : Κτίσας δὲ πόλεις, μίαν ἐν τῷ Ποντῳ, καὶ ἄλλην ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, καὶ ἑτέραν ἐν Συρίᾳ καταπεσοῦσαν ὑπὸ θεομηνίας, ὀνόματι Σαλαμίνην, ἀνεγείρας· ἐκάλεσε τὴν μὲν, Ἄγκυράν, διὰ τὸ μέσην αὐτὴν εἶναι τῶν δύο θαλασσῶν, τῆς τε Ποντικῆς καὶ τῆς Ἀσιανῆς· τὴν δὲ, Βόστραν, εἰς ὄνομα τῶν κτίσαντος αὐτὴν στρατηγοῦ Βόστρου· τὴν δὲ μετωνόμασε Διόσπολιν. Quorum hic sensus est : Cum condidisset Augustus urbes, unam in Ponto, alteram in Arabia, tertiam in Syria Cypro, vi numinis irati collapsam, nomine Salaminen, restituisset, primam appellavit Ancyram, hoc est anchoram, propterea quod esset medio sita loco inter duo maria, Ponticum et Asianum : alteram Bostram, a prætore Bostro quem structuræ præfecerat : tertiæ nomen in Diospolim mutavit. Busbequius, vir illustris, in Itinerario meminit, hanc urbem ab Asiæ communitate (τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας dixere Græci) Augusto fuisse dicatam. Merito quidem id factum, si vel conditor, vel instaurator ejus erat Augustus. Ideoque non abs re voluit idem Augustus rerum abs se gestarum, quas incidi Romæ duabus in aheneis pilis jusserat, exemplar hic exstare. Conspiciuntur autem qualesquales hujus reliquiæ marmoreis insculptæ parietibus ædificii veteris, quod ædem Apollinis fuisse putant aliqui, Busbequius prætorium. Id vero tam insigne monumentum antiquitatis Romanæ, quia lector existimare facile potest, a 34 et amplius annis admodum esse deformatum, et ab infestis omni Græcæ Romanæque elegantiæ Barbaris quotidie magis etiam lacerari ac dirui : placet eorum causa, qui antiquitatum vere magni æstimandarum studiosi sunt, sic expressum hoc loco subjicere : quemadmodum id temporis legatus Cæsaris Ferdinandi, maximæ vir dignitatis Antonius Verantius, episcopus Agriensis, per suos transcribi curavit. Mecum vero communicabat ante profectionem ad Turcos nostram, vir nobilis, et antiqua virtute ac fide, Karulus Clusius Atrebas, acceptum ab Antonii præsulis nepote, Fausto Verantio : quorum omnium sane mentionem fieri, visum fuit æquissimum, uti conservatorum fragmenti penitus aurei, quod cœli ac Turcorum injuriis expositum, ne cæteroqui nobis Ancyræ prorsus, ac brevi quidem pereat, haud absque causa metuendum. Sed reliquas tandem e naufragio tam præclari tabulas operis lector accipiat ita dictis in parietibus exstantes : ut dimidia pars intrantibus ædificium ad dextram, altera semet ad sinistram offerat.

SERIES PRIMA.

RERVM. GESTARVM. DIVI. AVGVSTI. QVIBVS. ORBEM.
TERRARVM . IMPERIO. POPVLI. ROMANI. SVBJECIT..
ET. IMPENSARVM. QVAS. IN. REMPVBLICAM. PO-
PVLVMQVE. ROMANVM. FECIT. INCISARVM. IN.
DVABUS AHENEIS. PILIS. QVÆ. SVNT. ROMÆ.
POSITÆ. EXEMPLAR. SUBJECTUM.
ANNOS. VNDEVIGINTI. NATVS. EXERCITUM. PRIVATO.
CONSILIO. ET. PRIVATA. IMPENSA. COMPARAVI. TERQVE.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

M—— FACTIONIS. OPPRESSAM. IN. LIBERTATEM.
VINDICAVI—— DECRETIS. HONORIFICIS. ORDINEM.
SUUM. cætera desiderantur.

SERIES SECUNDA.

PATRICIORVM. NVMERVM. AVXI. CONSVL. QUINCTUM.
IVSSV. POPVLI. ET. SENATVS. SENATVM. TER. LEGI. ET.
IN. CONSVLATV. SEXTO. CENSVM. POPVLI. CVMLEGA. M.
AGRIPPA. EGI. LVSTRVM. POST. ANNVM. ALTERVM. ET.
QVADRAGESIMVM. FECI. LEGI. QVO. LVSTRO. CIVIVM.
ROMANORVM. CENSITA. SVNT. CAPITA. QVADRAGIENS.
CENTVM. MILLIA. ET. SEXAGINTA. TRIA————CVM.
NVPER. LVSTRVM. SOLVS. FECI. LEGI. CENSORUM—— SINIO.
COS. QVO. LVSTRO CENSA. SVNT. CIVIVM. ROMANORVM ——
QVADRAGIENS. CENTVM. MILLIA. ET. DVCENTA. TRIGINTA.
TRIA.——IN. CONSVLATV. FI.————CVM. NVPERRIME.
LVSTRVM. CVMLGEA. TIBERIO. SEXT. POMPEIO. ET. SEXT.
APVLEIO. COS. QVO. LVSTRO ——ROM. CAPITVM. QVADRAGIENS.
CENTVM. MIL.——IGINTA. ET. SEPTEM. MIL. REGI. PNO.——
——EXEMPLA. MAIORVM. EXOLESCENTIA. IAM. EX. NOS.——
MULTARVM. RERVM. EXEMPLA. IMITANDA——
reliqua desiderantur.

SERIES TERTIA.

HONORIS. MEI. CAVSA. SENATVS. POPVLVSQVE ROMANVS.
ANNUM. QVINCTVM. ET. DECIMVM. AGENTIS.
CONSVLIS. DESIGNAVIT. VT. CVM. MAGISTRATUM. INIRENT.
POST. QVINQVENNIVM. EX. EO. DIE. DVO. DEDVCTI. IN.
EORVMVE. INTERESSENT. CONSILIIS. PVBLICIS. DECREVIT.
SENATVS. EQVITES. AVTEM. ROMANI. VNIVERSI. PRINCIPEM.
——HASTIS. ARGENTEIS. DONATVM. APPELLAVERVNT.
LIBRI. ROMANI VIRITIM ——CENOS, NVMERAVI. EX. TESTAMEN-
TO. PATRIS. MEI. ET. NOMINI. MEO. ——DRINGENOS. EX.
BELLORVM. MANIBIIS. CONSVL. QVINCTVM. DEDI. ITERVM.
AVTEM. IN. CONSVLATV. DECIMO. EX. PATRIMONIO. MEO.
BIS. QUADRINGENOS. CONGIARI. VIRITIM. ITERVM. ÆRE.
MERVI. ET. CONSVL. VNDECIMVM. DVODECIM. FRVMENTATIO-
NES. FRVMENTO. PRIVATIM. COLVMPLO. EMENSVS. SVM.
ET. TRIBVNITIA POTESTATE. DVODECIMVM QVADRINGENOS.
NVMMOS. TERTIVM. VIRITIM. DEDI. QVALIMEA. CONGIARIA.
FRVMENTI—— NVM, NVMQVAM. MINVS QVINQUAGINTA. ET.
DVCENTA —— SIA. DVODEVIGINTESIMVM. CONSVL. TRECENTIS.
ET. VIGINTI. MILLIBVS. PLEBIS. VRBANÆ. SEXAGENOS. SEX.
AGENOS. DENARIOS. VIRITIM. DEDI. ET. QVINIS, MILITVM.
MEORVM. CONSVL. QVINCTVM. EX. MANIBIIS. VIRITIM. MILLIA.
NVMMVM. SINGVLA. DEDI. ACCEPERVNT. ID. TRIVMPHALE.
CONGIARIVM. IN. COLONIAS. HOMINVM. CIRCITER. CENTVM.
ET. VIGINTI. MILLIA. CONSVL. TERTIUM. DECIMVM. SEXAGENOS.
DENARIOS. PLEBI. QVÆ. TVM. FRVMENTVM. PUBLICVM. ACCE—— DEDI.
EA. MILLIA. HOMINVM. PAVLLO. PLVRA. QVAM. DVCENTA.
FVERVNT. AGRIS. QVOS. IN. CONSVLATV. MEO. QVARTO. ET.
POSTEA. CONSVLIBVS. MARCO. ET. CN. LENTVLO. AVGVRE.
ADSIGNAVI. MILITIBVS. SOLVI. MVNICIPIIS. P.—ERTIVM.
CIRCITER. SEXGENSIM. ITINERIS. EMIT. QVAM. ROMANIS.
PRÆ—NVMERAVI.—QVOD. PRO. AGRIS. PROVINCIALI-
BVS. SOLVI. VNVS. ET. SOLVS. OMNIVM. QVI. DEDVXERVNT.
COLONIAS. MILITVM. IN. PROVINCIS. AD. MEMORIAM. ÆTATIS.
MEÆ. FECI. POSTEA. NERONE. ET. CN. PISONE. CONSVLIBVS. ITEM.
QVE —GANTISSIMO. ET. D. LELIO. CONSVLIBVS. ET. L. CANINIO.
ET. Q. FABRICIO. CONSULIBVS.—QVOS. EMERITIS. STIPENDIIS.
IN. SVA. MVNICIPIA. PRÆM.—PERSOLVI. QUAM.—IN. SEST—
MILI—IMPENDI.
QVATER. ——AVI ÆRARIVM. ITA. UT. SESTERTIVM. MILLIA.
QVINGENTA. DEDI —RAVI. ÆRARIO. DETVLI.—
QVOD. EX. CONSILIO————————————MILITIBVS.
QVIN.————————————————————————————————
———MERVISSENT. HS. MIL.————————————————————
————————O. DETULI.————————————————————

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

———— CN. P. LENTVLO.————————————————————
SVLES. FVERINT, CVM. D—CERENT. CENTVM
MILLIBVS. HOMINVM————O. FRV————————————————————
desunt lineæ quinque.

ADVERSI PARIETIS SERIES PRIMA.

CVRIAM. ET. CONTINENS. ET. CHALCIDICVM. TEMPLVMQVE.
APOLLINIS. IN. PALATIO. CVM, PORTICIBVS. ÆDEM. DIVI. IVLII.
LVPERCAL. PORTICVM. AD. CIRCVM .FLAMINIVM. QVEM. SVM.
APPELLARI. PASSVS. EX. NOMINE. FIVS. QVI. PRIOREM. EODEM.
IN. SOLO. FECERAT. OCTAVIANI. PVLVINAR. AD. CIRCVM.
MAXIMVM. ÆDES. IN. CAPITOLIO. IOVIS, FERETRII. ET. IOVIS,
TONANTIS. ÆDEM. QVIRINIS. ÆDES. MVNDO. ET. IVNONIS.
——ET. IOVIS LIBERTATIS. IN. AVENTINO. ÆDEM. LARVM.
IN. SVMMA. SACRA. VIA. ÆDEM. DEVM PENATIVM. IN. VELIA.
ÆDEM. IUVENTATIS. ÆDEM. MATRIS MAGDELÆ. IN. PALATIO FECI.
SERTORIVM. ET. POMPEIVM. THEATRVM. VTRVMQVE.
OPVS. IMPENSA. GRANDI. REFECI. SINE. VLLA. INSCRIPTIONE.
NOMINIS. MEI. RIVOS. AQUARUM, COMPLVRIBVS LOCIS. VETVSTATE.
LABENTES. REFECI. ET. AQVAM. QVÆ. MARIA ADPELLATVR.
DUPLICAVI. FONTE NOVO. IN. RIVVM. EIVS IMMISSO. EORVM.
IVLIVM. ET BASILICAM. QVÆ, FVIT. INTER. ÆDEM. CASTORIS.
ET. ÆDEM. SATVRNI. CÆPTA PROFLIGATAQVE. OPERA. A.
PATRE. MEO. PERFECI. ET. EAMDEM. BASILICAM. CONSVMATAM.
IN. AMPLIATO. EIVS. SOLO. SUB. TITVLO—NOMINIS.
FILIORVM. —VLVVS. NON. PERFECISSEM. PERFECI. AB. HE.
REDIBVS.—VIRGINE. EXEMPLVM. DBVM. IN. VRBE. CON-
SUFECI. FLVVIO. PRÆTERMISSO. QVOD TEME——FT.————
VICTORIS. TEMPLVM. QUORVMQVE. AVGVSTVM. ET TEMPLVM.
APOLLINIS. IN. SOLO. MAGNAM. PARTEM.—EMTO. FECI.
QVOD. SVO. NOMINE. M. MARCELLI. VENERI. —MANIBVS.
IN. CAPITOLIO. ET. IN. ÆDE. DIVI. IVLII. ET IN. ÆDE.
APOLLINIS. ET IN ÆDE. VESTÆ. ET. IN TEMPLO. MARTIS.
VICTORIS. CONSECRAVI. QVÆ MIHI. CONSTITERVNT. CIR-
CITER. MILLENIS. AVRI. CORONARI. PONDO. TRIGINTA QUINQVE.
MILLIVM. MVNICIPIIS. ET. COLONIIS. ITALIÆ. CONFERENTIBVS.
AC. TRIVMPHOS. MEOS. QVINCTVM. CONSVL. REMISI. ET. POSTEA.
QVOTIENSCVMQVE. IMPEPATOR. M. AVRI. CORONARIVM.
NON. ACCEPI. DEGERNENTIBVS. MVNICIPIIS.—QVÆ ANTE.
TEMPVS. DEFVNCTARVM. AFRICANARUM. DECREVERAM.
MEO NOMINE. AVT. FILIORVM. MEORVM.
ET. NEPOTVM. IN. CIRCO.—AVT. IN FORO. AUT. IN.
AMPHITHEATRIS. POPVL.—QUIBVS. CONFECTA. SUNT. BESTIARVM.
CIRCITER. TRIVM. MILLIVM. ET. QVINGENTA. NAVALIS. PRÆLII.
SPECTACVLVM. POPVL. — LIBERVM. IN. QVO. LOCO. NVNC.
NEMVS. EST. CÆSARUM. CAVATO.— LONGITVDINE. MILLE.
ET OCTINGENTOS. PEDES. IN. LATITVDINE. PEDES, DVGENTI.
IN QVO. TRIGINTA. ROSTRATÆ. NAVES. TRIREMESQVE. PLVRIMÆ.
—RVMORES. INTER. SE CONFLIXERVNT.—RVNT
PRÆTER. REMIGES. MILLIA.—CIRCITER.————————
IN. TEMPLIS. OMNIVM. CIVITATVM. PONTI. ET. ASIÆ. VICTOR.
ORNAMENTA. REPOSVI. QVÆ. SPOLIATIS. TEMPLIS. QVIS. PRIVATIM.
POSSEDERAT. STATVÆ.—QVADRAGENIS .ARGENTEIS.
STETERVNT. IN. VRBE. AC. CIRCITER. QVAS. IPSE. SVSTVLI. EX.
QVA. DE. PECVNIA. DONA AVREA. IN. ÆDEM. APOLLINIS. MEO.
NOMINE. ET. FILIORVM. QVÆ. MIHI. STATVERVNT. HONOREM.
HABVERVNT. POSVI.

SERIES SECUNDA.

MARE. PACAVI. A. PRÆDONIBVS — DOMIBVS.————————
——SVIS————————————CONTRA REM. ————
——DOMINI.————————————cætera desiderantur.

SERIES TERTIA.

REGIS. PARTHORVM.————————————————————
post aliquot lineas.
A. ME. GENTES. PARTHORVM. ET. MEDORVM.————————————
rursum post aliquot alias.
IN. CONSVLATV————————————————————
cætera prorsus abolita.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Habes, optime lector, reliquias Ancyrani monumenti, facile omnium quæ nunc exstant, præstantissimi, siquidem esset integrum. Ejus illustratio non hujus est loci.

11. *Anni, mensium, dierum apud Turcos ratio et appellationes.*

Notavi ad marginem libri, annum Mahumetanum 687, quo mortuus Ertucules traditur, esse Christianum 1289. Hoc uti planius intelligi possit, libet hoc loco quam paucissimis explicare temporum apud Turcos rationem, videlicet annorum, mensium, dierum, quantum quidem hactenus intelligere de his potui. Constat igitur apud Turcos annus 12 mensibus, sed lunaribus, et tradunt ipsi, post 32 annos Turcicos firmamentum cœli cursum suum absolvere. Unde propemodum colligi plerique putant, annis 31 Christianis, respondere Mahumetanos 32, cum exiguo additamento. Præmittitor id etiam, hunc annum Christ. 1587 cum inciperet, fuisse computatum a Turcis pro Mahumetano 994. Quippe licet hoc intelligere de verbis ultimis in diplomate sultani Muratis III quo continetur prorogatio pacis cum Rudolpho II imp. Augusto. Leguntur enim istic hæc in extremo verba : *Die primo proximi mensis Januarii, anno Domini Jesu supra quem sit gratia et auxilium divinum*, 1584 : *qui erit annus transmigrationis magni prophetæ nostri, supra quem sit gratia salusque divina* 991 : *die* 27 *sacræ lunæ Silchidze.* Quibus in verbis notandum, annos Mahumetanos Turcis usitatos non eosdem esse cum annis Hegiræ, quæ incipit a nativitate Mahumetis, videlicet ab anno Christiano 592. Nam expresse dicitur a Turcis anno Christiano 1584 fuisse computatos annos 991 a transmigratione sive morte Mahumetis : quibus si tres ab illo tempore elapsos adjicias, erit annus hic Christianus 1587 a morte Mahumetis 994. Jam si de 994 detrahas annos 687, quo tempore mortuus Ertucules traditur, reliqui erunt anni Mahumetani 307, qui transiere scilicet ab Ertuculis morte usque ad hunc annum præsentem. Diximus autem paulo ante Turcicos annos 32 propemodum respondere Christianis 31. Quamobrem de 307, Mahumetanis detrahendi veniunt anni 9 28/31 sive paulo minus quam decem : et erunt 307 Mahumetani, si 10 integros deducas, redacti ad annos Christianos 297. His rursus detractis de 1587 reperiemus annum Christi 1290, quo scilicet mortuus fuerit Ertucules, Osmanis pater. Tradunt autem Annales hi nostri mortuum Osmanem ipsum anno Mahumetano 727 qui Christianus erat 1328. Ergo post obitum patris superstes fuit paulo amplius quam 39 annis Mahumetanis sive 38 Christianis. Et quia Turci volunt eum regnasse 29 annis, nostri 28, quod idem est : necesse est verum fateamur quod historici diligentes et fide digni scripserunt, Osmanem perpetuis excursionibus ac rapinis collocupletatum magnam partem Bithyniæ vicinæque Ponto Euximo regionis, intra spatium 10 annorum a morte patris scilicet numerandorum, in potestatem redegisse. A quo dece nii tempore, principatu jam constituto stabilitoque, recte rerum potitus dicetur annis Christianis 28. Itidemque verissime statuetur, initium regni Osmanici referendum ad annum Christianum 1300, quod sane multas ob causas diligenter observandum.

Quod menses attinet, jam antea monuimus, in usu Turcis esse lunares. Hos nominare incipiunt ab ipsis noviluniis. Et numerantur ab eis 12, sicut etiam nos totidem habemus. Anni principium referunt ad mensem Silchidze, qui late loquendo, quod Græci dicere solent, Decembri fere nostro respondere debebat ex opinione complurium : sicuti plerumque Ramazan mensis ad Septembrem debebat ex eorumdem sententia referri : quo mense Ramazane jejunium suum menstruum servant, a crepusculo matutino ad solis occasum usque, donec sidera conspiciantur nihil cibi potusve sumentes : et finito jejunio, suum illud bujuc bairam, sive magnum festum instar paschatis nostri, celebrant. Sed progressu temporis tam Silchidze quam Ramazan in alios menses nostros transeunt. Quippe celebrandi bairami tempus singulis annis anticipare Turci solent diebus undecim : qui dies embolismi fere loco sunt ad complendum annum lunarem. Nam si dies undecim computentur tricies et semel, efficientur dies 341 : qui paulo minus quam integrum annum constituunt, addendum triginta et uni Mahumetanis annis, ut Mahumetani triginta duo anni, Christianis triginta et uni respondeant ; quemadmodum a nobis indicatum paulo ante hoc ipso capite.

Nomina mensium hæc sunt :

1. Silchidze.
2. Mucharen.
3. Sepher.
4. Rebuil Evel.
5. Rebuil Achir.
6. Dsiumasiel Evel.
7. Dsiumasiel Achir.
8. Rezeb.
9. Schaban.
10. Ramazan.
11. Schewal.
12. Silcade.

Sicubi lector aliquod nomen ex his paulo aliter scriptum in Annalibus repererit, sciat id factum a nobis, scripturam Joannis Galderii, interpretis Cæsarei, sequentibus.

Hos autem menses in dierum hebdomadas, sive septimanas, dividunt : diebus hæc tribuunt nomina.

1. Basar iuni, hoc est, dies mercatus hebdomadarii, qui respondet diei Dominico nostro.

2. Basar Ertesi, hoc est, dies post mercatum hebdomadarium proximus, sive postridie mercatus : qui dies Germanice dici commode posset *Aftermarktag.* Respondet diei lunæ nostro.

3. Salli, respondet diei Martis nostro.

4. Dsar schamba, id est, quartus dies : quem Por-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sica lingua sic et ipsi vocant, ut nos feriam quartam dicere solemus, qui Mercurii dies est.

5. Peschembe, hoc est, dies quintus, lingua itidem Persica : veluti nos feriam quintam vocamus, qui Jovis dies est.

6. Dsiuma, duabus syllabis, (alii Zuma scribunt, et Zuna) vel Dsiuma jumi, quod significat diem ecclesiæ sive templi. Nam Veneris diem feriantur.

7. Dsiuma Ertesi, hoc est, ἐπίσθα, Græco vocabulo Pindarico, quasi si dicas, post festum, vel *Afterfeiertag*, Germanice. Vulgo Saturni dies.

12. *Somnium Ertuculis, Conia, luna Turcis auspicata.*

Valde superstitiosos esse Turcos in observandis somniis, animadvertere lector potuit ex narratione Supplementi nostra, de initiis decennalis hujusce belli Persici. Hoc autem Ertuculis de Osmane filio somnium, quo ingenti comparabatur arbori, cum aliis sequentibus, per est ei simile, quod Astyages rex Medorum de Cyro, ex filia nepote suo, ab Herodoto et aliis expositum, habuit. Conia vero Turcis urbs est Caramaniæ sive Ciliciæ, quam Græci dicebant Iconium. Leonis Sapientis imperatoris Novella de Thronis accuratius hanc in Lycaonia collocat. Chalcocondylea Cariæ facit urbes Larandam et Toroneium, ubi nota confusum cum nomine articulum Toroneium, pro Toiconion : ut alibi Tosibinium, quoque scribit idem interpres, Ardelii sive Transilvaniæ urbem, quæ articulo a nomine disjuncto Sibinium est, vel Cibinium, ut hodie scribunt. Conia recentioribus geographis appellatur Cogna, pronuntiatione Italica. Quod autem Edebalis filia per lunæ splendorem significaretur, in eo felicissimum quoddam omen erat, ex opinione Saracenorum ac Turcorum : qui lunam, velut imperio suo fatali quadam lege propitiam et auspicatam, mirum quantum habere virium **402** in portendendis adjuvandisque successibus conatuum suorum, ut etiam nunc hodie sic semper existimarunt. Errant enim (et in his est Franciscus Sansovinus Venetus) qui Turcos scribunt subacto primum Bozinensi regno, imperante Sultano Muchemete II, lunam crescentem signis militaribus apposuisse. Nam si verum hoc esset, non lunam duntaxat accepissent, exclusis stellis, quæ in ejus regni signis cum Luna conjunctæ cernuntur. Constat etiam e Belvacensis historia, Saracenos ante constitutum hoc imperium Turcicum, eamdem habuisse de luna, Mahumetanorum conatibus et expeditionibus bellicis favente, persuasionem. Anno, inquit, 1218, statim post adventum Christianorum ad Damiatam, facta fuit eclipsis lunæ quasi generalis : quam contra Saracenos interpretati sumus, veluti portendentem eorum defectum, qui sibi lunam attribuunt, in incremento decrementoque lunæ magnam sibi vim ponentes.

13. *De ducibus Turcicis a quibus Anatoliæ regiones nomina sortitæ sunt.*

Annales hi nec ducum nomina, nec provinciarum hoc loco exprimunt : quæ nos tum ex Laonico, tum aliis Annalium locis eruemus. Facit Laonicus septem numero duces, qui regionem armis subactam inter se diviserint. Hos uno tantum loco non recenset omnes. Caramano dicit obtigisse mediterranea Phrygiæ majoris, cum Cilicia : cujus a nomine Cilicia, dicta deinde Caramania fuit, in hodiernum usque diem hac appellatione durante. Sarchani sors maritimam Ioniæ regionem, Smyrnam usque tribuit. Unde Sarchaniæ nomen est adepta, testibus his Annalibus, et Laonico, et secretario Sigismundi Malatestæ, qui res in Asia Græciaque se præsente gestas, ante annos plus minus 80, descripsit. Ortelio Sarcum dicitur. Calami, et filio Carasi, obvenit Lydia, usque ad Mysiam : quæ regio Carasia fuit appellata. Reperitur hoc nomen in his Annalibus, et apud indicatum modo Malatestæ secretarium, qui Pergamum in Carasia collocat. Ab Ortelio Becsangil ea pars Anatoliæ nominatur. Osman Ertuculis filius Bithyniam, cum regionibus Olympum versus spectantibus, et cum Tekia, nactus est. Ab hoc Osmania, vel Othmania, quemadmodum hactenus alii scribunt, dicta : cujus in Annalibus sub Bajazite primo fit mentio. Atque haud scio, an non in Synonymia geographica Ortelii, quo loco de Asia minori agit, Cottomanidia sit rectius hæc ipsa sive Othmania, sive Othmanidia, cujus tamen limites istic latius, quam par sit, videntur extendi. Amuræ filios tradit Laonicus accepisse Paphlagoniam, cum iis quæ ad Euxinum vergunt. Ea fuerit Penderatia scilicet, de qua superius dictum in Osmanidarum genealogia, vel potius Penderachia. Vocatur autem hic Amuras Pachymerio Amurius, cum quo Reineccius alicubi, Gregoram secutus, Alisurium Caramanum confundere videtur : Omer in Annalibus Turcicis dicitur, qui Omeris filios appellant Isvendiares begos, Sinopes etiam dominos, Laonico Sphenderes aut Spenderes unde nomen Penderachiæ, veluti Sphenderachiæ. Bolli nominatur hæc ipsa Penderachiæ vel Sphenderachiæ regio in Ortelii tabula Natoliæ, priscis Paphlagonia. Et credo Bolli vocem provinciæ datam a civitate Bolli, quæ Turcicis Annalibus est Boli, sicut idem et agri Bolensis meminerunt. Est etiam in Asia minori Mendesia regio, cujus principem Laonicus Mendesiem et Mendesem vocat, nepotem Calamis : quod Mendesiæ nomen non Turcicum origine puto, sed Græcum, et ejus provinciæ, quæ sic appellata fuerit a civitate Mendos, cujus mentio fit in constitutione Leonis Augusti de ordine thronorum, tanquam episcopatus pertinentis ad metropolim Stauropolitanam in Caria. Videtur etiam eadem esse Mendus cum illa, quæ Myadus aliis dicitur, et ad Cariam quoque refertur. Regio Mendesia scribitur Ortelio Menteso, sicut et nostris in Annalibus. Ædinis denique ducis apud Laonicum typis editum nomen legitur, qui regionem a Colophone ad Caiam usque se porrigentem possederit. Hic Aidin beg Turcis est, unde reponendum apud Chalcocondylem Aidinis ducis nomen, et apud Ortelium pro Alifinelli restituendum Aidinelli. Sunt aliæ quoque

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

regiones in Anatolia, quæ novas appellationes veteribus incognitas habent, sed eas duntaxat hic enumerare voluimus, quibus indita fuisse certis a Ducibus nomina Laonicus et Annales hi nostri tradunt.

14. *Bassa, Emir, Sarai, Caravansarai, Vezir, Vezirazem Beglerbeg, Emir Halem, Emir Achur.*

Filius alter Osmanis, Urchanis frater alium non habet in Annalibus titulum, quam Alis bassa : quod bassæ vocabulum Turcis caput significat. Falluntur autem qui pro sultanis vezires fuisse dictos, ac Emirum (Amares ipsi vocant) in locum putant successisse bassas et beglerbegos : (quibus et begos ab eis, et sangiacos adjungi, velut et ipsos Emirum successores, magis etiam miror) cum vox Emir ne hodie quidem exstincta sit, ac præterquam quod ipsi sultano proprie competat, ut supra diximus, etiam certis in aula tribuatur officiariis. Quippe sunt ad Portam, emir Halem, Bujue emir Achur, (qui Prætori etiam 403 Græciæ nostro Amyrachures dicitur) et Cudzuc emir Achur. Bassæ nomen hoc tempore datur iis primum, qui vezirum dignitatem obtinent : deinde beglerbegis. Ipsa nomina cum officiis, suo declarabuntur a nobis loco prolixius. Hic paucis addo, Portæ Osmanicæ duum esse generum officia : quorum alia ministeriis obeundis intra saraium sultani destinata sunt, alia procurandis negotiis publicis extra saraium. Et saraium Turcis palatium principis est, vel aliud amplum ædificium non a Czar voce Tatarica, quæ regem significat, dictum : unde Reineccius Saragliam Turcis vocari putat, ut regiam. Nam aliæ quoque domus, extra sultani regiam, nomen hoc ferunt : ut illæ, quas sultanorum mulierculæ sive concubinæ inhabitant, ut Atschamoglanorum ædes, ut ampla Turcorum hospitia, sive diversoria publica, quas vulgo caravasarias nostri vocant. Quippe a Turcis caravansarai vel serai dicuntur, hoc est, ædificia destinata caravanis, quæ hominum agmina sunt cum jumentis, ob itinerum pericula turmatim se conjungentium. Consule de his exposita prolixius capite 247. De officiis intra saraium alibi, sicut et de aliis extra saraium. Bassæ, de quibus hic agimus, extra saraium muneribus sibi mandatis funguntur. Et inter hos qui primi sunt, vezires dicuntur ; nostris, consiliarii secreti, vel arcani. Supremus autem, vezirazem nominatur, quæ apud Saracenos etiam in usu dignitas, et existimatione præcipua fuit. Cedrinus et alii protosymbulum interpretantur, cujus etiam mentio fit in libro de significatis insomniorum quem antehac Sambucani exemplaris mutili fidem sequentes, Apomasari tribuimus : cum Achmetis eum postea cognoverimus esse, de libro bibliothecæ Cæsareæ, ex quo viri clariss. Hugonis Blotii J. C et Augustalis bibliothecarii beneficio, nostri codicis lacunas omnes explevimus. Simeon Magister officiorum alicubi Solemanem Protosymbulum Balsamæ vocat, quem Zonaras archisatrapam Masalmæ dixit. Similiter extra saraium sunt beglerbegi, qui et ipsi bassæ vocantur. Prætori Græciæ nostro, qui ante 320 annos vixit, Peclarpaces scribuntur. Et erant in imperio Saracenico simul et emires, et vezires, et beglerbegi, etiam ante monarchiam Turcicam : prorsus ut dici nequeat, pro sultanis vezires appellatos, in emirum locum successisse bassas et beglerbegos. Quippe meminit beglerbegorum officii vetustior prætore Cedrinus, et ipsum nomen interpretatur archontas archonton, ut nostri dominos dominorum : veluti qui sub se, præter gregarios milites, spachios, subassas, etiam sangiacos et begos habeant : utrosque minorum (quod aiunt) gentium dominos, de quibus suo loco. Prætor addit, officium beglerbegorum respondere dignitati vel officio maximi stratopedarchi quem nunc generalem campi vocare solemus. Itidem sultano servit extra saraium is qui dicitur emir halem, cujus paulo ante meminimus. Vexillorum præfectus supremus est, ac tum ipse vexillum regium gestat in expeditionibus, tum vexilla beglerbegis offert sua, itidemque sua sangiacis begis. Emir achur stabuli præfectus est, cui vocabulo si bujuc, præponatur, major vel primus ; si cudjuc, minor aut secundus stabuli præfectus intelligitur. De his jam percepisse lectorem opinor, qui Turcis bassæ, qui beglerbegi, qui emires sint. Nec ignoro nomen emir Quibir, dignitatis in aula sultanorum Cairensium maximæ. Sed intra limites coercenda scriptio, ne commentarius prolixior lectorem offendat, aut sæpius eadem repetat.

15. *Isnic, Bursa, Teggiur.*

Isnicam dixi, nomen hodiernum et Turcis usitatum retinens, licet ab aliis aliter scribatur, quæ Nicæa priscis est. Castaldus per errorem non urbem Nicæam vocat Isnecham, sed lacum sive paludem Ascaniam, quæ tamen hodie Turcis Acsu dicitur, nomine significante aquam albam sive limpidam. In multis enim antiqua nomina sic immutant, ut priscorum similitudinem retinentia, tamen aliquid in lingua sua significent. Prusæ nomen antiquum retinui, tametsi nunc Bursa vulgo dicatur : quæ vox in errorem impulit Bonfinium, ut Byrsam appellaret : quasi nomen hoc aliunde, quam a Prusa rege Bithynorum, acceperit. In Leonis Augusti constitutione de Thronis, etiam Theopolis sive Dei civitas cognominatur. Idem Claudiopolitano provinciæ Honoriadis archiepiscopatui Prusiadem subjicit, quod ideo notandum, quia Busbequius in Itinerario Prusiadem cum Prusa confudit, Teggiur Turciset provinciæ præses, quem ipsi more suo denominant a cujusque provinciæ metropoli. Laonicus Harmosten reddidit, quæ vox antiquo Laconum usu significat eum qui vel in urbem, vel regionem imperio subjectam mittitur, ut ejus res constituat ac disponat. Prætor noster ducem regionis interpretatur, qui Græcis est Higemon. Sic enim perturbationem rerum in Asia minori describens, post occupatam a Flandris Constantinopolim, ait : Qui duces aliis in locis alii fuerant hactenus, singuli regionem administrationi suæ commissam, nunc sui juris efficiebant : vel ad hoc impulsi motu proprio,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vel ab incolis ad defendendam regionem arcessiti. Quæ sane verba me commonefaciunt de imperii nostri statu non dissimili, post exstinctos imperatores Suevos.

16. **404** *Edrenos, Ulubat, Caplize.*

Edrenorum Teggiurem dixi, ab oppido quod Turcis vocatur Edrenos. Adranusium ducem sive præsidem dixissent Græci veteres. Civitas ipsa Bithyniæ, non procul a Prusa distat. Constitutio novella Leonis Augusti de thronis, episcopatum Adranusium metropoli Nicomediensi Bithyniæ subjicit. Oppidum Adranes, genere neutro, priscis appellabatur. Ulubat oppidum vocant Turci, quod Lupadi nostris geographis dicitur. Prætor Græciæ noster, et Chalcocondyles, Lopadium nominant. Nec procul a Palormo situm est (Panormum dixere Græci superiorum ætatum) ubi veteris urbis Cyzici ruinæ inter copiosa rudera marmorum conspiciuntur, et vina nobilia nascuntur, quibus cum voluptate Constantinopoli salubriter utebamur. Vox Caplize Turcis calidam aquam sive balneum significat, quæ Græcis thermæ sunt. Et supererant Prusæ nunc etiam ad montis Olympi pedem thermæ præstantissimæ, ac in primis celebres : cum ex intervallo non magno. aquæ calidæ pariter et frigidæ, miro naturæ beneficio, largiter ebulliant. Apud Stephanum, qui librum de urbibus scripsit, Ortelio citante, Therma legitur, locus Prusiæ, (Prusæ vult puto dicere, quanquam et alioquin hæc mendosa arbitror) qui et Basilica vocetur. Hic ille locus est basilicarum sive regiarum thermarum, quo de nunc agimus. Nam quod oppidum Thermarum Basilicarum in Novella Leonis Augusti reperitur, aliud est, ac longius remotum a Prusa, cum episcopatus ille metropoli Cæsariensi Cappadociæ subjiciatur.

17. *Mons Calogerorum, Genischeher, Iussuph.*

Montem monachorum, qui legitur hic in Annalibus, Turci sua lingua vocant Geschis dage, Græci Kalogeron oros. Intelligitur autem hoc nomine mons Olympus Bithyniæ, qui Constantinopoli degentibus, et in Propontide navigantibus, insigni altitudine conspicitur. Nomen hoc inde tulit, quod olim frequentia Calogerorum haberet monasteria, velut hodieque mons Athos in Europa, quem sanctum vocant : ubi 23 supersunt monasteria, singula quondam a 200 aut 300 Calogeris inhabitata, contraque vim prædonum ac piratarum munita. Nunc deminuto licet numero, tamen adhuc eorum est magna copia. Vocatur autem monachus a Græcis Calogeros, non veluti Kalos hieros, id est, bonus sanctus, quod nostris persuasum est : sed quasi Kalos geros (sic enim hodie loquuntur) id est, bonus senex. Nam senilis ætas huic professioni aptissima est. Neapolim interprecatus sum, voce Græca, quæ Turcis est Genischeher, id est, nova civitas. Ea non procul a Nicæa distat, et Busbequio, sicut et Ortelio, Jenisar dicitur : ac intelligi eamdem arbitror a Spandugino, in exposita superius narratione, de origine sultanorum Turcicorum. Iussuph, Prusæi nomen præsidis, idem est cum Josepho. Gauderius, Ferdinandi Cæsaris interpres, scripsit Jussuc in versione sua, quod vocabulum Turcis annulum significat.

18. *De variis monetis, quid Manguri. Aspri, Siderocapsin, Hyperpyra, Hyperpyrarii, Dramæ, Scachi, Sultanini, Seraphini, Byzantii, Chrysini Altumler. Ægyptiæ Syriacæque monetæ ratio.*

Necessario nobis hic agendum de variis tam Græcorum, quam Turcorum Ægyptiorumque monetæ generibus, ut uno loco posita, velut in conspectu lectori sint. Ac primo quidem, ut pretium singulorum, quæ Turcis in usu sunt, indicemus, animadvertendum, ante annos 40, vel 50, quo tempore scripsit Turcica sua Theodorus Spanduginus, octo manguros æreos unum asprum argenteum valuisse. Rursum quatuor aspros effecisse dramam. Dramas vero novem, pretium fuisse thaleri unius Germanici, qui 36 aspros valebat : cum Sultaninus aureus, tam pondere, quam auri bonitate par Zecchino sive ducato Veneto, 54 aspris æstimaretur, hoc est, uno thalero Germanico, cum semisse. Deinde pretium thaleri diu stabile fuit, aspri quadraginta : Sultanini vero, seu ducati, sexaginta. Nos autem Constantinopoli cum essemus, sic erant horum omnium aucta pretia, propter gravamina (quemadmodum belli Persici, et alias causas explicatu non necessarias : ut manguri 24 uno commutarentur aspro ; aspri quinque dramam efficerent, dramæ 12 thalerum Germanicum; unus cum semisse thalerus, Zecchinum Venetum, hoc est, aspros 90 ; cum paulo minus esset Sultanini pretium. Hoc modo drama, quinque constans aspris, valebat sex nostros cruciatos seu quarantanos Venetos : decem dramæ, vel aspri 50, florenum Germanicum ; aspri 60, seu duodecim dramæ, thalerum nostratem. Quæ ipsa quoque pretia deinceps adeo sunt aucta, thalerum ut unum aspris æstimatum 80 intelligam. Exposito pretio singulorum, addamus nunc de monetis ipsis quædam, futura lectoribus, ut spero, non injucunda cognitu. Primum igitur ærei manguri successerunt in nummulorum locum, quos asses prisci dixerunt. Ex argento signati sunt his proximi, qui Græcis aspri, Turcis Acse nominantur. Reineccius noster, **405** in Appendice ad Belvacensem, perperam scribit Asperos. Ibidem facta mentione de quingentis iperperis, addit, hoc monetæ Taricæ genus esse. Ego vero utrumque dico pro Græcæ monetæ genere habendum. Et aspri quidem Græcis, Turcis Acse, sic ab albedine dicti sunt, ut Italis *bianchi*, Gallis *les blancs*, certa nimirum et ipsa monetæ genera. Sicut enim Mauros Græcis est niger, unde Moros Itali nostrique vocant Æthiopes : ita color albus eisdem Aspros dicitur. Nec recens adeo vocabulum hoc esse, paret ex glossario perveteri, quod Aspraturam interpretatur Græca voce κόλλυβον, hoc est, monetam minorem : cujus generis aspri seu bianchi vel in primis sunt, cum quibus collybistæ sive nummularii monetam majorem, tam argenteam, quam au-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ream, commutare solent. Aspros autem voco, Latinam vocem Nummulos respiciens, quæ subintelligitur. Nam Græci quidem Aspra dicunt. Et sunt duplicia, majora minoraque. Minora vulgo in usu sunt, majora vocantur peculiari voce Siderocapsia. Quippe Siderocapsa nomen est oppidi, quod e regione Thassi situm est, prope montem sanctum, de quo paulo ante dictum. Eo loco tam auri, quam argenti fodinæ sunt (unde Chrysiten Livii putat esse Bellonius), et aspra signantur, cæteris majora, quibus ab oppido Siderocapsiorum mansit hactenus appellatio. Recipit hæc tantum sultanus Turcorum, et suis thesauris infert. Eadem erogat in militum ministrorumque suorum stipendia. Minora plane non admittit, quidquid tandem ei solvendum sit. De iperperis observanda primum vitiosa scriptura. Non enim iperpera scribi debent, sed hyperpyra. Pulologus noster hyperpyri vocem habet. Manuel Musicius Atheniensis, interrogatus a me quanti putaret æstimandum hyperpyron : responbebat, propemodum par hujus pretium esse marcelli argentei Veneti pretio. Quidam Italico nummo Julio putant æquandum. Equidem accurate pretium supputans, hyperpyron invenio valere novem cruciatos seu quarantanos. Incolæ Cyprii regni prius, quam Barbarorum subirent jugum, in quinque diversa hominum genera distribuebantur. Horum aliis omissis, quod huic instituto nostro quadrat, exponam. Infimi generis appellabantur Pariki, conditionis homines servilis, usque adeo dominis obligati propemodum ut vitæ necisque potestatem in eos haberent. Nomen ipsum Pariki, Græcæ originis est. Nam πάροικοι dicuntur Græcis, sicut et Justiniano Augusto παροικικὸν νόμιμον, jus colonarium est. Secundum hos proximi vocabantur vulgo Lefteri, qui quidem et ipsi Paricorum seu colonorum erant e numero, sed qui vel interveniente pecunia, vel gratia dominorum, vel alia quadam via libertatem impetraverant, diversa tamen ratione. Quippe nonnulli absolute liberi efficiebantur, cum alii, personali duntaxat libertate potiti, nihilo minus rerum suarum nomine dominis essent obligati; puta, quotannis ut solverent principibus aut nobilibus viris, quindecim vel sexdecim, plus aut minus, perpyra (sic enim corrupte vocabant) cujus in perpyris numerandæ pecuniæ causa, Perpyriarii dicebantur. Agnoscit, opinor, voces lector depravatas, cum et hyperpyra dici debeant, et Eleutheri, qui liberi sunt, et Hyperpyrarii, qui singulos in annos hyperpyra solvunt. Si quis denique pretium hyperpyrorum cognoscere cupit, expendat hæc Belvacensis verba, de libri XXX, capite 143: « Terra Soldani valebat ei quotidie 400000 iperpera, » id est 57000 marcas argenti ; sed prius scripturæ tollendum vitium, ut pro 57000 marcis argenti. 5700 marcas reponamus. Et nihilo minus hæc ipsa summa proventus quotidiani tanta videtur esse, pene fidem ut mereri nequeat. Sed enim pergendum ad alia. Quam diximus dramam, pro certi ponderis apud Turcos nomine lector accipiat, quod quidem ex drachmæ vocabulo Græco mutilatum est. Ipsius ponderis rationem in aspris jam exposuimus. An vero Turcicum antiquo ponderi Græco respondeat, disputare nunc religio est, ne lectori nimium velut extra metas vagando molesti simus. Scachi perquam frequentes in Turcia sunt hoc tempore, moneta Persici scachi sive regis, unde nomen habent, Turcorum hostis accerrimi. Singuli valent aspros Turcicos octo. Sultanini ex auro sunt, quondam appellati Soldani. Sic enim apud Belvacensem loco jam indicato legimus, argentariæ fructum in Lebena (non procul a Sebastia) fuisse tres rotas argenti depurati, hoc est, tria millia soldanorum. Ejusdem cum soldanis erant tum ponderis, tum pretii, qui Græcorum imperatorum temporibus Byzantii nominabantur, et Byzantini : characteris duntaxat ratione diversi. Consimiliter et seraphini, quos primus ex soldanis Ægyptiis signavit Melechseraph, a quo nomen etiam hoc consecuti sunt. Chrysini Græcis a chryso dicuntur, ut ab auro nobis aurei : quod imitati Turci, suos sive ducatos, quod nomen a Venetorum ducibus profectum arbitror, sive sultaninos, ab Altum vocaverunt Altumler. Chrysinorum quidem in aliquot Græcis et Asiaticis monumentis antiquis nomen observavimus, quæ alio lectores habituri loco sunt.

Quod Ægyptias, Arabicas, Syriacasque monetas attinet, harum quoque nunc mutata ratio : sicut ex hac consignatione D. Hieronymi Beck a Leopoldstorf videre est, qui pretia singularum notavit, ut erant anno 1551, cum illas terras perlustraret. Zibit, 406 ærei nummuli perexigui, signa potius sunt, quam moneta. Duo valent unum Direm, qui et ipse nummus est æreus. Duo Direm valent Nuccarum unum, qui nummus est æreus major, cum litteris Arabicis. Nuccari quatuor valent nummulum argenteum, quem Arabes Osmannum, Turci Achs, Græci Aspron vocant. Nuccari sex faciunt nummum argenteum majusculum, quem Maidinum vel Cottam nominant. Maidinus vel Catta, Osmannum unum cum dimidio facit, et quatuor Marchettis Venetis æstimatur, vel octo Bezziis sive nigris nummulis Germanicis, quorum tres conficiunt unum cruciatum. Scachi, majores argentei nummi, quorum singuli quatuor maidinos ; decem vero, Turcicum aureum valent. Altum, aureus Turcicus, valebat id temporis quadraginta maidinos, vel aspros sexaginta. Coronati aurei pretium erat maidini triginta quinque. Horum vero quam nunc sint aucta pretia, deprehendere lector ex superius indicatis potest.

Obiter denique huic explicationi de monetis adjungitor, sultanos Turcorum tam in ipsis auspiciis imperii, quemadmodum Spanduginus memoriæ prodidit, quam victoriis potitos illustribus, aut natis hæredibus masculis exsultantes, sicut in annalibus hisce nostris passim animadvertere licet, aspros novos signare solitos. Quod quidem ubi factum est, usum asprorum veterum interdicto publicato prohibent. Quapropter ab

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

omnibus ad rei monetariæ præfectos deferuntur veteres, ac pro duodecin veteribus aspri decem novi solvuntur : de quo sane lucrum sultanis haud exiguum provenit. Inquisitores etiam constituuntur, qui an aliqui veteres aspros retineant, observent. Ili variis utuntur fraudibus, et multa nequiter committunt. Ejus autem lucri causa Muchemetes secundus, qui Constantinopolim cepit, singulis, decem annis aspros signabat novos. Fortasse tamen hoc etiam fecisse videri possit ad imitationem antiquitatis Romanæ, cujus in numismatis toties est reperire vota decennalia, vicennalia, tricennalia. Non enim dubium est, Muchemetem secundum, quem diximus, velut in ipso successorem imperio multa priscis in Augustis, quos pro decessoribus suis habebat, ex ambitione quadam æmulari voluisse.

19. *Sugutzuc, Gerle, Boli.*

Dicit auctor annalium existimari vulgo, sepultum Osmanem ad Sugutzuc, qui locus a salice nomen habeat. Narrat autem Laonicus, esse vicum juxta Mysiam, quem incolæ Sogutam vocent, ubi flumen sit ejusdem nominis. In hoc vico tradit aliquandiu habitasse Oguzios, et ipsum Othmanem domicilium ibidem habuisse. Putabatur igitur istic conditus, ubi plerumque degere solitus fuerat. Addit etiam, posse locum appellari vicum Itææ. Sic enim reddit interpres, secum in errorem et alios abripiens. Non enim Itææ, sed salicis vicum dicere debuerat, quæ Græcis itæa vocatur. Germani, quorum lingua componendis nominibus per est idonea, Falberdorf interpretarentur. Sed notandum, a Laonico post Sogutæ vocem, omitti alteram Turcicam Gui, duarum syllabarum, quæ vicum seu pagum significat. In annalibus nostris Sugutzug legitur, voce novellas sive teneras salices significante, vel salicetum potius : sicut iisdem Turcis Belezug teneræ sive novellæ quercus sunt, aut quercetum : quod ipsum quoque nomen est oppidi Anatolici, cujus infra meminit annalium auctor. Hinc etiam pagi Osmanzug, vel Othmanzug, nomen derivo : veluti quo significetur Osmanis sive seminarium, sive plantatio. Apud Abrahamum Ortelium in tabula Natoliæ legitur Othmangiuch, quod tribus syllabis Italico more pronuntiatum, idem est cum Othmanzug. In itinerario Busbequii legitur Othmanlik, depravate puto, cum Otmansick vel Othmansuck ab ipso scriptum fuerit : ut posterius hoc V Gallicum habeat, Turcis etiam usitatum. Longius ab origine vocis recedunt, qui Otmanic scribunt. De Boli, tam regione, quam oppido, supra diximus numero 13. Bellonius oppidum priscis Abonitichos dictum putat. Gerle non procul a Boli oppido distat, sed in Ortelii Natolia puto non recte scribi Gerede, pro, Gerele, quod idem est cum Gerle.

20. *Sangiac, Sangiac Beg, Meschit, vel Meszit, Dsiuma, sive Zuma, Emaret, Candri, Cangri, Chiangare.*

Sangiac dissyllabum, sive Sanzac, Turcis vexillum significat. Sunt autem ipsis loco vexillorum sive signorum militarium, globi, ærei deaurati, summo in hastili defixit : circumplexis ac dependentibus undique seu crinium colligatorum manipulis, seu caudis equinis. Vertici pomorum sive globorum, quos diximus, nonnunquam luna crescens imponitur. Hujusmodi signa militaria plura gestari vidimus ante bassam seu beglerbegum Temesvarensem, cum is nobis Constantinopolim iturus occurreret in planitie, post descensum a montis Hæmi clisuris, non procul a Tatarbasare, qui locus a foro Tatarorum nomen habet, ad tertium a Philippopoli lapidem : ubi nos prætereuntem regio cum comitatu, magnoque camelorum et aliorum jumentorum numero, (summarios corrupte vocat Belvacensis, qui Græcis samarii sunt, et sagmarii, et sagmatarii) vidimus. Ab his signis militaribus dicuntur Sangiachegi, provinciarum scilicet 407 præsides, sive prætores : qui cum ad expeditiones suscipiendas mandato sultani evocantur, curant ante se signum ejusmodi, quale diximus, cum strepitu tympanorum, et aliorum instrumentorum, quibus utuntur valde stridulis, gestari. Græci Turcicum illud Sanzac, flambarum et flambulum appellant : Sanzacos autem, flambulares. Leo Sapiens, Imp. August. librum *De apparatibus bellicis* scripsit, conversum, liberius quam par erat, in linguam Latinam a Joanne Checo Anglo, quem Græcum habemus. In eo Flamulum, quo Cedrinus etiam utitur, et forma deminuta Flamuliscium, et Flamulares reperiuntur, nomina Græcis et Turcicis hisce respondentia. Non enim temere dictum a nobis, simias esse Græcorum Turcos, in rebus plurimis : maxime quæ spectant ad officia militaria, provinciarumque præfecturas ac præsidatus, et earum distributiones. Messitæ seu Meszitæ Turcis proprie templa dicuntur, e lignis fabricata : qualia scilicet ab eis exstruebantur, cum necdum imperij crevissent opes. Zuma vero (cujus vocabuli supra quoque facta fuit mentio) templum significat amplum, operis lapidei. Medressa quid sit, quid Imaretum, Gauderius ipso contextu exposuit. Nimirum xenodochia sunt, ut est videre apud Busbequium, haud ineleganter constructa, suisque distincta cubiculis: in quæ non modo Turci divertunt, sed etiam aliis quibusvis homines addicti de religione sententiis. Quippe nec Christianus quisquam, nec Judæus, seu dives, seu mendicus, ab iis arcetur. Bassæ quoque, ac sangiaci, cum peregrinantur, illis utuntur. Mos ita fert Turcorum, ut singulis qui eo divertunt, cibum præbeant. Cum cœnæ tempus appetiit, adest minister cum ingenti ligneo disco, qui, mensæ instar videri potest. Hoc patinarum plures continentur, impletæ vel oriza cocta, vel decocto ad cremorem hordeo, addito carnis plerumque vervecinæ frusto. Circum patinas posit panes sunt, et nonnunquam aliquid favi. Sumi ex his qui vult. Ac fas est peregrinantibus, ha-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

cibis toto triduo gratis frui. Postea mutandum hospitium. Sane Turcici proceres maximis impensis exstruere potissimum student hæc septem: Messitas, Imareta, Græcis Maratia, caravansaria, balnea publica; quibus etiam pulcherrimos fontes adjungunt, in cæteris, ad usus hominum, jumentorum quotidianos; in messitis ad lustrationes vel ablutiones quasdam peragendas prius, quam templa sua sive messitas ingrediantur. His adde fluminum pontes, et vias publicas, lapidibus stratas: quæ quidem omnia perinde spectabilia sunt apud Turcos, et eximia, sicut apud Anglos ista, versu comprehensa veteri:

Mons, et fons et pons: ecclesia, femina, lana.

Propemodumque licebit et Turcica distycho complecti:

Messita, maratium: caravansaraia, lavacra.
Fontes, et pontes fluviorum, strata viarum.

Obiter hoc etiam addo, Constantinopoli messitis, quæ istic numero plus minus quadringentæ sunt, tot hujusmodi adjuncta esse maratia: ut si quis in uno triduum victitet, ac deinde pergat ordine ad cætera, totius anni spatio vel invisere nequeat omnia, vel omnium uti beneficio. Sequitur etiam paulo post hunc locum in annalibus explicatus imaretorum usus, cum narrant, ipsummet Urchanem in exstructo ab se imareto cibos distribuisse.

Candria regio sita est ad Pontum Euxinum, inter Bithyniam, et Pontum, hoc nomine, provinciam; ubi et oppidum Candria reperitur in Ortelii Natolia, situm eo plane loco, quo Dedacana vetus a Nicolao Sophiano ponitur. Diversum ab hoc oppidum est Cangri, versus Amasiam sive Cappadociam, quod olim Gangra nominabatur, unde Turcis et regio Chiangare dicta.

21. *Zercolæ, tam albæ quam rubræ.*

Zercola capitis e filtro tegumentum est, latam auream fimbriam habens, qua parte capiti imponitur; de penulæ manica tegminis ipsius petita forma, sicut ipsimet aiunt Turci. Superiori zercolæ parti, sesquispithamam altæ, caput inseritur: inferior a vertice capitis infra cervices in dorsum non aliter ad tres spithamas usque demittitur, ac feminarum Gallicarum tegmen, quod *chapperon* ab eis dicitur. A media fronte surgit oblonge quædam quasi vel fistula vel vagina ex ære, partim deaurata, partim argento foris obducta, cui gemmas inserunt, non magni tamen pretii. Hæc zercola genizaris albi coloris est, aliis nonnullis rubri, de quibus alio dicendum loco. Fistula sive tubulus excipiendo cono de pennis avium facto servit, vel belli tempore, vel cum satellitio suo sultanum stipant.

22. *Musulmani, musulmanissare, magarissare, Turci. Laonicus emendatus.*

Musulmanos dici se volunt Mahumetani, tanquam recte credentes; ut Arianicis temporibus cæteri Christiani, quotquot abominabantur eorum furores, orthodoxorum nomen profitebantur. Ac tametsi Mahumetanis honestissima sit Musulmanorum appellatio, principibus ipsis Musulmanorum sultanos se nominantibus, uti frequenter apud prætorem nostrum videre est: tamen Græcis vicinis, ut Christianis, erat exsecrabile nomen, qui verbo Musulmanissare de omnium gravissimo apud Christianos flagitio desertæ religionis utebantur; cujus etiam vim declarantes, aliud magarissandi **408** verbum adhibebant, quod significat stercore faciem conspurcare. Cedrinus, aliique scriptores historiæ, cum iis qui jus canonicum Orientalis Ecclesiæ tractarunt, utroque utuntur. Osmanici tamen affectant hanc appellationem, et Turcos se dici nolunt. Quo de vocabulo facere non possum, quin Philippi Mornæi sententiam exponam, ex libro ejus Gallice scripto, de veritate religionis Christianæ contra paganos, Judæos, Mahumetanos, et alios, cui similis in hoc argumenti genere nullus antehac prodiit. Nam eadem opera de Turcorum etiam origine quiddam non temere rejiciendum intelligemus. Ait ergo Mornæus, Israelitas fuisse transportatos, etiam Herodoto teste, ultra Mediam, ad regiones id temporis inhabitatas, et ab eis partim Colchos originem duxisse, qui Herodoti tempore circumcidebantur; partim Tataros, qui circa annum Christianum 1200 ductu Zingis Chanis velut inundatione quadam orbem terrarum obruerunt, et imperium deinde Chanis illius Chitaini constituerunt. Erant autem, inquit, hi circumcisi prius etiam, quam Mahumetis nomen audissent: eoque procliviores fuerunt ad amplectendam legem Mahumetis quod ex parte cum ipsorum religione conveniret. Vox ipsa Tatari sive Totari, lingua Syriaca reliquias sive residuos significat, ait. Inter hordas quoque Tatariæ, versus partem ejus magis aquilonarem, nonnulli nomina Dan, Zabulon, Nephtali, retinuerunt. Unde non est, quod miremur, tantam Hebræorum esse copiam in regionibus Russiæ, Sarmatiæ, Lithuaniæ. Putat etiam, eo plures istic Hebræos inveniri, quo propius ad Tataros accedatur. Equidem ut obiter aliquam de meo velut symbolam his adjiciam, adolescens in Livoniam, necdum collegio Teutonicorum jequitum dissipato, a Cunrado patre missus ad Albertum patruum, cum alia istis animadvertere memini; tum etiam versus Lithuaniam, in vicinia metropolis Rigæ (quæ in edito Laonico vitiose transpositis litteris scribitur Ucra, pro Ryca: sicut ibidem pro Euphraste reponendum Eiflante. Sic enim Germani cæteri vocant Livoniam, Saxones nostri Liflandam. Gallicus interpres Ucram vult esse Novogradiam, puerili errore, cum dicat auctor suis urbem legibus et libertate frui, ab optimatibus regi, ad mare sitam esse; Danos, Anglos, Gallos eo commerciorum causa navigare; quæ de Novogrodia intelligi nequeunt) in hujus ergo Rigæ vicinia, nationem quamdam esse barbaram Lettorum, a cæteris Livoniæ barbaris incolis, Curonibus et Estonibus, lingua plane discrepantem: qui perpetuo in ore quasi lamentationem quamdam habent, quam vo-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ciferando per agros assiduo repetunt. Ieru Ieru Masco Lon. Quibus verbis Jerusalem et Damascum intelligere creduntur, cæterarum in antiqua patria rerum, tot a sæculis, et in remotissimis ab ea solitudinibus, obliti. Ad Mornæum ut redeamus, putat hoc idem non minus esse vero simile de Turcis, quam de Tataris : cum nomen ipsum Turcorum Hebraica lingua significet exsules, et contumeliosum apud ipsos habeatur. Viderique Mahumetem non abs re, ne populos illos longe numerosissimos offenderet, qui tum temporis incipiebant se commovere, retinuisse circumcisionem, lustrationes, et alias quasdam legis Mosaicæ cærimonias.

23. *Genischeher, Goinuc, Carasi, Cosri, Bergama, Edremit, Gelipoli.*

Oppida sunt Isnicæ vicina, Genischeher et Goinuc, vel Guinuc trisyllabum, ut hic in archetypo scribitur. Illud novam civitatem significat, et in Ortelii Natolia, sicut et Busbequio, Ienisar vocatur, ut supra dictum numero 17. Goinuc in eadem Ortelii Natolia reperitur. De Carasi exposuimus antea numero 13. Cosri cum Caristo Natoliæ puto eadem est. Bergama vetus est illa, celebrisque membranarum nomine Pergamus, Galeni medici patria. Quæ Turcis hic Edremit, olim dicebatur Atramyttium, Leoni Augusto episcopatus Ephesinæ metropoli subditus. Nautæ nostri vocabant nomine magis corrupto, Landemiti; quod propius ad originem suam accederet, si lingua sua, hoc est Italica, dixissent *L'Adremiti*. Nobis quidem articuli cum ipso nomine confusio perdifficilem reddebat de appellatione veteri conjecturam. Sunt autem hæc Troadis oppida. De Ulubat superius quædam numero 16 notavimus, infra daturi plura. Paulo post Gallipolim dixi, more nautarum nostrorum; cum Turcis Gelipoli nominetur. Ridicula sunt somnia Nicolai Nicolaidis Delphinatis, de nomine atque origine hujus urbis: cum a C. Caligula conditam, ab eodem nomen accepisse tradit. Mox opinione mutata, quod fuerit a Gallis exstructa, Gallipolim vult dictam, ceu Gallorum civitatem; perinde ac Philippopolis sit Philippi civitas, Nicopolis quasi Nicolopolis, Nicolai civitas : perbelle, ne dum Gallos suos ornat, suimet obliviscatur. Non enim aliam in Græcia reperimus ullam Nicopolim, quam hanc: cujus ut auctor est Nicolaus Nicolaides, ita merito nomen hoc ei relinquamus, ut a duplici Nicolao Nicolopolis appelletur. Sed omissis jocis, amplius quadringentis annis ante C. Caligulam apud Xenophontem nostrum civitatis hujus fit mentio. Nec a Gallis etiam condita fuit, sed ab Atheniensibus : quorum dux Callias, initio struendæ dato, promeruit, ut ab ipso Calliupolis, (Calliopolim 409 fere Latina consuetudine vocamus) ceu Calliæ civitas, diceretur. Episcopatum hujus ad Heracliensem Thraciæ metropolim Leo imperator in Thronis refert.

24. *De primo Turcorum in Europam transitu. De castellis, Zemenic, Chiridocastro, Maito.*

Prius, quam de castro Zemenico dicatur, recitabimus hic verba Laonici de prima Turcorum in Europæam transjectione, cum quibus deinde locum hunc annalium conferemus. Capto, inquit Laonicus, præsidio Cherronesi, et Madyto, in Thraciam Turci progressi sunt usque ad fluvium Tænarum. Notetur in his verbis interpretis oscitantia, qui præsidium Cherronesi dixit, pro Cherronesi castro. Id castrum accipi non potest de Dardanellis. Nam eas arces, quæ duæ sunt, non una, Muchemetes secundus exstruxit post captam Constantinopolim, vel ipso teste Chalcocondyla. Ergo Cherronesi castrum illud intelligitur, quod versus Ægæum mare duobus abest milliaribus Græcis vel Italicis a Maito, versus Propontidem vero duobus et viginti a Calliupoli. Et Maitos hodie dicitur ejusdem Cherronesi oppidum, ne Xenophonti quidem ignotum, cui Madytos appellatur, sicut et Laonico, tribus duntaxat a Dardanellis versus Ægæum distans milliaribus. Prætor Græciæ noster Asty vel urbem Madytorum nominat, sicut et Leonis Augusti novella de Thronis Madyta pariter, et Madytum dixit. Castro autem, quo de agimus, nomen est apud Græcos Chiridocastron. Hellespontus istic usque adeo in angustum cogitur, ut a littore Asiatico Cherronesiacum Europæ tantum uno milliari Græco disjungatur. Hoc igitur in loco Turci primum ex Asia transmiserunt in Europam, et industria quadam Zemenicum, ut ipsi narrant, Chridecastron, ut Græci, a captivo quodam Christiano ducti occuparunt. Inde dissitam ad alterum lapidem adorti Madytum, quam incolarum frequentia territi tentare prius ausi non fuerant, cum hodieque supra trecentas Græcorum domos habeat, et ipsam in potestatem redegere. Nos istic in itinere nostro vinum coloris rubri comparabamus, quod mensibus aliquot durante navigatione, varii in malis, et nausea perpetua, præcipue nos recreabat. Nicolaides, de quo paulo ante diximus, fabulas ut de Galliopoli, sic etiam de hoc castro, nobis obtrudit. Narrat enim, dici castrum Viduarum, ex hujusmodi occasione. Cum Turci, ait, ope duorum mercatorum Genuensium Hellespontum transmisissent, pro singulis capitibus transportandorum solutis duobus ducatis : primum omnium in Europa castrum hoc ceperunt, in quo mares omnes immani sævitie contrucidarunt, vita femillis tantummodo condonata. Qua de causa nomen ei deinceps mansit, ut castrum Viduarum appelletur. Hoc si verum esset, appellandum erat Græce Chiron castron, vel Chirocastron, quod nomen ipse non posuit. Sed satis animadvertit peritus historiæ lector, in ipso fabulæ peccatum initio. Non enim ad primum in Europam Turcorum transitum pertinet illa de Genuensibus historia, sed ad insequentia tempora, sicut suo loco deinceps numero 87 indicabitur. Deinde Chiridocastri nomen exstitisse constat etiam prius quam Turci, trans-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Edzeæ planitiei, vel Ezeæ nomen ab hoc Edze bego consecutam, ut infra, certis ex locis horum annalium, patebit. Portus Albus denique Græcis est Asprolimiona.

26. *De oppidis Cherepoli et Zorli, civitates Cherronesi, ab Europæ promontorio Constantinopolim usque, cum intervallis unius ab altera.*

Quæ oppida Thraciæ Cherepolim et Zorlum Turci vocant, Græci dixere Chariupolim et Tzurulum. Chariupolis sive Chariopolis, perinde ac supra de Calliopoli dictum, ab Atheniensi Charia conditore fuit appellata. Nam præpotens mari populus Atheniensis ante bellum Peloponnesiacum, propter amplitudinem classis, et usum rerum navalium, Cherronesum cum majori parte maritimæ Thraciæ ac Macedoniæ, cum Perintho (nunc Arachlea, quod idem est cum Heraclea), cum Selybria, cum ipso Byzantio, possidebat : in eaque loca, semel occupata, colonias deducebat : Thucydide, Xenophonte, atque aliis testibus. Prætor Græciæ noster Chariopolim commemorat, et quo sita loco sit, indicat : dum ordine civitates has in Cherroneso recenset, Heracleam, Panium, Rhædestum, Chariopolim. Meminit et Cedrinus in Constantino Monomacho Aug. ubi de Patzinacis in Macedoniam profecturis explicat. Leo Sapiens Aug. in Novella de Thronis, Heracleæ metropoli, quam Thraciæ Macedoniæque simul attribuit, 411 velut in confinio sitam, inter alios episcopatus, hos subjicit : Madytum, de qua diximus. Rhædestum (nunc Rhodostum) Panium, Hexamilium (nunc Xamilii), Calliopolim, Peristasim, Chariopolim, Tzurolloën (nunc Zorli) et Athyra, qui nunc Pons grandis nominatur. Quod si lubet intelligendarum historiarum causa nosse intervalla horum oppidorum, ut ordine sita sunt a litus Hellesponti ac Propontidis, inde a Dardanellis, ubi fauces Hellesponti sunt, in Ægæum cursu rapido semet exonerantis, ad ipsam usque regiam urbem Constantinopolim : hæc peraccurate computata illius, quem dixi Meliensis Antonii studio, notabis.

A Rumeliæ, vel Romaniæ, Græciæve promontorio, quod extremum est in Europa propter Hellesponti angustias, ad arces faucium, sive Dardanellos, milliaria Græca sunt 18.

A Dardanellis Maitum usque, m. 3.
Maito Chiridocastrum, m. 2.
Chiridocastro Calliupolim, m. 22.
Calliupoli Hexamilium, m. 6.
Hexamilio ad Sancti Georgii promontorium, m. 6.
A S. Georgio Peristasin, m. 6.
Peristasi Arachlizam, m. 7.
Arachliza Myriophytum, m. 7.
Myriophyto Coram, m. 6.
Cora Gainum, m. 4.
Gaino Rhodostum, m. 25.
Rhodosto Arachleam, m. 30.
Arachlea Silyuream, m. 20.
Silyurea ad Pontem grandem, m. 15.
A Ponte grandi ad Pontem parvum, m. 10.
A Ponte parvo ad S. Stephanum, m. 10.
A S. Stephano ad Heptapyrgium, sive Jadiculam, vel arcem septem turrium, sitam in extremo urbis Constantinopoleos, ad Propontidem angulo, m. 5.
Ab Heptapyrgio ad sultani saraium, ubi alter est urbis angulus ad Bosphorum, Propontidi semet infundentem, m. 7.

Tzurulus (Castaldo Chiorli, Busbequio Chiurli), quam Leo imperator Tzurolloën vocat, nonnihil a Propontide versus mediterranea distat, a Selybria maritima sex plus minus horarum itinere. Nos istic satis commode diem ac noctem egimus. Fallitur in Selime primo Jovius, et auctor annalium Silesiæ Cureus, qui pagum ignobilem et obscurum vocant : cum hodieque sit oppidum, et a prætore dicatur Asty, quod civitatem significat; ac in Græcorum historiis etiam Mauricii Augusti temporibus, ante mille scilicet annos, mentio Tzuruli fiat, ubi dicitur, Chagano cum infinita multitudine Thraciam ingresso, Romanorum ducem territum, in castello Tzuruli, tanquam loco munito, se conclusisse. Nam hæc ipsa leguntur apud Zonaram verba.

27. *Eurenos, et cæteri tres apud Turcos illustrium quatuor familiarum auctores.*

Tradunt nostri, et in his Geufræus, Osmanem sibi tres fœderatos ascivisse, quorum adjutus ope, compluribus oppidis subactis, auctoritatem sibi potentiamque comparaverit. Horum duos fuisse Græcos, religionis Christianæ desertores, tertium vero Turcum. Græcorum unus, Michael nominabatur : alter, Marcos. Turco nomen Aurami fuisse scribit. Ab his propagatas esse tres familias apud Turcos cæteris omnibus, secundum Osmanidas, nobiliores : a Michaele, qui Michalogli, quasi Michalides, dicantur ; a Marco, qui Marcozogli, quasi Morcozides ; ab Aurami, qui Auramogli et Auramides. Nos hactenus horum in annalibus hisce mentionem nullam habuimus. Eurenosis nomen hic primum anno Christiano 1357 legimus, quem ex procerum numero fuisse non dubium est, cum begus appelletur. Et Turcos hic quidem sequi malo, quibus Eurenos ; quam Geufræum, cui Aurami vocatur. Unde posteri quoque non Auramogli cum Geufræo, sed cum Turcis Eurenosogli, velut Eurenosides, sunt appellandi. Michalogli serius his commemorantur in annalibus, et nominatim Mechemet beg Michalogli, dux Acanziorum, sub initium Muchemetis primi, anno Christiano 1414 ; Malcozogli longe post hos, anno Christiano 1480, quo tempore Bali beg Malcozogli nominatur, sub Muchemete secundo. Quartæ familiæ non fit apud Geufræum mentio, quam Turchan begus propagavit. Hoc nomen in his annalibus reperitur sub Murate secundo, anno Christiano 1455. Eurenoses apud Laonicum Brenezes scribitur, pro Eurenezes aut Urenezes. Idem Michalogliios etiam Michalines alicubi vocat. Malcozzides et Malcozogli cur a Turcis pro Marcozziis et Marcozogliis dicantur, scio : cur a Reineccio Malaconii, nescio. Eureno-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

gano, et oppidulum in eo condidit : quo Nicolaum Cotertzen ablegavit, ut excubias ibidem ageret, et Latinis intra Tzurulum degentibus negotia facesseret : quod quidem oppidum Tzuruli non magno tempore interjecto Romanis a copiis in potestatem redactum fuit. Quibus in verbis obiter et Maritzæ fluminis mentio fit, quod statim hic in Annalibus etiam reperitur, et a Turcis Meritza nominatur. Sed prætor paulo post, hæc de Maritza subjicit : « Alii sedes constituebant versus inferiores partes, et eum fluvium, quem lingua vulgaris, ut antea dictum est, Maritzam vocat. » Reapse quidem is Hebrus est qui versus Ænum oppidum excurrens, ibidem in Ægæum se pelagus effundit. Sed quia cum hoc et alii se conjungunt amnes, ac majorem efficiunt, idcirco nomen etiam apud accolas mutat. Flumina vero, quæ prætor ab Hebro sive Maritza recipi commemorat, alia non est necesse recenseri, quod Turcicis nostris illustrandis non serviant ; sed duo tantum præterire silentio non possum, quæ Hadrianopoli se in Hebrum exonerant. Unius fluvioli nomen est Harda, nec olim, nec hodie celebris : alterius Tunsa, cujus faciunda fuit mentio, quod Chalcocondyles sæpe Tænarum nominet, sicut ex vita Muchemetis II, quem Hadrianopoli regiam sedem ultra Tænarum, qua Hebrum illabitur, munivisse scribit ; et ex allegatis supra, num. 24, videre est. Quippe Tænarus fluvius idem est cum Tunsa, videturque nonnunquam Tænari nomen manere flumini, abolita Hebri appellatione, ad ipsam Ænum usque civitatem, ubi mari Ægæo miscetur. Hebrum denique Valizam nemo vocat, nec Mazeram, ut existimarunt Nicolaus Nicolaides, et Olivarius.

31. *Ypsala Thraciæ oppidum.*

Post captam Didymotichum tradunt Annales, Chazim Elim begum versus Ypsalam cum copiis perrexisse. Huic nomini simillimum est Cypsala, quod oppidum ab Antonino in Thracia commemoratur. Alii cypsella scribunt, uti legitur etiam in Novella Leonis Augusti de Thronis. Non procul ab Æno civitate collocatur, de qua mox dicturi sumus. Chypsala Sophiano dicitur, Chapsilar Bellonio, qui haud scio an non erret, similitudine nominis Chapse vel Chaphse deceptus, qui vicus exiguus est in itinere, quo Constantinopoli Didymotichum itur, ut infra parebit in extremo Bajazite secundo. Distat etiam ab Hadrianopoli, qua Selybriam tenditur, non magno itinere diurno quoddam oppidulum, cui nomen Hapsala, nobilitatum messita et caravansaraio Mechemetis bassæ, ambobus sane pulcherrimis et sumptuosis. Eo nos in loco pernoctabamus. Sed uti diversus est ab Ypsala, sic cum Castaldo eumdem esse cum Capsa, statuere non possum.

32. *Ygnos, ad Meritzæ fluminis ostium.*

Hæc civitas Græcis dicitur Ænos et Œnos, quorum posterius ipsi pronuntiant Inos, unde nomen Ygnos, quod hic in Annalibus legitur, molli pronuntiatione litteræ N per Gn, Græcis, et Turcis, et Italis, et Hispanis, qui ñ scribunt, familiari. Inter metropoles vel archiepiscopatus Thraciæ refertur ab imperatore Leone in Novella de Thronis. Virgilius et alii Ænum ab Ænea post excidium Trojæ conditam in Thracia, sicque nominatam ab eodem narrant. Propter Ænum fluvius Meritza vel Hebrus in mare semet exonerat, uti paulo ante dictum ex prætore nostro. Principes aliquando Catelusios Genuates habuit, sicut et Lesbus insula (de quibus infra dicemus cap. 138), cum illi a civibus arcessiti temporibus imperatorum Græcorum inter se discordium, urbis defensionem suscepissent, sicut apud Laonicum legitur. Castaldus Enio scripsit, quod duabus (ut opinor), syllabis enuntiandum. Antonius Bonfinius in historiis ungaricis corruptius Eniam vocavit, cum anno 1469 Nicolaum Canalem præfectum Venetæ classis Eniam Thraciæ urbem direptam incendisse tradit.

33. *Zagora, Debeltus, Philibe.*

Zagora Thraciæ prius appellabatur Debeltus, ut est apud Cedrinum et Zonaram. Debelti episcopatum Leo Sapiens imperator in Novella de Thronis metropoli Hadrianopolitanæ montis Hæmi subjicit. In historiam Simeonis magistri officiorum manuscripta legitur, Justinianum Rinotmetum imperatorem restitutum opera Terbelis Bulgarorum principis, ei cum alia dona dedisse, tum defalcatam ab imperio Romano regionem, quæ postea Zagoria dicta fuerit, possidendam concessisse. Develtus, quam adhuc ita Græci vocant, sive Zagora, quod ei nomen Bulgari tribuerunt, milliario sexagesimo ab Hadrianopoli distat. Philibe vero Turcis est Philippopolis Thraciæ, Debelto vel Zagoræ vicina : quam urbem qui a Philippo Macedone, Magni Alexandri patre, conditam cum vulgo existimant, falluntur. Nam Philippi Cæsaris opus est, ut aliæ complures in Thracia civitates ab imperatoribus fuere conditæ, quod ipsa quoque nomina testantur, ut Trajanopolis montis Rhodopes, ut Hadrianopolis Hæmi montis, ut Arcadiopolis, ut Anastasiopolis. **414** De Philippopoli vero expresse scriptum his verbis reperi quodam in historiæ Græcæ libro, cujus et principium, et nomen auctoris perierat, cum cæteroqui multa scitu digna contineret : Philippus imperator urbem in Europa condidit, quam Philippopolim appellavit. In hac urbe totum nos triduum commorabamur, dum Turci comites nostri suum Bairam majus, exacto jejunio triginta dierum, diebus mensis Octobris quinto, sexto, septimo, celebrarent. Est adhuc archiepiscopatus, cui tunc præerat is qui postea factus est patriarcha nobis Constantinopoli degentibus, Theoliptus : de sententia synodi Græcorum abdicato Pochomio, viro profano, et litterarum plane rudi, qui largitionibus et aliis malis artibus dignitatem adeptus fuerat.

34. *Gradus legis Mahumetanæ peritorum apud Turcos, et qui talismani dicantur.*

Ut Talismani qui sint commodius intelligatur : sciendum, certos esse gradus Mahumetanis eorum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

qui legum apud ipsos periti sunt, et partim jus dicunt, partim legem interpretantur. Ludovicus Bassanus Iadrensis in hunc modum comparat eos cum nostris ecclesiasticis. Primum muphtim dicit esse inter ipsos instar vel papæ nostri, vel patriarchæ Græcorum. Quippe juris omnis et sacrorum rex est, uti veteres etiam Romani loquebantur. Huic proximi sunt cadilescheri de quibus dictum numero 29. Bassanus hos cum archiepiscopis nostris comparat. Sequuntur cadii, veluti proximum post archiepiscopos locum obtinent episcopi. Secundum hos sunt eis hoggiæ, qui seniores dicuntur, ut Græcis et nostris presbyteri. Excipiunt hoggias Talismani, seu presbyteros diaconi. Ultimi sunt dervisii, qui calogeris Græcorum, monachis nostris respondent. Talismani Mahumetanos ad preces interdiu et noctu quinquies dicendas excitant, de quibus alias agemus. Clepsydris veteri more Græcorum utuntur ad distinguenda tam diurna, quam nocturna temporum spatia. Nam quæ a nostris artificiose confecta perveniunt ad Turcos horonomia, longe ipsis gravissima, planeque admiranda, procerum duntaxat usibus serviunt. Cum precum tempus appetiit, turres adjunctas messitis pravaltas conscendunt. Eæ sic factæ sunt, ut in superiori parte, propemodum ubi occipiunt deminui, ut tandem in acuminatum fastigium desinant, in projecto quaqua versum obambulari possit. Hic ergo circumeuntes, acutissima voce clamorem tollunt, digitis alteram aurium obstruentes, et homines ad invocandum numen exhortantur. Vox ipsa longius quam quisquam nostrum credat, qui ea loca non adierit, pertinet. Communis autem precatio musulmanorum hujusmodi est, auctore Postelio: «In nomine Dei misericordis, propitii. Laus Deo, regi sæculorum, misericordi et pio regi diei judicii. Heus serviamus illi, et heus adjuvabimur. Dirige nos in punctum rectum, punctum eorum, in quibus tibi beneplacitum est, et quibus non irasceris, et non errabimus.» Hæc tam illis est usitata precatio, quam nobis Dominica : et a quibusdam ad battologiam usque adeo recitatur, ut centies eam repetant. Idem facit in oratione publica talismanus pro his qui negligenter orant : aiuntque hac repetitione suppleri aliorum errores ac delicta. Quidam vero tanta repetunt assiduitate, tandem ut concidant; alii corpus ita circumagitando, ut omnino extra se rapiantur.

35. *De genizeris ; vel genizaris ; unde sic dicti.*

Nusquam reperi genizarorum originem verius descriptam, quam hic; ideoque locus est memorabilis, quo plurium hallucinationes refutantur. Nam alii volunt institutos ab Othmane vel Osmane Gasi, nonnulli (quos inter est Jovius et Geufræus) fuisse referunt ordinatam ipsorum militiam primum omnium a Murate II, quem ego numerum potius auxisse dixerim, quam fuisse militiæ ipsius auctorem. Vocis etiam etymon controversum est. Initio declarationis Annalium Spandugini opinionem recitavi; de Seri pago, quem Delus ille ceperit, a quo fuerit ortus Osman. Ea locum habere nequit. Reineccius aliquoties repetit, Janizarorum nomen ad notionem revocatum, a Janua deduci, cum Turcis *januam* aulam dici constet. Ego vero fateor, adeoque vulgo notum est, aulam sultani (Romani veteres comitatum principis appellabant) a Turcis vocari Portam Osmanicam, quod Portæ nomen idem est fere cum Janua : sed (quod ipsius pace, citra insectationem ullam dictum esto) cogitare debebat. Turcis Portam dici sua lingua, *capi :* de quo vocabulo derivari non janizarorum vel genizarorum nomen potest, sed capisilarorum, de quibus alibi. Paucis ut verum etymon indicem, nomen genizeri Turcis novos homines, seu milites novos significat, seu Latina voce veteri Tirones : cujus etymi ratio patet ex iis quæ hic in annalibus exposita leguntur. Geufræi somnium de Cham et Jeser, ceu ridiculum exploditor.

36. *Chairadin, Buga, Ischeboli.*

De bassarum et vezirum officio supra diximus, numero 14. Quod Chelili datum fuisse traditur cognomen Chairadin, lingua **415** Turcica significat eum, qui bene strenueque se gessit, vel bene meritus est: ut Græcis Evergetes dicitur, quod sibi cognomentum prisci reges, aliquot Ægypti Syriæque sumpserunt. Ex Chairadin Laonicus fecit Charatinem : et in fine libri octavi, Charaitinem : Jovius, Hariadenum. Idem enim nomen nostra memoria datum fuit a Soleimane II piratæ nobili, sed strenuo cæteroqui viro, Barbarossæ : de quo dicturi suo loco sunt Annales. Buga Calliupoli transjecto Hellesponto Prusam iturus occurrit. A geographis recentioribus Juba, transpositis litteris scribitur, uti deinceps repetemus initio Muratis II. Oppidum Ischeboli Græcis est Scopelos, Zagoræ vicinum. Leo Sapiens Augustus inter episcopatus metropolitani Hadrianopoleos Hæmi montis, Scopelum refert : unde situs intelligi potest.

37. *Servii, Serbi, Sorabi, Zirfi, Zerfi, Servoctonium.*

Servios collocat Laonicus in antiqua regione Triballorum Mysiaque superiori : quo nimirum ex septentrione paulatim commigrarunt, debilitatis imperii Romani Græcique viribus. Nam Serbos circa Mæotidem Plinius collocat, unde partim profecti fuere versus Danubium, et Mysiam hanc superiorem · partim itinere diverso, per Sarmatiæ sive Poloniæ latissime patentes campos in oram Germaniæ, Polonis vicinam (Lusatia nunc dicitur) infusi, sedes ibidem, et in vicinia constituerunt, inter Salam et Albim fluvios. Hinc Sirbos ibi Dubravius recte collocat, hinc Misnia quoque imperatoris Henrici Aucupis tempore dicta fuit a vicinis Sirbia, hinc in his locis et Serbi Wenedi, et Serbecum, et Serbestum oppida. Ne lingua quidem defecit, in utraque Lusatia Wenedis incolis usitata. Nec I littera cum E permutata nos moveat, quod in hac voce frequenter fieri notavimus. Nam

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

et Annales Austriaci Syrviam dixerunt, quorum verba reperies numero 54 Historiæ Saxonum Sorabos vocant, quos Sorabros apud Laonicum vitiose legimus. Vocantur et Rascii vel Razii, quod a Ros, sive Rossis deductum puto, cum quibus originem et linguam communem habent. Bonfinius Ratianos dixit, et melius Roxianos. quod est a Græcorum illo Ros haud dubie. In actis concilii Constantiensis Sirfi dicuntur, quod nomen eis hodieque datur a vicinis Carniolanis, Carinthiis, Stiriensibus, Croatis, Dalmatis, Ungaris. Ideo locus ille, quem nostri Annales a Serviorum clade nomen accepisse narrant, in archetypo Annalium Serf vel Zerf Zunguni dictus fuisse scribitur. Hoc enim Gauderius Cæsaris interpres in versione sua non inseruit, vim ipsius appellationis explicasse contentus. Facit alterius loci mentionem Cedrinus et alii, qui a Bulgarorum cæde vocatus fuerit Bulgaroctonium. Ad ejus vocis imitationem licebit hoc Serf Zunguni Turcicum reddere composita voce Græca, Servoctonium.

38. *Gilderum Bajazit, Jacup Zelebi.*

Quod Bajaziti datum fuit cognomen Gilderum sive Gilderun, significationem fulminis habet: perinde ac de priscis illis regibus, Alexandri successoribus, quidam Ceraunii sive fulminis cognomen habuit, eadem ex causa celeritatis, et impetus in bellis gerendis subiti. Lælapis appellatio, quam ei quidam ex Laonico tribuunt, significati alterius est. Sic enim turbinem Græci vocant. Et Bajazites, cum vehementioris esset ingenii, facile turbini assimilabatur, ut idem Laonicus inquit. De cognomine Zelebi, quod hic Jacupi tribuitur, dictum superius, esse profectum ex consuetudine Romana, qui nobilissimos vocabant Augustorum filios natu minores. Jacupem (qui Jaqupes Laonico, nostris Jacobus est, non Josephus, uti putavit Laonicus. Nam Iussuph Turcis dicitur, qui Joseph nostris) nonnulli temere vocarunt Soleimanem: cum potior habenda sit fides, hac quidem in parte, Turcis et Græcis, quam ipsis.

39. *Germiani ditio, Germian beg.*

Germianum Asiæ Minoris pars est, quæ Cariæ veteri, cum parte Lydiæ Mæoniæque respondet, quatenus ad mediterranea Phrygiamque majorem hæ tendunt. Licet hoc vel ex eo colligere, quod nunc etiam Nisa collocetur in Germiano, quæ veteribus est Nysa Cariæ mediterraneæ civitas, versus Mæandrum fluvium. Leo Sapiens imperator in Novella de Thronis appellat Nyssam, sub Ephesina metropoli. Præterea Germianum fluvius Madre nunc interluit, ut olim Mæander indicatas regiones, qui prorsus idem cum Madre. Nomen ipsum Germiani unde factum sit, certo dicere non possum: nisi velimus a Germe derivare, quod oppidi et episcopatus nomen est in Leonis Augusti Novella de Thronis, Cyziceno Hellesponti metropolitano in Asia subditi. Prætor noster, qui 200 plus minus annis ante Chalcocondylem suam scripsit historiam, videtur in locis Germiano respondentibus, regionem Celbianum sive Celvianum ponere: cum narrat, Theodorum Lascarim, accepto imperio, Celvianum universum, cum Mæandria regione, cum Philadelphia, et Neocastris, occupasse. Referenda vero sunt hæc ad annum Christianum plus minus 1206; quo tempore necdum seu Germiano, seu Celviano imperabant **416** Iconienses sultani, sed erat adhuc ea regio Græci juris, et a duce Græco administrabatur. Flandris autem Constantinopoli potitis, Theodorus Lascaris in Asiam minorem profectus, urbes ad imperium spectantes a ducibus Græcis, qui se in ista rerum perturbatione dominos earum fecerant, sicuti supra dictum num. 15, repetebat. Atque hoc modo Celvianum quoque redegit in potestatem, duce Theodoro, quem a stoliditate Morotheodorum appellabant, ejecto. Postea tamen decrescentibus paulatim Græcorum viribus, Celvianum a Turcis occupatum fuisse, consentaneum est: quippe cujus agri principem Turcum Laonicus Germianum vocet. Reineccius Meleci et Azadini fratrem Aladinem tradit eumdem esse videri cum Laonici Germiano, qui regnarit Iconii, atque hac dignitate exutus, in Ioniam profugerit, ibique vitam privatam, quietem amplexus egerit. Ita quidem e verbis Laonici colligi posse fateor, adeoque non abs re videri, Germen eum comaigrasse, deque loco domicilii privati cognomen accepisse. Verum non video, cur hominis privati, privatisque parentibus orti filiæ nuptias tantopere Murates pater Bajaziti filio conciliare, pompaque magnificentissima celebrare studuerit, qui præcipue potentiam affinium in deligendis uxoribus spectabat, uti deinceps apparebit ex inito cum illustri despina Serviæ, Bulci filia, conjugio. Nec item scire possum, qui fuerint hi Germiani principes ab Iconiensibus orti: cum ejecti a Tataris Iconienses, non in Ionia, sed ad Ænum urbem in Thracia exsularint. Velim hoc etiam explicari, quonam modo Germianus ex horum posteris a Bajazite spoliari potuerit ea regione, quam privatus ipse, privatis (ut dictum) parentibus natus, non possidebat? quo item modo possit a Temirlanco restitutus in id, quod in potestate non habuerat? Hæc enim in Annalibus hisce diserte tradita leguntur. Sunt alia quoque plura, quæ de his in medium afferre possem, ac nominatim docere, duos fratres Iathatinem et Aladinem, quos Reineccius in Iconiensium stemmate Caichosrois filios facit, uti commentitios, et qui rerum in natura nunquam exstiterint, expungendos esse. Verum hæc alio pertinent, futura cuivis manifesta, cum prætor aliquando noster in lucem exierit. Quod denique Reineccius ait, videri Chalcocondylem in Thracia collocare regionem Germianum: de hoc quidem Germiano non potest accipi, cum situm in Anatolia sit, et sub Iconiensium imperio Turcos necdum in Europa fixisse pedem constet. Si quis tamen desiderat nosse quid hoc nomine Laonicus intelligat, is sciat, apud Leonem Angu-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

stum mentionem fieri archiepiscopatus Germiorum, sive Germiani, quem inter Maroneam et Arcadiopolim Thraciæ medio ponit loco. Nec in Novella Leonis Cermia, sed Germia legi.

40. *Hemid*, *Ascheher*, *Cutahige*, *Seidischeher*, *Gelvazi*.

Hemid, quæ aliis Emid, Omidie Nigro dicitur, appellata fuit priscis urbs Cerasus. Ad Pontum Cappadocicum nostri referunt; Leo Sapiens, in Thronis ad Pontum Polemoniacum : subjicitque Cerasuntis episcopum metropolitano Neocæsariæ. Acscheher in Ortelii tabula Natoliæ scriptum legitur Acsara, nonnihil immutato nomine Turcico. Veteribus Græcis dicta fuisset Leucepolis, recentioribus Asprapolis: quorum utrumque Turcicæ appellationi respondet. Sed nulla tali nomine civitas in iis locis apud priscos reperitur. Cutahige majoris est civitas Phrygiæ, quondam dicta Cotyaium. Leo Sapiens imperator metropolim Phrygiæ fecit, sicut et hodie celebris est in Anatolia, cujus in medio sita est, propter sedem sive domicilium Beglerbegi Anatoliæ, qui priscis Romanis erat præfectus prætoriorum Orientis, Græcis autem magnus Orientis domesticus, quod sane propter imperii veteris imitationes Turcicas notandum. Non recte nostrorum aliis in Galatia ponitur, et Cute nominatur, ut Bellonio : Jovio Cutia, et Cutela : aliis Chiutai vel Kiuthai : aliis Chuta, vel Chuteo, qui tamen hoc nomine Coryeum per errorem accipiunt, de quo in Muchemete II latius. Seidischeher Turcis, Græcis Hierapolis, civitatem sanctam sive sacram significat. Sunt autem Hierapoles in Anatolia vel Asia minori plures præter Syriacam et alias, quæ huc non pertinent. Unam Leo Sapiens Augustus collocat in Phrygia Salutari, sub metropolitano Synadensi. Alteram facit metropolim Phrygiæ Cappatianæ. Sic enim in ipsa Leonis novella legitur, cum rectius hæc dici Phrygia Pacatiana videatur in libro de utriusque imperii notitia. Lector utram volet, accipiat. Gelvazi denique reperitur in Anatoliæ tabula, non procul a Cerasunte vel Omidie sita; sed immutatione litterarum exigua, Giulvaza scribitur.

41. *Magalgara*, *Bolina*.

Quod oppidum Turci Magalgaræ nomine accipiant, scire certe non possum : id quidem dicere licet, quodcunque tandem sit, in finibus Thraciæ, Thessaliæ, Macedoniæ quæri debere. Gauderius interpres Cæsaris adnotarat videri, quod sit Megalepolis. Sed illa non in his regionibus locum habet, sed in Morea seu Peloponneso: nec Magalgara nunc dicitur, sed Leontari vulgo, Leontarium Laonico et aliis recentioribus. **417** Si quis appellationem Græcam Magalgaræ proximam requirit, Megalagoram accipiat : qua forum magnum significatur. Ex eodem locorum situ colligo, Bolinam Turcis dictam, quæ Græcis est Appollonia montis Athi, qui nunc Hagion Oros, sive mons sanctus appellatur, a frequentibus (ut opinor) Calogerorum monasteriis, nomine non adeo recenti. Nam Leo quoque imperator sub Thessalonicensi, metropolitano Thessaliæ, collocat episcopatum Hierissi, quem alia dictum appellatione tradit episcopatum Montis sancti.

42. *Uscufia*, *Tilia felix*, *Tangri Gictugi*.

Cassidis formam hodieque retinent Uscufiæ Turcorum instar pileoli rotundi, ovalis figuræ, vel rotundi calicis absque pedunculo factæ : cujusmodi coronas ovales ex auro soliti gestare solebant imperatores Græci. Planeque talis etiam imponebatur huic Theolipto patriarchæ, cum nos Constantinopoli essemus, a duobus aliis tunc ibidem præsentibus patriarchis Silvestro Alexandrino, et Michaele Antiocheno, die x Martii mensis, anno Christiano 1585, quo tempore ab eis inaugurabatur, quod Græci vocant in thronum collocari. Solent hodieque Genizari et alii ditiores ex auro solido factas uscusias gestare. Pecos ipse vidi sic ornatos qui sultani Turcorum cursores sunt, circum ipsum semper obambulantes, cum e sarajo prodit. Nomen Tiliæ felicis Turcicum in archetypo legitur. Devetlu Caba Agaz : quarum vocum prima felicem significat, altera tiliam, arborem tertia. Quæ vero Bolinæ ab eversione divina mansisse dicitur appellatio, lingua Turcica Tangri Gictugi pronuntiatur, id est, Deus evertit.

43. *Gumulzina*, *Marolia*, *Seres*.

Hæc oppida locis paulo ante nominatis vicina sunt, ulterius in Græciam de die scilicet in diem progredientibus e Thracia Turcis. Sunt enim in finibus Thraciæ Gumulzina et Marolia, non magno disjunctæ intervallo. Gumulzina Castaldo in tabula Græciæ recentiori Culmaza corrupte scripta legitur, pro Cumulza vel Gumulza, quam Turci Gumulzinam vocant. Marolia Græcis est Maronia, quæ inter archiepiscopatus refertur a Leone Augusto, geographis nostris jam Marogna dicitur. Sita est ultra civitatem Ænum, de qua numero 32 diximus, qua itur in Thessaliam e Thracia. Seres Græcis numero multitudinis Serræ dicuntur, urbs satis celebris, quam Leonis Augusti novella refert inter metropoles. Prætor Græciæ noster haud procul a Cisso, de qua dictum numero 30, versus Maritzam, vel Hebrum flumen, collocat.

44. *Cavala*, *Dire*, *Sirus*, *Manastir*, *Seleruc*.

Recitantur ordine plures a Turcis captæ civitates in confinibus Thraciæ, Macedoniæ, Thessaliæ. Cavala versus Philippos Macedoniæ tendit. Bucephalum putavit Bellonius antiquis fuisse dictam, ab equo regis Alexandri. Dire videtur esse Doari vel Deari, quam eadem in vicinia recentiores geographi collocant. Sirus, mea quidem opinione, fuerit Hierissus; cujus episcopatum Thessalonicensi novella Leonis imperatoris subjicit, et Montis quoque sancti vocat episcopatum, ut paulo ante dictum, numero 41. Aut Syrus a Turcis dicta pro Sidrus, quæ Sidrocapsa nunc, ad Montem sanctum, velut a nobis adnotatum superius, numero 18. Ma-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nastir oppidum Turcis dictum, nomen Græcum habet Monastirion, a propinquitate (puto) monasteriorum Montis sancti, quorum obiter facta numero 17 fuit mentio. Nicetas (si recte memini) Leonem quemdam Monastiriotem nominat, oriundum ex hoc oppido. Geographi nostri Monestir aliud in Macedonia ponunt, ultra Thessalonicam : quod huc pertinere non arbitror, ob mentionem vicinorum locorum, quæ ultra Thessalonicam se non porrigunt. Et Thessalonica Turci non sub hoc Murate I, sed ejus pronepote II, potiti sunt. Seleruc in recentioribus tabulis geographicis non reperitur, nisi forte sit illud Silelar, quod non procul a Monte sancto collocatur.

45. *Temirlanc, Temir Chan, Temir Cutlu : Sultan Borcuc, Destenses Tatari.*

Quem nostri non recte Tamerlanem, et Tamburlanem, Græci Temirem vocant : is a Turcis plerumque Temir, vel Temur Chan, quod regiæ dignitatis est nomen, explicatum supra numero 3, dici solet : ac si nominaretur Hispanorum more, Don Temir. Significat autem vox Temir, sive Temur, ferrum, id est, gladium. Tatari, propter successus rerum prosperrimos, Temir Cutlu cognominarunt : hoc est, ferrum seu gladium felicem. Nonnunquam tamen, ut hoc etiam Annalium loco, Temir Lanc appellatur, quod Temirem claudum significat. Quippe claudicabat, ut ipsemet confitetur in primo cum Bajazite capto congressu et colloquio, quod in Annalibus longe pulcherrimum, tantoque monarcha dignum legitur. Et alii claudicationis hanc referunt causam, ut Laonicus, quod privatus adhuc et inops murum, quo cincti pecorum greges erant, furti committendi causa conscenderit : cumque se visum a patrefamilias animadvertisset, in terram desiliens, crus fregerit ; alii, quod inter pugnandum in pede vulneratus, **418** ex eo tempore claudus fuerit. Is autem, cujus deinde fit mentio, Borcuc vel Bercuc, Ægypti sultanus fuit. Et nomen hujus ex Schiltepergerip Germanico scripto, qui tunc temporis Asiatica peregrinatione suscepta, pugnis Tatarlcis ac Turcicis interfuit, Reineccius allegat : ita tamen a librariis mutatum, ut Baracloch pro Barakoch, vel Barakock potius scribatur. Sic enim ex Annalibus hisce restitui debet. Nomen ipsum Borckuck vel Barackock, divisis vocibus, erit Barac Kuk, vel Barac Gog, id est, Gog benedictus, sive laudatus et inclytus. Et statim ab initio declarationis Annalium de Kuk, Guk, et Gog, quædam in Giokelp aut Kukelp, diximus. Destenses autem Tataros, de certa quadam natione Tatarorum accipimus : contra Marii Nigri sententiam, qui tradit in genere Tataros ipsos se Dist lingua sua vocare. Sunt enim diversi Tatari, priscis etiam, non hac duntaxat ætate, cogniti : ut Aythono et aliis Mogli, sive Mongli : ut Sumongli, a Tataro fluvio dicti, velut Tatari aquatici : ut Tangori, qui et Tanchari, et Tonchari : ut Chitaini qui et Chataini : ut Nogaii, ut Casanii, ut Astracanii, ut Præcopitæ, ut Keraii. Reineccium sane miror ex Sabellico repetere, Tatarorum imperatorem ætate Sabellici vocatum fuisse Nogaim. Quippe Nogai Tatari nationis est nomen, cujus princeps hodieque Nogai Chan dicitur. Sic apud Pachymerium Nogas Scytha legitur, et Cazanes Scytha, pro Nogaiorum, vel Nogæorum et Casanlorum Chane sive principe. Qui vero sint hi Destenses, intelligere licet ex iis quæ deinceps in vita Muchemetis secundi leguntur, de subactis incolis Tauricæ Cherronesi post captam urbem Capham. Quippe Destenses cum Kerimiis sive Crimiis Tataris (Crimski nunc a vicinis dicuntur), eo loco nostrorum annalium conjunguntur : de quibus Crimiis nos in Supplemento annalium, ubi bellum hoc decennale Persicum exponimus, luculente.

46. *Lazari Serviæ principes : Bulcogli. Bulcovitzii, Bucovitzii : Cratevitzii, Cernovitzii : Karlovitzii.*

Ex iis quæ deinceps in his Annalibus sequuntur animadvertere licet : Turcos a Lazaro vel Eleazaro Bulco, sicut appellatur a Chalcocondyle, qui primus regionem Istro adjacentem sive Serviam a Stephano rege Bulgaro nactus fuit, successores omnes, Serviæ despotas sive principes, appellasse Lazaros, ut omnes Constantinopoleos imperatores itidem dixere Constantinos. Laonicus ipse quodam in loco Georgium Serviæ despotam more Turcico Eleazarum sive Lazarum vocare videtur, ubi dicit Eleazarum pro Belgrado multas urbes in Pannonia consecutum a Sigismundo. Quippe Thomas Ebendorfus Haselbachius, qui tunc vixit, in Austriacis manu scriptis tradit, hanc permutationem non inter Sigismundum et Eleazarum, sed inter Albertum II Austriacum et Georgium Serviæ principem factam : quem quidem ipse norat, cum in aula Friderici IV Cæsaris exsul honorifice alcretur. Iidem principes a Turcis alicubi etiam Bulcogli nominantur ab hoc primo Lazaro Bulco tanquam Bulci filii vel posteri, sicut et Michalogli et Malcozogli sunt Michaelis et Marci posteri. A Serviis autem ratione prorsus consimili. Bulcovitzii fuere vocati, velut Bulci filii sive posteri. Nam id linguæ Slavorum aut Venedorum, qua Servii utuntur, familiare est. Sic etiam hodieque Moscovii Basilovitzios, Theodorovitzios, Juanovitzios, pro filiis Basilii, Theodori, Joannis, dicunt. Itidem Cratevitzii Bulgarorum principes erant, a Crate, quem Unglesis fratrem Laonicus celebrat, oriundi. Sic ab auctore generis appellati Cernovitzii. Catari Dalmatiæ regionisque vicinæ quondam reguli. Sic Karlovitzii dicebantur in Albania vel Epiro Dyrrhachini vel Durazzii principes, quod a Karulo propagati fuissent, ex regum Galliæ familia. Nam Ludovicus Galliæ rex, quem canonissatum (ut aiunt) a pontificibus Romanis, sanctum cognominant, fratrem Karulum habuit, Andegavi Provinciæque comitem, qui Cunradino Friderici II Cæsaris nepoti regnum Neapolitanum cum vita per fas nefas eripuit. Ejus filius fuit Karulus II, nepos Petrus Gravinæ dux, pronepos Karulus Dyrrhachii

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Cum autem anni Turcici 296, Christianos efficiant 287: sequitur omnino tot annis hactenus imperium Osmanidarum durasse, sumpto ejus initio, sicut indicatum est, ab 420 anno 1300. Sin aliorum sequi rationes velimus, necessario referendum erit principium regni Osmanidarum ad annum Christianum 1295, quod omnium chronographorum et Historicorum illustrium sententiis adversabitur: aut omnino fatendum, in illa supputatione nostrorum quinque totos annos esse superfluos.

48. *Monumentum Muratis in campo Cosova.*

De sepultura Muratis obiter habeto, tradi a quibusdam, cadaver ejus Sophiam fuisse deportatum. Alii cum Turcis consentiunt, qui Prusam memorant avectum, et juxta Thermas Prusæas majorum monumentis aggregatum: ita tamen, ut prius eviscceraretur, et intestina in planitie Cosovana (Cassovianam Sansovinus ubique non recte vocat) terræ mandarentur. Id verum esse colligitur ex his Bonfinii verbis, quibus etiam monumenti, eo loco relicti, hodieque superstitis, et nobis a comitibus Turcis monstrati, mentio fit; In media (inquit) fere planitie Cosovæ collis modicus assurgit, cujus radices Schitnica lambit. Non multo ulterius, ad caput aquoris, quædam turris erat, cujusdam olim Amuratis tumulus et pyramis: qui profligato exercitu, ibi cæsus et sepultus est. Hactenus Bonfinius, cujus verbis nonnihil inhæreamus. Schitnizam alii Schinitzam temere nominare maluni. An idem fluvius sit cum Morava, videbimus deinceps, numero notarum 124. Amuratis tumulum et sepulturam intelligit, quo loco fuerunt ipsius condita viscera. Quemdam dicit Amuratem indefinite, pro sultano Murate I. Profligatum prius ait exercitum, non exprimens, Turcicusne profligatus fuerit, an hostilis exercitus, ac deinde Muratem cæsum: cum cæso Murate, Lazari Serviæ principis exercitum a Bajazite filio Muratis hic audiamus fuisse prælio victum.

49. *Kiratovum mons argenti, Vidina sive Vidinum, Citros, Bozina, Patzinacæ.*

Kiratovum Turcis appellatur oppidum Serviæ situm ad montem, quem Argentarium vocant, a fodinis argenti. Gallicus interpres Laonici Rhodopen hunc esse vult, cum sit Hæmus. Antonius Bonfinius argenti fodinarum in Servia mentionem facit, ut admodum nobilium. Kiratovum Castaldo scribitur Cratovo, quod idem est cum Kiratovo. Vidinam hodie dicunt, quam Marius Niger olim vult appellatam fuisse Viminacium. Ejus in Justiniani Augusti amissæ novellæ titulo fit mentio, cujus epitomen in Paratitlis meis Græcis reperi. Sambucus noster in Ungariæ chorographia quoddam Viminatz, diversum a Vidina, mox infra Belgradum ponit. Chalcocondylis interpres Latinus Bydenam reddidit, quam Vidynam scribere debuerat: quemadmodum legitur etiam in posteriore novella de ordine Thronorum, quam in synodo Andronicus Palæologus II imperator edidit. Ejus enim hæc verba sunt: Vidina, quæ prius erat episcopatus sanctissimi archiepiscopatus Bulgariæ, in metropolim evecta est. » Bonfinius Budinum nominat. Michael Ritius Bidinum, apud quem tamen male scriptum legitur Biolinium, pro Bidino. Vidinensis sangiacatus, nunc inter alios Beglerbego Temesvarensi subjectos recensetur, de quo plura suo loco, in Notitia videlicet imperii Osmanici. Citros in novella Leonis imperatoris episcopatus est Thessaliæ, sub metropolitano Thessalonicensi: Bozinæ regionis vulgo quoque notum est nomen. Incolas historici Græci dixere Patzinacas. Origine sunt Venedi, quod ex ipsa lingua, qua utuntur hodieque Veneda liquet. Antiquitates horum Cedrinus in Monomacho Augusto luculente descripsit. Sed eo loco deest in edito Cedrino fragmentum insigne, quod cum historiæ studiosis aliquando communicabimus. Vir acris judicii Peucerus, quem adolescens in geometricis et astronomicis audire memini, Patzinacarum seu Patzinacorum nomen a Pozina sive Pozinania, nobili Poloniæ municipio, derivare solebat: quod in ils scilicet finibus aliquando sedes habuisse videantur, antequam versus Triballos commigrarent. Et dicti videntur a Græcis Patzinacæ, nostrorum more, quibus Bozinachi non aliter appellantur, an Slavi, Slavachi: Poloni, Polachi: Bœmi, Bœmachi.

50. *Alascheher in Caramania.*

Alascheher lingua Turcica significat Altam civitatem. Græcis uno vocabulo diceretur Hypsilipolis. Sed ejusmodi nomine nulla reperitur in historiis urbs, nec apud Geographos, quod equidem sciam. Leo Sapiens Augustus in novella de Thronis sub metropoli Neocæsariæ Ponti Polemoniaci recenset episcopatum Hypsilon, id est altum vel sublimem. Idem sub Synadensi Phrygiæ Salutaris metropoli collocat episcopatum Hypsu, quod itidem Græce alludit ad altitudinem. Sed an ad Alascheherim ea nomina congruant, ut existimentur appellationem Græcam Turci lingua sua reddidisse: judicio lectoris eruditi relinquo. Quia tamen statim hic sequitur Aidinensis agri mentio, qui versus Cariam Phrygiæ majori finitimam se porrigit, et Alascheheri capta venisse Bajazitis in potestatem traditur: facile persuaderi equidem mihi paterer, oppidum posterius Hypsu, abolito vocabulo Græco, Turcicum Alascheher ejusdem significati diversa in lingua nomen accepisse. 421 De regionibus, Aidinensi et Sarchania, superius a nobis numero 13 tractatam.

51. *Constantini a Turcis appellati Græcorum imperatores omnes, Nigeboli, prælium Nicopolitanum.*

Ei Græcorum imperatori, cui Bajazites intulisse bellum dicitur, nomen erat Joannes Palæologus (Calojoannem vulgo nominabant, non a pulchritudine, sed bonitate) qui Manuelem filium, cujus nos præcepta educationis regiæ Latina fecimus, consortem imperii vivus designavit. Nihilominus

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ragi Luxemburgico, qui eam reliquit impotentiæ mendacio præteuso. Sollicitata quoque, ut regi Syriæ nuberet, torum schismatici (hoc est, religioni Græcæ addicti) recusavit. Emmundus Bonefidius J. C. putabat Cralis vocabulum a Karulo derivari, et apud has gentes in honore habitum, propter Karuli magni nostri singularem virtutem, et famam rerum gestarum illustrem : ut a Karulo scilicet omnibus eorum populorum regibus nomen velut auspicatum inderetur. Sed ignorabat Ungaris, Bulgaris, Serviis Kiral, aut contractius enuntiando Cral, vocari regem : Cralna, reginam ; quæ Polonis sunt Crol, et Crolna. Chalcocondylis etiam interpretes ambo in hac voce hallucinati sunt. Ad Serviorum principes, et hunc Annalium locum ut redeamus, narratur Bulcus despota Bajaziti filiam suam dedisse uxorem. Monuimus supra, Serviæ principes omnes a Turcis fuisse dictos aut Lazaros, aut Bulcos, aut Bulcoglios : ejusque rei causam reddidimus. Interim tamen ipsi peculiare quoddam singuli nomen, ritu Christiano in baptismi cæremoniis sibi datum habebant. Hoc igitur loco Bulcus despota nominatur a Turcis, quem Stephanum Bulcovitzium, Serviæ despotam, sui vocabant. Id vel ex hisce Laonici verbis intelligitur : Postquam Eleazarus vitam finiit, principatum Stephanus Eleazari, cui Bulco nomen erat, Triballorum dux, quorum metropolis Spenderobe dicitur, arripuit : Bajaziti strenue navans operam, quandocunque auxilium ejus implorasset. Quæ verba rectius ut intelligantur, obiter addo, Stephanum Eleazari filium, debuisse interpretem dicere. Tum etiam nomine Triballorum intelligi Servios, quorum regia sive metropolis Spenderobe dicitur, hoc est, Senderovia. Nihilominus et hic Stephanus, et filius Stephani Georgius, deinceps in Muratis II vita Lazari nominantur. Cum autem frequens horum Serviæ despotarum, quos supra diximus, appellatos fuisse Bulcovitzios, mentio fiat tam aliis in historiis, quam hisce nostris annalibus : lubet hoc loco genealogiam ipsorum subjicere, de Turcicis, Græcis, Latinis, Italicis, Gallicis, Germanicis, Ungaricis expositionibus, ac præsertim Bonfinianis, excerptam : quæ nonnullis, ut spero, locis historiarum lucis aliquid afferet. Sumemus autem principium ab eo vel Lazaro vel Eleazaro Bulco, quem Laonicus scripsit a Stephano rege Bulgaro nactum regionem Istro adjacentem, ac deinde redactis in potestatem ditionibus aliis, ad Savum flumen usque progressum fuisse : quibus verbis haud dubie despotatus Serviæ fines describuntur.

Lazarus Bulcus, Serviæ despotes, in prælio captus anno Christ. 1390, et vindicandæ Muratis I mortis causa, coram Bajasite filio frustulatim concisus. (*Annal. Turcic.*)

Stephanus Bulcovitzius, a Murate II ditione sua spoliatus, an. Christ. 1427. (*Annal. Turc.*

Georgius Bulcovitzius, Bajaziti militavit contra Temirem Chanem. a Murate II restitutus in paternum despotatum, an. 1442. (*Annal. Turc.*) — N. Despina Bajaziti Gilderuni nupta.

Stephanus candenti ferro cæcatus a Murate II.	Georgius, Laonico Gurgurus, ab eodem Murate visu privatus.	Lazarus, successor patris in regno.	Maria, sultani Muratis II uxor. (*Sic eam Spanduginus, non* Irenem, *vocat.*)
Lupus, vir fortiss., cui Matthias Ungariæ rex, ob rem bello Bohemico strenue gestam, castellum Felezco donavit.	Joannes, cum aliquot fratribus.	N. Despina, nupta Stephano Bozinæ regi, qui soceri quoque principatum consecutus, tandem e castello Jatzæ Muchemetis II blanditiis evocatus, cute vivus exuitur : vitamque cum regno, quod patri dolo subripuerat, amittit.	

423 55. *Cara Rustem, Ali. Causa prohibitæ monetæ veteris apud Turcos.*

Nomen hoc, Cara Rustem, significat Rustemen nigrum. Rustemes vero Turcis dicitur, quem nostri vocant Rostanem, quo nomine sultanus Soleimanes memoria nostra vezirem et generum habuit. Ali Turcis est sine aspiratione, qui Laonico dicitur Alies, aut Halies, ut interpres scripsit. Causa vel prætextus causæ potius, cur Talismani, velut admodum religiosi et accurati Mahumetanæ legis observatores, usum nummorum veterum e medio tollendum censerent, explicationem minime difficilem habet. Quippe nota lex Mahumetis, qua statuas, simulacra, sculptas et pictas imagines, ex interdicti divini præscripto severe prohibuit: notum, quanto zelo Musulmani Christianorum in templis imagines mutilare, frangere, destruere soleant. Itaque cum Romanorum et Græcorum imperatorum imagines in nummis et aspris expressæ conspicerentur, violari prophetæ legem clamabant, et aboleadæ monetæ veteris auctores erant. Sed interim sub prætextu religionis impostores nequissimi quæstum faciebant, ut ipsimet Turci satis ingenue fatentur. Hodie non amplius animos Turcorum illa religio tantopere tangit, ut signatos Christianorum principum charactere nummos aversentur. Imo nummos sive ducatos Venetos, quibus vetitæ lege Mahumetis impressæ sunt imagines, Sultaninis suis, qui nihil habent legi contrarium, Arabicis duntaxat insigniti litteris, longe præferunt. Taleris autem Germanicis, præsertim quibus aut ipsius imperatoris, aut Ferdinandi Archiducis, aut Septemviri Saxonis insculpti sunt vultus, usque adeo non infesti sunt, ut ex illis ipsis sibi prohibi-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

iis agnitos imaginibus expetant avidissime : nec dubitent, modo se pro mercibus suis eos habituros intelligant, de communi pretio trientem vel quadrantem remittere. Ne pondus quidem horum explorant, quod tamen in sultani sui cæterisque monetis usitatis, scrupulose facere solent.

56. *Cur imperatores Græcorum a Turcis dicti Teggiures.*

Teggiures supra, numero 15, diximus a Turcis appellatos Græcorum tam in urbibus, quam provinciis, præsides. Nomen ipsum a solertia militari deducunt. Et scimus hos a Græcis non duces modo, qui sunt eis Higemones, verum etiam Stratigos et Stratilatas dictos, vocabulis duces militares significantibus. Quod autem Turci Teggiurum nomen etiam Græcorum imperatoribus tribuerunt, ex alia nulla factum est causa, quam irrisionis et contemptus, quasi scilicet imperatorum nomine digni non essent, qui perangustis inclusi finibus, ipsiusque propemodum Constantinopoleos mœnibus circumscripti, præsides urbis potius, quam augusti Romanorum imperii reges dici mererentur. Laonici locus est in Historiæ principio, quo paucis exponit, quam in arctum redacti tandem fuerint imperii Græci limites. Animadverti Græcos, inquit, et regnum eorum primo sub Thracibus exstitisse. Postea reliquo regno a Barbaris exutos, parvum quoddam regnum gubernasse, videlicet Byzantium, Byzantiique maritimam regionem inferiorem, Heracleam usque : ac juxta Pontum Euxinum maritimam regionem superiorem, Mesembriam usque : præterea Peloponnesum totam, extra tres aut quatuor urbes Venetorum. Ad hæc, Lemnum et Imbrum, et insulas ibidem in Ægæo sitas. Hactenus Laonicus. Bajazitis vero tempore cæteris exuti, cum ipsis etiam suburbanis agris, vix intra muros urbis se tuebantur. Propterea per ignominiam Teggiures a Turcis audiebant.

57. *Caramaniæ begus Alisurius, Tekiensis regio.*

De Caramania quære notata superius numero 13. Saltim hoc indicare nunc lubet, eum Caramaniæ principem, cujus hic mentio fit, a Laonico nominari Alisurium. Narrat autem hunc, cum cæteros Asiæ regulos Bajazites ditionibus exueret, pacem cum eo fecisse, atque ita suis ipsum, licet aliqua cum jactura, consuluisse rebus, ne regno prorsus exturbaretur, annales addunt. Nomen diverse scriptum legitur, Alisurius, Alidurius, Aliderius, Aluris, ex Laonici depravatis exemplaribus. Notandum hoc quoque, quem Aliderium Caramanum a Murate secundo bello petitum scribat Laonicus, in his annalibus Ibrahimem vocari : sicut videre est in iis, quæ anno Christiano 1437 gesta referuntur. Hemidam esse Cerasuntem, ostendimus numero 40. Tekiensis regio Phrygia majori continetur, quatenus in mediterraneis ea versus Cappadociam, Armeniam et Ciliciam se porrigit. Interpres Laonici Tecien pro Tekie scripsit. Et alibi Laonicus ait, Tekien esse regionem ut Bithyniæ, sic etiam Ciliciæ vicinam : id est, a Bithyniæ finibus ad Ciliciæ fines usque pertinere. Conjunctas vero, Bithyniam Tekiensemque regionem, Othmaniam fuisse vocatas uno nomine, supra, numero 13, docuimus. Coniam esse priscum illud Iconium, prius dictum fuit numero 12. Triturandi quoque modus explicatus numero 25.

58. *Acserai, Nigde, Caisaria, Borli.*

Castrum album Turcis Acserai, sive domus 424 alba dicitur. Vetus aliquod hoc nomine castrum vel oppidum in iis locis nullum reperitur. In Ortelii tabula Natoliæ legitur Acsara. Ibidem quæ Turcis hic Nigde, Nigdia scribitur. Utraque non magno a Conia vel Iconio distat intervallo. Vincentius Belvacensis Acserai vocabulum mutat in Hacsar, cum ait : Apud Hacsar invenitur coctus et aluminis minera. Caisaria Ciliciæ, quam sic etiam Marcus Paulus Venetus nominat, dicta priscis Cæsarea fuit. Apud Belvacensem Gazaria corrupte scribitur. Borli duplex in Natoliæ descriptione conspicitur, una Borli simpliciter appellata, non procul ab Enguri vel Ancyra sita : altera cum cognomento, Tarachi Borli, non procul a Castamona et Sinope. Ad Ponti provinciam utraque pertinet, quæ regio principum erat Isvendiarum, quibus intulisse Bajazites bellum dicitur. Et quinam principes hi fuerint, explicatum abunde superius. Sinopen novella de Thronis ad Amasianam metropolim Helenoponticam refert.

59. *Casi Burchan, Orthobules, et Musulmanes, et Cyriscelebis, an iidem cum emire Soleimane.*

Quis begus ille Turcicus fuerit, cui Bajazites Sebastiam ademit, propter annalium narrationes nimis succinctas sciri non potest. Hoc tamen minime dissimulandum, Sebastiam fuisse primam Turcorum in Asia sub Aladine regiam, sicut annales ab initio testantur, et Laonicus, qui progressos ex hac Turcos ait Asiam subegisse totam, usque ad Hellespontum. Quapropter si hoc tempore superstites erant Aladinis posteri, verosimile est, eos Sebastiæ præfectum habuisse quemdam : cui ab æquitate summa inditum nomen Casi Burchan, lingua Turcica judicem Dei significabat. Ad Sebastiam annales nostri a patre relictum fuisse tradunt emirem Soleimanem filium, qui tamen a Temirechane nusquam occisus legitur, sed imperasse post Isam fratrem a Musa necatum, totis septem annis. Laonicus autem Sebastiæ præfectum a patre memorat Orthobulem, qui captus ibidem a Temire, ac post aliquot dies interfectus fuerit. Unde Bajazites accepto de morte filii nuntio, cuidam pastori tibia canenti dixerit : Cane carmen, cujus argumentum sit : Nec Sebastiam, nec filium Orthobulem amittas. Equidem sæpe multumque cogitans de conciliandis annalibus Turcicis cum Chalcocondylis et nostrorum expositionibus, quorum illi maximum natu filium Bajazitis unum faciunt emirem Soleimanem, hic duos diversos cæteris

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

majores ponit, Orthobulem et Mulsumanem, nostris Cyriscelebim fictitium ingerentibus : in eam denique sententiam veni, ut Cyriscelebi circa controversiam excluso, veluti quem nec Turci nec Græci agnoscant ; reliquos duos, Orthobulem Mulsumanemque, pro uno et eodem Bajazitis filio Soleimane statuam habendum, quem tamen interfectum a Temire, capta Sebastia, per errorem Græci crediderint. Ejus opinionis meæ causam hanc habeo quod nomen Orthobulis non Turcicum esse, sed Græcum arbitrer, et idem significare Græcis, quod Turcis Musulman. Quippe cum in Turcia versarer, interrogatum a me virum magnificum et amplissimum, D. Bartholomæum Pezzenum, Cæs. Majestatis a consiliis, et nuper ad Portam Osmanicam cum munere legati missum, quidnam vox Musulman Turcis significaret, respondere memini, vim illius eamdem esse cum Orthodoxi nomine Græco. Vixerat autem ille totos octo reipublicæ causa tunc annos inter Barbaros, eorumque linguam norat. Cum igitur Græcis orthodoxus sit, qui rectam sententiam tenet, idemque significet vocabulum Turcicum Musulman : sequitur, Orthobulis quoque nomen idem esse cum Musulmano, quando sic Græcis appellatur is, cujus rectum consilium, recta voluntas est. Hoc modo manifesto paret, unde Chalcocondylis error manarit, duos ex uno Bajazitis filios faciuntis : ex eo nimirum, quod unum in duos distingueret, cui diversis in linguis diversum, sed unius tamen significati, nomen erat. Nec mihi quisquam objecerit, aliud esse Musulman, et aliud Mulsuman. Quippe vocem Musulman a Græcis enuntiari Mulsuman, et in historiis, et aliis ipsorum libris sæpissime deprehendi. Quin etiam verbum Musulmanissare, de quo superius dictum numero 22, multis in locis apud Græcos ita mutatum reperi transpositis litteris, ut Mulsumanissare legeretur. Ne hoc quidem tacendum, quæcunque Turci de Soleimane memorant, a Laonico ad Musulmanem referri. Quis ergo fieri posse non existimet, ut nomen Mir Sulman ab exteris commutaretur in Musulman? Sic certe Mirchan alicubi scriptum legere memini, qui nomine integro diceretur Emir Chan. Quod vero necem Orthobulis attinet, quæ recensetur a Græcis, a Turcis silentio præteritur : nihil ea nostris rationibus officit, cum vice versa Turci Temiriano prælio Mustapham Bajazitis filium occubuisse memorent, quem Græci tam certo non periisse credebant, ut alium quemdam mentientem hoc nomen, veluti suppositiium fratrem poscenti Muchemeti dedere nollent, mortuoque Muchemete contra Muratem secundum, Muchemetis filium, sua cum pernicie foverent. Præterea non abs re mirum alicui videatur, Laonicum dicere, necatum a Temire Bajazitis filium Orthobulem : **425** cum is auctori belli et injuriarum, patri pepercerit; et expresse Laonicus idem postea scribat (fide licet dubia), Mulsumanem, Mosem, Jesum, Mechmetem, et reliquos filios Bajazitis in potestatem Temiris venisse. Quid optatius accidere Temiri poterat, quam præter ipsum patrem filios habere in potestate, quibus occisis, Osmanidarum in Asia regno, nemine repugnante, perpetuo frueretur? At tantum abfuit, ut id faceret, ut etiam diserte Laonicus initio libri quarti fateatur, Mosem a rege Temire annonas in castris habuisse, tandemque dimissum ex captivitate, mari ad regionem patriam rediisse. Qui plurium, vel omnium potius vitæ pepercit, cur in unum sæviisse credatur? Adde testimonium hostis. Nusquam Turci scripserunt in annalibus, interemptum a Temire Bajazitis aliquem fuisse filium, sed sperasse Temirem potius, quempiam filiorum Gilderunis se conventurum, quod illi formidine non necessaria trepidi, omiserint. Imo ferociam potius et iracundiam sui Bajazitis vituperant; Temiris humanitatem ac modestiam laudant. Superest unum, quoc objici possit, de Ziche Orthobulis filio, quem Laonicus ait bellum intulisse Joanni Comneno, Trapezuntino imperatori. Sed hic mihi respondeat aliquis, unde tandem Ziches ille post mortem patris Orthobulis anno denique sexagesimo primum in scenam prodiit? quove modo salvus evasit e tot parricidiis et lanienis horum temporum in Osmanidarum familia, sub Musa, Muchemete primo, Murate secundo, Muchemete secundo, qui omnes parricidæ fuerunt? Cur huic tam diu sævus ille Muchemetes secundus pepercit, qui vix mortuo patre, sanguinem statim fraternum sitiit? An huic credidit exercitum suspiciosissimus omnium tyrannus? Denique constat ex Turcicis annalibus, id temporis viciniæ Trapezuntis præfectum a Muchemete fuisse maximum natu filium Mustapham, qui tantum decennio post illa cum Trapezuntibus bella, Parthis in Armeniam et Caramaniam infusis occurrit, eisque cæsis, Jusufzem begum ducem vivum cepit et patri misit: quod argumentum est evidens, fuisse tum Mustapham virilis ætatis, nec Zichem Osmanidam in iis locis vel imperium aliquod, vel exercitum habuisse. Quæ cum ita sint, restat ut statuamus quatuor omnino nomina, Orthobulis et Mulsumanis, quæ Græci tradiderunt ; Cyrsicelebis, quod nostri ; Soleimanis, quod Turci; tandem in unum conferenda Soleimanem Bajazitis germanum filium, natu maximum : cujus si Ziches ille filius non fuit, nusquam ne nomine quidem tenus Turcis notus; cum Orthobule fictitio patre, suppositi ius filius Græcis defendendus relinquitor. Habent lectores eruditi rationes meas, quas vel approbandi, vel confutandi, liberam eis potestatem facio. Neutrum tamen ex duobus illis a Laonico memoratis in Osmanidarum omisi familia, ne quis nimiæ me temeritatis arcessat : qui præter hos, necdum auditis aliorum judiciis, pluribus etiam Bajazitis filiis, Jesu minori, Ali, Dusmi Mustaphæ, natalium controversiam movere non dubitaverim.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dimicantes Bulei milites, truculentos ac feroces Dervisios appellabat Temir, qui se vitamque suam pro salute suorum animose devovissent. Germanum vero Bajazitis filium Mustapham hoc prælio periisse diximus ex fide horum annalium antehac aliquoties, idque licet sultanus Muchemetes primus, itemque Murates secundus post mortem patris sæpius verum esse protestarentur : tamen usque adeo Græcis impressa de hoc diversa erat opinio, Mustapham ut alium, pro legitimo se venditantem, obviis ulnis exciperent, et armis contra Muratem magna cum imprudentia maloque suo tuerentur : offerente amplissima quæque Murate, modo neutrius a partibus starent, ac ipsos inter se rem armis decernere paterentur. Consimilis huic Græcorum est error de Bajazitis filio, quem fidium (sic enim chordas interpres reddidit) opifex Prusæus incolumem Byzantium perduxerit : cum tamen nulla fiat in annalibus Alis cujuspiam, Bajazitis filii, mentio ; nec ab ipso quidem Laonico, cum alibi Bajazitis filios recenset. Notandum magis, quod etiam Musulmane regnante narrat a Mose Jesuque fratribus occultatum fuisse Prusæ puerum Muchemetem apud illum ipsum opificem chordarum, a quo Muchemetes hoc opificium didicerit. Et factum id scilicet a Mose, omnium crudelissimo, vel ipso Laonico teste, ne ab aliis charus sibi puer occideretur. Muchemetem vero jam grandiusculum inde profugisse ad Alurim Caramanum, a quo adjutus, servatori suo Mosi bellum intulerit : sed victum **427** confugisse ad Alim fratrem, exsulem ac inopem, et quidem Constantinopolim : ubi nonnihil respiraverit, collectisque suorum reliquiis, denuo tentare belli fortunam decreverit. Hæc Laenicus de puero Muchemete, chordarum opificis discipulo, pene pueriliter, nec vero multas ob causas consentanea. Magis idonei rerum Turcicarum scriptores, ipsi Turci, tradunt, rebus Temiriano prælio desperatis, bassas abduxisse secum, arrepta fuga, maximum natu Bajazitis filium Soleimanem, veluti legitimum patris in imperio successorem : et illorum exemplo Muchemetem, non puerum (ut Laonicus putavit), sed copiarum ex imperio paterno quarumdam ducem, suis itidem rebus uti consuleret, Amasiam cum suis se contulisse : quo loco deinceps cum vixisse, non semel annales tradunt : et indidem cum exercitu contra Musam fratrem movisse, postquam interfecto Soleimane, vindicem necis ipsius se professus esset. Quæ res, meo sane judicio, dignæ sunt hominum historiæ studiosorum observatione : cum in publicatis hactenus scriptis historicis nihil intricatius de Turcicis rebus reperiamus, quam quæ de hoc ipso tempore summæ Turcorum infelicitatis memoriæ prodita legimus.

65. *Semercant, Bajazitis mors, annorum ratio.*

Regionis Zacatainæ, cujus incolæ id temporis imperio Temiris parentes, Laonico Tzachataides nominantur, caput est urbs Semercant, hodie mercium Iudicarum emporio celeberrimo septentrionalibus etiam nota. Sarmacanda plerumque vocatur, edito Laonico Samrachanta, litteris transpositis, pro Samarchanta. Sunt qui dictam putant a Sem, Nohæ filio, quorum opinioni Turcorum pronuntiatio Semercant astipulatur. Maracandam Sogdianæ veteribus appellatam existimant aliqui. Cæterum Bajazitem ex animi ægritudine doloreque mortuum scripsit Chalcocondyles, cui Turcicæ narrationes non adversantur : sed addunt, hoc mœrore velut ad desperationem adactum, mortem sibimet ipsi conscivisse. Quod dilucidius exponens Theodorus Spanduginus, ait Bajazitem, spe libertatis amissa, constituisse cum animo suo seipsum occidere. Sed cum nullum ejus peragendæ rei modum inveniret, tam denique diu caput allisisse illi caveæ de ferro factæ, qua tenebatur inclusus, donec præ furore fremens ac frendens, misere sibi mortem afferret, tyrannique vita, secundum poetam, indignata sub umbras fugeret. Interpres Laonici pugnatum notat inter Bajazitem et Temirem anno Christiano 1397. Mortuum Bajazitem scribit Franciscus Sansovinus anno 1398, Geufræus anno 1400, quos equidem falli opinor. Quippe secundum rationes accuratas annalium deprehendimus, commissum fuisse prælium anno vel 1399, vel 1400, Gilderunem vero mortuum anno 1403. Similiter in annis regni hujus erratum a Laonico, qui viginti quinque numerat, pro solis quatuordecim : de quo vide supra numero 47 notata.

66. *Castamoni, Congeri, Congi.*

Claudiopolis civitas est Honoriadis, in Ponto provincia, quam nov. Leonis Augusti metropolim facit, eique præter alios episcopatus, Heracleam quoque Ponticam subjicit. Hanc Marius Niger recenti nomine dici putat Castamenam, sive Castamonam ; sed fallitur, cum rectius Castromena sit Claudiopolis. Castamona vero sita longius est, versus Sinopen oppidum Helenoponti et Paphlagoniam. Tam Sinopes, quam Castamonæ nomina, cum ipsis oppidis, supersunt, uti videre est in annalium supplemento nostro, ad annum Christianum 1594. Istic enim tunc Osman bassa vezirazemes contra Persas iturus, militem in hibernis habuit. Menavinus alicubi Castemolen nominavit. Cedrinus in Michaele Stratiotico sive militari, Castamonem appellat, et in Paphlagonia collocat his verbis : Castamonem in Paphlagonia sitam veniunt, quæ sane Castamon domicilium erat magistri [officiorum] Isaacii Comneni. Prætor Græciæ noster Castamonam vocat in Historia sua, de Michaele Palæologo, post victos a Tataris Iconienses, hæc commemorans : Michael Comnenus, hoc prælii eventu, cum maximo Persicorum exercituum duce, quem Peclarpacem Persæ (hoc est, Iconienses Turci) vocare solent, in viam sese dabat : adeoque pluribus una diebus iter faciebant, cum hostem sibi a tergo inhærentem haberent, horisque singulis cum eo dimicarent.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Cepisiensis dicitur, incolæ præsertim Casemarca vicini se Nemetsassios hodieque nominant, voce de Nemetis (sic Ungari Germanos appellant, ut Venedæ nationes Nemitzos) et Sassiis composita, quæ Sassios sive Saxones Germanos significat. Germani vero plerique tam Italos quam Gallos (qui Germanis sunt Walli, sicut Gilimer nomen Gothicum est Wilmer. Et in Anglia quoque Wallorum nomen priscis incolis provincialibus, ab Anglo-Saxonibus nostris inditum, manet) vocare solent Walchos et Walischos : quorum linguæ provinciali cum lingua Daciæ, quæ ipsa quoque Romanorum provincia quondam fuit, affinis esset : idem a nostris Walchorum nomen accepere, quod denuntiatione molliori mutatum in Walachos. Suffragatur huic opinioni meæ vetus etiam Galliciæ nomen, frequens in antiquis Ungariæ regum titulis, quo Valachia significabatur, eadem cum Gallis et Italis utens lingua, sicut et nunc affinitatem aliquam cum eorum lingua provinciali retinet. Vaivodæ vero nomen generaliter significat præfectum militum, quem capitaneum vulgo vocant. Sed apud Ungaros ut olim, sic etiam hodie, duæ sunt appellationes administrationum maximarum : una Bani, de qua suo loco, nimirum capite 174, plenius dicturi sumus, altera Vaivodæ. Banus est præses regius in aliquo ex regnis Ungariæ adjunctis. Vaivoda vero præses dicitur, loco regis administrationem habens in aliqua provincia, puta Transylvania, Valachia majori, Valachia minori : sed ea lege tamen, ut gubernatore sit inferior. Vaivodæ Valachi, postquam ab Ungariæ regum obedientia se subtraxissent, more Græcorum despotæ, de qua dignitate superius numero notarum 54 prolixe dictum, pro Vaivodis audire maluerunt, quasi si principes essent absoluti : nec regibus subjecti, sed potius dignitate regibus proximi. Verum usuvenit eis, quod Græcis accidisse constat, qui maximas ad angustias redacto imperio, titulos ampliores excogitarunt : uti nunc etiam apud Ausones nonnullos in ipso propemodum amittendæ libertatis articulo consimilia quædam affectare, præter morem majorum, videmus. Despotarum certe nunc illorum ea sub Turcica servitute conditio est, mancipiorum ut nomine potius, quam principum, censendi veniant. Sed pergendum ad alia. Valachorum ille Vaivoda, quem Annales hi Murzen vocant, Laonico Mirxes dicitur, Bonfinio Merches, hoc est, Marcus. Reperitur apud eumdem Laonicum et Mirdan Valachiæ principis nomen, compositum ex hoc ipso Mirx et Dan sive Gdan. Nam et ipsa regio Bogdaniæ nomen accepit a Bogdanis sive principibus suis, qui vocabulo sane pio dicuntur Bogdani, tanquam Dei munus, vel Theodosii, vel Theodori, vel Dorothei. Meminit hujus vocis et Cedrinus in Basilio Bulgaroctono, cum ait : Occurrit etiam imperatori Bogdanus, castrorum interioris regionis toparcha sive regulus.

A

B

C

D

72. *Samobunogli, Azapi vel Azepi ; Laonici locus emendatus ; emir Halem.*

Quem hic Annales Samobunogli sive filium Samobunæ vocant, infra Scheic Bedredin appellatur, ubi de seditione per ipsum mota prolixæ sunt narrationes. Stipendiariorum nomine intelligunt Azapos vel Azepos. Laonicus alicubi peregrinos dixit, more Græco, quibus Xeni vocantur, id est, peregrini, qui stipendiis conducti militant, hoc est, qui sunt misthophori, sicut iidem appellant. Idem alibi : Turcorum pedites, ait, quos Azapidas vocant. Et omnino militiam hi pedestrem obeunt, licet alio libri octavi loco legantur hæc verba in vita Muchemetis II tunc Belgradum oppugnantis : Azapides (quos Hussarones nostri vocant) diripuerunt forum. Rex clamabat, ut eximerent eorum puellas. Hic primum lector observet, Azapidum nomine pedites Ungarorum ab auctore intelligi, qui regis sive sultani Muchemetis forum, scilicet castrense rerum in exercitu venalium, diripuerint. Ergo quæ interjecta verba sunt, quos Hussarones nostri vocant, glossema sunt interpretis imperiti, Azapidas pro Hussaronibus accipientis, cum Azapidæ pedites sint, Hussarones equites. Deinde puellas eximere dixit, cum Græci Laonici verba significent, oculorum coras sive pupulas aut pupillas eruere vel effodere, quod paulo melius adjectis margini verbis redditum, ut hostium oculos exsculperent. Præfectus autem signiferorum Turcis est emir Halem, cujus supra, numero notarum 14, facta fuit mentio. Sane magnum hujus officium est, et fructuosum, dignitateque proximum ab aga genizarorum. Sed officiorum Portæ, tam eorum quæ intra saraium, quam quæ foris ordinata sunt, expositio plena, locum poscit alium.

73. *Musæ sive Mosis crudelitas ; Lazarus, pro Stephano Serviæ despota, Lazari filio.*

De Vidina dicum numero notarum 49, de Butuvada et Matera deinceps, loco magis idoneo, ad annum Christianum 1444 dicetur. Musæ sive Mosis crudelitatem, et iracundiam, ac tyrannidem in suos, Laonicus etiam commemorat, partim his verbis, **430** Moses iræ imperare non poterat, sed præceps in eam ferebatur, quidquid illa dictasset, faciens ; partim alio loco, verbis consimilibus : Optimus quisque indignabatur ob Mosis violentiam et tyrannidem. Causam vero, cur bello Serviæ despotam persequeretur, Laonicus exposuit, cum recitat, eum a despota desertum fuisse, Græcorum persuasionibus adducto, Mulsumanis ut partibus semet aggregaret, quod Moses ægerrime tulerit. Et despotam hunc Annales vocant Lazarum, cum tamen ex Historia constet, hæc a Stephano gesta, Lazari filio, Georgii patre : quo de superius numero 54 tractavimus.

74. *Geivise, Gebise ; Libyssa, Lebusa ; Astacus, Sinus Astacenus, Intzu.*

Geivise oppidulum est Bithyniæ, situm ad Nicomediensem vel Astacenum potius antiquitus di-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

de quibus omnibus suo dicendum lo-
: Turlaces monachus sive religiosus
iter mentionem supra fecimus nume-
64. De Serris antea dictum numero
m vulgo notum priscis dictam fuisse
am.

ie, Sophi, prima Sophilariorum seditio.

ec quoque nomina sive sacerdotum, sive
Mahumetanæ legis, et ejusdem interpre-
eiches apud Turcos pene pro viris san-
ntur, veluti qui animarum curam gerant.
m numero quemdam sibi deligit etiam ipse
m sultanus, quem in omnibus, quæ ad
animæ suæ pertinere putat, consulit. Cæ-
oc loco prima notanda Sophilariorum in An-
s hisce mentio, de quibus infra suo dicturi
umus. Eorum nomen non a Græco Sophos,
sapientem significat, sed a Sophi, voce Ara-
derivatum, qua denotatur lana. Nam hi Sophi
tentur religionem cæteris Mahumetanis no-
, quæ præcipit inter alia, ne caput fastu quo-
lineis spiris involvatur, quod Turci factitare
nt, sed uti capitum tegumenta duntaxat humilita-
modestiæque declarandæ causa de lana confici-
ir. Plura de his, ubi deinceps ad Sophinorum
tionem perventum fuerit, expositurí capite
sumus.

82. *Anni Muchemetis, Ismyr in Anatolia.*

edegimus supra, numero notarum 47, sultano-
annos, quibus regnarunt, ad certos numeros.
raditum inter alia, Muchemetem primum octo
taxat annis imperasse. Licet hoc colligere
Turcicis Annalibus, qui principium regni Mu-
netis ad annum Mahumetanum 816 referunt,
Christiano 1414 respondentem : mortuum
notant eumdem Muchemetem anno suo 824,
noster est 1422. Ergo duntaxat annis octo re-
præfuit. Hoc ideo significandum putavi, quod
prius indicato scripserim ex Sansovino, re-
se Muchemetem annis 17, pro quibus 12 an-
Chalcocondyles posuit : cum accuratior sit An-
m Turcicorum computatio. Civitas Ismyr a
cis dicitur, quæ Græcis est in Asiæ minoris
a nobilis illa Smyrna.

Mustaphas alienus in Osmanidarum se familiam gerit. Exemplum huic simile de Voldemaro Brandeburgico.

e mirum aliquibus videatur, potuisse Dusmen
tapham, pro Mustapha Zelebi, dudum amisso
zitis filio, se tanto venditare artificio, ut
patrocinium non Græcus duntaxat impe-
r, sed etiam magni Turcorum principes, Smyr-
s ille Chuscines begus, Aidinensis, Sarcha-
sis, Mentesianus, Chemidensis, susciperent :
hic ex Annalibus manuscriptis exemplum
icere simillimum de quodam, qui 60 plus
ns ante hos Dusmis Mustaphæ motus an-
se principem Brandeburgicum, imperii Ro-
i septemvirum, mentitus fuit. Et ipsis hæc An-

A nalium verbis, e lingua Germanica Latine
tis, exponemus. Anno, inquiunt, 1348 Rudolphus
Saxoniæ dux secum ipse dispiciebat, qua via Ludo-
vicum Bavarum, Ludovici Augusti Bavari filium,
principatu Brandeburgensi 432 pellere posset,
quod quidem parum abfuit, quin perficeret. Divul-
gabat enim, marchionem Voldemarum Brandebur-
gensem, qui ante triginta et unum annos amissus,
peregrinationes varias privati hominis habitu sus-
ceptas obivisset, nunc tandem inventum esse. Hoc
modo productum in scenam molitorem quemdam,
verum asserebat esse Voldemarum, marchionem
Brandeburgicum. Ille vero molitor in Saxonia se-
creto pluribus annis habitus, ea signa corporisque
B notas, quibuscunque fieri potuerat artibus et astu,
acceperat, ut confidenter profiteretur, certis se
probaturum documentis, vere se marchionem Vol-
demarum esse. Mox ergo reperti denuo Voldema-
ri marchionis, tot ab annis amissi, fama per omnes
regiones didita fuit; eoque rumore permotis multo-
rum animis, complura castella, cum civitatibus et
oppidis, molitori deditionem faciebant. Si qui vero
dedere se nollent, tam auxiliaribus Karuli Bohemiæ
regis, et imperatoris septemvirum quorumdam suf-
fragiis electi, qui Bavaro infestus erat, quam Saxo-
nis Rudolphi copiis, ad accipiendum molitoris im-
perium, adigebantur : adeo quidem, minor ut
Brandeburgici principatus pars in potestate Ba-
vari maneret. Tandem intellectum, molitorem esse
C qui se pro marchione Voldemaro gereret. Qua
de causa Daniæ rex, et Ludovicus Romanus, alter
imperatoris Ludovici Bavari filius, Ludovici Bran-
deburgici frater, itemque Cracoviæ rex, et Ste-
tinensium dux, ac plures Poloniæ Silesiæque tunc
ad Poloniæ jura spectantis proceres, cum Bavaro se
conjungebant : quorum auxiliis adjutus, varias re-
rum difficultates utcunque superabat. Committeban-
tur et diversa prælia, nonnunquam vincentibus mo-
litoris illius copiis, qui marchionem se Voldemarum
asserebat : ac vicissim Bavari militibus aliquando
sua quoque tropæa statuentibus. Una tamen in pu-
gna quadam dimicatum a Bavari partibus sane quam
infeliciter, Ludovici Romani, qui Bavari frater
erat, auspiciis parum auspicatis. Nam is vix salvus
D evasit, captusque magna cum fictitii Voldemari
gloria fuit ex partibus Bavari, dux Rudolphus Pa-
latinus Rhenensis cum 79 nobilibus galeatis : quos
inter 40 Poloni numerabantur, et in his 14 tum
fratres, tum agnati, qui easdem gestabant galeas, et
gente Zetlizia nati erant. Ea clades tantum de Bavari
opinione deminuit, ut aliquot ab eo civitates deficerent, quæ prius ab ipso steterant. Hoc modo totum triennium durante bello, tranquillo principatus Brandeburgici possessione Bavarus potiri non potuit, donec tandem redactus in potestatem molitor ille, commentitius princeps et ad ignis supplicium damnatus exureretur. Non ovum ovo magis simile, quam hic Voldemari molitoris motus, illi Mustaphæ supposititii conatui similis erat. Ac

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ne quis inæqualem Dusmi fuisse Voldemarum, ratione potestatis et imperii, quod affectabat, suspicetur : ut nihil de labefactatis Osmanidarum viribus post calamitatem Bajazitis dicam, saltim videamus ex ipsis aliorum Annalium manu exaratorum Latinis verbis, quam potenti principi molitor ille succedere voluerit. Anno, inquiunt, 1310 Voldemarus Brandeburgensis marchio, mortuis fratruelibus et patruis, divisum in multas partes totum solus illius tituli obtinuit principatum : et glorians in fortitudine ac magnitudine potentiæ suæ, curiam celebrem et famosam indixit regibus et principibus prope longeque positis : habiturum se nuptias cum filia patrui sui significans, et omnes missis veredariis ad hujus solemnitatis gaudium invitans. Eam tenuit in civitate maritima Rostochio, sita maris ad portum, unde versus Daniam, Sueciam, Norvegiam, et ad partes alias navigatur : in quem etiam navigia mercium diversarum de diversis et remotis regionibus appellunt. In hac curia fuit rex Daniæ, cum duobus ducibus, fratribus suis, et immensa multitudine populi terræ suæ : duces, comites, liberi barones innumerabiles de Saxonia ; marchiones et magnates tam de illis quam de exteris partibus, quorum numerus vix poterat æstimari. Marchio manibus regis Daniæ miles cum magno decore insignitur. Mille septingenti nobiles, in hoc tirocinio, novæ militiæ cingulo per marchionem cum pompa maxima decorantur. Ibi dominarum de diversis partibus formosarum, sicut et militum, innumerabilis exstitit copia. Tentoria per campos erecta, scarlato circumdata, cum operimentis, subselliis et stratoriis, velut aurum micantia videbantur. Putei pleni vino, cerevisia et medone, ad potandum ; specus repletæ carnibus, piscibus et frumento ; naves onustæ speciebus aromaticis, ad corporales explendas delicias, habebantur. Quæ quidem gloria post hæc in favillam brevi est redacta, propter nuptias illicitas, et fastum gloriæ temporalis. Nam ipse Voldemarus marchio sine hærede decessit, et ad imperium totus ille principatus amplissimus devolutus fuit. Hactenus Annalium verba, quorum lectionem Magnifico Domino Hieronymo Beck a Leopoldstorf, ut alia plura, debemus. Ex his autem liquido paret, non minoris fuisse momenti Voldemarianum hoc negotium, quam illud Mustaphæum. Recenseamus et alia, quæ in comparationem utrinque venire possunt. A Mustapha stabat imperator Græcus istic, a Voldemaro stabat Germanus imperator hic : et tanto quidem potentior, quanto Græcum imperium id temporis Germanico debilius erat. Præter imperatorem cum Mustapha conjuncti principes illic, **433** hic Voldemarum quoque principes præpotentes fovebant. Debilitatam Muratis potentiam Græcus imperator et Turcici volebant principes, quod a Murate sibi metuerent, suaque tueri pariter, et prius ab Osmanidis sibi per vim erepta recuperare niterentur : itidem volebat deminutas Bavari vires Karulus imperator Occidentis electus, quod illum velut æmulum, qui patrem habuisset imperatorem, non abs re sibi suisque rebus formidabilem putaret : volebat eumdem ditione Brandeburgica pulsum Rudolphus Saxo, stirpe Anhaltinorum ex Alberti Urs. posteris editus, ut aliqua ratione principatum illum sibi suisque repetere tandem aliquando posset, quem jure propinquitatatis et agnationis cum Brandeburgicis principibus exstinctis, ad se pertinere putabat. Triennio toto Murates imperio potiri quieto non potuit, defendente se istic Mustapha, resque turbante Turcicas : hic triennio nec Bavarus uti frui Brandeburgica regione, nec vinci potuit Voldemarus. Mustaphæ tristis fuit illic exitus, hic infelicior molitoris Voldemari. Mustapham neci dedit istic laqueus, hic Voldemarum rogus absumpsit. Hoc modo causas, consilia, personarum rationes, et rerum eventa fuisse consimilia, respondentibus etiam temporibus ipsis, videmus : ideoque tam sibi rebus omnibus gemina, tam illustria duo sæculi unius exempla, jucunda lectu, consideratione digna, libenter hic ob oculos ponere studiosis historiarum voluimus.

84. *Vardarium oppidum, Vardarius amnis, Vardariotæ, Vardari, Verdari.*

Quod legitur in Annalibus Vardarium, Thessaliæ oppidum est, ad Vardarium flumen, quod Axium priscos dixisse, prætor noster et alii notant, ad septimum a Thessalonica lapidem situm : licet fossæ Vardariæ 100 milliaribus Græcis absint a Thessalonica, de quibus alibi. Meminit Leo Sapiens Augustus in Novella de thronis episcopatus Vardariotarum, quem metropoli Thessalonicensi subjicit. Et hosce Vardariotas etiam Turcos nominat, translatos aliunde scilicet huc ad Vardarium fluvium. Scribimus autem Vardarium, more Græco : cum alii Bardarium malint, contra pronuntiationem incolarum, quibus est Vardari et Verdari.

85. *Chusein beg, Græcis Zunaites.*

Quem Turcici Annales Chuseinem begum, Ismyræ principem, nominant, Laonicus Zunaitem vocat, Smyrnæum principem : qui cum Dusme Mustapha captivus a Græcis custoditus fuerit in Epidauri arce, nunc Monemuasia sive Malvasia, et in Imbro Lemnoque insulis, quandiu sultanus Muchemetes vixerit, cui quidem hac in re gratificati sint. At Muchemete mortuo, Mustaphas cum hoc liberatus, et Murati Muchemetis filio fuit oppositus, præsenti cum rerum Græcarum discrimine, sicut idem prolixe commemorat. Obiter hoc etiam adjicitur, Zuanitem hunc dici Sansovino, non Zunaitem : per oscitantiam scriptoris, ut puto.

86. *Vlubat, Lopadium, Lupadi, Rhyndacus, Michalizi.*

Monuimus supra, numero notarum 16, quod Turcis oppidum minoris Asiæ dicatur Vlubat, Laonico Lopadium esse, nunc vulgo Lupadi nomen habere. Meliensis Antonius, Podota noster, cujus

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

supra meminimus numero notarum 24, Lapidum quoque dici volebat. Sed hic addendum, non oppidum duntaxat esse Lopadium, sed etiam lacum Lopadium et profluentem e lacu Lopadium amnem, eodem conspici loco, et iisdem appellari nominibus. Licet hoc etiam perspicue de Laonici verbis intelligere, cum res easdem referens, ait : Eo tempore castra Muratæi metabantur prope Lopadium lacum, et regionem Michalicii vastabant : ubi lacus multis ambagibus per angustias in mare semet effundit, et ibidem pons est. Mustaphas autem accedens, castra locavit juxta ostium fluvii, qui ex lacu promanat. Quibus in verbis quæ Michalicii regio vocatur, nunc Michalizi, tam ab hujus nominis fluvio, quam ab oppido dicitur : quod a Lapido sive Lopadio milliariibus Græcis 10 distat. Addendum et hoc, amnem Lopadium priscis dictum fuisse Rhyndacum.

87. *Falso rumore didito, res magni momenti confecta.*

Præter illud stratagema, quo Mechemetes begus Michaloglius Mustaphæos proceres ac milites in partes Muratis attraxit, aliud etiam a Laonico memoriæ proditum est, quo singularis vafritiei commento res pariter ac spes omnes Mustaphæ funditus eversæ corruerunt. Ait enim, missis ad Græcorum imperatorem ac proceres, tam a Murate, quam Mustapha legatis, Græcos tandem re deliberata Mustaphæis assensos, Muratæorum postulata rejecisse. Tum vero Muratæos suorum in castra maxima cum festinatione reversos, mox falsum sparsisse rumorem, quo Græcos affirmabant Muratis partes amplexos. Ea re per transfugas, ut fit, in hostium quoque castris dilata, summopere perturbatos Mustaphæos, quorum legati cum peroptato Græcorum responso necdum appulerant, abjectis animis vel Muratis se gratiæ ac fidei permisisse, vel fuga saluti consuluisse : 434 quod ab ipso quoque Mustapha factum, Zunaite patritum ad principatum se recipiente. Memorabile profecto exemplum, quo pacto nonnunquam in bellis res maxime rumoribus vel prosperis, vel adversis, cum dexteritate sparsis, perficiantur.

88. *Buga, Guba, pro Buga.*

Quo loco sita sit Buga, satis intelligi potest de notatis superius ad numerum 24. A Leopadio non longe distat, habetque lacum, ex quo promanat amnis Buga, civitati cognominis. Recentioribus Juba vel Guba scribitur, litteris transpositis. Amnis Buga, quem diximus, Lopadio flumini miscetur, quod itidem Græcos olim Rhyndacum appellasse paulo ante notavimus.

89 *Genuenses quidam in Europam Muratis II copias trans Hellespontum, accepta mercede maxima, transportant.*

Referunt Turci, Muratem, ut Mustapham fugientem opprimeret, cum omnes ad Hellespontum propter Callipolitanum trajectum naves in terram ille subduxisset, mercatorum impositas navigiis copias suas trans Hellespontum vehi curasse. Quibus in verbis, quinam illi mercatores fuerint, non exprimitur. Sed Laonicus, rem disertius exponens, Præverterat, inquit, Amuratem Mustaphas, Callipolim transfretando. Amurates vero, nactus Januensium navim maximam, quæ forte appulerat, cum gubernatore paciscitur, ut se cum peregrinis et militibus Januæ (stipendiarios et Portæ milites vertere debuit interpres), reliquisque copiis, in Europam transveheret. Mercedem gubernatori solvit maximam, quantam pollicitus pecuniam fuerat, impigre numerando. Hinc ergo jam cognoscitur, mercatores illos fuisse Genuenses, quibus alii Muratem in singula transvehendorum capita ducatos singulos, alii binos solvisse memorant. Et notandus hic locus tam Laonici, quam annalium, propter nostrorum hallucinationes, quorum alii navatam hanc Turcis aiunt a Genuensibus operam tempore primæ Turcorum transjectionis in Europam, in quibus est Nicolaides, de quo supra dictum numero notarum 24 : alii referunt ad id tempus, quo rescissis auctoritate pontificis induciis, quas Vladislaus Polonus Ungariæ rex cum Murate pactus fuerat, Eugenius IV pontifex, et Italiæ principes, Ungaro promiserunt, se triremibus obsessuros Hellespontum : quo minus ex Asia Murates, ubi bellum contra Caramanum gerebat, in Europam transmittere, conatusque Vladislai regis, Europa Turcos ejecturi, posset impedire. Quo sane tempore, si Genuenses transportandis Turcis operam Murati navassent, ceu pessime de tota meriti republica Christiana diris omnium devoti fuissent. Sed hoc quidem eos Laonicus et Annales hi crimine liberant, cum interim negari nequeat, hanc Genuensium, privatorum tamen hominum operam, in hoc tempore contra Mustapham Murati præstitam, non leve Græcorum rebus attulisse damnum, ac proinde cæteris etiam totius Europæ populis Christianis fuisse noxiam. Bolairis et Ezeæ planitiei loca superius exposita sunt numero 25. Tantum hic observandum, nomine Boleri sive Bolairis, etiam oppidum hic situm intelligi. Mortis genus, quo Mustapham Murates affici jusserit, nimirum ut de pinna quadam murorum urbis Hadrianopolitanæ suspenderetur, a Chalcocondyle silentio præteritum, a Turcis memoriæ proditur.

90. *Lazari duo, Serviæ despotæ simul.*

His annis Bonfinius cum uno Georgio, despota Roxianorum sive Razianorum, qui et Servii, Muratem bella gessisse scripsit. Annales vero Turcici tradunt, anno Christiano 1427 Lazarum despotam senem ditione sua prorsus exutum, nihiloque minus anno sequenti proximo Muratem, instaurato bello, Lazari regionem universam populatum esse. Quibus ex verbis equidem colligo, nomine Lazari senis intelligi Stephanum, Lazari primi filium, quem Murates regno ejecerit : sed ab ejus filio receptam mox ditionem, a Murate direptam anno

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

proximo fuisse : Lazarum vero juniorem hunc, Georgii nomen habuisse perspicit ex horum despotarum stemmate lector, quod supra, numero notarum 54, dedimus.

91. *Ibrahim, Praimes et Mpraimes.*

Qui Turcis Ibrahim bassa, Chelilis bassæ pater dicitur, Laonico Praimes est, Alis filius : quo loco notavit ad libri marginem interpres, hunc eumdem esse cum Chaiambego, in quo sane fallitur. Nam hic Chaiambegus interpretis, Laonico libro sexto Carambes dicitur, Priami filius, Chelilis frater. Ubi nota, Priamum vocari nomine corrupto, loco Praimis, quem Græci Mpraimem scribunt, ob difficilem ipsis pronuntiationem litteræ nostræ B, pro qua MP ponunt : ut Mpajazites, pro Bajazites; Rompertus, pro Robertus : Mpiperius, pro Biberius, cognomine Tiberii ; Mpajulus, pro Bajulo : quæ posteriora duo reperiuntur apud Cedrinum et Gregoram. Laonicus libro deinde octavo etiam Preimem, sive rectius Mpreimem dixit. Et Græcum Praimes, sive Preimes, Turcicum Ibrahim, facta sunt ex Hebræo Abraham.

435 92. *Murates Salonicam expugnat.*

Annales hi quidem non indicant, cuinam Murates Salonicam sive Thessalonicam ademerit : sed res sic habet. Anno Christiano 1423 Thessaliæ civitas Thessalonica vendita reipublicæ Venetæ fuit ab Andronico Palæologo, Manuelis imperatoris Græcorum antepenultimi filio, penultimi Joannis, et ultimi Constantini fratre : cui lege permutationis, annui reditus civitatis Tarvisinæ cesserunt. Sed mortuus fuit Andronicus in itinere, dum Venetias navigaret. Nihilo minus urbe potiti Veneti, suos eo rectores misere : quorum primus fuit Marinus Bondomerius, cum titulo comitis Thessalonicæ. Venditio propterea facta fuit, quod Græci nullo se modo Thessalonicam adversus Turcorum vim posse tueri viderent, licet urbs ipsa magnitudine insignis, copiis locuples, Thermaici sinus portu nobilis, nec ulli Græcarum civitatum cæteris ornamentis inferior esset. Anno deinde 1431 sultanus Murates eam obsedit, ac multoties oppugnatam, Venetis tandem eripuit : cæsis defensoribus, ac præsidii Veneti reliquiis naves ingressis, quæ in portu stabant, earumque subsidio Turcorum e manibus dilapsis.

93. *Mons Zoga, qui et Toganus et Tuganus.*

Quæ Turci montana Zogæ vocant, Græci vel Toganum montem, ut Laonicus ; vel Tuganum, ut prætor noster, dixerunt. Laonici locus hic est. Mustaphas, inquit, tandem nusquam tutus, fuga se contulit in montem, quem incolæ Toganum vocant. Prætoris autem hæc verba sunt : Imperator etiam montem Tuganum in potestatem redegit, et oppidulum in eo condidit : quo Nicolaum Cotertzen ablegavit, ut excubias illic ageret, et Latinis intra Tzurulum degentibus negotia facesseret : quod quidem oppidum Tzuruli non magno tempore interjecto Romanis a copiis occupatum fuit. Quibus e verbis intelligitur, Thraciæ montem esse Tuganum vel Toganum, vicinum Tzurulo, de qua superius dictum, numero notarum 26. Zoga vero Turcicum, eam ad Toganum rationem habet, quod pronuntiationem attinet, quam Ozman vel Osman, ad Othman.

94. *Arbania, Albanum, Arnautlar.*

Quam Græci veteres Epirum dixere, nunc Arbaniam vocant et Albaniam. Nomen Arbaniæ reperitur in libro Græca lingua vulgari scripto, cui nomen Portolanus. Albanum prætor Græciæ noster hanc regionem indigitat. Incolæ Turcis Arnautlari nominantur, a quibus jam majori ex parte Morea quoque, sive Peloponnesus, inhabitatur.

95. *Herzec, Herzegovina : Bozina duplex, Sandalis regio, dux Sancti Sabæ.*

Regia Bozinæ superioris, versus Jadram sive Zaram et Epidaurum, nunc Ragusam se porrigentis, Herzeca a Turcis appellatur, a Castaldo, Chersec; ab aliis Orzega, a Bozinacis et Croatis Herzegovina : quod ducis sive principis sedes esset, quem Bocinaci Croatique, cum Ungaris, Germanico vocabulo nominant Herzog. Quippe duplex erat olim Bozina, superior et inferior : quarum hæc regem habebat, quem Illyricorum regem nuncupat Chalcocondyles : illa principem sive ducem, quem etiam Sancti Sabæ ducem vocabant. Laonico Sandalis regio dicitur, et incolæ Cudvergi ab eodem appellantur, haud scio, an non corruptis vocabulis, uno ex Sansaba, sicut Itali pronuntiant, altero ex Herzecovi. Sed plura de his infra, cum in Bajazitis II vita de Achmete bassa Cherseogli sive Chersecogli tractabimus, notarum 161 et 162 capitibus. In tabulis chorographicis pro Hercego civitate reperias alicubi scriptum, Sercico, sed corrupte.

96. *Bulci filia Murati nupta.*

Nomine Bulci accipe Georgium Bulcovitzium, Serviæ despotam, et vide notata superius, ad numeros notarum 46 et 54. Filiam hujus Murati nupta, plerique vocant Irenen, cognomento Cantacuzenam, in quibus est Geufræus, quem Reineccius sequitur. Sed hi quidem errant. Nam recte scripsit Spanduginus hanc Mariam fuisse dictam, quæ nata fuerit non Cantacuzino, sed Jurgo (sic Servii Georgium vocant) despota patre, Cantacuzina tamen Irene matre, quæ soror fuerit Georgii Cantacuzini. Georgius autem, quod Spanduginus non addidit, nepos erat imperatoris Joannis Cantacuzini, ex Matthæo filio, Albanensium principe. Quapropter hæc etiam Maria neptis fuit ejusdem Joannis imperatoris Græci. Fallitur et Bonfinius, qui despinam hanc Synderovia capta Turcorum in manus venisse scribit : cum ex Annalibus his constet, illam urbem anno demum post initum hoc matrimonium tertio fuisse occupatam. Et notandum, hanc Murati nupsisse anno Christiano 1435, vel Mahumetano 838; post biennium vero circumcisum fuisse Muchemetem Muratis filium. Hinc enim intelligitur, non fuisse natum ex Maria

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

despina Muchemetem, quod vulgo magnis etiam a viris memoriæ proditur. Quippe 436 bimuli apud Turcos circumcidi non solent. Et tradunt Annales, Muchemetem natum anno Mahumetano 833, circumcisum anno 841, unde colligitur, octennem fuisse, cum circumcideretur. Adde testimonia Græcorum, Chalcocondylis et Spandugini; quorum ille Georgii despotæ filiam, Muchemetis novercam expresse vocat: hic vero Muratem ex Maria despina nullam suscepisse sobolem disertis itidem verbis tradit. Habes etiam initio declarationis hujus, prima statim nota, de hoc quædam a nobis exposita.

97. *Buruz, Baraz, Cibura.*

Castrum (hoc nomine civitates etiam Turci vocant) Buruz, in Anatoliæ tabula chorographica, Baraz nominatur, et ad fluvium Madren collocatur, qui veteribus est Mæander. Olim Cibura dicebatur, unde per aphæresin Bruuz fecere Barbari, quod verum hujus nunc oppidi nomen est, non Baraz. Græci veteres Cibyren nominarunt, et allui a Mæandro flumine scripserunt. Leo Sapiens imperator hanc primo loco refert inter episcopatus Stauropolitanæ metropoleos in Caria.

98. *Ritus ponendi primum in sacris ædificiis lapidem.*

Inter alia, quæ Græcorum imitatione Turcos factitare solitos, aliquoties monuimus, hoc etiam refertur, quod hic narratur, Muratem novum templum Hadrianopoli conditurum, quodam die Veneris (quo Turci festum suum hebdomadarium celebrant) summo mane, primum templi lapidem manibus suis posuisse. Nam is quoque ritus a Græcis imperatoribus ad Turcos manavit. Recitabo duntaxat unum exemplum de omnium illustrissimo totius orbis ædificio templi Constantinopolitani sacræ sanctæ Dei Sapientiæ, qui Christus est. Id quo conditum modo, quantis sumptibus, quot annis fuerit, expositum a Græcis est libello quodam manu exarato. Leguntur autem in eo quædam huc pertinentia de Justiniano Augusto, tanti operis auctore, quæ Latinis verbis fere totidem lectori dabimus. Cum ponendo, inquit, fundamento principium daret imperator, Eutychium patriarcham advocavit, qui preces Ecclesiæ struendæ causa concepit. Imperator autem manibus ipse suis calcem testa prehendit, ac primus omnium in fundamentum projecit, et cætera. Quibus sane verbis, quonam modo primus lapis in structuris talibus poni soleat, declaratur. Nam cum maxima fundamentis ejusmodi saxa sunt adhibenda, quæ vix plures operarii simul, nedum unus aliquis princeps, loco movere possunt: amplissimus scilicet lapis ipso præsente, manumque nonnihil admovente, ad inchoandum opus ab his suo loco ponitur: cui deinde primus imperator, aut princeps auctor ædificii, calcem injicit: atque ita struendo ædificio principium dedisse intelligitur.

99. *Oppidi Semendriæ diversa nomina: Georgii despotæ Serviorum varii casus.*

Quod oppidum Serviæ, non procul a Belgrado ad ripam Danubii situm, Semender Turcis appellatur, aut Semendre, diversis est nominatum vocabulis ab historiarum scriptoribus. Synderoviam vocat Bonfinius, Spenderoben et Spenderoviam Laonicus, Simandriam Busbequius, Jovius Samandrium, Smendrovum Spanduginus: ex quo Laonici Spenderoben arbitror equidem mutandam in Smenderoven. Ungaris est Zendrew aut Sendrew, nomine a vulgo corrupto ex Sancto Andrea, cujus hoc cognomen habet et aliud castellum in Ungaria superiori, quod hodieque nostri juris est. Serviana Semendria sive Sendrevia nunc sangiacatus est, Budensi beglerbego subditus. Obsessa nunc a Murate, defendebatur a Georgii despotæ majoribus natu filiis, Stephano (qui per errorem a Laonico junior creditus fuit) et Georgio, sicut ait Bonfinius. Laonicus enim in eo quoque fallitur, quod Stephanum id temporis in castris ad Semendriam Muratæis fuisse scripsit, obsessumque duntaxat Georgium, tandem fecisse deditionem. Quippe fratres ambo deditione facta Muratis in potestatem venerunt, et eamdem sustinuere pœnam, oculis adhibito candenti ferro visu spoliati propterea, quod patrem instigasse filii ad defectionem putarentur. Is autem cum filio minimo natu Lazaro profugerat ad Albertum II imperatorem Austriacum, et Ungariæ Bohemiæque regem, Sigismundi Augusti generum et successorem, ut ab eo contra Muratis vires auxilia postularet: quæ quidem impetrata fuere, sed nihilominus succursum tardius, et interim dedita Murati Semendria. Quapropter Georgius cum Lazaro filio suisque thesauris, qui ducatorum quinquies centena millia continebant, ad Ragusæos se recepit, et ibidem in exsilio privatus aliquandiu vixit. Sed cum Murates non desineret agere cum Ragusæis, ut ipsi dederetur, quo quidem nomine maxima quæque Ragusæis offerebat ac pollicebatur: præmonitus ab eis despota, cum thesauris ad Alberti successorem Vladislaum Polonum, Ungariæ regem se contulit, ejusque tandem ope restitutus in integrum fuit, uti deinceps suo loco dicetur.

437 100. *Alba Græca, Belgradum Chriesch. Permutatio Georgii despotæ cum Alberto II Augusto, nomine Belgradi.*

Hujus etiam urbis varia nomina sunt, Alba Græca, Nandor alba, Beligrada numero multitudinis Cedrino, Belgradum, quod Serviorum lingua significat arcem albam (Potoni Bialogrod dicerent), Geufræus denique Criesch etiam dici vult, quod mutilatum est ex integro nomine Germanico, Griechisch Weissenburg, id est, arx alba Græca. Priscis Taurunum fuit, uti Busbequius ex antiquis numismatibus recte docet. Propugnavit eam hoc tempore contra vim Muratis Joannes Auranes. Obsidionem, quæ septem mensibus duravit, decadis secundæ libro quarto descripsit.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Bonfinius. Erat tunc in Ungarorum potestate Belgradum, quorum rex Albertus Austriacus eam munitionem a Georgio despota Serviorum jure donationis, ut Lazius, lege permutationis, ut alii scripserunt, consecutus fuerat. In Austriacis genealogiis Lazianis hæc legimus : Alberto secundo vix regni gubernacula ingresso, Amurates Serviæ despotam adortus, Albam Græcam ad confluentes Danubii et Savi positam, natura et opere munitam, obsidione cingere cogitabat, omni genere apparatus terra et aqua instructus. Quam vim ac potentiam hostis despota considerans, quo in cæteris tuendis auxilio sibi rex Albertus esset, munimentum illud ei donavit. Ab hoc Huniades illi loco præficitur, ob ejus singulare momentum : quippe qui ad trium fluminum confluentes situs, Savo in Italiam, Istro in Austriam atque Germaniam, Tibisco denique in Transsylvaniam, Poloniam et Moraviam, hosti potentissimo, viam ostentaret. Adventu Alberti cum copiis, Albæ obsidio solvitur. Hactenus Laziana, quæ errore non carent, cum dominationem intervenisse, non permutationem, tradunt. Audiamus et Laonicum. Erat, inquit, huic in Pannonia non contemnenda regio, cum urbibus multis et opulentis, quas permutatione facta cum Sigismundo, pro Belgrado Eleazarus acceperat. Hæc enim urbs mire placebat regi, ut opportuna, propter portus commoditatem. Quippe Belgradum duobus circumfluitur fluviis. Ab uno Ister, ab altero latere Savus fluit, qui istic in Istrum effunditur. Ergo Lazius ex Chalcocondyle corrigendus, ut permutationem factam sciamus, non donationem, ac vicissim Chalcocondyles emendandus ex Lazio, pro Sigismundo ut Albertus, pro Eleazaro Georgius ponatur. Bonfinius etiam ipsa loca recenset, quæ pro Belgrado hac permutatione Georgius acceperit : castella nimirum hæc, Zalonkemen (Salankemen vocabant nostri comites : situm est supra Belgradum, ad ripam Danubii, e regione ipsius ostii Tibisci, qui se in Danubium hic exonerat), Bechien, Kelpen (Ungari Kerpen dicunt), Vilagosuarum, Tocaium, Moncachum (Ungari Muncazium nominant), Thaalliam, Regesum : oppida vero hæc, Zathmarum, Bezermem, Debrezen, Thurum, Varsanum, et alia.

101. *Nova, Novogrod.*

Quæ Turcis et Croatis Nove dicitur, arcis novæ significationem habet, in Serviæ finibus sita. Nunc ibidem sangiacus est Turcicus, Budensi subjectus beglerbego, cum nomine Novogrodensis. Primus hanc Murates cepit, sed Christiani recuperarunt : et sub Muchemete secundo rursus eam amiserunt : in cujus vita de hac quædam adjiciemus alia, capite notarum 132.

102. *Scach Abedin bassa, Sabatines.*

Qui a Turcis hic nominatus scach Abedin, Italis historicis Sciabadin, ex Bonfinio, Chalcocondyli Sabatines eunuchus est, quasi Sa Badines. Sic Busbequio Sagtamas Persarum rex est, qui et nobis et ipsis dicitur scach Tamas, vel rectius scach Techmas : et idem Bagtamas eidem, qui nobis Beg Tamas, vel Techmas beg, id est, dominus vel princeps Techmas. Sic et Tzanisa Philippo Bergomati est scach Tzanorum. Edzis begi natales ad illum Edzem begum refero, qui sub Urchane Soleimani Urchanis filio militavit : et propterea begos hos Edzeos ipsis etiam Eurenosiis, et aliis nobilioribus Turcorum familiis, secundum Osmanidas, præferendos puto.

103. *Mesid beg interfectus, Pannodacia, Ardelium, Erdel, seu Ertel, Tosibinium, Laonici Cudunidas.*

Narrant annales Turcici, mandato Muratis Mesitem begum per Valachiam in Ungariam cum exercitu penetrasse, sed omnibus ibi cum copiis fuisse cæsum. Hic primum notabit lector, Mesitem Laonico dici Mezetem, Europæ præfectum, hoc est, Romaniæ beglerbegum, Bonfinio Mezethum. Valachiæ vero nomine, Transalpinam hic intelligi, auctore Bonfinio, de qua superius numero 71 dictum. Quod autem jussum referant Mesitem ingredi Ungariam, accipiendum de Transsylvania : quam hoc loco, sicut alibi quoque, Pannodaciam Laonicus a Pannonibus sive Pæonibus et Dacis, qui Valachi gemini sunt, a quibus Transsylvania circumdatur, appellat. Idem mox subjicit hæc verba : Pannodaciæ regio Ardelium nominatur. Addit etiam, metropolim hujus esse Tosibinium : quæ 438 vox quomodo ab interprete corrupta sit ex Cibinio, quod nunc manet apud Ungaros nomen, et Germanis est Hermestadium, supra capite notarum 12 docuimus. Et sunt profecto corrupta mirifice in edito Laonico vocabula propria. Quis Cudunidam cogitaret esse Culionidem, nisi valde peritus eorum temporum historiæ ? Bartholomæus is certe Collionus erat, nobilis dux Bergomas : cujus etiam gentiles si natos quis dicat ex familia de Collisionibus, quis divinare mox posset, hos ortos familia nobilium Bergomatum, quibus nomen sit a Collionibus ? Ita nimirum corrupta vox legitur in vita Karuli quarti Augusti, quam Reineccius noster publicavit. Ad annalium nostrorum seriem ut redeamus, erat id temporis Ardelii regio (nunc Ungaris Ertel dicitur) Jango Choniati commissa creditaque, sicut Laonicus ait : id est, Joanni Huniadi, longe illustrissimo duci, Matthiæ regis Ungariæ patri : quem Geufræus Jancum Banum appellat, vocabulis infra declarandis. Hic Mesitem Romaniæ beglerbegum, auctore Bonfinio, cum viginti millibus Turcorum fudit, cæcidit, interemit.

104. *Sophia, Tibisca, Scopia, Sardacia, Sardica, Triaditza.*

Satis notum est Sophiæ nomen, oppidi Bulgariæ magni et populosi, licet nulla sit ex parte munitum. Ibi diem nos unum et alterum hæsimus. Ad marginem Chalcocondylis hæc ascripsit interpres verba : Sophia, nunc Scopia. Manifestus hic error est, cum urbem Scopia diserte Laonicus in Macedonia collocet. Vide notata inferius capite 169. Ma-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rius Niger Sophiam veteribus appellatam putat Tibiscam. Bonfinius ait, urbem a templo, quod magnifico sumptu Justinianus exstruxerit, nomen accepisse. Atqui nullum hic templum tale vel olim fuit, vel hodie saltim ex aliquibus ruinis agnosci potest, et a templo Constantinopolitano, quod Justinianus Sanctæ Sophiæ sive Dei Sapientiæ nomine splendidissimum condidit, hoc oppidum, quatuordecim vel quindecim dierum itinere dissitum a Constantinopoli, vocatum fuisse, quis credat? Idem addit, Sardaciam hanc olim fuisse dictam, a Sardis et Dacis, hoc est, a gentibus longissimo terrarum spatio et ipso quoque mari discretis. Subjicit deinde, celebratam ibi fuisse quondam synodum Sardaciensem vel Sardaicensem. Hinc vero tandem intelligitur, de Sardica loqui Bonfinium, ubi Sardicensis habita synodus fuit, sub imperio filiorum Constantini Magni. Ea vero non hic quærenda, nec hodie Sophia dicitur, sed Triaditza : quod ei nomen etiam ætate sua fuisse, Glycas noster scripsit.

105. *Scachi Abedinis expeditio infelix. Jancus Turcos cædit.*

Cum hic dicatur ablegatus fuisse beglerbegus Romaniæ, hoc est Europæ, scachus Abedines, cum universis Romaniæ copiis, et acanziis, et genizaris, haud dubie magnus illi a Murate datus fuit exercitus, quem Bonfinius æstimatum fuisse scribit octoginta Turcorum millibus : quod equidem annalium verba considerans, vero consentaneum puto : quamvis adjiciat Bonfinius, id non facile fidem admittere. Cæsorum certe numerus ei fidem facere debebat, cum fateatur triginta Turcorum millia fuisse tunc interfecta, capta quinque millia. Expeditioni causam præbuit tum Mesitis bassæ calamitas, paulo ante cum suis ad internecionem deleti ; tum utriusque Valachiæ defectio, quæ auctore Joanne Huniade, Turcorum a fide discesserat. Hunc enim annales intelligunt Janci nomine, quo gentibus illis Joannes dicitur. Laonicus (ut indicatum) Jangum Choniatem, Spanduginus recte Jancum Vaivodam appellat, videlicet Erdelii sive Transsylvaniæ, Geufræus Jancum Banum : de quibus officiorum ac dignitatum in Ungariæ regno præcipuarum nominibus, partim capite notarum 71 diximus, partim infra dicturi sumus.

106. *Vladislai regis Ungariæ prima contra Turcos expeditio.*

Ante omnia declaremus hic positarum in annalibus personarum aliquot nomina. Rex Ungarorum expeditionis hujus auctor Vladislaus erat ex Poloniæ regum Jagelloniæ stirpis familia : quem Ungari plerique deserto Ladislao Austriaco Alberti secundi Augusti posthumo regni administrationi præfecerant. Jancus qui nominatur, Joannes est Huniades, Lazarogli, sive filius Lazari, Serviæ despota Georgius, Græcis et nostris Stephani filius, Lazari nepos. Casan vel Casam bassa Turcis scribitur, quem Geufræus Carambegum nominat, et nigrum dominum sive ducem interpretatur : Philippus Callimachus magis corrupte Carambum vocat, Laonicus Chasanem, sicut et Turci : quod verum ei nomen fuisse crediderim, et alterum cognomen, a nigredine : sicut et aliud Celepini cognomen eidem tribuit Bonfinius a nobilitate. Turci tradunt, Romaniæ sive Græciæ beglerbegum hunc fuisse, Laonicus Europæ ducem, quod idem est. Bonfinius vero Natoliæ facit beglerbegum, et copias huc e Natolia traduxisse memorat, quod vero non fit simile. Nam ut nihil de consensu horum annalium cum Laonico dicam, sane credibilius est, hunc Græciæ vel Europæ beglerbegum **439** fuisse, qui occiso ab Huniade scacho Abedini Romaniæ beglerbego successerit, et e propinquo cum Europæ copiis hosti occurrerit : cum Anatoliæ beglerbegus ab hisce regionibus longius remotus esset, nec cum exercitu tam facili momento posset Hellespontum transmittere : ut interim taceam, quantum periculi rebus Anatoliæ creaturus fuisset beglerbegi discessus in Europam, necdum ab Osmanidis oppressa Caramani, hostis perpetui, et aliorum potentia. Quod cæsus fuisse cum suis Casanes in annalibus legitur, non sic accipiendum, ac si fuerit interfectus. Tradunt enim scriptores historiarum magno consensu (præsertim Bonfinius et Callimachus, qui aut tunc, aut non multo post vixit, et Poloniæ regibus, Joanni præsertim Alberto, familiaris fuit), hunc bassam non occisum fuisse, sed captum.

107. *Clisuræ Isladinæ, Sladitza, priscis Osmus fluvius. Capi Derbent.*

Clisuras dixi, nomine Græcis historiis noto, vias sive transitus angustos admodum, per loca montuosa, quæ Latinis olim furcæ nominabantur et fauces. Sic Justiniano Rinotmito Cedrinus ; in reditu ejus obsederant Bulgari vias in angusto clisuræ. Exposuit et restituit alicubi vocem Cujacius, jureconsultus clarissimus, derivatam a verbo Græco, quod occludendi significationem habet. Isladinas vero clisuras hic intelligunt Turci, quæ in Thraciam ex Bulgaria profecturis in Hæmo monte occurrunt eo loco, quo parvus amnis Sladitza subter clisuras Hæmi labitur. Nam uti Bonfinius scripsit, a Sophia duplex iter est ad superandum Hæmum in Thraciam et Macedoniam euntibus. Unus aditus a Trajano plerisque putatur factus, ubi adhuc quadrato lapide porta maxima spectatur. Alter ad parvum est amnem, quem Sladitzam Bulgari vocant. Prius iter nos tenebamus, in quo portam illam reperimus, ad pagum Bulgaricum sitam. Et locum hunc Turci comites nostri nominabant Capi Derbent, hoc est, portam faucium vel augustiarum. Alter aditus est ille, de quo hic agimus, et quem Isladinum annales vocant, a Sladitza fluviolo. Cedrinus hic amnem Osmum ponit, quem arbitror esse Sladitzam. Locus est in vita Constantini Monomachi sive Gladiatoris. Basilitzæ nomen apud Laonicum, in expositione cladis hujus Turcorum, vitiose scriptum vix dubito ; licet non ignorem velle Geufræum, Basilitzen novo vocabulo nunc

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Hæmum dici; cujus opinionis penes ipsum fides esto.

108. *Georgius despota cum Lararo filio restitutus a Murate.*

Lazarogli, sive Lazarides, Georgius scilicet despota, post primam hanc expeditionem Vladislai regis, in gratiam rediisse cum Murate traditur hic in annalibus, idem Laonico referente; sed addit hic, fuisse tunc restitutum cum patre Georgio Lazarum quoque minorem natu filium, cum tributi quotannis solvendi onere, quod erat definitum parte dimidia redituum totius Serviani despotatus. Hinc ergo Cureus Silesiorum chronographus refutatur, qui scripsit, Georgium post cladem Varnensem Amurati reconciliatum, sua recuperasse, hoc est, anno post hanc Vladislai victoriam tertio: cum omnino constet, ante Varnensem expeditionem invitatum a Vladislao rege despotam ad belli contra Muratem suscipiendi societatem, id nullo modo facere voluisse, regemque cum Huniade propterea sibi reddidisse infestum. Capita pacis inter Vladislaum et Muratem, post cæsos ad Isladinas fauces Turcos, apud Laonicum, Bonfinium et alios leguntur.

109. *Chelilis bassæ nomen corruptum.*

Attigimus de hoc quædam numero notarum 29, et rursum 91. Apud editum certe Laonicum tam filii Chelilis, quam patris Ibraimis hic corrupta leguntur nomina. Sunt enim hæc ejus verba: Potentiam maximam tenebat Chatites Priami filius, quo in Januis regis vir prudentior non erat. Primum in his Chatites, mutandum in Chaliles, et Priamus in Praimem vel Mpraimem: quibus litteris Mp Græci nostrum B conantur exprimere, sicuti cap. 91 dictum: prorsus ut Mpraimes sit Braim vel Ibraim. Geufræus etiam nomen ejus corrupit, cui Chaly bacha scribitur, et Haly bacha, pro Chalil vel Chelil bassa. Laonico sane Chaliles, et Alies, vel Halies (qui Turcis Ali), diversa nomina sunt.

110. *Expeditio secunda Vladislai regis, post violatas decennales inducias.*

Causas expeditionis secundæ Vladislai regis annales hi Turcorum non exposuerunt, sed apud nostros, Laonicum, Callimachum, Bonfinium, plene commemoratas legimus. Tradunt enim, Eugenium quartum pontificem, ubi decennales Muratem inducias cum Vladislao rege pactum accepisset; tantum opera Juliani cardinalis Cæsarini legati a latere, apud juvenem et avidum gloriæ regem, adversantibus interim magnis viris, qui religionem pacis ac fœderis, intervenientibus sanctissimis jurisjurandi 440 vinculis icti, minime violandam assererent, perficere potuisse; tandem ut auctoritate pontificia rescissis induciarum pactis, arma contra Muratem rursus capienda decerneretur. Aiebat enim pontifex, initam cum infidelibus pacem, non consulta prius apostolica sede ratam haberi non posse; præsertim quod ea videretur in perniciem ac detrimentum reipublicæ Christianæ facta. Sic redintegratum temere fuit bellum, de cujus exitu plerique viri sapientes male tunc etiam ominabantur. Quippe Murates bona fide præstiterat, quæcunque mutuæ pacis tabulis ad se pertinentia continebantur, et præstiturum se fuerat pollicitus, nihil minus fore veritus, quam ut Christianus rex, tantæ virtutis ac fidei, cum Huniade cæterisque præstantibus viris, tam infami perfidiæ scelere semet obstringeret. Sed enim lectorem ad eos quos dixi, Callimachum præsertim ac Bonfinium remitto.

111. *Matera, Sckuli, Nigeboli, Burwad.*

Pro Matera Callimachus et Bonfinius nominant Pezechium, pro Schulio Callimachus Sunium, Bonfinius Sunium, quæ Sulio respondere arbitror molliori pronuntiatione veriorique scriptura. Bonfinio Macrapolis etiam recitatur, quæ Matera sit necne videant alii. Vi quidem capta fuisse Pezechium et Sulium, annales innuunt, Callimachus et Bonfinius affirmant; cumque neminis vitæ parceretur, interfecta Turcorum ibidem quinque millia periisse. Nigebolim supra diximus capite notarum 51 Turcis esse dictam, quam nos vocamus Nicopolim. Buruvadam annales occupatam præsidium accepisse narrant. Ergo illa sponte se dedidit, nec vastata fuit. Unde colligitur a Turcis Buruvadam vocari, quam Callimachus Tavarnam, Bonfinius Cavarnam dixit. Hanc enim ultro deditionem fecisse commemorant, exemplo Pezechii Suliique territam.

112. *Diversæ de altera Muratis in Europam transjectione cum exercitu opiniones.*

Diximus supra, numero notarum 89, Muratem bello contra Mustapham suppositiium fratrem, Genuensium quorumdam opera, numerato his maximo pretio, trans Hellespontum pervenisse cum copiis: idque verum esse, testimonio Laonici docuimus. A quibus autem hoc bello contra Vladislaum Ungariæ regem, Muratis exercitus in Europam transvectus fuerit, equidem hactenus intelligere non potui. Non ausos id tunc facere Genuenses, facile crediderim, propter Italiæ totius consensum: quæ maxima Turcorum ex Europa pellendorum ac radicitus exstirpandorum spe concepta, classem ad angustias Hellesponti miserat: qua fatentur ipsi Turcorum annales impeditum fuisse Muratem, quominus in Europam transjicere cum suis per Hellespontum posset. Nec dissimulaturus tanti sceleris auctores erat cardinalis Florentinus, Italicæ classis præfectus: siquidem illius affines esse culpæ Genuenses constitisset: minus eis parsurus Eugenius, papa Venetus, exitiali Genuatibus odio cum aliis Venetis infestus. Duntaxat in litteris suis, quarum Bonfinius meminit, Muratem cardinalis scribit elusis astu vel largitione speculatoribus ad Calliopolim tranjecisse. Quæ verba quonam modo cum verbis annalium concilianda sint, aut aliter intelligi possint, quam cum ipsius cardinalis ignominia, negligentiæ semet arguentis, equidem non video. Cur enim Italicæ classi præfectus non impediebat, quominus vel

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ad Calliopolim, vel alium Hellesponti locum ille transjiceret? cur in se culpam tacite confert? cur escitantiæ semetipsum accusat? Ait enim, ad Calliopolim transmisisse Muratem, a quo transjectu ipse Muratem arcere jussus fuerat. Ex adverso scribunt Turci, classem Italicam in tempore Calliopolim appulisse, Muratemque præpediisse, quominus illic transmittere potuerit. Audiamus et Laonicum, qui per otium trajecisse Muratem narrat, cum adverso vento diebus aliquot durante, impedirentur Itali, quominus ex Propontide in Hellespontum contra Muratem venire possent. Interea vero Muratem ad turrim sacram, quæ in Asiatico littore sita sit ad angustissimum in Propontide locum, transmisisse. Excusat hic quoque cardinalem classis præfectum, et ubi transjecerit, sua quidem opinione, Murates, indicat, nisi quod per errorem scribit interpres, factum hoc ad angustissimum in Propontide locum : pro quo, in Hellesponto, dicere debebat. Bosphorus enim angustias habet, commodas ad transjiciendum; Propontis vero nullas, nisi qua in Ægæum mare per Hellespontum erumpens, a Calliopoli usque ad arces, quas Dardanellos vocant, spatio viginti septem milliarium, in artum cogitur, ut antea capite notarum 24 diximus. In hac ergo narrationum diversitate nihil invenio probabilius, quam quod annalibus his memoriæ proditur : Muratem scilicet ab Italis impeditum ad Calliopolim, ea relicta, sursum (non deorsum, ubi situm erat illud Dianæ fanum vel hieron, quod male turrim sacram reddidit interpres) cum exercitu per Bithyniam profectum, e regione illius loci, quo loco nunc arcis novæ structura cernatur, mercatorum naviglis in Romaniam sive Thraciam transjecisse. Nam hinc manifesto paret, eum nec ad Calliopolim, nec ad Dardanellos, nec ad ullas alias Hellesponti **441** angustias transvectum : sed supra Constantinopolim, versus pontum Euxinum, in ea Bospori parte, qua is artissimus est inter Asiam et Europam, et ubi propterea novam arcem (Neocastron Græci vocant, ut paulo post dicetur capite 128, ad unum supra Constantinopolim milliare Germanicum) Muratis filius Muchemetes exstruxit, ut hic ex Asia in Europam, vel vicissim ex Europa in Asiam transjectu facili ac brevi, quoties libuisset, nemine prohibente, cum exercitu posset transmittere. Quidquid dicat Laonicus, quidquid scripsisse cardinalem, male fortassis ab exploratoribus instructum, Bonfinius asserat, hæc potius ego vera puto.

113. *Varna, Stagnum Varnense, Caliacra.*

Civitas est ad Pontum Euxinum Varna, quam Ortelius Odessum priscis, vel Odyssum dictam tradit, alii Dionysopolim faciunt. Anchialus esse de Curci sententia nequit, cum ea superstes Achelo nunc dicatur, nomine non admodum recenti. Nam et Cedrino Acheloum vocatur, et apud Symeonem magistrum officiorum in historia necdum edita legitur, Anchialum recentiori vocabulo nominari Achelo. Barnam scribunt Chalcocondylis interpretes, et apud Cedrinum tum Barnam, tum Barnas numero multitudinis, doctissimus Xylander, nobis, dum viveret, amicissimus. Ad Varnas, ait Cedrinus, castra Bulgari posuerunt. Item, Catacalo (inquit Cedrinus) sitarum ad Istrum urbium locorumque præses, cum Rossis occurrisset juxta litus Varnæ, quam ita vocant, manumque consertisset, eos in fugam egit. Hic littoris Varnensis fit mentio, Callimachus etiam sinum maris et stagnum, Bonfinius paludem nominat. Hæc pactionibus regi Vladislao dedita fuit, ut scripsit Laonicus : Caliacra vero vi capta, cujus hic in annalibus nulla mentio. Bonfinius tamen eam silentio non prætermiit, et male Callacrium scripsit : nomen hoc addens oppido datum, a Gallis ex Asia, re infeliciter gesta, reversis : ut Callacrium quasi Gallacrium diceretur. Atqui Caliacra significat Græcis bonum vel elegans promontorium. Mario Nigro, hodiernam Græcorum pronuntiationem secuto, Chaliacra vocatur.

114. *Pugna Varnensis, Cara Michail.*

Hoc prælio Vladislaus rex pugnasse dicitur ab uno latere, vel secundum Laonicum, in dextro cornu : Cara sive Niger Michael in sinistro, de quo tamen aliud præterea nihil memoriæ proditum reperio. Bonfinius eadem de Nigro Michaele commemorat, ac diserte profitetur, ex Turcorum se narrationibus illa repetere, ne verbulo quidem attingens, quis fuerit iste Michael. Laonicus ait, Dacos in sinistro curasse cornu, quibus fortasse Michael Zilagius præerat, cujus sororem Huniades habebat in matrimonio. Equidem alium divinare Michaelem, id temporis apud Ungaros celebrem, non possum.

115. *Laonici locus emendatus et expositus. Chazilar, Vitezi.*

In primo conflictu cæsus fuisse refertur ex parte Muratis Anatoliæ beglerbegus. Hanc interempti Anatoliæ beglerbegi gloriam Laonicus Huniadi, fortissimo duci, tribuit. Hoc autem loco facturum me pretium operæ spero, si verba quædam Laonici partim corrupta, partim obscura, restituero et illustravero. Ea vero tam apud Latinum, quam Gallicum interpretem, hujusmodi sunt : Joannes Choniates habens Phazen, id est eos qui Bitaxides vocantur, ibat in Asiæ ducem. Opinor aliis hæc legentibus idem accidere, quod initio mihi contigisse memini. Nimirum monstrum quoddam arbitrabar esse Phazen, ex quo uno mox plures nescio qui Bitaxides, velut ex equo Trojano prodierint. Ne diutius avidum lectoris animum detineam, dico sic ista legenda : Joannes Choniates habens secum Chazes, id est eos qui Vitezides vocantur, ibat in Asiæ ducem. Quæ verba lector ut intelligat, Turcis Chazi norit significare strenuum militem, quæ vox numero multitudinis Chazilar eis effertur, Græcis Chazes, hoc est, strenui milites. Iidem

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vero lingua Ungarica dicuntur Vitez, ut Germanica *Ritterslent*. Ex hoc autem Vitez Chalcocondyles more Græco formavit Vitezides. Hoc modo nihil in Laonici verbis obscuri restat. Gallicus interpres Ungaricarum rerum imperitus, alio loco Bitezides cum Hussaris confundit, qui levis apud Ungaros armaturæ sunt equites. Solent autem hujusmodi Chazilari et Vitezi tam apud Turcos, quam Ungaros, habere certas quasdam notas, quibus ipsi præ cæteris militibus conspicui sunt : et in primis tot gestant ardearum in capite pennas, quot hostes vel in prælii, vel duellis, quæ utrique genti frequentissima sunt, occiderunt. His ergo militibus strenuis stipatus Huniades, Anatoliæ beglerbegum invasit, et cum suis occidit.

116. *Precibus Muratis mutata prælii facies. Inauditum pignus fidei causa Murati datum.*

Non a Turcis tantummodo memoriæ proditum est, constitutum in maximo discrimine Muratem auxilium cœlitus implorasse, verum etiam ab historicis Christianis idem relatum in litteras, quorum aliqui rem non temere silentio præteremdam produnt. Quippe commemorant, poscente Murate certum aliquod a Vladislao rege pacis inviolabiliter observandæ documentum, profano **442** quorumdam consilio traditam ei fuisse hostiam, ecclesiastico ritu consecratam : ne scilicet ullo modo de fide voluntateque regis, accepto tam augusto pignore, dubitaret. Postea vero perturbatis (ut dictum) induciis, cum ad arma deducta res esset, ac prælio Varnensi cæsis in utroque cornu Muratæis, in extremo res Turcorum discrimine versarentur : Muratem e sinu prolata Christianorum hostia, et erectis ad cœlum oculis, in hujusmodi quædam prorupisse verba : Christe, si Deus es, ut Christiani tui de te perhibent, vindica perfidiam tuorum, qui te mihi dedere pignori, nihiloque minus adeo religiose sancitam pacem per summum scelus violarunt. Quibus in hunc modum ab ipso prolatis ea scilicet evenerint, quæ tam ab hostibus, quam a nostris recitantur. Philippus tamen Callimachus hanc rem tam secreto referre videtur actam, nihil ut certi de tradito tali pignore vulgo constaret.

117. *Cheser, et Cheter beg, idem. Vladislao regi caput amputat. Elpiorum familia.*

Narrant Annales ei qui Vladislao regi prostrato caput amputarit, et Murati obtulerit, nomen fuisse Cheser beg, eumdemque natum ex Elpia fuisse familia. Chalcocondyles autem scripsit, nomen peregrino, qui Murati caput interempti Pannonum regis attulerit fuisse Therizes : qui virtutis insigne præmium a rege consecutus sit. Hic inter se diversa duo recitari videmus. Primum est, peregrinum Laonico fuisse, qui caput regis attulerit, hoc est Azepum sive peditem stipendiarium, pro quo begum posuerunt Annales. Et begorum nomine proceres apud Turcos appellantur. Alterum, nominis ipsius discrepantia, cum ille Therizem dictum fuisse

A velit : Turci vero Chezerem nominent. Quod prius attinet, potius equidem Turcis habendam fidem arbitror, ut ex procerum numero fuisse credatur, qui Elpiorum familia natus erat. Hanc enim initio declarationis hujus videri eamdem esse cum Oguzia, monuimus. Is ergo regi caput amputavit, cum alius quidam ex Azeporum sive peditum numero, incisis equi regii tendinibus, eum cum ipso rege humi prostravisset, ut Turci referunt. In nomine non magna diversitas est, nisi quod Laonicus vulgo notum et mutilatum posuit. Quippe Cheser elegantius apud Turcos loquentibus idem est cum eo qui a vulgo pronuntiatur Cheter, ex quo Cheteris nomen Laonicus sub finem octavi libri fecit : hic Therizem mutilate scripsit, pro Cheterize. De ipso B Vladislai regis amputato capite quid factum postea fuerit, paucis Thomas Ebendorfus in Austriacis suis exposuit. «Caput, inquit, Vladislai, cum armis, et dextra, ferur pro jocalibus (id est, cimeliorum loco) regi Tatarorum oblatum.» Nimirum in vindictam perfidiæ dextra quoque mortuo præcisa fuit, qua fidem dederat.

118. *Interemptorum utrinque prælio Varnensi numerus variat.*

Dies ille quo pugnatum ad Varnam, traditur a nostris fuisse decimus mensis Novembris, anno 1444. Geufræus undecimum statuit. Bonfinius cæsa prodidit Christianorum ad 10,000, Turcorum ad 30,000. Numerus militum, qui regis in exercitu C fuerit, a Bonfinio positus plurimum discrepat ab eo quem Turci memorant. Nam hi de 80000 loquuntur, ille tantummodo de 16000.

119. *Chadum bassa, Semisse aspri auctum genizarorum stipendium.*

Quem hic Annales nostri Chadumem bassam vocant, Laonico Phatumes est, regiæ domus judex. Hoc ideo duxi notandum, quia confirmat id quod paulo ante scripsi numero 115, Phazen alibi mutandum in Chazes, ut hic Phatumes in Chatumes, quod idem est cum Chadumes. Id vero nomen Chadum vel Hadum, castratum vel eunuchum significat. Inde quod dicitur, adjecisse Muchemetem stipendio Genizarorum semissem aspri : ex more D Turcorum intelligi debet, qui a sultano suo diurnas annonas accipiunt : non menstrua, nec annua salaria, quæ principes nostri dare solent. Causas revocati a bassis ad gubernationem Muratis, Chalcocondyles exposuit.

120. *Moreas, Geremé, Tzaconia.*

Moreas, genere masculo, dicitur a Græcis hodie, quæ Peloponnesus olim vocabatur. Nomen ipsum, quod apud Damascenum Studitam reperitur, derivant Græci nunc ab arbore moro, quod tota regione scilicet arbor hæc frequens sit. Hic expugnatam a Murate Geremen, excidioque datam, tradunt Annales : quam arbitror esse veterem Gereniam Peloponnesi, quod oppidum Ptolemæus in ea Peloponnesi parte collocat, quæ Laconia dice-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

batur olim, nunc Tzaconia, non Sacania, sicut Ortelius prave scripsit.

121. *Ibanis seu Joannis ditio, Cotziacum, sive Getia, Iscodar, Scodra Scutarium. Ischender beg.*

Annales hi ditionem Joannis vocant, quam Ibanis regionem dixit Laonicus. Ivanem vero scribere debuit interpres. Etenim Servianis Iwan, ut hodie Rossis quoque Joannes vocatur. Intelligitur autem Joannes Castriotes vel Castriotus, partis Albaniæ princeps, pater Georgii Castriotis, qui nominabatur a Turcis Ischender beg, id est dominus Alexander, ex quo **443** Scanderbogum fecerunt alii, magnumque Alexandrum non recte interpretati sunt. Corruptius eumdem Bonfinius Sandorobechum appellavit. Laonicus Scenderem scripsit, qui puer in januas regis venerit, hoc est, ad Portam Osmanidæ principis; et hoc tempore Muratem ei bellum fecisse commemorat. Chalcocondylis interpres hoc loco margini Calcioli nomen ascripsit, pro nomine Castrioti. Cotziacum in hujus belli narratione, libro septimo Laonici, Getia vocatur: vicina Cruæ (Crojam nostri dicunt, de qua plura paulo post), quam post Getiam, licet frustra, Murates adortus fuit. Iscodarbeg Turcis est Scodræ dominus sive princeps, videlicet hic ipse Georgius Castriotus, de quo dictum. Scodra vero Græcis est integra voce Scutarium. Plinius tamen alicubi Scodram vocat, et in Novella Leonis Augusti de thronis etiam Scodarum episcopatus sub Dyrrhachina metropoli reperitur, qui sane non diversus est ab ejus civitatis episcopatu, cujus hic fit mentio. Fallitur Barletius, cum Turcis Scandriam dici putat, quasi Alexandriam. Nam Iscodar non est Scandria, nec Alexandria vocatur eis Scandria, sed Ischendrie.

122. *Saxones in Huniadis exercitu. Sazii, Sassii, Sassia.*

Mirum alicui videatur, cur Annales mentionem Saxonum hic seorsum faciant, cum statim in genere Germanorum nomen subjiciant, quo Saxones etiam continentur. Ejus eximendi scrupuli causa dico, non hic nostro in Germania Saxones intelligi: sed Saxones Transsilvaniæ vel Erdelii, vel Septemcastrensis in Ungaria regionis incolas, qui Sassios sive Saxones hodieque se profitentur, et a Ceculis, ejusdem regionis incolis, tam lingua, quam aliis rebus, omnibus differunt. Hinc Bonfinius in Transsilvania sitæ Saxobaniæ mentionem facit, pagina 612 postremæ Francofurtensis editionis, quam Sambuco nostro clarissimo debemus: cujus equidem mortui memoriam cum benevolentia usurpo, et præter meritum a quodam excellentis ingenii doctrinæque viro, nobis itidem amico, mox a morte paulo tactam inclementius, doleo. Et ibidem Sambucus margini nomen Saz, ad Saxobaniam ascripsit: quo significare voluit, hanc a Saziis sive Sasziis sic dictam. Notum vero, Saxones a Germanis, quos superiores vocant, ita nominari: cum ipsi patriam suam Sassiam, seque Sassios indigitent. Iis conjunge, quæ supra de Nemetsassiis capite 71 exposuimus. An autem victi Saxones nostri a Karulo magno Augusto, quemadmodum in Flandriam, sic etiam in hæc Erdelii loca translati fuerint, quod aliquibus persuasum video: non hujus est loci, prolixius discutere Mihi quidem vix vero fit simile, qui sciam uno sæculo Saxones ante Karulum magnum in Pannonia cum ipsis fuisse civibus suis Longobardis; ut omittam alia, quæ sane plurima possent in medium afferri. Copiæ nostrorum, quas Turci maximas fuisse dicunt, hominum viginti duo millia continebant: præter Valachos tamen, uti Bonfinius meminit.

123. *Valachi a Turcis cæsi, justo judicio vindicatum in transfugas.*

Aiunt Annales, cæsos a limitotrophis aliquot proceribus Turcicis fuisse Valachos ante commissum in planitie Cosovana prælium. Chalcocondyles vero tradit, Valachos ab Ungaris et cæteris Christianis ad Muratem sub ipsam defecisse Cosovanam dimicationem: deque sententia Muratis arma ponere jussos, in exercitus utriusque conspectu, summa cum omnium admiratione, ceu perfidos transfugas ac desertores, trucidatos fuisse. Quod equidem exemplum singularis in Murate severitatis ac justitiæ, præteritum a Turcis esse silentio, non abs re miror.

124. *Annus prælii Cosovani, numerus utrinque cæsorum. An Morava fluvius idem cum Schitniza.*

Notavimus in margine libri annum Mahumetanum 855. quo pugnatum in Cosovana planitie, respondere Christiano 1448: quo Bonfinius etiam dimicatum scripsit. Idem addit, periisse continuis hisce conflictibus Turcorum ad triginta quatuor millia, Christianorum vero duntaxat octo millia, quemadmodum Murates ipse suis in litteris ad Corinthios fassus fuerit. Cæterum hoc loco præterire silentio non possum, me superius numero notarum 48 pollicitum explicationem quæstionis, an Schitniza fluvius idem sit cum Morava. Sic enim hunc cum incolis voco, qui Chalcocondylis interpreti Morabas scribitur. Cedrinus alicubi Moravem tam fluvium, quam castellum ad ejus ripam positum, non procul a Beligradis, nominare videtur. Pervenit, inquit, usque ad Moravem et Belegrada, quæ castra sunt Pannoniæ, in Transistriana regione sita, et Crali Turciæ vicina. Quibus verbis ultimis Crales Turciæ significat Ungariæ regem. Sæpius enim repetit Cedrinus, Unnos et Ungros dici Turcos. Idem hos in Pannonia Turcos occidentales discernit a positis in vicinia Persarum Turcis orientalibus. Et Turcia Persis hodieque dicuntur Mogores, quod nomen genti suæ nunc etiam tribuunt Ungari, sicut Eginhartus quoque Karuli Magni tempore scripsit. **444** Ugros vel Ungros et Magores eosdem esse. Nota vox Ungarorum, Maggior mudra. Sed redeamus ad Moravam. Geufræus Moravam olim Moachum fuisse nominatum putat. Meminit autem Laonicus, sepultos fuisse Turcos, hoc prælio cæsos, ad ripam Moravæ fluminis. Bonfinius vero proce-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

res ait ibidem sepultos, gregarios in profluentem Schitnizam conjectos. Hinc parere videtur, idem esse flumen, Schitnizam et Moravam. Sed cum equidem recordari videar, comites nostros istic unum Moravam nominasse : restat ut concludamus, Schitnizam hactenus conservato nomine, postquam se Moravæ miscuit, amisso priori vocabulo deinceps solo Moravæ nomine censeri, donec ita conjunctus uterque fluvius in Danubium labatur. Memini vado nos transire Moravam, magna mensium aliquot siccitate plurimum deminutis ejus aquis : sed nusquam ab eis incolis Schitniza, ubique Morava nominabatur, contra interpretis Gallici opinionem.

125. *Feris beg, Gergoni sive Chrysonicum, Anatoliæ montana.*

Nomen beglerbegi Romaniæ, qui Gergonim arcem vel oppidum instaurare jussu Muratis debebat, Annales ipsi non expresserunt. Bonfinius autem scripsit, hunc appellatum fuisse Frigibechum, quod Italica pronuntiatione tantumdem valet, ac Frisibeg. Turci Ferisi beg, aut Feris beg enuntiant. Reperitur enim superius tale begi cujusdam alterius nomen, initio vitæ Bajasitis primi, qui progressus cum copiis ad Danubium usque, primus istic Vidinam occupasse traditur. Oppidum Gergoni Turcis dictum, Bonfinius Chrysonicum nominat. Situm est in Roxiana sive Rasciana Servianave regione, ad Moravam fluvium. Anatoliæ montana Turci vocant hoc loco, sicut alibi quoque sæpius, montem Olympum, sive Calogerorum, in Bithynia, prope civitatem Prusam : de quo dictum antea, capite notarum 17.

126. *Beligradum Albaniæ, Crua, Croa, Croæ, Croja, principum Crojanorum in Belgio familia.*

Idem cum superiori, ad Savi Danubiique confluentes sito Belgrado Serviæ, nomen habet hoc Albaniæ vel Arbaniæ (sicut vulgus Græcorum vocat) Beligradum, hoc est, arx alba. Quippe conjuncta cum oppido arx est, quæ a Valona, celeberrima nunc etiam Epiri civitate (Leo imperator Aulonam, veteres Aulonem dixerunt), unius itinere diei distat. Cæterum dissimulare non debeo, nullam obsessi a Murate paulo ante mortem Beligradi mentionem reperiri, vel apud Martinum Barletium Scodrensem, rerum a Scanderbego gestarum scriptorem, vel apud Bonfinium, vel Geufræum : sed obsidium Crojæ duntaxat ab his exponi, quam prius etiam capto Cotziaco sive Getia, quatuor ante hoc tempus annis, irrito conatu tentaverat : ut scripsit Laonicus, qui Cruam nominat, urbem Albanorum primariam. Novella Leonis Augusti, quam toties citamus, velut alteram quamdam imperii Constantinopolitani notitiam, numero multitudinis Croas appellat, et harum episcopum Dyrrhachino subjicit. Idem ei nomen est apud prætorem Græciæ nostrum. Barletius Crojam vocat, idque nomen Epirotarum lingua fontem significare dicit : quod intra munitionem jugis aquæ fontes sint. Primus hanc Muratis bis obsedit, quo de nunc agimus : et cum ea potiri secunda oppugnatione non posset, in morbum lethalem præ indignatione lapsus, rabidam exhalavit animam. Imitatus est patrem persequendo Castriote, vexandaque Croja, Muchemetes secundus filius : qui continuis munitionibus undique circumdatam, et arctissime clausam, capere tamen non potuit, Scanderbegus tandem sponte Venetis eam donavit ante mortem, ne tantæ reipublicæ destituta præsidio, Turcorum in manus mox a morte defensoris veniret. Obiter hoc adjicitur, ab hac Croja nomen tulisse nobilissimos Belgii proceres Crojanos, qui Crojam aliquando possedisse tradantur : sicut in iisdem Albaniæ locis et Karlovitzii principes, origine Galli, de quibus dictum capite 46, Dyrrhachium suo cum agro tenuerunt : et Achaiæ principes in eadem vicinia rerum aliquando fuerunt potiti, Sabaudosaxonica nati familia. Ex Crojanis regulis summæ fuit auctoritatis apud Karulum V Augustum Hadrianus, Chiurii dominus. Eadem editus gente fuit Antonius princeps Portianus in Gallia. Nunc apud Belgas superstites sunt duo fratres, dux Arescotanus, et Haurechius marchio, cum principe Chimæo Arescotani filio.

127. *Galata, Ceras, Sinus Ceratinus, Pera, Sycæ, Scala Sycena.*

Urbs Galata vulgo etiam nota est, e regione Constantinopoleos sita, trans sinum, quem Ceras sive Cornu, et Ceratinum sive Cornutum, veteres etiam vocarunt : quod instar cornu cervini sparsim ramis quasi quibusdam litus utrumque amplectatur. Patet in ambitu totus hic sinus milliaribus Græcis viginti. Galatas hodie masculo genere Græcis effertur, sicut et prætori Græciæ nostro, qui Phrurion sive castellum vocat. Eadem et Pera dicitur et Peræa Nicetæ historico, quod ultra sinum posita sit. Veteres ab arborum ficos ferentium 445 copia Sycas nominabant, quæ vox apud Zosimum quoque nostrum legitur. Xylander apud Cedrinum ficus interpretatur, et suburbium esse dicit Byzantii : cum tamen intermedio mari ab urbe disjungatur. Qua Constantinopoli Galatam transjicitur, Scalam Sycenam ponit vetus urbis Constantinopolitanæ descriptio, quæ libro Notitiæ utriusque imperi adjecta est : et scalam in Portolano suo Græci hodieque dicunt eum locum, quo naves appellunt et ubi exscenditur. Usus est hac voce Cedrinus in Copronymo, cum narrat, unum glaciei fragmentum cum impetu delatum et impactum in scalam Acropoleos, id est arcis Byzantinæ, de qua capite 139, eam comminuisse. Latitudo sinus inter hanc scalam et oppidum Galatam, vel inter ambas potius scalas, e regione positas, ad passus 300 patet. Galata Genuensium colonia est, etiam hodie majori ex parte a Christianis inhabitata, præsertim mercatoribus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

123. *Neocastron, Rumeli Chisar, Anatoli Chisar: Castellum Lethes, Turres nigræ, Hermæum promontorium, Læmus, Læmocopia, Bogazi, Bogázi Chisar, Bosporus, Brachium S. Georgii: Loca Bosporana tam Europæi, quam Asiatici littoris, a Constantinopoli usque ad Euxini maris ostium, Cyaneæ, Symplegades, Planctæ.*

Arcem munitissimam, quam a tergo Galatæ Muchemetes II, ad mare, id est, ad Bosporum e mari Euxino profluentem, condidisse narratur; Græci Neocastron, hoc est, castrum novum vocarunt, ut et Turci Geni Chisar, cujus et supra mentio facta capite notarum 112. Idem tamen nobis etiam Rumeli Chisar appellari dicebant, cum hac præterveheremur ad Pontum Euxinum, quod arcem Romaniæ vel Europæ significat: sicut alteram huic oppositam in Asiatico littore, nunc ruinosam Anadoli Chisar, id est, arcem Anatoliæ vel Asiæ nuncupabant. Neocastron vulgus occidentalium Christianorum, præsertim Germani, Turres nigras dicunt. Abest a Constantinopoli ad unum milliare majus Germanicum, locus sane munitus, et formidabilis admodum miseris captivis, præsertim lautioris fortunæ: qui hos intra carceres conclusi, nunquam fere libertatem recipiunt: eaque de causa castellum hoc Lethes vel oblivionis olim quoque vocatum puto, cujus in Bosphoro positi Gregoras meminit, ab eo dicti, quod perpetuos ad carceres damnatorum nulla exstet amplius memoria. Constat autem, fuisse istic etiam ante Muchemetem II illa, quæ diximus, in utroque littore castella: sed imperatorum Græcorum incuria sic neglecta, nulli ut usui servirent alii quam custodiendis captivis. Causas condendi Neocastri Muchemetes habuit, ut transjicere tam in Asiam quam Europam libere posset: ne Christiani navibus suis transvectionem exercitus prohiberent, ut denique Constantinopoli capiendæ serviret. Laonicus arcem ita descripsit, ut hodie conspicitur. Ait eam constare tribus turribus magnis, quarum una superior in acclivi colle proeminet: reliquæ duæ consistunt inferius ad ipsum littus Bospori: quo videlicet hinc in naves præterlegentes impetus fieri possit. Harum duarum una maxima est. Tecta sunt plumbea. Murus ambit arcem crassus pedes 22. Turrium crassities ad 30 pedes extenditur. Petrus Gyllius, illustrator urbis et Bospori diligens, antiquis Hermæum hoc loco promontorium fuisse statuit. Bosporo datum nomen est a transnatatu bovis, aut bucidæ vel juvencæ potius, videlicet Ius, Inachi regis Argivorum filiæ, de qua est in fabulis historicis. Ita nimirum in Originibus Byzantii Græcis manuscriptis legimus. Nullibi Bosporus angustior est, quam inter Neocastrum et Anatoli Chisar. Idem Gyllius auctor est, Bosporum Græcis vocari Læmon, Turcis Bogazi, quæ nostris sunt fauces vel angustiæ maris, ut etiam in homine fauces appellantur Læmos. Hinc Læmocopiam Laonicus hoc loco posuit. Nostri Bosporum etiam sancti Georgii brachium nominarunt, velut angustum maris meatum, propter monasterium et ædem Sancti Georgii Manganorum dictam Propontidi se miscentis. Id propterea notandum, quia complures in hoc hallucinantur dum sancti Georgii brachium ad Sestum et Abydum collocant: ut Volaterranus, quem citat Ortelius in voce Hellespontus, ut Geufræus, ut Thomas Porcacchius, ut alii. Saltem rectius hoc vel ex hisce Vincentii Belvacensis verbis didicissent: Hoc est mare magnum (id est, Pontus Euxinus, nunc etiam Italis mare majus) de quo brachium Sancti Georgii exit, (id est, Bosporus) quod in Constantinopolim vadit. Ergo Sancti Georgii brachium est supra Constantinopolim, ad cujus orientalem angulum, subter ipsam sultanorum arcem, in Propontidem Bosporus illabitur. Adeoque a sancti Georgii brachio sive Bosporo, per Propontidem et Hellespontum, Sestum et Abydum usque 180 milliarium Græcorum est iter. Gallicus interpres Laonici mirifice profecto cæcutit, ac sibimetipsi contradicens ait: Mechemetes arcem Læmocopiæ condere cœpit in ora Propontidis, ex parte Europæ, in eo proprio loco, qui Bosporus appellatur. Et ascripsit margini, verbis his locum significari, quo Sestus olim sita fuerit: eumque Turcica lingua dici Bagazasar, sive præcisionem **446** faucium. Quid magis absurde dici potuisset, quam conditam ad Bosporum arcem, intelligi debere sitam eodem loco, quo Sestus olim exstiterit? Certe Neocastrum hoc Muchemetis a Sesti veteris loco prope 200 milliaribus Græcis distat, totumque Propontidis et Hellesponti spatium his interjectum est. Quod autem dicit, eum locum lingua Turcica vocari Bajazasar, sive præcisionem faucium: in eo quoque fallitur et vocabulum corruptum ponit. Nam scribere debuit Bogazi Chisar, et interpretari arcem faucium. Læmocopiæ quidem Græca vox, qua Laonicus utitur, incisuram faucium significat, hoc est locum, ubi finis est harum Bospori faucium, qui deinceps in multo capaciorem Propontidis sinum magna cum undarum violentia semet effundit. Cum autem superius capite notarum 26 loca totius Hellesponti et Propontidis, inde usque a Dardanellis vel arcibus, hoc est, a cadaveribus Sesti et Abydi, ad urbem Constantinopolim et ad ipsum adeo sultani saraium, ubi Bosporus in Propontidem præcipiti maxime cursu illabitur, enumeraverimus: libet a saraio sultani rursus incipiendo, sursum quasi mentis navigatione quadam ad ipsum usque maris Euxini ostium progredi et utrinque sita loca, cum ad dexteram in Asiatico littore, tum ad sinistram in Europæo, nominibus partim priscis, partim nunc usitatis, ordine recensere: sic tamen, ut nimis scrupulose, more Gylliano, vetusta, cognitu parum necessaria, non inseramus.

Igitur angulo sultanini saraii respondet e regione Scutarium in Asia disjunctis a se invicem locis hisce duntaxat uno milliari Græco. Ante

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vero, quam transjectus hic superetur, occurrit in ipsis aquis extructa quædam arx parva, quam Turrim Scutarinam Græci vocant, Turci Kisculam, hoc est, arcem virginis, ex causa quadam alibi exponenda. De hac arce sunt intelligenda Nicetæ verba, libro IV, cum ait : Ab hoc imperatore Manuele turris illa (potuisset arcem vertere) non procul a continente in mari exstructa est, quæ Damalis pridem, nunc Arcula dicitur : et altera turris e regione, juxta Manganium monasterium (scilicet Sancti Georgii) eo consilio, ut ferrea catena utrinque extensa, barbaris navibus aditus in loca urbis arci vicina, et tractum illum omnem usque ad Blacherniam regiam, intercluderetur. Quibus in verbis Arculæ nomen significare puto parvam arcem. Idem post inquit : Imperator in palatio ad Damalim, quod Scutarium dicitur, versabatur. Distat a continenti Asiana Scutarium centum passibus. Nomen oppido vicino dedit, ut Græcis hodie Scutarium, Turcis Iscodar dicatur : olim non Chalcedon, uti Jovius, Peucerus, Busbequius, aliique magni viri putarunt (Chalcedonis enim rudera 10 milliaribus ab Angulo sultanini saraii versus Astacenum sinum, ad promontorium Damalicum, juxta portum Eutropii, sita sunt), sed Chrysopolis. Id autem oppido nomen inditum aliqui putant, ut auri civitas diceretur, ab auro, quod olim antiquissimis temporibus pro Persarum regibus hic tributi nomine congeri ex Asia tota solitum fuerit. Sed origines urbis Byzantinæ aliam nominis rationem, verbis Græcis, in hanc fere sententiam referunt. Conspecta (inquiunt) confestim aquila, cor victimæ rapit, et in promontorium Bosporii littoris defert, e regione Chrysopoleos, cui Chryses Agamemnonis ex Chryseide filius, post necem patris, Clytæmnestræ fugiens insidias, et ad quærendum Iphigeniam properans, nomen hoc apud incolas reliquit, sepulturæ suæ monumentum cum istic finem vivendi fecisset. Quibus in verbis promontorium Bosporii littoris, illud ipsum intelligitur, in quo nunc saraium sultaninum orientale situm est.

A Chrysopoli sive Scutario, littus Asiaticum legentibus, occurrit primum pagus, qui Stauros Græcis dicitur, ab aurea cruce, quam in templi ab se ibidem conditi vertice Constantinus Magnus insigniter ornatam constituisse perhibetur. Sic enim audire de Theodosio Zygomala, patriarchali protonotario, valde docto viro memini. Et ipsius templi ruinas amplissimas aliquando cum admiratione, comitibus Hieronymo Arconato, et Paulo Rosa, ex eo tempore pie mortuo, viris optimis et amicissimis, inspexi : cum navigio transvecti Chalcedonem, in Eutropii portum, terra deinde promontorium Damalicum pedibus emetiremur, in quo rudera templi sanctæ Euphemiæ concilio Chalcedonensi nobilis, in horto quodam superant : et ad hunc deinde pagum Staurum, aliaque loca progrederemur.

A Stauro locus in Anaplo (sic enim frequenter historici Græci vocant hæc ab utroque latere loca, quæ sursum ad Euxinum mare navigantibus conspiciuntur) proximus est in eodem Asiatico littore, monasterio quondam insigni celebris, qui nunc Akimitos Græcis dicitur. Olim Akimiti vocabantur, hoc est, monachi pervigiles, totasque noctes sine somno precibus et hymnis dicendis exigentes.

Ab Akimito pergitur ad Chrysokerama, locum ab ædes sacra dictum, tegulis olim inauratis ornata.

Chrysokeramis vicinum est Anatolis Castelli. Sic Græci nunc mutile vocant, quod integre diceretur Anatolis (hoc est, Asiæ) Castellion. Et paulo ante meminimus, idem Turcis eodem significatu vocari Anadoli Chisar.

Ultra Castellion Anatolis est Megalocarya, **447** magnis a nucibus avellanis dicta : quam rectius Græci volunt ad sanctos angelos nominari.

Supra Megalocaryam conspicitur vetus hieron (sic et Turci cum Græcis vocant), id est, fanum sive templum, a Constantino Magno conditum : quo tempore confecto bello Gothico, reversus fuit, ut Græci nunc aiunt. Constat tamen, hoc olim quoque loco fuisse temporibus antiquissimis templum Argonautorum quod appellatum fuit hieron sive fanum Jovis Urii, hoc est, largientis ventos secundos. Et notum est, solitos imperatores Christianos mutare templa paganorum in nostri ritus ecclesias.

Ulterius castellum Argyron situm est quod Castaldus etiam posuit, Algyrum vocans.

Hactenus in Asiatico, sive dextro Anapli latere, sita loca numeravimus. Nunc idem iter ab imo repetituri, littus Europæum legamus ad lævam, donec itidem ad ostium Ponti Euxini perveniamus.

Itaque Galata Ceratinum ad sinum relicta, transeundum primo promontorium, saraio sultanino, e regione trans sinum cornutum sito, respondens : et mox offeret sese Caravoli, locus omni variorum ædificiorum et hortorum cultura, ne templis quidem Turcicis deficientibus, amœnissimus : ubi diversorium Anglicanæ reginæ legato assignatum erat, cum nos istic essemus. Ibidem Juliæ Pesceniæ marmor Græcum est elegantissimum, cujus inscriptionem habemus.

Caravoli proximus est locus a S. Phocæ templo Christianis appellatus, Ortachioi Turcis. Archion priscis dictum refert Gyllius.

Ultra S. Phocam Archangelus est, locus sic ab archangelo Michaele dictus. Veteres Catascepen nominasse, patet ex his Nicetæ verbis : Monasterium in Ponti faucibus loco, qui Catascepe dicitur, exstruxit archiducis Michaelis nomine. Vocant nunc etiam Græci Asomaton, propterea quod angeli corporis expertes sint.

Inde pervenitur ad Diplokionion, sic dictum a geminis columnis, quod Turci Besictas, veluti lapidem cunarum vocant. Ibi monumentum est sepul-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

turæ Chairadinis Bassæ, cui ab Italis nomen Barbarossæ datum fuit. Meminit hic eum sepultum liber ipse Annalium, ad annum Christianum 1547. Diplokionion priscis dictum erat Jasonium. Ortelius non recte Diplociana scripsit, pro Diplokionio, et Bisitas, pro Besictas.

Ultra Diplokionion est id, de quo prolixe nunc egimus, Neocastron.

Hinc itur ad locum, Stenia nunc dictum, nomine corrupto de Sosthenio, ni fallor. Aut hoc illud est Stenon, Cedrino et aliis frequenter nominatum.

Sequitur Neochori, quod sic enuntiatur a Græcis hodie, cum sit Neochorion. Significat autem locum vel agrum prædiumve novum.

Supra Neochorion pagus est Pharapia. Sic enim a Græcis effertur, a nostris Therapia.

Pervenitur hinc ad Panagian sto mauro molo, id est, ad sanctissimam Deiparam virginem, sitam ad nigram molem portus. Quidam e vulgo nominant, ad sanctissimam Deiparam die xv Augusti.

Ultima Turris est ad ipsum Ponti ostium, cum pago a Græcis inhabitato, sita: sicut et hactenus indicatorum utriusque littoris locorum incolæ fere Græci sunt. Eam turrim Busbequius Pharum vocabulo veteri nominat, sed accolæ Phanarion appellant, a Græco verbo derivata voce, quod lucendi significationem habet. Quippe noctu faces accenduntur in suprema turris parte, quam animi causa conscendimus, ut ad ostium Ponti navigantium incolumitati consulatur. A Constantinopoli distat hoc ostium maris Euxini milliaribus Græcis plus minus 55. Scopuli saxo vivo siti duo sunt ante Ponti ostium, quo in Bosporum magna vi semet exonerat. Hæ scilicet illæ Cyaneæ sive Symplegades, sive Planctæ sunt, quas ipse Busbequius pene putavit fabulosas, aut invenire se saltim, velut alio devolutas, potuisse negavit. Insulæ priscis hæ dicebantur non quod sint magnæ, sed quod undique mari velut insulillæ vel nisidia, sicut Græci vocant, alluantur: Cyaneæ, quod ex intervallo magno adnavigantibus cæruleum de se colorem præbeant: Symplegades et Planctæ a conquassatione mutua, qua spectantibus ex remoto spatio non tangere se tantum existimantur, verum etiam loco moveri, et ita coire, duntaxat unus ut esse scopulus, unum nisidion, videantur. Hanc opinionem de Cyaneis meam Gregoræ verba hæc, e libro Historiarum iv. confirmant: « Promontorium, inquit, templi Argonautarum, quod Os Ponti appellatur: ubi Cyaneas et Planctas esse Græci quondam dixerunt: nimirum in ipso Ponti ostio. Hæc omnia sane diligenter inspicere bis memini, præsente Hieronymo Arconato, præstantis ingenii viro: qui rem memoria dignam hic mihi primus suggerebat. Altera Symplegadum, quam simpliciter saxum Busbequius appellavit, habet columnam veterem ex albo marmore, quam vulgus istic Pompeii columnam falso vocat. In hac præter alia, quæ Gyllius diligenter servavit et descripsit, Augusti Sphingem mihi monstrabat Arconatus, a Gyllio non animadversam. Sphingi respondet inscriptio, quam ab aliis omissam ponere libuit.

DIVO CÆSARI AVGVSTO
L. CLANNIDIVS
L. F. CLA... PONTO

448 Nec tamen defuerunt hic olim etiam Cn. Pompeii monumenta, relicta in his locis inde ad illis usque temporibus, cum imperator populi Romani contra Mithridatem, Ponti regem, bellum gereret. Exstat unum adhuc liberti cujusdam Pompeiani marmor, quod non procul a Casanis bassæ messita (quondam illustri S. Theodosiæ templo) supra navale Sultaninum sita, conspicitur. Id pulcherrimis exaratum litteris Romanis, hæc verba continet.

V. CN. POMPEIVS. PHILINVS.
POMPEIÆ PHILOMENÆ
FILIÆ
ET SIBI

Habet lector uno comprehensa capite non pauca, quibus tam prolixe recensendis, si præter officium et institutum alicui fecisse videbor, excusabit apud æquos me judices infixum animo fervens explicandi res Græcas et Turcicas studium, cum rerum ipsarum varietate tam utili, quam minime tædiosa.

129. *Tempus certum captæ Constantinopoleos.*

Certum est, captam Constantinopolim a Muchemete II die 29 mensis Mai, quem iv Kal. Junias vocamus, anno Christiano 1453, non 1452, quemadmodum apud Æneam Silvium per errorem librarii fortasse scriptum legitur. Potest hoc etiam ex collatione Mahumetanorum annorum ad Christianos colligi. Cætera de urbis tam obsidione, quam occupatione, licet paucis exposita sint verbis, ut in Annalibus fieri solet, iis tamen consentanea sunt, quæ Chalcocondyles prolixius, ut in historia, memoriæ prodidit.

130. *Atmindan, columna serpentina, statuarum stichioses.*

Atmindan significat Turcis eum Constantinopoli locum, quem ab equorum cursu Græci dixerunt Hippodromum. Nam si verbum verbo reddas, At et Mindan significant equorum locum capacem et amplum. Columna serpentina nunc etiam superest, ex ære facta, sic ab imo convolutis inter se spiris serpentis triplicis, ut in parte superiori tandem sese tres cervices, triaque serpentina capita, dividant ac separent in formam triquetram: quibus quondam accepimus impositum ab urbis conditore Constantino Magno fuisse plurimum scriptis celebratum illum tripodem Apollinis Delphicum. Quod ait, effectum fuisse per hoc simulacrum, ut eo durante nullus esset in urbe serpens: ex opinionibus Græcorum Muchemeti relatum fuit: quorum in libro manuscripto de urbis ædificiis, quem habemus, Stichioses ejusmodi (sic enim appellant) statuarum variæ leguntur, et quidem ab Apollonio Tya-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

neo profectæ, si quidem vera narrant. Certe quod statim sequitur de statua equestri ahenea destructa, qua pesti præclusus fuerit in urbem aditus; superstitiosis videri posset aliquam mereri fidem, cum singulis annis ea nunc fœde mensibus æstivis calidioribus grassetur. Qua nos istuc astate venimus, absumpsisse credebatur inter quatuor menses hominum ad 150000. Nec anno sequenti pauciores interierunt.

131. *Siurige Sphetigradum, Sphetia.*

Duxit in Albaniam copias Muchemetes adversus Iscbenderem begum, sive Georgium Castriotem. Siurige lingua Turcica significat arcem acutam. Græci dicerent Oxypyrgion. Laonicus Sphetiam vocat appellatam a Barletio Sphetigradum, lingua Slavonica, quam idem a Croja distare 58 milliaribus ait.

132 *Nove, Nova, Novograd. Novus mons Rasciæ, Neopyrgium.*

Nove Croatis et Servianis dicitur, quæ hic Nova nominatur, oppidum Serviæ cujus tunc despota Georgius adhuc superstes erat: sed non multo post moritur, impetrata pace a sultano Muchemete, filioque minimo natu Lazaro, successore post se relicto. Notavimus supra cap. 101, Novogradum nunc vulgo dici, quod arcem novam significat, non novum montem, ut Bonfinius interpretatur, dum novum montem Rasciæ vocat. Apud Laonicum Novopyrgum legimus, pro quo Neopyrgum reponemus, nomen id Græcis sonans, quod Venedis Novograd. Ibidem margini ascriptum Novohardum mutabimus in Novogradum, vel potius Novogradum. Ait hic Laonicus magnum esse metalli proventum, et alluentem oppidum Moravam, Istro misceri. Sangiaci nunc sedes est, Budæ beglerbego subditi.

133. *Belgradi vel Albæ Græcæ secunda obsidio.*

De Belgrado et Muratis obsidione dictum antea numero 100. Nunc iterum obsessa fuit a Muchemete Muratis filio, qui eam repetebat ab Ungaris, ut membrum Serviæ nunc sui juris effectæ, de quo prolixe tractatum indicato capite. De hac obsidione secunda Thomas Ebendorfus, in Austriacis Annalibus suis, hæc retulit: Anno 1455, Turcus Machumet secundis elatus fortunis, despotam Georgium, Ratziæ principem, in suis terris hostiliter invasit, et plura hominum millia crudeliter abduxit. Hinc et despota versus Ungariam, ad Albam Græcam, cum suis secretis se contulit, 449 terramque suam gubernandam Joanni de Huniad, Ungariæ gubernatori, dum Viennam (ad Fridericum IV imperatorem) pergeret, commendavit. Inde Nandoralba, janua et clausura regni Ungariæ, obsidetur a Mahumeto, anno 1456, oppugnatione acerrima facta die 21 Julii, cum prius hoc in itinere castrum S. Andreæ (Nota margini ascriptum nomen Senderoviæ), quod erat Georgii despotæ, aggressus incassum fuisset. Soluta obsidione, mortuus Joannes de Huniad, comes Bistricensis, XI die Augusti. Eum deploravit Fr. Joannes de Capistrano, Huniadis commilito: « Salve, aureola cœli, quæ cecidisti, corona. Regni exstincta es lucerna. Orbis corruptum es speculum, in quo nos diutius inspicere sperabamus, et alii. Nunc tu devicto inimico triumphas coram Deo et angelis, o bone Joannes. » Sane quam fortiter, et immortali cum laude sua, hi duo se gesserunt, hoc propugnaculo Christianorum defendendo, Huniades et Capistranus, monachus ordinis Prædicatorum, clarus in historiis Volonum cruce signatorum dux, qui mortuum Huniadem paucos intra dies secutus fuit. Muchemetes in oppugnatione die 21 Julii, cujus Ebendorfus meminit, lethali accepto vulnere, vix incolumis evasit. Obsidio soluta fuit die 6 Augusti, quem Calixtus III pontifex haberi festum ex eo tempore voluit sub nomine Transfigurationis Christi: quod tamen festum illo die multis ante sæculis Græci celebrare consueverant, appellantes id sacram sanctam metamorphosin Domini et Dei, Servatorisque nostri, Jesu Christi.

134. *Dai Caratze Bassa, Bonfinius et Chalcocondyles emendati.*

Hic Bassa Bonfinio Caracia vocatur, Chalcocondyli Caratzies. Europæ ne beglerbus fuerit, an Anatoliæ, non exprimitur in Annalibus. Laonicus tamen diserte ducem Europæ nominat, ex quo corrigendus Bonfinius, qui Asiæ ducem fecit; errore consimili cum eo, quem supra numero 106 de Chasane bassa notavimus. Verba Laonici hæc sunt: Europæ dux Caratzies, qui gloria et virtute excellebat omnes qui regiis in januis militabant, ab oppidanis bombardæ globo ictus occubuit. Eum rex (Muchemetes) multum lugebat. His verbis etiam mortis genus indicatur, quo periit. In obsidione vero Constantinopolitana corrupte nomen hujus Saratzies legitur, pro quo reponendum Caratzies. Huic etiam pertinet ille Laonici locus de oppugnatione Belgradi, excerptus et emendatus supra, cap. 72.

135. *Rex Bozinæ Stephanus.*

De Semendria diximus cap. 99, Bozinacorum origo declarata legitur capite 49. Duplicem esse Bozinam, docuimus capite 95. Qui Bozinæ rex hic memoratur, Stephanus erat, de quo plura non multo post. Is sponte sua deditionem Semendriæ fecisse narratur, quam a morte soceri occupaverat. Erat autem uxor huic Lazari Bulcovitzii filia, Georgii despotæ neptis, quemadmodum in genealogia Bulcovitziorum capite 54 indicavimus. Et apparet hinc Lazarum Serviæ despotam Georgio patri, qui diutissime regnavit, non diu superstitem fuisse.

136. *Tarabosanis imperator a Muchemete secundo victus.*

De Castamone dictum capite 66. Sinopes etiam frequens hactenus facta mentio. Novella Leonis imperatoris, cognomine Sapientis, episcopatum Sinopensem Amasianæ metropoli subjicit in Helenoponto. Pordapam dici tradit Laonicus, novo vocabulo, licet hic in Annalibus parum mutato veteri,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Sinap scribatur. Tarabosan Turcis est Trapezus, nota sedes Comnenorum principum, qui audire volebant imperatores. Ultimus ejus gentis, a Muchemete victus, fuit Davides Comnenus.

137. *Dracol Weida, Bladus, Vlada, Matthias Ungariæ rex.*

Hic Valachiæ Vaivoda, qui Turcis Dracol nominatur, Laonico Bladus dicitur, Draculæ filius, ex immanitate celebris, de quo plurima commemorantur, huc non pertinentia. Bladi nomen ex ratione pronuntiandi Græcis familiari Vladum scribere debuerat interpres. Vladam Bonfinius appellat, et post etiam Draculam paterno nomine. Callimachus integre Vladislaum Draculam scripsit. Hunc qui conjecisse dicitur in carcerem rex Ungarus, Matthias Huniades fuit, Joannis filius, Austriaci Ladislai, Pragæ subito exstincti, Ungarico in regno successor. Muchemetes, hoc ab Ungaris capto, Valachiam subjecisse narratur. Id vero factum potius existimandum a Dracula juniore, Vladislai fratre : qui tamen postea se, cum ipsa regione, Muchemetis imperio submisit, accepta solvendi annui tributi conditione : nihiloque minus a Matthia rege confirmatus in principatu, teste Bonfinio, fuit ; tanquam ab Ungariæ rege, directo Valachicæ ditionis domino. Sic nimirum prius etiam convenerat inter Muratem II et Vladislaum regem anno Christiano 1441, post victos ad Isladinas fauces Turcos, ut Valachi Turcorum quidem essent tributarii, sed nihilominus ad Ungariæ regnum, velut antea, pertinerent.

450 138. *Mitylin, Catalusii, vel Catelusii, Lesbi principes, origine Genuenses.*

Mitylin, pronuntiatione Græca, quæ Mitylene nostris est, vocatur a Turcis insula Lesbus, ipsis etiam Græcis hanc ita nominantibus. Cedrinus certe Lesbum alicubi Mitylenen dixit, ab urbe totius insulæ primaria. Vulgus Italicorum nautarum Metellino nunc appellat. Habebat insula, cum oppugnaretur a Muchemete, principem Dominicum Catalusium vel Catelusium, quem Græci Kyriacon vocabant. Interpres Laonici Nicolaum Catelusium pro Dominico, haud scio cujus auctoritate fretus ex historicis antiquioribus, margini ascripsit. Nam Geufræus, qui nomen idem habet, recentior est, et alios sequens falli potuit. Ipsa Catelusiorum gens origine Genuensis erat. Oriundus ex ea Franciscus Catelusius, cum Joannem Palæologum imperatorem, a bonitate Calojoannem vulgo dictum, Andronici II filium, Michaelis II nepotem, Andronici I pronepotem, Michaelis primi, qui Flandris Constantinopolim eripuit, abnepotem, bello contra Joannem Cantacuzenum, tutorem et socerum, et usurpatorem imperii, juvisset : insula Lesbo donatus, etiam Calojoannis sororem in matrimonium accipere promeruit. Acciderunt hæc anno 1355. De quo colligitur, non totos 100 annos in eorum potestate Lesbum fuisse. Lucii Catelusii, qui Æni princeps in Thracia fuerit, apud Laonicum fit mentio : sicut obiter etiam principes Æni supra memorantur capite notarum 32. Idem Chalcocondyles Dominici fratrem facit Lucium, quem rectius a Sansovino Turcicis in Annalibus Dominici hujus propinquum vel agnatum nominari arbitror.

139. *Muchemetis ædificia Constantinopolitana, Genisarai, Eskisarai Jedicula.*

Non exprimunt Annales quænam ædificia Constantinopoli Muchemetes exstruxerit. Ideo lubet hæc de Laonico et aliis promere. Statim enim proxima post Lesbum captam hieme, narrat eum quievisse Laonicus, intentum ædificiis urbanis, templis, navali, arci Byzantinæ, quam condidit juxta portam a Græcis Auream vocatam, ubi et turres maximas excitavit, spectatuque dignas et ipsam regiam interius eleganter ornavit. Hactenus Chalcocondyles paulo commodius redditus, in cujus verbis notandum, intelligi templorum structuram, de commutato Christi Dei Sapientiæ templo Justinianeo in messitam Mahumetanam, deque diruto antiquissimo Christianorum templo, quod ædificatum a Constantino Magno Sanctorum Apostolorum nomen habebat, cujus ipse loco suam struxit cum imareto messitam, Turcicarum omnium in urbe primam, et operis magnifici, quemadmodum hodieque conspicitur. Navale Christianis ab imperatoribus neglectum instauravit, ornatum et extensum a posteris ea cura nunc ut amplissimum sit. Supra Galatam situm est in sinu Cornuto, versus aquas dulces, ubi nimirum celebrati a priscis fluvioli, Cydarus nunc Machleva, et Barbyses, nunc Chartaricon, et a vico vicino Pectinachorion dictus, in sinum hunc influunt. Continet jam navale loca concamerata 187, exporrecta longa serie, magnique triremium numeri capax est : licet aliud Sansovinus ex antiqua relatione quadam Veneta parum præsenti rerum formæ consentaneum tradat. Fuit et illo quondam loco regia, quo loco dicit Laonicus eum struxisse Byzantinam arcem, propter Auream portam, quæ ab una parte meridiem ac Propontidem, ab altera solem occidentem respicit. Hæc ædificia Muchemetem condidisse, Laonicus scripsit. Menavinus autem, sicut et alii, tres ait arces a Muchetemete Constantinopoli structas : Genisaraium, Eskisaraium, et Jadiculam. Ad orientem solem e regione Scutarii sive Damalici promontorii situm est Genisaraium (sic dictum quod novum sit) in extremo urbis angulo qui a templo vicino Sancti Demetrii vocatur : ubi Bosporus impetu maximo ad ipsam crepidinem collis in quo saraium vel arx posita est, in Propontidem irruit. Olim Palatium Byzantinum et Acropolis Byzantina dicebatur, velut arx in uno de tribus extremis angulis urbis sita, quo loco Byzas initio Byzantium condere cœperit. Hæc sultanorum Osmanidarum sedes, hoc domicilium et aula est, quam Capi sive Portam Osmanicam vocant. Undique muris (de quibus infra, cap. 149) ac turribus inclusa, tribus in circuitum milliaribus Græcis patet. Voluit hujus saraii novi nomine Muchemetes posteros et successores in imperio suos obligatos

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

olvendis messitie suæ novæ, singulos in dies, A mille : quæ summa, computatis pro uno ta-
ermanico aspris 40, quotidie ad 25 taleros
cit : in annos vero singulos, supra novies
centum taleros efficit : quibus alios annuos
s ad summam 150,000 ducatorum adjecit.
raium voce significante saraium vetus, in urbis
illio situm est : sicut et olim ibidem in urbis om-
rel umbilico priscorum erat imperatorum regia.
ta megala Græci quondam nominabant. Nunc
ynæconitidi sultaninæ præcipue servit, spatio
, ratione circuitus, ad duo passuum millia ex-
to. Jadicula denique Propontidis in littore con-
t, ad meridionalem et occidentalem partim ur-
gulum, versus Auream portam, nunc quidem
ilitem, sed obstructam tamen, ac versus urbis B
tres 451 muros : qua in Thraciam, Macedo-
universam denique Græciam itur. Sic autem
ata Turcis est a ledi et Cula, quorum illud
tem, hoc turrium significationem habet. Græci
Heptapyrgion dicunt, aut Heptapyrgon, puro
ocabulo Græco ; semiturcico, vel hybride po-
Iepta gulades : ex quo etiam obiter intelligi
, quod Africanæ Guletæsit etymon sive notio.
uidem arx custodiæ regiorum thesaurorum
signata, perpetuasque militum excubias ha-
ui feruntur esse numero quingenti, de quibus
oco.

Machmut bassa, varia scriptura vocis unius.

hoc Machumeto Laonicus hæc : Mechume-
quit, regii palatii dux (postea ducem januae-
ocat) et Europæ præfectus, filius Michaelis, Græ-
t addit Græcos pueros (Græcorum filios dicere
interpres, id est, Græcos) qui abducti Byzan-
rege commorabantur, magnam potentiam
eperisse. Nominis scripturam, tam in hoc,
aliis locis, ab interprete Cæsaris acceptam Gal-
retinui. Triplicem sane reperi, nostris in Anna-
Muchmet, Mechemet Machmut. Historiæ Græ-
et nostrorum hominum præterea diversitates
as habent, ut Muchumet, Mahumet, Macho-
Iahomet, Mohamed, quod Moamed Græcis
bsque aspiratione. Stephanus Ungarus, sane
s interpres linguarum plurium, Turcicæ, D
æ, Persicæ, quem nobis impetrante magni-
omino Hieronymo Beck a Leopoldstorf, con-
de multis licuit, recte putabat in genere
ribi, tum enuntiari, Mohammet.

*Finis regni Bozinensis : observanda diversitatis
orum ratio : Stephani regis excoriati calamitas :
thias Ungariæ rex Bozinam recipit : et Muche-
m fama sola fugat. Covadza.*

um hoc, quod Bozinensi tam regno, quam
ii finem attulit, Bonfinius refert ad annum
ianum 1463. Turci vero tradunt, hoc annis
t captam Constantinopolim fuisse gestum.
no sequitur ad annum Christianum 1464
dum esse. Solet etiam usuvenire plerum-
que, ut nostri numeros annorum ad initia bello-
rum referant. Annales vero Turcici finem rerum
gestarum respiciunt, ideoque fere jam rebus ipsis
expositis annorum numeros adjiciunt. Hoc dili-
genter observare lectorem velim, ne me putet
alicubi temere mutasse numeros ab aliis positos.
Hertzegovinæ sub jugum missæ nomine ducatus
Bozinensis intelligitur, alius a regno : cujus interi-
tum deinceps numero notarum 162 exponemus.
Quod autem dicitur, Muchemetem Bozinæ regem
captum occidisse, paulo explicandum latius, ut
plenum tam barbaræ perfidiæ Muchemetis, quam
immanitatis horrendæ facinus cognoscatur. Ste-
phanus ergo rex Bozinensis, et uxorio jure (ceu
dictum paulo ante) Serviæ Rasciæve despota, bello
petitus a sultano Muchemete II, et obsessus Jait-
zæ, blanditiis tyranni per quosdam de industria
subornatos e castello Jaitzano evocatur, et ad col-
loquium arcessitur. Cum barbaro temere fidem
habuisset, manuque capita pacis inter se ac Muche-
metem initæ gestans, in castra venisset, capitur :
cute, jussu Muchemetis, vivus exuitur : justo deni-
que Dei judicio cum vita regnum, quo fraude pa-
trem filius sceleratus excusserat, amittit. Hoc mo-
do tum Bozina Rascia, Serviæ magna pars, Turco-
rum in potestatem venit. Matthias tamen rex
Ungarus Jaitzam cum 27 Bozinæ oppidis recepit :
quam militum corona deinde rursum Muchemetes
circumdedit, et oppugnavit : irritoque conatu, fama
duntaxat adventantis Matthiæ territus ab obsidio-
ne, Bozinæque finibus, discessit. De oppido Hert-
zegovina dictum superius, capite 95. Covadzam
Turci cum Bozinacis et Croatis appellant quæ
Jaitza Bonifinio, Chalcocondyli Gaitla, pauloque
rectius Gaitza nominatur.

142. *Plures in Albania principum ditiones : Giolchisar, Egripos.*

Erant in Albania plures reguli, qui suas singuli
ditiones habebant. Inter has erat Ibanis, sive
Joannis ; Castriotæ regio, de qua superius dictum
capite 121. Hanc armis nunc imperio Muchemetis
cessisse referunt Annales, quod alii factum deditione narrant. Laonicus hac serie ditiones enume-
rat. Primum ait Sandalis in Epiri vicinia sitam
esse regionem, cui finitimæ sint Venetorum ali-
quot urbes, Albaniæ proximæ. Joannis inde Cas-
triotis agrum succedere, cui sit adnexa regio Com-
neniadarum. Hinc sitam ulterius Arianitæ, Com-
neni filii, ditionem asperam et montuosam. Ejus
regiam vocabulo nunc etiam noto, Cannina dice-
bant, numero multitudinis : quæ supra Valonam
vel Auloniam in sublimi posita conspicitur. Arx
Caramaniæ Giolchisar, cujus paulo post mentio fit,
in Anatoliæ tabula chronographica scribitur Culchi-
sar. Egripos insula Turcis dicitur, quam vulgo jam
Negropontum appellant, sicut et primariam insulæ
civitatem : quæ ponte, cui castellum adjunctum
est, cum Achaiæ continenti cohæret. Urbi nomen
apud priscos erat Chalcis, insulæ vero, Euboea.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quam Euripi fluxus nobilitavit, ut Euripum princeps ille philosophorum Aristoteles. Nam si vera sunt, quæ de ipso, causas motus Euripi pervestigante, referuntur: **452** cum tandem Aristoteles Euripum caperenon posset, cepit Euripus Aristotelem. Erat Eubœa, cum a Muchemete bello peteretur, Venetorum in potestate. Defendebant eam contra Turcos acriter nomine reipublicæ Ludovicus Calbus, et Paulus Erizzus, vel Ericcius, prætor Chalcidis, quem potestatum Veneti nominant. Sed classe Veneta suis succurrere non ausa, tandem oppido per vim potiti fuere Turci. Filia Pauli prætoris, urbe capta, propter insignem formæ venustatem ad sultanum Muchemetem deducta, memorabili exemplo pudicitiæ mori maluit, quam ejus se libidini prostituere.

143. *Usun Chasan, Jusufze beq, Mustapham filium Muchemetes strangulari jussit.*

De hujus Chasanis origine Reineccius exquisite disserit. Usun a Turcis ob staturam corporis eximiam dicebatur. Nam Usun eis significat longum sive procerum, qui Persica lingua Diras diceretur. Laonicus quoque Chasanem Longum appellat. Joachimus Cureus, Silesiorum historicus, nominat Hussancanum, vel corrupta voce, vel in Hassan Chan mutanda, quod esset Hispanico more, Don Hasan vel Chasan. Sed ipsos Persicos reges eo nomine usos non memini vel legere, vel audire: quod tamen proceribus eidem regi subditis tribui scio, et antea notasse recordor. Jusufze vel Jusufge nomen itidem factum est a statura, forma deminuta. Significat enim Josephulum. Jovius simpliciter Josephum nominat. De Tocata superius quædam habes capite 75. Cum dicitur a patre Mustaphas fuisse præfectus iis locis, intelligitur Amasia: de qua dictum iultio declarationis, capite notarum 6. Mustaphas hic ante patrem exstinctus fuit, aliis venationi causam mortis ascribentibus, aliis nimiæ Veneri. Nobis ea lubet interpretando adjicere, quæ digna memoratu de ipsius interitu prodidit Spanduginus. Ait enim, Achmetem bassam, cognomento Bidicem, de quo statim plura dicturi sumus, habuisse feminam forma præstantem, cujus amore captus fuerit Mustaphas hic, Muchemetis filius: cum aliquando in aulam, officii causa, manum patris exosculaturus, venisset. Inde factum, ut illa quodam tempore balneum (pro more Turcico ingressa, Mustaphas eodem se conferret, et nudam (ut erat) nulla pudoris habita ratione, violaret. Indignum hoc facinus cum Achmetes ad sultanum Muchemetem deferret, dilaceratisque vestibus ac tulipanto, de tam gravi quereretur injuria, vindictam sceleris expocens: respondisse Muchemetem, cur iis querelis uteretur? an nesciret, sultani se mancipium esse? Si maxime filius, inquit, meus Mustaphas in uxoris tuæ complexus venit, an non meo cum mancipio rem habuit? Nihilo tamen minus patrem de tali patrato facinore filium secreto quam acerrime increpasse, jussisseque, ut suo conspectu illico discederet. Et quia deesse non soleret officio, in observatione juris et æqui, si quidem ita libitum ei fuisset, misisse post triduum quemdam e suis, qui Mustaphæ nervo injecto fauces jussu patris eliserit. Hæc Spanduginus. Quæ sane si vera sunt, ut pluribus ex causis esse videntur, memorabile nobis exemplum paterni rigoris erga filium, cæteroqui præstantem virum, in ea gente præbent: cujus sultani suos in vilissima mancipia, ne maxima quidem dignitate viris secundum ipsos principes repugnantibus, quidvis sibi licere putant.

144. *Carachisar, Chas Murat.*

Clauserus in Chalcocondylis conversione sua nomen urbis, quam Muchemetes in Chasanis regionem pergens occuparit, non repertum (ut arbitror) in suo codice, omisit. Ascriptum tamen est margini de libro Gundeliano Coryci nomen, ac recte quidem. Nam Corycum cepit, quam Turci suam ad linguam nonnihil accommodarunt, et Charachisar dixerunt. Monuimus enim supra, cap. 15, Turcis esse in more, sic antiqua mutare nomina civitatum, castrorum, stagnorum, fluminum, regionum: ut priscorum affinitatem retinentia, nihilominus in sua lingua quiddam significent. Ita de Coryco factum Carachisar, quod Turcice sonat arcem nigram. Apud Ortelium in Synonymia geographica Cureu Nigri, et Corcos ex itinerario Benjaminis, admitto. Mercatoris vero Chutam, cum Chuteo Josephi Barbari, nihil ad Corycum pertinere puto. Murates ille, Romaniæ vel Europæ beglerbegus, cujus nomen hic subjicitur, cognominatus fuit Chas, hoc est, elegans aut venustus.

145. *Usumchasanis filius Zeineli cæsus in prælio contra Muchemetem.*

Qui hoc prælio fuit interfectus Chasanis Longi filius, nullum hic in Annalibus nomen habet. Secretarius autem Sigismundi Malatestæ, reguli Ariminensis, qui tunc vixit, et plerisque rebus id temporis in Græcia et Anatolia gestis cum hero suo, magnæ virtutis, et nominis clari duce, interfuit; Zenialem vocat, qui Jovio Zeynal dicitur. Is vero Turcis est Zeineli, vocabulo significante hominem, cui dentes aut maxillæ prægrandes sunt. Illum Latini Dentatum vocarunt, hunc Græci Gnathonem, opinor: qui an Latine Maxillatus dici possit, alii viderint.

453 **146.** *Moldaviæ Vaivoda Turcos ingenti clade afficit.*

Moldaviæ Vaivodam cum dicimus, semper illum intelligimus, quem a Turcis principem Carabogdaniæ nominari, monuimus supra, cap. 71. Qui vero cædem hanc Turcorum insignem edidit, appellatur a Bonfinio et Cureo Stephanus, magnus sane vir, et bello felix: qui non Turcos modo cecidit, verum etiam illustri de Tataris potitus est victoria. Quæ Turcis Iscodara sit, explicatum ante, numero 121.

147. *Gedue, Achmetis bassæ cognomen, varie corruptum. Achmetis fortuna, non minus varia.*

Magni nominis vir fuit Achmetes hic bassa, tam

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

comes Sabaudus Amadeus, cognomento Viridis, A immortali cum laude sui nominis. Ideoque cum alba cruce, in campo rubro defixa, quæ ipsius ordinis equitum Rhodiorum insignia sunt, perpetuum ea familia symbolum FERT hujus Amadei virtute promeruit. Nam eæ litteræ plenius explicatæ significant, *Fortitudo ejus Rhodum Tenuit*. Sed Turci nihil ad hoc usque tempus in eam moliri fuerant ausi, licet Asiæ quietam prope possessionem interturbari ab equitibus illis Rhodiis ægerrime ferrent. Nunc tandem Rhodum jussu Muchemetis aggressus est Mesites vesir bassa, gente Palæologa natus. Erat tunc princeps ordinis, quem Græci Megalon Mastora vocabant, nostri magnum magistrum, Petrus Albussonius, natione Gallus, qui postea cardinalis Ecclesiæ Romanæ creatus fuisse B traditur. Is tam fortiter hac obsidione cum suis se gessit, ut non solum infecta re, verum etiam damnis acceptis gravissimis, inde discedere Mesites cogeretur. Quippe non revocatis ad calculum detrimentis cæteris, cæsa periere Turcorum triginta millia, ut quidam aiunt, Geufræo longe minorem ponente numerum.

152. *Otrantum a Turcis captum, et a Christianis receptum.*

Otrantum Turcis et Italis dicitur extremo in angulo Apuliæ sita civitas, e regione Albaniæ vel Epiri: cujus ab oppido Velona sive Valona, quondam Aulonia, sexaginta duntaxat interjecto mari milliaribus Græcis distat. Imperator Leo metropolim facit, et Hydruntem vocat, unde corruptum C nomen Otranti. Leone quidem regnante pars ut isthæc Italiæ, cum Calabria, Byzantino parebat imperatori: sic et metropoles Romæ Novæ patriarcham, non veteris papam agnoscebant. Inter alia post captam Hydruntem a Barbaris edita crudelitatis exempla, refertur et illud, quod urbis archiepiscopum ad aram serra dissecuerint. Nos e Corcyra solventes, deficientibus idoneis ventis, hic subsistere coacti fuimus, in non exiguo, propter immanes piratas Turcicos, discrimine constituti; qui ob interfectam cum familia non ita dudum Ramadanis bassæ Tripolitani conjugem, ut in supplemento Annalium narravimus, ini Venetos rabiose grassabantur. Nec Hispanus gubernator Hydruntinus minori usus est erga nos barbarie, qui per nauclerum cum periculo ablegatum rogantibus, ut aliquanto propius ad portum accedendi potestatem faceret: quo portus et urbis vicina tutiores a piratarum injuriis essemus, non solum id negavit: verum etiam denuntiari jussit, se nos omni genere tormentorum bellicorum ex arce, si propius accederemus, excepturum. Id fiebat propterea, quod Constantinopoli veniremus, ubi superiori æstate, veluti paulo ante dictum, gravissime morbus pestilens sævierat. Amplius tamen quinque mensibus, ante nostrum discessum, ea grassari desierat; ac nos quarto jam mense a Constantinopoli aberamus. Ita nimirum exuere quasdam belluas omnem non dico charitatis Christianæ, quæ frustra in eis quæritur, sed humanitatis sensum videmus, de hac vita quam diutissime conservanda sollicitos, cum æternam et cœlestem nullam exspectent. Hydruntem a morte Muchemetis, quum Bajasites patris in imperio successor, bello contra Zemem fratrem implicatus, Achmetem Geducem bassam ad se anno proximo (sicut in Annalibus paulo post sequitur) revocasset; Neapolitani reges obsessam et expugnatam recuperarunt, ab Ungaro rege Matthia copiis auxiliaribus impetratis: **455** quæ pugnis adversus vicinos Turcos adsuetæ præcipuam hoc bello, superandis Barbaris, operam navasse prædicantur.

153. *Mors sultani Muchemetis II. Teggiur Zair Clyzomene, Nymphæum.*

Commode mors consilia Muchemetis interrupit, futura reipublicæ Christianæ perniciosa. Nam Otranto capta, progressurus erat haud dubie: præsertim cum Roma Nova potitus, etiam de Roma veteri subjicienda perpetuo nescio quid somniaret. In Asiam transmisisse cum exercitu dicitur, invasurus Ægypti sultanum, tum quod legatos suos, ab Usumchasane Persarum rege cum muneribus revertentes, violasset: tum etiam, quod pedaneum vectigal a Turcis, Mechien, per imperii sui fines, religionis ergo proficiscentibus, exigeret. Exstinctum tradit Bonfinius anno Christiano 1481, quinto Nonas Maias. Addunt Annales, in Teggiurum prato mortuum. Hoc loci nomen Turcis Teggiur Zair effertur. Et exposita superius est causa, numero notarum 56, quamobrem Turci Græcorum imperatores nominaverint Teggiures. Secretarius Malatestæ refert, Muchemetem cum exercitu transjecisse Scutarium, indeque profectum ad Chisivichen, cujus planities ab una parte ad mare pertineat, in morbum incidisse. Quibus in verbis pro Chisiviche putarim equidem aliud nomen reponendum, adeoque Geivisen illam, de qua dictum capite notarum 74. Quippe fatentur omnes historici, Muchemetem iter hoc Nicomediam versus tenuisse: a qua non longe cum abesset, mortuus fuerit. Notatum vero supra, Geivisen unius itinere dici non magno dissitam a Nicomedia. Dictum ibidem, D maris istic esse sinum, quem veteres Astacenum vocarint. Eum secretarius etiam Malatestanus ipse digito quasi commonstrat. Prætor Græciæ noster cujusdam regii vel imperatorii palatii meminit, cui nomen dat Nymphæum. Ab eo non procul dissitum describit locum, tali Teggiurum vel imperatorum prato rebus omnibus simillimum. Alicubi de Nymphæo: Michael, ait, Palæologus imperator Nymphæum pervenerat, quo loco recreare se solebant imperatores, postquam Constantinopoli (a Flandris) in exsilium ejecti fuerant. Alibi vero planitiem vel pratum ipsum describit his verbis: Cum dies aliquot (imperator Joannes scilicet Ducas Vatatzes) Phlebiis exegisset, Clyzomenen profectus (hoc loco nomen est), ibidem tentoria figi jussit. Nam istic

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Muchemetis imperio, duodecim vel tredecim ante hoc tempus annis : et aliud ultimo dat nomen, Abrahamum vocans. Ait enim, Muchemetem liberatum. Usumchasane (Assambegum ipse nominat) adversario, post obitum Pirameti Caramani reversum in Caramaniam, Abrahamo filio ejus imposuisse necessitatem implorandi auxilia Christianorum, maxime Pii secundi pontificis : qui profectione in Caramaniam constituta, Anconam, ubi classem adornari curaverat, profectus; ibidem mortuus sit, dum adventum Venetorum sociorum exspectaret. Hinc evenisse, ut classe divisa, et occupatis Ungarico bello Germanis, Caramanus minime ad resistendum Turcis sufficiens, interfectus fuerit : atque ita familiam Caramanicam defecisse, cujus ditio cesserit Osmanidis. Non temporibus hæc duntaxat, sed rebus etiam confusa sunt. Ait occisum Abrahamum, Pirameti filium, in ea familia postremum. post Usumchasanicum bellum, quod pertinet ad annum Chistianum 1474. Voluisse vero Pium II pontificem huic opem ferre paulo ante, quam ipse vitam cum morte commutaret, et alter a Turcis opprimeretur. Atqui decem plus minus ante hoc tempus annis, Pium papam mortuum fuisse constat. Præterea tradunt Annales, a Muchemete II ereptam Caramano Giolchisarem, anno Chistiano 1469. Nec tamen ipsum principem, qui tunc Ibrahimes erat, interfectum fuisse. Quem etiam dicit Abrahamum, Pirameti filium, bella cum Muchemete gessisse; Bonfinius Pirametum appellat, Turci nominant Ibrahimem, qui scilicet idem est cum Abrahamo. De quo equidem colligo, quodnam sit illud Pirameti nomen. Arbitror enim litterarum metathesi Pirametum eumdem esse cum Praimeto vel Praime, sive Turcico Ibraime. Sic et supra notavimus, ex eadem voce Praime factum apud Chalcocondylem Priamum, transpositis itidem litteris. Ibraimis vero filius Casanes, cum in Bajazitis Porta educaretur, anno tandem Christiano vel 1483, vel sequenti mortuus, Caramanidarum familiæ finem imposuit: ex quo tempore Caramania beglerbegatus Osmanidarum esse cœpit.

457 158. *Imaretum Bajazitis, ad flumen Hadrianopoli conditum.*

Sunt Hadrianopoli trium confluentes amnium, Hebri sive Marizæ, Tunsæ sive Tænari, et Hardæ, de quibus ante dictum capite 30. Postquam hi fluvii coiere, Marizæ nomen superat, in cujus ripa scilicet imaretum suum Bajasites exstruere cœpisse dicitur.

Kili, Cilium, Celium, Chelia, Achillea, Nestoralba, Bessarabia, Kermen, Aherman, Moncastrum, Stephanus Vaivoda Carabogdaniæ.

Quæ hic de arce Kili captà leguntur, hujusmodi fere verbis a secretario Malatestæ sunt exposita, quæ vertendo ascribere libuit. Bajasites, ait, in otio triennum exegit, post superatum videlicet, expulsumque fratrem Zemem : ac deinde Tataris in societatem ascitis, classem 350 navium, cum magnis terrestribus copiis instruxit : ut bello Carabogdaniæ Vaivodam invaderet, ejusque vires everteret. Regionem hujus ingressus, omnia flammis et ferro vastavit, civitatemque Chilium cepit, etiam arcem dedente Mamalacco Castellano, patriæ proditore. Profecti sunt deinde Turci Tatarique maximo cum exercitu ad oppidum Moncastrum. Cumque sibi eam quoque civitatem dedi postulassent, ac interveniente pacto relinquendi cum vita facultates incolis salvas, voti compotes facti fuissent : nihil eorum quæ promiserant, præstiterunt. Bajasites etiam familias plus minusve quingentas eorum civium Constantinopolim abduci jussit. Bonfinius eodem tempore gestas ibidem res commemorans, Achilleam ait, nunc Cheliam, et Nestoralbam, ad Istri ostia sitas, a Turcis tunc obsessas fuisse; Stephanum vero Mysiæ inferioris (Moldaviam dicere vult) principem ab Ungaro rege Matthia petiisse opem ex fœderis societatisque lege, sed ante missa subsidia, civitates illas in hostium potestatem venisse. Conferamus hæc inter se, Turcicisque cum annalibus. Primus ait, a Bajasite capta fuisse cum arcibus oppida, Chilium et Moncastrum : alter, Cheliam et Nestoralbam : annales denique, Kilim et Chermen. Consentiunt igitur omnes de capto priori oppido, nisi quod est quædam in nomine diversitas : sicut idem a Laonico Celium quoque dicitur, a Cureo Cilium. Jovius, per errorem puto, Lithostomum appellat, in ripa Danubii, vel ad ostium Danubii potius. In alterius autem civitatis vocabulo dissentire videntur, primo nominante Moncastrum, altero Nestoralbam, tertiis denique Chermen. Secretarii Moncastrum, et Chermen Turcorum, idem esse puto : diversam ab utraque Nestoralbam. Quippe Kermen seu Chermen situm est in Moldaviæ Tatariæque finibus, versus Pontum Euxinum, ubi scilicet in hunc se Danubius effundit. Et Sangiacatus est hodieque Chermen vel Aherman, beglerbego Romaniæ sive Græciæ subjectus. Bonfinii vero Nestoralba, non Moncastrum, aut Chermen, sed urbs est hodie Bialogrod dicta, quod arcem albam significat, ad profluentis in Euxinum, non Istri, sicut Bonfinius scripsit, sed Nesteris amnis ostium sita. Quapropter non Nestoralba, sed Nesteralba scribi debuit. Et Nester priscis vocatus fuit Tyras fluvius. Historici Græci recentiores ab annis quingentis Danastrin appellarunt, uti Neperem vicinum, Danaprin : qui mihi quidem non est Borysthenes ante, quam Berisnam a Rossiæ vel Russiæ finibus venientem recipiat, ad quam Borysthenis etiam vetus nomen propius accedit. Cureus scripsit, hoc ipso anno Christiano 1485, Stephanum Valachum, de quo disceptabant inter se reges, Ungarus Matthias, et Casimirus Polonus, utrius esset cliens, tandem in verba Casimiri regis in castris jurasse : nihiloque minus desertum a Polonis, amisisse Bessarabiam. Hæc nimirum est illa regio extrema in ora Valachiæ, Nigrum ad mare sita, quæ Kilim et Chermen.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sive Moncastrum oppida continet, a sic Bessis Thracibus appellata. Novi aliquando in aula Maximiliani II Augusti, Spiræ comitia celebrantis, Nicolaum, patre Bessarabiæ principe natum, uti quidem credebatur : documentis quibusdam, ac testimoniis, præsertim Venetorum plumbeis bullis, hanc ejus originem approbantibus.

159. *Bellum inter sultanos, Cairensem et Osmanidam, Usun Usbeg, Tersis.*

Hujus belli causæ referendæ veniunt ad superiorum temporum offensas. Diximus enim, Muchemetem Secundum, Bajasitis patrem, paulo ante mortem in Asiam transmisisse, bellum ut faceret Alcairensi sultano, qui hostes ejus juverat, præsertim Caramanum : et alioqui se gerebat erga Turcos insolenter, uti dictum capite 153. Prosequitur ergo bellum a patre inchoatum Bajasites, novis insuper irritatus injuriis, quod Zemis partibus sultanus Alcairensis favisset. Is a Jovio, Geufræo, cæteris, Caitheus non recte nominatur ; melius a Petro martyre Mediolanensi Caitbeus, quasi Caitbegus, sultani Mahumetis pater, dicitur. Vide caput 237. Ab eodem Zemis uxorem et filium tradi sibi Bajasites postulabat. Quis autem fuerit inter cæteros hoc bello socius sultani Alcairensis Usun Usbeg, non exprimitur. **458** Nomen Usun longum significat : Us, callidum et astutum. Amicus meus Nicolaus Haunoltus ait Usbeg Han vocari regem quemdam Tatarum, longius etiam dissitum quam sit Chitainus. Adanorum civitas in Cilicia satis est nota, de Græcorum etiam, Zonaræ, Cedrinique historiis. Tersis est illa divi Pauli patria Tarsus, quam Stephanus, urbium Nomenclatoris auctor, Græcis etiam vult appellatum fuisse Tersum et Tersiam. Bellonio nunc Hama putatur, et Hamsa dici, per errorem : cum ea sit Emissa Phœnicum. Tam Adana, quam Tarsum fluvius alluit, qui priscis Cydnus erat, jam Carasu dicitur, ab aquæ profundæ nigro admodum colore.

160. *Non semel, sed bis pugnatum inter sultaninos et Osmanicos. Diversa nomina, Cheserogli, Cherseogli, Herceogli, Herzecogli, Cherzecogli.*

Cœperunt hactenus a Muratis usque secundi temporibus a Turcis memoriæ prodita nonnihil habere pluribus in explicandis rebus gestis plenius, quam nostris in historiis reperiri videamus. Indicio est plerorumque nostrorum error de prælio, quod unum tradunt inter sultaninos et Osmanicos longe gravissimum fuisse commissum, tanta cum Turcorum strage, quantam ab alia natione orbis unquam perpessi fuerint. In his est Geufræus, qui tum nomina ducum, tum geminam pugnam confundens, exercitu Turcico in fugam converso, Cherseolum generum Bajasitis captum, Alcairum ad sultanum Caitheum fuisse deductum ait. Annales autem Turcici duces expeditionis primæ faciunt Ferhatem begum, Bajasitis generum : Caragosamque, beglerbegum Caramaniæ : quibus e duobus alter fuerit cæsus, nimirum Ferhates Bajasitis gener. Expeditioni vero secundæ præfectos fuisse memorant Muchemetem Cheseroglim, et Achmetem ducis filium, Romaniæ beglerbegum. Nescivit ergo Geufræus, cæsum priori prælio Ferhatem, Bajasitis generum : nescivit altero prælio duos fuisse duces, Cheseroglim et Herzecoglim. Itaque non pugnas modo duas in unam confundit, verum etiam e tribus, Ferhate Bajasitis genero, Cheserogli, ac Herzecogli, qui et ipse Bajasitis gener fuit, unum quasi conflat Cherseolum suum. Ejus vero nomen hoc haud dubio corruptum est ex Cheserogli, qui Cheseris est filius, de quo Chesere bego, Elpia familia nato, tractatum superius capite 117. Non tamen hic Cheserogli Bajasitis gener, aut captus secundo prælio fuit, sed Herzecogli sive ducis filius, Achmetes bassa : quem antea quoque Geufræus confudit cum Achmete Geduce, sicut expositum supra, numero notarum 147. Nomen habuit Herzecogli Turcogermanum. Nam supra notatum capite 95, plures populos ducem nominare vocabulo a Germanis accepto, Hertzog. Indidem lector intelligit, Bozinam duplicem duos habuisse principes : quorum unus regium, alter ducis titulum habuerit. Ex ultimo Bozinensi duce natus fuit hic ducis filius, vel Herzecogli, cujus nomen hoc varie scriptum legitur apud historiarum auctores. Spanduginus habet vocabulum Cherzecogli, quod idem est cum voce recte scripta Herzecogli. Sed errat idem, cum Anatoliæ beglerbegum facit, qui Turcis auctoribus Romaniæ beglerbegus fuerit. Apud Malatestæ secretarium Herceogle reperitur, apud Jovium Cherseogle. Sed hæc omnia depravata sunt ex illo Turcogermano, quod diximus.

161. *Finis ducatus Bozinensis, vel Herzegovinæ, vel Herzegæ, vel Orzegæ, vel S. Sabæ, vel Montis Nigri. Achmetis Herzecoglis bassæ historia.*

Recensuimus supra, capite notarum 141, regni Bozinensis interitum, nunc qui ducatus Bozinensis exitus fuerit, itidem commemoremus ; ita promisso nostro, et hujus ducis filii, vel Herzecoglis historia poscente. Nam Annales aiunt, Achmetem bassam Herzecoglim, prælio contra sultaninos secundo, cum equo prolapsum, in sultaninorum manus venisse, deductumque fuisse ad Vibegum, et custodiæ traditum. Secretarius autem Malatestanus, eadem narrans : Bajasites, inquit, nuntio cladis suorum accepto, indignatione nimium quanta succensus, denuo præpotentem instruxit exercitum eique supremo cum imperio præfecit Herceoglim, Stephani quondam S. Savæ ducis filium : qui adversa quadam fortuna superatus, et universis cum copiis cæsus fuit, etiam tribus ei dextræ manus digitis amputatis. Videamus ergo, quæ fuerit hujus tam origo, quam familia ; quæ ad Turcos deliciendi occasio ; qui denique totius gentis, e qua natus erat, interitus. Diversa vero referuntur a duobus auctoribus, Spandugino et Jovio : quos quidem ambos, et primo Græcum illum, audiamus. Narrat is, ante hæc tempora sultanum Mu-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

chemetem II decrevisse cum animo suo, sub jugum mittere ducatum Bozinensem, cujus princeps Stephanus S. Sabæ dux, et Herzechus (animadvertit lector Germanicam vocem Hertzog) vulgo fuerit appellatus. Ipsam regionem Ragusæis esse finitimam, inter quos et principem Stephanum simultates intercesserint, ex causa quadam hujusmodi. Erat duci legitima conjux, e qua tres liberos mares susceperat : Ladislaum natu maximum, cui nupsit Anna **459** Cantacuzena : Stephanum, secundogenitum : et ultimum, Vaticum. Accidit autem, ut Florentina quædam mulier, excellentis formæ, sed nimium corporis sui prodiga, sese in hanc ducatus Bozinensis regionem, relicta patria, conferret. Dux Stephanus, qui sæpius accepisset ex aliorum sermonibus, mulieres Florentinas ob formæ venustatem, animique indolem, et morum elegantiam, facile primas inter alias omnes Italiæ feminas ferre : cum primum de hujus adventu intellexisset, ejus videndæ cupidus, misit qui ad se mulierem arcesserent. Conspectam mox adamare cœpit, adeo quidem, nihili suam uti legitimam conjugem faceret, cujus eum ceperat satietas. Uxor vero principis, eam cum ferre diutius non posset injuriam, Ragusam cum filio natu maximo fuga secreta se contulit. Maritus missis ad eam certis internuntiis, uti domum rediret, orabat : neve discessu et absentia sua causam præberet, unde sua divulgaretur infamia. Vicissim illa respondebat, se redituram, si Florentinam ab se dimisisset. Dux Stephanus id uti faceret, imperare non poterat animo suo. Nihilominus suis ad Ragusæos hominibus ablegatis, uxorem cum filio repetebat. Illis voluntati principis non obtemperantibus, bellum infertur. Ragusæi vicissim se defensuri, copiis suis Stephani filium Ladislaum cum imperio præficiunt, eumque rebus omnibus adjuvant. Filius prælio cum patre congressus, victoria potitus est, ac patrem fuga sibi consulere coegit : magno paternorum militum numero interfecto. Tum vero fugitivus dux Stephanus ad sultanum Muchemetem mittit, qui ejus opem et auxiliares copias adversus filium suppliciter implorarent. Simul obsidem Muchemeti filium secundogenitum offert. Is erat Stephanus, qui deinceps musulmanissavit. Muchemetes non postulatis duntaxat annuit, verum etiam propriis auspiciis id bellum se gesturum promisit. Adventante vero cum exercitu Muchemete, moritur pater : Ladislaus, filius primigena, Venetias cum uxore ac liberis se confert : indeque profugiens in Ungariam, rebus ibidem excedit humanis. Muchemetes occupata regione, quoddam tertio filio ducis Stephani Vatico reliquit oppidum, cui nomen Valacca, cum castello Dalmatiæ Novo, et aliis locis, unde victitaret : vicissimque Vaticus pro domino sive patrono, Muchemetem agnoscebat. Mortuo vero Muchemete, Bajazites hujus Vatici, Stephani S. Sabæ ducis filii, regionem in potestatem redegit : qui non multo post Arbæ mortuus fuit. Id oppidulum est insulæ cognominis, in Hadriatico sinu propter Dalmatinum littus secundæ post Veghiam, quam Ortelius non recte Vechiam scripsit, et pejus interpretatus est Vetulam, cum Vegla seu Vigla dicenda sit, et a Bonfinio Corycia veteribus vocata putetur. Hæc de fine ducatus Bozinensis, et ipsorum ducum familiæ, Spanduginus memoriæ prodidit. Jovius autem refert ex Jani Lascaris sermonibus hominis apud Græcos illustri familia nati, cui notissimus Achmetes bassa fuerit, Cherseoglim matura jam et virili ætate religionem Chistianam deseruisse : sic tamen, ut in pectoris sinu veræ fidei non obliviscceretur. Fuisse vero filium Chersecchii, Nigri montis in Slavonia reguli : cui cum data esset in matrimonium, jamque domum ad celebrandas nuptias deduceretur, puella nata de stirpe despotica Serviana, sceleratum patrem, motum admirabili nurus elegantia, conjectis in eam oculis, amore correptum fuisse : cumque luxuria pudorem omnem vinceret, sibi eam accepisse uxorem, contra voluntatem cognatorum, qui reprehenderent facinus, filio contumeliosum, infame patri. Commotum dedecore tantæ juvenem injuriæ, præcipitique nimis impulsum desperatione, Constantinopolim se contulisse : cumque sultano Bajaziti fœdum patris facinus dolenter exposuisset, ejus se fidei totum, et clientelæ tradidisse. Bajazitem, auditis Stephani querelis, bono ut esset animo, jussisse ; virtutem ipsius majora fortunis paternis promereri ; habiturum loco ereptæ sponsæ, quæ cognata sit exsulis reguli, filiam maximi sultani, rara formæ venustate præditam. Secundum hæc eum, deserta religione Christiana, Stephanique nomine posito, vocatum fuisse Achmetem et Cherseoglim, nuptiasque filiæ Bajazitis impetrasse : cui fidus perpetuo manserit, adeo quidem ut insidianti deinceps imperio paterno Selimi summopere sit adversatus. Hæc Joviana de Cherseogle narratio num præferenda Spandugineæ veniat, equidem aliis dijudicandum relinquo. Solum hoc, quod de morte Stephani patris Spanduginus tradit, sub adventum Muchemetis (ut ait) exstincti, scrupulum quemdam nobis injicit. Referunt annales Turcici, Muchemetem Herzegovinam, sive Bozinensem ducatum, occupasse anno Christiano 1464, a quo tempore vixit ipse quatuordecim adhuc annis, et fortasse superstes etiam dux Stephanus mansit. Non enim legitur in Annalibus, hunc id temporis a Muchemete cum filiis e medio sublatum, vel omnino ditione sua spoliatum, quemadmodum de Bozinensi rege dicto loco proditum videmus expresse, sed tantum a Muchemete sub jugum fuisse missam Herzegovinam, quæ Bozina superior est, et S. Savæ (sicuti Malatestanus actuarius ille Græca pronuntiatione scripsit) vel Sabæ ducatus. Hoc modo si diutius superstes dux Stephanus pater, et Turcis subditus, **460** eisque tributum pendens, non modo Florentinæ mulieris adulterio se polluit,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

verum etiam deinceps sub Bajazitis imperio sponsam Stephano filio secundogenito per scelus eripuit : non mirum est, adaucto plenam ad mensuram flagitiorum cumulo, finem Bozinensi ducatui numen iratum imposuisse. Solent enim vel in primis ejusmodi principum vagæ libidines excidia regnis eorum arcessere.

162-3. *Dulgadir et Aladeule, Daud bassa, Turgut regio.*

Provincia, sive regio Dulgadir, aut Dulcadir, a nostris partim Anadoule, et Alalulie, non recte dicitur, partim Aladoule. Turcici vero annales Dulgaduris nomen regioni tribuunt, cujus princeps ab eis dicitur Aladeule, vocabulo tetrasyllabo. Limites ditionis, Cappadociæ montibus inclusæ, quos Munzari voce Cedrinus in Paralipomenis nostris complectitur, tunc temporis erant hi : versus Syriam sultano Cairensi parentem, Berrhœa, nunc Chalep vel Halep Turcis, nostris Halepo : versus imperium Persici vel Sophini regis, Armenia minor : versus imperium Osmanidæ principis, Amasia : versus Caramaniam, Adana et Tarsus. Aladeules ipse Turcomanus erat princeps, non Christianus, ut etiam Malatestanus actuarius testatum reliquit. Daudis nomen Turcis idem est, quod Hebræis David. Nicolaides depravate scribit Daat. Magnus et celebris apud suos fuit, qui Constantinopoli messitam, hodieque sartam tectam, struxit et filio suo sultani Bajazitis filiæ nuptias promeruit. De Varsaco Caramaniæ dictum capite notarum 77. Erat illa tunc quidem, post obitum Casanis begi, quem supra capite 159, diximus e Caramanidarum familia fuisse postremum, in formam redacta provinciæ vel beglerbegatus, ut Turci vocant, qui primum Caramaniæ beglerbegum Caragosam hoc ipso bello nominant : sed habebat quosdam adhuc minorum gentium proceres, quibus haud dubie necdum Osmanidarum placebat imperium, licet ejusdem nationis essent ejusdemque sectæ. Turgutensem regionem a Turcis nominari Phrygiam majorem, qua versus Ciliciam pertinet, ex Laonico paret : qui primi Bajazitis vitam describens, Turgetum Phrygiæ ducem nominat, et postea Turgaturii de gente principem. Rursus autem in Murate Secundo : Caramanus, inquit, vicinus est Turgutæ. Turgutes autem Phrygiæ imperat, et Cappadociam Armeniamque regio ejus attingit. Quibus in verbis, nisi Turgut a Dulgadir, ab ipsis etiam Turcis distingueretur, propemodum quis ejuraret, nullum esse discrimen inter Turgaturii nomen, et Dulgadir. Sed suspendenda scilicet sententia, donec correctior se nobis Laonici codex offerat. Nota quidem est permutatio litterarum R. et L. frequens, uti cum phulkizin Græci pro phurkizin dicunt, id est in furcam agere.

164. *Iachoschicius, Iachsogli.*

Quem nos, interpretem Cæsaris Ferdinandi Spiglium secuti, Iachoschitzium diximus, eum in ipso Annalium archetypo Iachsoglim nominari minime dissimulandum duximus. Nusquam sane nomen hoc, nec ipsum licet memorabile facinus, apud Ungarorum historicum Bonfinium reperitur, nec legationis hujus a Matthia rege, qui tunc Ungaris suis imperabat, ad sultanum Bajazitem missæ fit mentio. Significat autem Iachsogli, filium Iachsi, vel Iachsidem. Et Iachs Turcica lingua significat hominem rebus omnibus elegantem et aulicum, quod a Turcis ei fortasse cognomen tunc, obita cum laude legatione, fuit inditum. Fieri tamen etiam potest, ut potius hoc Iachschitz originis sit Ungaricæ.

165. *Areb, Arabia, pro imperio sultani Cairensis, Isingi, Singani, Zingani, sultanus Æthiopum Pachymerio.*

Cum Annales exercitum a Bajazite missum aiunt versus Arabiam, intelligendi sunt fines aut limites imperii sultanici, quod Syriam Caramaniæ conterminam, quæ tunc in Osmanidarum potestatem venerat, et Ægyptum Arabiamque complectatur. Sic in iis quæ sequuntur, initio regni Selimis sultanus Achmetes, ejus frater, ad fines Arabicos profugisse narratur, hoc est, ad limites imperii sultanini, Ægyptiaci Syriacique. Rursus in eodem Selime traduntur Arabes, qui et Æthiopes sint, itinera fugienti sultano Tommambai præclusisse. Quo Arabum Æthiopumque sive Maurorum, hoc est nigrorum sultano Cairensi parentium nomine, lector alios non accipiat, quam ipsos Ægyptios qui et Arabes, et nunc etiam Æthiopes a colore vocantur, et Issingi Turcis, nostris Singani vel Zingani, vocabulo tam Arabibus, quam Ægyptiis communi. Non enim hi Zigeuni dicendi, nec Cianiganii Tatari, quod Reineccius putavit. Idem Pachymerium temere arguit erroris, quod in tertio Bendecarem Cairensem vocarit Æthiopum soldanum. Addit enim, hoc ab eo factum perperam. Imo recte locutus est Pachymerius, cum Ægyptios vocat Æthiopas, qui revera facie colorata sunt. Cepit enim nomen Æthiopum veteris linguæ Græcæ lata significatione, sicut hodie Græci Mauros, unde Mori nostri, nigros in genere dicunt sive sint Arabes, vel Ægyptii, vel Afri, vel Æthiopes illi proprie sic appellati. **461** Denique doctissimus Eustathius, et antiquior hoc Stephanus, urbium nomenclatoris auctor, Ægyptum perhibent Æthiopiam vocatam, propter habitantes in ea nigros homines.

166. *Generi Bajazitis tres simul facti.*

Diximus capite notarum 161 de duobus generis sultani Bajazitis, de Ferhate a Mamelucis occiso, et Herzecogli ab iisdem capto. Nunc tres alii commemorantur, eisdem filiarum nuptias consecuti. Primus horum filius Usumchasanis appellatur, et paulo post, Jacupes begus : qui expeditione anni proximi contra eosdem Mamulecos periit. Alter, Usgurlis ex filio nepos. Fortassis autem Usgurles hic idem est cum Usgure bego, cujus supra mentio fit, ante prælium Cosovanum secundum, sub an-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

num Christianum 1448. Tertius, Daudis fuit bassæ filius, de quo Daude paulo ante dictum, capite 163. Cæterum obiter hoc quoque notandum, necessario fuisse duos Usumchasani filios Jacupes : quorum alter Bajazitis gener, a Mamelucis cæsus fuisse narratur ; alter in regno patri successit, ut apparebit ex iis quæ capite 188 sequentur.

167. *Larende Caramaniæ, sive Larenda.*

Quæ capta fuit a Mamelucis Larende, Chalcocondyli Laranda scribitur, cum ait, Muratem secundum bello petiisse Caramanum Aliderium, Cariæ ducem, cujus duæ sunt urbes, Laranda et Toconeium, pro quo Iconium reponendum docuimus. Leo Sapiens Augustus in Novella de Thronis, Larandorum (sic enim vocat numero multitudinis) episcopatum non in Caria collocat, sed in Lycaonia, sub metropolitano Iconiensi, quod equidem magis probo. Nunc quoque Laranda nominatur, et in Natoliæ tabula non procul a Cogna conspicitur, in Caramaniæ sive Ciliciæ mediterraneis. De Gumulzina, cap. 43, de Ypsala 31, dictum.

168. *Pax inter sultaninos et Osmanidas, Matthiæ regis Ungari mors.*

Quod sultanus Alcairensis in transactione Bajaziti Tarsum et Adana restituisse dicitur, verius esse puto, quam quod Malatestæ secretarius ait, Bajazitem soldano Adana Tarsumque reddidisse. Nam hæc oppida Ciliciæ sunt, sive Caramaniæ, quam Caramanidarum exstincta familia Bajazites, ut antea dictum, sibi vindicaverat. Postremos etiam sultaninos Adana cepisse, paulo ante legimus. Itaque reddita potius ab his civitas Bajaziti fuit, qui eam cum Tarso, ceu Caramaniæ membra, repetebat. Nomine deinde mortui regis Ungariæ, Matthias intelligitur, Joannis Huniadis filius : successoris autem, Vladisiaus Polonus, Casimiri Jagellonidæ Polonorum regis filius, pater ejus Ludovici regis, qui ad Mohatzium cæsus a sultano Soleimane, juvenis admodum periit.

169. *Bajazites Ungarium non audet ingredi, Uscopia, Manastir, Monestir.*

Hæc de vano Bajazitis conatu invadendæ Ungariæ narrat etiam Bonfinius, et accidisse refert a morte Matthiæ regis, Turcorum terroris, sub initium regni Vladislai, anno Christiano 1492. De Scopiorum urbe nonnihil attigimus supra, notarum capite 104. Videt autem lector ex hoc ipso Annalium loco, recte me monuisse, diversas esse voces oppidorum, Sophiam et Scopia. Nam prior hic Sophia nominatur, altera more Turcorum Uscopia. Solent enim vocabulis a gemina consonante incipientibus præponere vel I vel V Gallicum, ut alibi quoque notavimus. Laonicus Scopia collocat in Macedonia, facitque regiam prisci regni Bulgarici, quod in ipsam pertinebat late Macedoniam et Epirum : ideoque Cedrinus etiam Scupia (reponendum Scopia) metropolim Bulgariæ nominat. Disertus interpres aliquot historicorum Græciæ recentium, Hieronymus Wolfius, alicubi pro eversione Scopiorum dixit eversas speculas. Recentioribus geographis Scopi scribitur. Manastiri nomine non hic intelligitur locus ille, de quo supra dictum capite 44, situs in confiniis Thraciæ, Thessaliæque, sed monasterium penitioris Macedoniæ, versus Epirum vel Albaniam, quod monestir a Castaldo appellatur. Hujus in Albaniam expeditionis Bajaziticæ meminit et Bonfinius, qui dicit eum profectum contra montanos Albanenses, quos Spanduginus Cimariotas dixit, ab oppido monteque Chimara, de quo deinceps latius in vita sultani Soleimanis.

170. *Baiazites a monacho Turcico pæne fuit occisus.*

Quod hic de periculo Bajazitis, propemodum a dervisio quodam sive monacho Turcico interfecti, narratur, fere totidem verbis a Spandugino quoque memoriæ proditum legitur, quæ interpretari lubet, ut expositionis consensus appareat. Torlaces, ait, quidam in Bajazitem irruit, simulans eleemosynam ab eo se petere. Solent autem hanc Dei nomine petentes, Allahitschi dicere. Cum acinacem strinxisset, quem sub filtro gestabat, exterruit equum, cui Bajazites insidebat. Ideoque cedente retro Bajazitis equo, nonnihil evitatus fuit ictus hominis **462** : ac nihilo tamen minus Bajazites vulnus accepit. Tum vero bassa quidam, cui nomen erat Schender, massam ferream, quam busdoganum vocant, eo cum impetu capiti hominis impegit, ut cranio perfracto, cerebrum emanaret. Indignatus hujus facinoris causa Bajazites, edicto proposito, Torlaces universos proscripsit, et extra Constantinopolim et imperii sui fines ejecit. Animadvertit lector eadem narrari, nisi quod Annales aiunt, dervisium hunc, et Calenderem fuisse, Spanduginus, Torlacem, dequibus jam vocabulis hominum, superstitiosos quosdam ordines vel instituta sectantium apud Turcos, quam fieri brevissime poterit, explicandum.

171. *Ordines monachorum seu religiosorum quorumdam apud Turcos ; Dervislar, Calenderlar, Huggiemallar Torlaclar ; Muchemetesbassa Vezirazemer a Dervislaro publice confoditur ; quid Turcis Divanum.*

Nomen Dervisiorum, quos ipsi numero multitudinis Dervislar appellant, ex hac ipsa narratione nostrorum annalium perspicitur esse quasi generale : quod scilicet ordines et sectæ religiosorum cæteræ comprehendantur, sicut apud nos in genere monachi dicuntur, qui tamen inter se diversis instincti sunt ordinibus. Vocant autem Annales hunc initio Dervisium, statimque subjiciunt, eum fuisse sectatorem instituti vel ordinis Calenderum, et auribus, collo, brachiis appensos gestasse ferreos annulos. Id in more Calenderum ordini esse mox apparebit. Qui vero cæteroquin apud Turcos Dervislar appellantur, nullos in capite pilos, nullas comas habent, ubique tonti. Conspiciuntur in eorum frontibus et temporibus cæteris, vel ignito ferro, vel accensa spongia, vel linea fascia

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

, magna, sed simulata humilitate circum-
464 observant. Is nescio quos enthusias-
ræ so fert, ac subinde quædam veluti divini-
ti revelata, serio maxime vultu profert: nunc
mortui jacet, nunc oculos vicissim aperit
se redire simulat. Inde conversus ad ficti-
et subornatos discipulos: Corripite me, in-
, filii charissimi, et extra locum hunc depor-
. Nam revelatum mihi divinitus est, quæ pœnæ
hominibus immineant. Quibus auditis obse-
int impostorem nebulones, Deum velut aver-
neando deprecetur, ne pœnas illas exigat. Ille
simulat assentiri, preces ad Deum concipit, ut
am suam expiari, seque placari propitius patia-
ur, orat. Hac iræ divinæ comminatione misella
plebecula mirum in modum expavefacta, trepidat. B
Postea vero consolationis aliquid ex hujus inter-
cessione vicissim hauriens turmatim ad impostorem nequissimum accurrit. Omnes eam rem prodigii loco ducunt, seque divinitus moneri putant. Simul animis devotis, et accepti beneficii causa gratis, tot eleemosynas ad planos hosce deferunt: ut eis onusti suas ad speluncas revertantur, hominesque superstitiosos ac stolide simplices irrideant, qui tam fœde sibi patiantur imponi. Vescuntur et hi maslaco, vel oppio; et humi cubantes, libidinibus abominandis mutuo se polluunt. Hæc de nefandis horum apud Turcos specie tenus religiosorum institutis breviter exponenda duximus, licet ab aliis quoque prodita, tum ad illustrandam annalium historiam, tum uti secum C lector ipse perpendat quanto nunc illos necesse sit esse factos deteriores, cum ante centum plus minus annos unus ex eis necem sultano suo, totius in oculis exercitus, intentare fuerit ausus. Nostro quidem tempore, nimirum anno Christiano 1579, consimile quoddam huic facinus accidit, saneque memorabile. Nam dervisio cuidam concepta cædes animo, pari ausu tentata, successu feliciore perpetrata fuit. Multa sunt a nobis in annalium Supplemento commemorata de Mechemete bassa vezirazeme, Selimis II genero, summæ secundum Sultanum apud Turcos auctoritatis viro. Is cum pro more domi suæ jus dicturus, adeundi se copiam faceret universis, in synhedrio, vel concessu D vel consilio, vel audientia publica (divanum Turci dicunt, quam vocem Belvacensis libro XXXI, cap. 145, Dovanam corrupte scripsit, horridiuscule typhanum Porsius) ingredientem ad se magno nisu per mediam hominum turbam, notum sibi dervisium quemdam conspicatus, manum exporrigit, eleemosynam scilicet homini daturus. Itaque ab aliis ei ceditur, ut adire bassam posset: ad quem ubi propius accessisset, sicam e sinu profert, et ea vi Mechemetis in pectus adigit, ut illico lethale vulnus acciperet, quo exspiravit: ipso mox etiam dervisio ab astantibus in frusta conciso. Vide quam a decessoribus suis homines scelerati necdum degenerarint.

A 172. *Scaramangium, Ciamurlikion Gepenec, Seife, Kilitsch, acinax, copis, Zausij, Pusdigan.*

Quod Spanduginus filtrum dixit, annalibus est gepenecum. Sic et Ungari vestem militarem appellant, quæ tunicis, pænulis, aliisque vestibus superinjici, pluvio præsertim cœlo, solet. Vulgus hanc gestat e filtro factam, ideoque materiæ nomen ei Spanduginus dedit, quam equidem quo Latino vocabulo debeam exprimere, non video. Slavina dici potest, minus gausape, cum Reineccio: propter diversitatem tum materiæ, tum formæ. Reperitur apud Cedrinum, et Symeonem magistrum officiorum, et Achmetem onirocriten, Scaramangii vox: de cujus significato consultus a me Theodosius Zygomalas Naupliensis e Peloponneso, patriarchalis protonotarius, aiebat in usu Græcis esse nunc Agarenicam vocem Ciamurlikion, qua vestis ea significetur, quam viri militares gestent supra vestes alias interiores, ad arcendas pluvias, nives, gelu, cætera denique aeris incommoda. Persas autem inventores, ei nomen dedisse scaramangii, quod ab eis ad Græcos deinde cum ipso vestis usu manaverit. Hoc igitur est id, de quo nunc loquimur, gepenecum. De Scaramangio locum etiam capitis 199 consule, Arabibus Seife. Kilitsch Turcis dicitur is gladius, quem nos acinacem reddidimus. Leviter est incurvus, et quia non pungit, sed cæsim ferit, apud Xenophontem, Græcosque cæteros, Persica tractantes, nomen Copidis invenit. Et constat ex eodem Xenophonte nostro, genus hoc gladiorum a Persis alias itidem nationes, præsertim Asiaticas, accepisse. Zausii, sicut antea quoque diximus obiter in supplemento Annalium, comparandi veniunt cum nostris nobilibus aulicis, iisque præsertim, quorum opera principes utuntur in expediundis variis negotiis, quas commissiones vocare consuevimus. Habent hi præfectum, quem Zausiorum bassam appellant. Ab eo nos excipiebamur, obviam nobis ad primum lapidem extra Constantinopolim, insigni cum comitatu Zausiorum progresso, et longissimo tractu per urbem ad caravansaraium, legatis Cæsariis assignatum, deducebamur. Inter dignitates palatii Græcorum imperatorum recentiores, invenitur etiam Megas sive magnus Tzausius, quo officium vel mutuati sunt ab Agarenis Græci, v a Græcis Agareni acceperunt, et idem est ha dubie cum Zausiorum bassa. Numerus Zausior fere nunc apud Osmanidas ad septingentos exc vit. Pusdigani denique nomen Agarenicum reti sicut et superius in narratione de capta Const nopoli, quo clava massave ferrea, Turcis ne significatur. Græci recentiores hanc vocem u perunt, ac suam reddidere: cum olim ne dicere soliti fuerint.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

les Ungarorum, ab Jacupe Aga cæsorum, pani, Agalarii, Turci Græcos in multis imi-:eptra sive baculi Græcorum, Druncarii, , Banda, Bandophori.

A

ı Agæ nomen in historia Bonfinii desidevio Cadum bassa dicitur. Idem nomen lfgangus Dreslerus. Verum hoc ei non rium, sed ab accidente inditum, quippe vel Hadum significat eviratum, cui testes ıxsecti. Huic Ungarorum cladi causam oannes Frangepanus, ex illustri et Romæ ı clara Frangepanorum familia natus, ı Croatiam Dalmatiamque commigrantim hoc erat ab incolis nomen, ut Franc rentur, hoc est, domini Franci. Defecerat angepanus post Matthiæ regis obitum, a islao et duce Joanne Corvino, Matthiæ ı notho, qui ad Jaitzam Banus earum reerat. Cumque in arce Brevia ceu rebellis ur, proximi bassæ auxilium imploraverat. ı est Ungariæ fines Jacupes aga cum octo m millibus equitum, uti Bonfinius scripsit. vel Agalariorum nomen apud Turcos a eductum est, qui scilicet magistratus est ı, sicut etiam ante Turcos Græcorum rum officiales sua quædam gestabant quæ nihil erant aliud quam baculi. Et n more Græcis erat, ut quoties novus perator, omnes officiales sceptra seu baı deponerent, nec nisi jubente novo imresumerent in manus: quo ritu significos in officiis suis ab ipso confirmari. ejus moris antiqui, Symeonis magistri n Historia manuscripta, cujus verba repee 199, meminerunt et alii quidam: isque m retinetur a Turcis, quos imitatores esse n, præsertim in rebus ad imperii formam publicos spectantibus, jam sæpenumero Quanquam alii putant, ab ipsis pleraque Saracenis: qui post defectionem a Romorum nihilominus tam civilem, quam ı imperii gubernationem fuerint æmulati. r et Agalarii dicti sunt ab aga, quod baıificat. Adeoque propius ut ostendam inem officiorum palatii atque imperii ım officiis portæ Osmanicæ, dico, Turrios esse sua lingua, qui Græcis erant ;arii, vel Druncarii potius. Eos Leo Saıustus in libro suo **465** *De apparatibus* lim dictos fuisse tradit Chiliarchos, quod mille præessent; et Druncum, Chiliarıatini Chiliarchos vocant tribunos, qui onelli sunt. Druncum (sic enim pronungomalas et Druncarium, non Drungum, garium, quod vulgo fieri solet) sic appelbitror a trunco, sive baculo, sive sceptro; ıodum hodieque regimentum vocamus ıs Tribuni baculum (vitem dixere puto , quem ceu magistratus insigne gestat, quam illum signorum militumque numerum, qui ad constituendum regimentum requiritur. Ideoque Druncus est regimentum militum, cujus caput est Druncarius, olim Tribunus, nunc Colonellus aut regimenti præfectus. Conveniunt et alia militiæ nostræ cum illis quæ Leo tradit imperator. Vandon appellat signum equitum vel peditum, ut nostri Vanen et Vandlin, aut Vændlin: Vandophoron, qui vexillum Vandi gestat, et nostris est Vandrich. Addit, Vandum constare militibus 300, aut saltim non paucioribus, quam 200, nec pluribus, quam 400. Sic et Druncum sive regimentum habere vult non pauciores mille, non plures tribus millibus. Cæterorum apud Leonem collatio cum nostris, alterius loci fuerit, ac fortassis in hoc genere nonnihil aliquando moliemur, cum aliquam non antiquæ duntaxat militiæ notitiam, verum etiam præsentis usum assecuti videamur. Iidem de Viglæ Stolique magnis Druncariis alibi. Plurimum certe faciunt hæc ad illustrandas Græcorum recentiores historias. Ad Druncariorum ergo similitudinem Turcis sunt Agalari, velut Tribuni, puta Genizar aga, Capizilar aga, Spahoglan aga, Silichtar aga: de quibus omnibus convenienti loco tractabitur.

B

C

D

174. *Bani regnorum apud Ungaros, Chrobatæ, Choruatæ, Diremsil Ban.*

Promisimus supra capite septuagesimo primo, nos de Banis et Banatibus in regnis Ungariæ adjunctis aliquid dicturos plenius. Id igitur ut hoc præstem loco, quo Bani Ungarici mentio fit, dico Banum apud Ungaros vocari, non gubernatorem, vel locumtenentem (τοποτηρητὴν Græcis, et ἔξαρχον, unde nomen exarchorum Italiæ Ravennatium) sive vicarium regis in ipsa Ungaria, sed alicujus ad Ungariæ juris spectantis regni præsidem. Pertinent vero partim antiquitus, partim etiam nunc, hæc ad Ungariam regna: Dalmatia, Croatia, Slavonia (id est, Illyricum), Ramia vel Rama (quo nomine in Ungarorum regum titulis intelligitur Bozina) Servia, Gallicia sive Valachia, Lodomeria, Comania, Bulgaria. Præter hos Banos, mentio fit in historiis Banatuum, Machoviensis, et Zeverinensis, (Sucrinum jam vulgo vocant in Transalpina Valachia propter Danubium, a Severo Augusto ædificatum oppidum) et Erdelii, Turcicis in historiis; quæ Joannem de Zapolia, comitem Cepisiensem, regni usurpatorem, et patriæ pestem, Ertel Ban appellant: licet a nostris Erdelii sive Transsylvaniæ Vaivoda tantummodo nominaretur. Ipsimet Ungari Banum seu Wanum vocare se dicunt eum, qui vexillo aliis præit. Unde paret, discrimen hoc inter gubernatorem et Banum esse, quod illi tam pace, quam bello, cura regni omnis incumbat; hic bellicis tantum negotiis præsit. Ipsum etiam nomen a Bando factum perspicitur, quod regiis ipsorum constitutionibus dicitur Banderium: estque Banus Græcis Flamularis, φλαμουλάρης, Sanzacbeg seu Flambular, Turcis. Nunc ad annales ut redeamus, quem

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

hic Ungaricum Banum generaliter appellant, Bonfinius Croatiæ tantummodo Banum fuisse tradit, regni videlicet Ungariæ regno adjuncti. Croatarum vero nomen hodieque notissimum. Gens est pertinax in retinenda religione sua Christiana. Propterea Turcis esse subdita cum ejus amittendæ periculo recusans, ad vicinos migrat, magnamque nunc Austriæ Moraviæque partem, agris colendis dedita complet. Cedrinus in Basilio Bulgaroctono, Chorvatas appellans : Finitimi sunt, inquit, Bulgaris Chorvatarum populi, quod nomen Chorvat, vel Horvat, aspiratione forti, nunc eis est etiam in usu. Cæteri Græci Chrobatas sive Chrovatas nominant. Et alicubi scriptum apud ipsos legere memini, Servios et Chrovatas eosdem esse respectu nimirum ejusdem originis et linguæ Venedæ, quam in Serviis demonstravimus capite tricesimo quinto. Rursus ab Annalibus his Banus Ungaricus etiam Direnzil Ban nominatur, veluti Drenz Cili Ban, hoc est, Drenzus Ciliæ Banus. Quippe celeberrimus Ciliæ comitatus ad Croatiæ Banatum antiquitus pertinebat, et Bonfinius expresse tradit bassam (quo nomine Jacupem agam intelligit) primum omnium hoc bello Cilianum agrum populatione deformasse. Bani proprium nomen apud eum legitur. Emericus Drenzenus, vir (ut ipse fatetur) summæ tam industriæ, quam consilii : qui suffectus in locum Joannis Corvini ducis a Vladislao rege fuerat. Habuit, auctore Bonfinio, secum Banus septem militum tantummodo millia : reliqui rusticæ plebis inconditæ, nec armis assuetæ cohortibus constabant. Accidit aliud etiam malum quod Drenzenus contra sententiam animi sui coactus a Bernardino Frangepano, pugnavit : qui tamen e prælio fuga se subduxit. Hæc 466 scilicet erat illa tum discordia, tum fuga, quam innuere volunt Annales, cum aiunt, Ungaros ipsos inter se dissentientes, fugisse. Bernardinus pater erat Joannis illius Frangepani, quem obsessum fuisse Brevia diximus. Filius, vir fortis, hostis antea, vel rebellis potius, hac pugna cæsus occubuit.

175. *Occasio et causa belli Bajazitis adversus Venetos in Peloponneso : Ludovicus Maurus dux Mediolanensis Turcum in Venetos concitat : Inebechti a Turcis obsessa.*

Naupactus Achaiæ maritima civitas est, opinione quorumdam, Ætoliæ Leoni Augusto, ad sinum quondam Corinthiacum vocatum sita. Nautis vulgo jam Lepanto dicitur, Inebechti Turcis, quod a Nepanto Marii Nigri non procul recedit : Achaia, Livadia : Ætolia, Despotatus : sinus Corinthiacus, Colpo, sive Golfo di Lepanto. Erat hoc tempore, nimirum anno Christiano 1498, Naupactus in potestate Venetorum a 70, plus minus, annis : qui misso ad Bajazitem Andrea Zantano, legato suo, pacem in annos 25 cum eo fecerant, cujus tabula Bajazites scriptura manus suæ, pro more confirmarat. Nihilominus vix appellere Venetias legatus potuit, cum datam Venetis fidem Bajazites violat. Quippe sibi lege sua Mahumetana permitti volunt Agareni et Osmanidæ, ut in rebus ad imperium spectantibus, et usu suo fidem datam flocci faciant, nec ullum promissorum Christianis factorum rationem habeant. Bellum igitur in eos molitur, et prætextus causa cupide occasiunculam arripit, quod Veneti protegendum suscepissent comitem Joannem Cernovichium (Cernovitzios dicendos ostendimus supra, capite 46, et hunc alii Georgium vocant), vicinæ Cataro ditionis regulum, cui pleraque Bajazites ademerat. Sed alia reapse suberat causa, quæ pene certam ei spem faciebat ejiciendi Venetos e Morea sive Peloponneso, in qua multas sane magnas et munitas urbes arcesque possidebant. Etenim Galliæ rex Ludovicus duodecimus Ludovicum Sphortiam, cognomento Maurum, a nigredine vultus, ducatu Mediolanensi spoliaturus, quem sui juris asserebat, fœdus contra Sphortiam cum republica Veneta percusserat. Ea Gallorum cum Venetis conjunctione territus Sphortia, legatum ad Bajazitem mittit, qui tum muneribus ei, tum variis rationibus persuaderet, ut bellum Venetis inferret. Quippe futurum aiebat, ut occupatis Italico bello Venetis, ipse nullo negotio Græcis urbibus et castris, et insulis eos exueret. Hac illectus spe Bajazites, a pace cum Venetis sancita discessit. Ac fuit profecto noxium Venetis id Mauri facinus, sed tandem hæc in ipsum, quod dici solet, cusa faba justo Dei judicio fuit. Nam et ambitionis, et injuriarum multiplicium erga Joannem Galeacium fratris filium, et funestorum patriæ consiliorum, quibus Gallos adversus Neapolitanos reges, Turcos adversus Venetos commovit, acerbas denique pœnas luit. Quod quidem ei subtilis et arguti vir ingenii, legatus Florentinæ reipublicæ, futurum aliquando prædixerat. Quippe cum huic ad se misso suos arroganter ostentaret, uti plerumque solebat et opes, et ingenii vires : inter alia quodam in conclavi depictum ei monstrat simulacrum mulieris amictu pulcherrimo vestitæ, in quo expressa mirifico artificio tota conspiciebatur Italia. Propter hanc mulierem astabat Æthiops cum peniculo, quo se ipsum innuere volebat, qui et Maurus vulgo vel Æthiops audiret, et emblematum loco soleret uti vel peniculo, cum inscriptione Latina, *et merito et tempore*, vel ramusculo tres complexorosas, cum inscriptione Germanica *mit Zeit*, id est, *cum tempore*. Quæ quidem ipsius emblemata symbolaque passim in parietibus et aulæis Mediolani, Ticini, Taurini, apud doctissimum et illustrem ejus urbis archiepiscopum, Hieronymum Rovereum, et aliis in locis videre memini. Erat hic Æthiops ira pictus, ut peniculo mulieris e veste pulverem cum sordibus aliis extergeret. Ea pictura legato monstrata, quid ipsi de hac videretur, interrogat. Tum is : Ut mihi quidem videtur, inquit, hic Æthiops pulverem omnem in se ipsum converrit. Quod hominis acuti de Ludovico Mauro vaticinium deinceps eventu comprobatum fuit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

videntur consentanea, tum quod Teke regio minime sit Armenia minor, sed Phrygia major, ut aperte lector ex ipsis Annalium verbis numero 57 notatis perspicit; tum etiam, quod e Persia venienti minime Bajazites munera quotannis missurus fuerit. Utut sese res habeat, Scachi quidem Ismailis partes amplexus fuit, ideoque Scach Culi nominatus: ex quo Turci, partibus Osmanidarum adhærentes, fecere Scitan Culi, voce significante Satanæ vel diaboli servum mancipiumve. Geufræus alicubi pro Culi scripsit Coullet. Spanduginus ei suppeditata fuisse tradit ab Ismaile Scacho 20000 hominum, quod equidem verum non arbitror, ex iis quæ hic in Annalibus sequuntur. Magis est vero consentaneum, quod Jovius ait, per internuntios ab Ismaile confirmatum in proposito fuisse. Kisel bassa significat rubrum caput. Id nomen Osmanici dederunt hoc ipso tempore sectatoribus Ismailis Scachi Persarum, a rubro capitis tegumento: quo de plenius agendum paulo post.

180. *Antali, civitas Anatoliæ: Græcorum anni a mundo condito, quonam modo cum nostris conveniant. Nomina quædam vetusta cum recentioribus collata.*

Quæ Turcis hic Antali vocatur, priscis erat Attalia, quondam ab Attalo rege, uno de successoribus Alexandri Magni, condita. Leonis imperatoris Novella de thronis eam collocat in Pamphilia secunda, sub metropoli Sylæo sive Perga. Græci posteriores adnotant, factam metropolim anno mundi 6592, sub Eustratio sanctissimo patriarcha, imperatoris Alexii Comneni auctoritate. Quod quidem accidisse constabit anno Christiano 1084, si de sententia Græcorum anni a condito mundo 5508 statuantur usque ad Christum natum elapsi, secundum editionem 72 Interpretum. Aythonus Nataliam, transpositis a librario primis litteris appellat, pro Antalia: quo loco Reineccius notat, scribendum pro Natalia Nacoliam. Atqui Nacolia longe distat ab Antalia, Phrygiæ nimirum majoris mediterranea civitas, ad Sangarium flumen sita: cum de Antalia sua statim subjiciat Aythonus, eam supra mare Græciæ (Gallice loquitur, pro, ad mare) sitam. Et maris Græciæ vocabulo intelligitur Ægæum mare, vel Archipelagus. Addit enim, quod hæc civitas respiciat regnum Cypri. Quippe verum hoc est, et ab Attalia, quam Setteliam modo vocant, totus ille sinus objectus Cypro, nunc Golfo di Settelia nominatur. Belvacensis Satteliam scripsit, eidemque sinus ille maris appellatur Gaufra Satteliæ, vocabulo Gallico *Goufre*, quod hodie Græcis est Corpho, priscis Κόλπος, Italis Golfo, Latinis sinus. Quia vero in hunc Aythoni locum incidimus, explicemus obiter et alia quædam ibidem posita regionem et civitatum nomina. Primam Turquiæ sultanorum Iconii regnum, vel Asiam minorem intelligit) provinciam initio vocat Lygoniam, deinde rectius Lyquoniam (pronuntiatione Gallorum effertur Lyconia, id est Lycaonia) quæ famosam civitatem habeat Coni, hoc est, Iconium. Rectius hanc collocat in Lycaonia, quam Laonicus in Caria; de quo supra numero 12, dictum. Addit, hanc esse majorem totius Turquiæ regni, hoc est metropolim. Briquiam Reineccius interpretatur Lyciam, cum Briquia seu Bryquia sit Phrygia. Facit autem Bryquiæ metropolim Aythonus Zichiam Græciæ. Sic enim scripsit, nomine Græciæ Romaniam intelligens Asiaticam, de qua dictum c. 6. Zichiam hanc Reineccius interpretatur Cydnam. Atqui Zicchiæ Cedrinus quoque mentionem fecit velut civitatis in Asia minori sitæ: cum in Copronymo frigus inauditum memoriæ prodit, quo congelatis amnibus et ipso mari, potuisse narrat itinere pedestri a Zicchia transiri mare ad ipsum usque Danubium, id est ad ostia Danubii, quæ in Thracia sunt. Bithyniæ metropolis apud Aythonum scribitur esse Nichor, quam Nicæam puto, Turcis Isnic; non Nicomediam, quæ Turcis est Ismid: cum Reineccius ex Nichor faciat Nicomediam. Nec apud Leonem Augustum minus est metropolis Bithyniæ Nicæa quam Nicomedia. Genech Aythoni Reineccius interpretatur Pontum, cum magis proprie sic dicatur, quæ olim Colchis erat, postea Lazorum appellata regio, sive Lazice, cujus metropolis est Leoni Augusto Trapezus, quam in Genech ponit Aythonus. Paphlagoniæ civitatem vocat Aythonus Ginapolim, ex qua Reineccius fecit Germanopolim. Atqui Ginapolis Aythoni, vel Ginopolis potius, ad Pontum Euxinum sita, hodieque Ginopoli nominatur. Apud Leonem Augustum Innopolis dicitur, et episcopatus ejus ad Gangram Paphlagoniæ refertur. Sed desino plura.

181. *Garagos bassa, beglerbegus Anatoliæ vivus palo transfigitur.*

Habes hic insigne crudelitatis exemplum in religiosis Turcorum, cujus obiter mentionem supra fecimus, cap. 64. Transfixus a Scachoculi palo fuit Anatoliæ beglerbegus, ut Annales referunt. Ei nomen dant 469 Turci Caragos, ut nostro quoque tempore celebris fuit Caragos Rais, quem in Supplementi narratione de bello Cyprio commemoravimus; vulgo nostri Caracossam dixere. Jovio Cargius bassa nominatur, et eidem alibi Caraius est. Dissentit etiam in expositione historiæ nonnihil ab Annalibus, qui Caragosam captum fuisse narrant, et Cutaigen adductum, et suis in oppido commonstratum: cumque deditionem oppidani facere nollent, in eorum conspectu palo transfixum. Jovius autem prope dicit abfuisse, ut caperetur: sed substractum a suis, Cutejam evasisse: qua deinceps a seditiosis expugnata, etiam ipse hostium in manus venerit. Postea vero ad Caraëssar, (Carachisar scribere debuit) in media via, qua transeundum erat Ali bassæ, cum exercitu rebelles persequenti, vivum ab eis palo transfixum: ut a tergo sequentibus tam fœdo tanti viri supplicio formidinem et horrorem incuterent. De Cutahige supra dictum, capite 40.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

182. *Corcut a seditiosis vincitur. Diversæ Turcorum narrationes a nostris.*

Corcutem in Osmanidarum genealogia quintum ordine Bajazitis filium fecimus, et germanum Selimis fratrem, qui deinceps imperavit. Etenim eamdem cum Selime matrem habuit. Hunc referunt Annales a rebellibus in pugna fuisse superatum. Jovius vero pugnatum ait in hos adverso prælio duobus a nepotibus Bajazitis, Muchemete Sciemseiai (Sinan Schach rectius appellatur), et Orcane Alempsaci, filiis (pater Alem vel Allama Schach, filius Urchan nobis est in genealogia) : Corcutem expresse tradit, non ausum fuisse cum Techelle congredi. Quæ sane vera sint, nec ne, mihi quidem disceptare non lubet : indicanda tamen putavi, ceu suspecta propter ætatem nepotum. Quæ ditio sit Aidinensis, ostensum numero 13. Ducis filius est Herzecogli bassa, de quo dictum capite 161 et 162.

183. *Alis bassæ contra rebelles expeditio*

Quantopere creverint perduellium vires, vel ex eo colligi potest, quod in hos proficiscentem Alim bassam duxisse Spanduginus ait equitum ex Anatolia quadraginta millia, quibus genizarorum quatuor millia Bajazites adjunxerit. Nihiloque minus Achmetem quoque Bajazitis filium, ex Amasiana sua provincia collectis copiis, ei subsidio venisse.

184. *Cheider bassa cum Zindi Kemale Sangiacbego, victus et occisus a seditiosis, Zonchium, Navarinum.*

Cheider Bassa, Caramaniæ beglerbegus, a Spandugino Caidir appellatur, et domicilium in urbe Cogno, vel Iconii habuisse dicitur. Zindi Kemal beg eidem Camali nominatur, et vir admodum militaris fuisse prædicatur. Tradit enim Spanduginus, hunc bello Bajazitis contra Venetos cepisse castellum Moreæ sive Peloponnesi maritimum, hodieque munitissimum, nec procul a Methone dissitum, quindecim videlicet milliaribus Græcis, quod a nautis Italis Zonchium, Spandugino Giunchium, Græcis nostri temporis Navarinum vocatur, priscis Coryphasium Messeniæ fuisse creditur: Jovio tamen Pylum, regna Nestoris, appellante. Neque castellum hoc Kemales seu Camales duntaxat expugnavit, verum etiam oppressas inopinato quatuor triremes Venetas, cum ipsis militibus et sociis navalibus, ibidem in potestatem redegit.

185. *Planities Zibuc, et Sivac, eadem.*

Quam hic Annales planitiem Zibuc vocant, Spanduginus appellat campum Sivac, tametsi corrupte legatur in edito, Campagna detta Sivas. Quippe civitas quidem est Sivas, de qua dictum capite 5 : sed hoc nomine campus aut planities nobilis in Anatolia quod equidem sciam, nulla. Quapropter ex Annalibus Sivac reponendum, quod idem est fere cum Zibuc. Jovius hæc ad Galatiæ campos retulit, ubi sitam ait Caraessar. Ea Turcis est Carachissar, hoc est arx nigra, quæ in beglerbegatibus collocatur in Amasiæ Tocatique provincia, complectente Paphlagoniam, Galatiam et Cappadociam : ubi sangiacatus hi conjunguntur, Carachisar, (vide caput 144, et eodem numero textum Annalium, hanc a Muchemete secundo captam referentium, cum adversus Usumchasanem pergeret) Sasum (priscis Sasima, de Nazianzeni nostri libris nota), Tarabosan sive Trapezus. Addit Jovius hoc loco mentionem montis cui nomen dat Olinga, nec cum magno ab Ancyra distare tradit intervallo.

186 *Kihaia, Protogeros, Primikirios, Vlofedzi, Vlefe, Timarion, Timariotæ, Ramasan.*

Qui præfectus Vlofeziorum hic dicitur, vocabulo Turcico Kihaia nominatur. Id proprie vicarium seu locumtenentem, seu legatum, atque etiam præfectum aulæ significat. Ideoque Kihaia Vlofeziorum est vicarius seu legatus illius, quem Vlofeziorum bassam appellant. Græci Protogeron nunc dicunt, qui catalogo dignitatum vel officiorum palatii πριμικήριος ipsis est, nostris primicerius appellatione vetusta. Ex Protogero Geufræus Protortz corruptum ponit, et superintendentem interpretatur. Nomen Vlofeziorum significat stipendiarios, **470** quibus Vlofe vel Vlefe numeratur. Sunt enim duo stipendiorum apud Turcos genera, quorum unum vocatur Vlefe, Timar alterum. Vlefe, stipendium est, quod more nostro militibus vel aulicis solvitur a rationalibus vel quæstoribus : apud nos menstruum vel annuum, apud Turcos in singulos dies. Hoc qui fruuntur, Vlefedziorum nomen habent. Geufræo et Sansovino sunt Olophagi. Timar est pensio, vel stipendium, vel reditus assignatus in prædiis, et possessionibus castrorum oppidorum, pagorum, agrorum, vel in percipiendis decumis, aliisve fructibus, Græci timarion appellant, a quibus ad Turcos manasse vocem hanc arbitror. Reperitur apud Damascenum Studitam in martyrio Theodori tribuni militum, cui virtutis et rerum fortiter gestarum nomine narrat a Licinio Augusto datum fuisse pro timario castrum Heracleæ. Videturque vox a Græca τιμή, qua significatur honor, derivata : quod hujusmodi timaria, velut honoraria, sive beneficia,, sive reditus, sive pensiones, honoratis beneque de republica meritis concederentur. Timariis donati vocantur Timariotæ, vel Timarati, etiam apud Chalcocondylem. Caramuses significat nigrum Mosem. Ramasanis nomen idem est cum Ramadane : sicut Otman, vel Odman idem cum Osmane.

187. *Tebrisium, Taurisium, Caravana.*

Tebrisium, nunc Tauris, admodum his annis innotuit, etiam vulgo, Turcorum stragibus aliquot nobilitatum inde usque a sultani Soleimanis secundi temporibus. Qui Ecbatana Mediæ vocant, errare puto, cum Cedrinus eam Taurezium appellans, in Persarmenia collocet, quam hodieque majorem dicunt Armeniam. In hujus meditullio Tebrisium recte Jovius ponit, ut male Chalcocon-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dyles urbem fecit Assyriorum : cujus interpres Tabrezen, ut Cedrinianus Tabresium, scripsit. Jovii sententiam hæc Aythoni verba confirmant. In Armenia majore civitas Taurisii famosior est, et plus aliis opulenta. Vide quædam alia de hac infra, capite 204 notata. Caravanæ Turcis et aliis orientalibus populis sunt hominum agmina nonnunquam maxima, propter itinerum discrimina se conjungentium. Neque tantum hoc fieri solet ab iis qui mercium vel distrahendarum causa, vel comparandarum, alio proficiscuntur; verum etiam ab illis, qui per solitudines Arabum, ad visitandam voti vel religionis ergo Meccham peregrinantur. Excrescunt hæc agmina, præ magnitudine periculi, nonnunquam ad viginti vel triginta hominum millia; justus ut exercitus esse, præsertim ob camelorum multitudinem, et aliorum jumentorum, quæ sagmaria sagmatariaque Græci vocant, videantur.

188. *Scach sive rex Persarum Ismail, cognomento Sophinus, Sophilar, Enasserlar, Kesil bassa. An hoc primum tempore secta Sophilariorum exstiterit.*

Licet in Annalium Appendice nostra, de discidiis sectarum Mahumetanarum, Osmanicæ Sophinæque, decennalis initio belli, quod inter eos geritur, quædam rara, nec ab aliis ante nos memoriæ prodita complexi sumus : hoc tamen loco, quo primam Ismailis Sophini mentionem Annales faciunt, paucis ea consignare libet, quæ ad ipsius Ismailis originem, principatus initia, progressus, res gestas illustrandas pertinere putabimus. Pater Ismailis Sophini fuit Erdebil, quem Jovius et alii vocant Arduelem vel Harduellem. Hoc illi cognomen faciunt a loco quodam Persiæ, cujus dominus aut regulus fuerit : ipsum vero nomen ejus tradunt fuisse Secaider. Aiunt præterea sectatum vitam religiosam, instar eremitarum vel monachorum nostrorum. Ideoque Sec interpretatur Spanduginus nunc abbatem, nunc plebanum sive curatum, ut vulgo loquuntur, hoc est, animarum curam gerentem. Ego vero in opinione mea persisto, quam initio belli Persici superius in Supplemento Annalium exposui, et cujus auctorem habeo Matthiam de Faro, Cæsareum Constantinopoli ad Portam Osmanicam Dragomanum vel interpretem: diversa scilicet hæc esse nomina diversarum personarum, quorum unus fuerit Erdebil pater Ismailis, familia natus apud Persas illustri, ditionisque cujusdam regulus: alter Scheich Haidar, non princeps aut regulus, sed revera id, quod audiebat; nimirum Scheiche, vel Iman, quorum illud hominem religiosum gentibus illis significat, ab innocentia sanctimoniaque vitæ : hoc vero doctorem. Etenim ex opinione vitæ religiose ac duriter actæ, consecutus aliquid apud vulgum auctoritatis; tribus Mahumetis prophetæ sociis, Ebubekire, Omere, Osmaneque rejectis, Alim quartum prophetæ socium, ejusdemque consanguineum et generum sequendum in omnibus affirmabat, si salvi esse vellent. Docebat autem hæc, et alia, quodam in oppido Persarum, cui nomen Reza. Fama novi doctoris, novæque disciplinæ, longe lateque didita, confluxit ad Scheichem vel Imamum Haidarem ingens e Persia vicinisque regionibus hominum multitudo. Primus autem ex magnatibus et regulis Erdebil non hanc duntaxat Haidaris sententiam doctrinamque probavit, verum etiam ex ejus præscripto se gerens, patrocinium causæ suscepit, eaque 471 re multitudinis animos sibi mirifice devinxit. Ita nimirum alias quoque constat homines ingeniosos, novæ religionis usos prætextu, insignem ad potentiam pervenisse. Tantopere quidem Erdebil, cæteroqui non magni nominis opumve regulus, hac novi dogmatis professione crevit : ut ei filiam suam rex Persarum Chasanes, quem a proceritate staturæ nominatum Usun Chasan superius indicavimus, matrimonio legitimo copularet. Quippe filiam Martham ex Æcaterina Comnenia susceperat, quam Camit de Cami fuisse dictam, non recte scriptum apud Spanduginum legitur. Etenim gentibus iis Carum de Comulni vocabatur, priore nomine corrupto de Græco Æcaterine, altero vero familiæ. Nam Calojoannis Comneni, penultimi Trapezuntiorum imperatoris, erat filia, quam Calojoanne mortuo, frater Calojoannis David, ultimus imperator Trapezuntius, Usumchasani dedit uxorem, ut ejus præsidio contra nimium vicinas et infestas sibi vires sultani Muchemetis paulo tutior esset. Ex hac Usumchasanis filia Martha natus fuit Erdebili filius Ismail, de quo nunc agimus. Habuit in regno successorem mortuus Usumchasanes Jacupem filium, qui vulgo ab historicis Jacobbeg, ab Annalibus hisce sultan Jacup deinceps in Vita sultani Soleimanis nominatur. Is protectorem novæ sectæ sororium suum Erdebilem, mirifice sibi suspectum, quod vereretur ne regius affinis, et tantæ multitudinis devotione fretus, sibi regnum eriperet, interfici curavit. Evasit crudelis avunculi manus Ismail admodum adolescens, octodecim (ut plerique tradunt) id temporis natus annos, seque, Martha matre comite, contulit ad amicum paternum Pircalem, regulum ditionis et castellorum quorumdam ad mare Caspium, nunc Culzum Denizi Turcis, Beher Culzum Arabibus appellatum, quo clausum mare significatur. Istic educatus Ismail ex præscripto religionis paternæ, tandem exstincto per venenum a conjuge datum sultano Jacupe avunculo, domum reverti, paternæque ditionis hæreditatem, cum oppidis et prædiis maternæ dotis nomine sibi deditis, adire statuit. Dominio paterno potitus, mox ulterius progreditur : et trecentis tantummodo stipatus militibus, Somakiam pene prodigiosum in modum occupat. Ea civitas est Mediæ, quam modo Sirvanum vocant, ac versus Armeniæ majoris fines sese porrigit, et Laonico Samachia, Spandugino Sumachies, appellatur : tanti quidem momenti, ut anno Christiano 1583 ei captæ beglerbegum Osman bassa

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

præfecerit. Hinc copiis non parum adauctis et instructis, Tebrisium, extimam Persarum regiam, sese confert, eamque, superato rege Alvante, sultani Jacupis filio et successore, victor in potestatem redigit. Iterum cum Alvante congressus, non modo superior evadit, verum etiam ipsum, cum exercitus majori parte, trucidat. Inde Muratem Chanem, (Morat Chan, et Morat beg, aliis nominatur, Augustino Curioni nostro Maraberg, quod longius ab origine recedit) Aluantis occisi fratrem persecutus, pari prosperitate superat. Is victus ab Ismaile, Bagadatim versus aufugit, hodiernam scilicet Babylonem, propter ruinas priscæ Babylonis sitam. Victor urbem Sciras, armorum omnis generis officinam, a Tebrisio viginti dierum itinere distantem, cum victricibus copiis adit et occupat. Ibi demum insigniter suum armavit exercitum. Postea negotium ei fuit cum Ulu Chane Tatarorum Sicheco, quem instructum exercitu trecentorum millium equitum, aggredi prælio non dubitavit: quo singulari virtute fortunaque victor evasit, hoste cæso, vel in turba (quod alii tradunt) a suis oppresso, suffocatoque. Tandem ad tot illustres de pluribus partas victorias, is felicitatis eximiæ cumulus accessit, ut moriente in exsilio Murate Chane, Jacupis filio, et ultimo hærede, non modo Persici regni possessione, sublatis æmulis, quieta potiretur, verum etiam vicinos quosdam populos, ac præsertim Bagadatinos, in deditionem acciperet. Hæc de Ismailis Sophini origine, prosperoque rerum successu, quo sibi suisque regnum Persicum peperit, et constabilivit, hactenus hic exponenda duximus. Nam bella deinceps cum Osmanidis, ac Selime præsertim gesta, suo loco nobis Annales ipsi dabunt. Ab Osmanidis ei Sophi cognomentum, et Kiselis bassæ, per ignominiam fuit inditum. Prioris notionem attigimus supra, capite 81. Non a Græco Sophos deductum est, quod tamen existimare quosdam video, qui a Persarum Magis et Sophis antiquissimis sumptum nomen usurpasse Sophinos volunt; sed a Sophi, Arabica voce, quæ lanam significat. Quippe cum Mahumetani, et præsertim Osmanici, more veteri, tulipanto lineo subtilissimi operis caput involvant, nova istæc Sophilariorum religio præcipit inter alia, ne caput fastu quodam lineis ejusmodi spiris ornetur, sed ut tegumenta capitum e lana, non magna re pretii, conficiantur. Et quia laneum hoc tegumentum capitis, quo præter aliorum Mahumetanorum morem hi nunc utuntur, plicas habet duodecim, et Arabica vox Enasser, duodecim significat; etiam aliud nomen Enasserlariorum consecuti sunt, ac si Græco vocabulo dicas Dodecaptychos, aut Latino Duodecimplices. Cum denique tegmen ejusmodi rubro duntaxat colore tinctum gestare soleant, Kiselbassilarii quoque dicti sunt, veluti capita rubra. Solebant autem ante hæc vocari tempora Persæ Turcis Aiemini vel Azemini **472** sicut et ipsa regio Persarum iisdem est Aiem, quod supra notatum capite 2. Scachus igitur Ismail ab æmulis Osmanicis, aliisque Mahumetanis, velut horum antesignanus, tam Sophi, quam Kisel bassa vocatus fuit; ac mansit etiam apud nos in hodiernum usque diem nomen hoc posteris ipsius, ut Sophini appellentur. Nec tamen in ea sum opinione cum aliis, ut tunc primum natum hoc Sophilariorum vocabulum putem. Quippe vetustius esse temporibus Ismailis, ex Annalibus Turcicis paret; qui regnante Muchemete primo, Bajazitis proavo, nonaginta scilicet annis ante Scachoculis seditionem, et Ismailis imperium, Sophilarios itidem tumultuatos commemorant. Itaque vero est simile, Scheichem Haidarem non novi dogmatis auctorem fuisse, sed reliquas potius ex incendio veteri, quasique sopitas hactenus scintillas, denuo suscitasse, prorsusque simili ratione Scachum Ismailem Sophi nomen ab inimicis tulisse, frequens antea plebeiis, sed ante ipsum nulli datum regi.

189. *Qui Corizzi vel Coridschi, qui Turcomani Persici. Supplicium Scachoculis.*

Tria sunt apud Persas genera militantium. Primi vocantur ab eis Turcomani, quorum ea conditio est, quæ vasallorum apud nos, quos feudatarios appellamus. Et sunt apud eos feuda perpetua, quæ a parentibus ad liberos et posteros devolvuntur, sequius ac Turcis est in usu. Quoties igitur hi jussu regis evocantur, eo cum equitum numero se regi sistunt, quem rationem feudorum adducere tenentur. Alteri dicuntur Corizzi vel Coridschi, qui stipendiis militant. Et alia stipendia reapse non sunt apud Persas, quam quæ Græcis στατρέσια, Romanis annonæ militares nominabantur: res nimirum ad alimenta pertinentes, cum equis, vestibus, armis, tentoriis, cæteris. Tertii constant e copiis auxiliaribus confœderatorum finitimarumque gentium, Armeniorum videlicet, ac Georgianorum: qui religionem Christianam profitentur, in Persas propensi, Turcis infesti. Vulgus igitur istorum, qui Scachoculim secuti ducem, tam crudeliter hactenus grassati passim fuerant, scachus Ismail ceu mancipia distribuit inter proceres suos, quo nomine sultani, Chanes, Turcomani Persis veniunt: capite vero seditiosorum trucidanda Corizzis, hoc est, stipendiariis militibus suis, objecit. Hoc memorabile, quod apud Spandugnum legitur, auctorem tam fœdæ tragœdiæ, qui se Scachoculim, velut scachi mancipium appellaverat, ab aliis vero nominatus ob immanitatem fuerat Scitan Culi, sive Satanæ mancipium, laudabili severitatis exemplo vivum, de sententia regis Ismailis, in flammas conjectum et exustum fuisse.

190. *Motus Selimis adversus patrem Bajazitem Precopii Tatari, Chan Precopiorum Poloniæ regnum ambit, Beligrad ad amnem Nesterem, Segnan bassa.*

Dejecturus imperio patrem Selimes, non Trapezunte per Asiam minorem profectus fuit, quod

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

num Christianum 1448. Tertius, Daudis fuit bassæ filius, de quo Daude paulo ante dictum, capite 163. Cæterum obiter hoc quoque notandum, necessario fuisse duos Usumchasani filios Jacupes : quorum alter Bajazitis gener, a Mamelucis cæsus fuisse narratur ; alter in regno patri successit, ut apparebit ex iis quæ capite 188 sequentur.

167. *Larende Caramaniæ, sive Larenda.*

Quæ capta fuit a Mamelucis Larende, Chalcocondyli Laranda scribitur, cum ait, Muratem secundum bello petiisse Caramanum Aliderium, Cariæ ducem, cujus duæ sunt urbes, Laranda et Toconeium, pro quo Iconium reponendum docuimus. Leo Sapiens Augustus in Novella de Thronis, Larandorum (sic enim vocat numero multitudinis) episcopatum non in Caria collocat, sed in Lycaonia, sub metropolitano Iconiensi, quod equidem magis probo. Nunc quoque Laranda nominatur, et in Natoliæ tabula non procul a Cogna conspicitur, in Caramaniæ sive Ciliciæ mediterraneis. De Gumulzina, cap. 43, de Ypsala 31, dictum.

168. *Pax inter sultaninos et Osmanidas, Matthiæ regis Ungari mors.*

Quod sultanus Alcairensis in transactione Bajaziti Tarsum et Adana restituisse dicitur, verius esse puto, quam quod Malatestæ secretarius ait, Bajazitem soldano Adana Tarsumque reddidisse. Nam hæc oppida Ciliciæ sunt, sive Caramaniæ, quam Caramanidarum exstincta familia Bajazites, ut antea dictum, sibi vindicaverat. Postremos etiam sultaninos Adana cepisse, paulo ante legimus. Itaque reddita potius ab his civitas Bajaziti fuit, qui eam cum Tarso, ceu Caramaniæ membra, repetebat. Nomine deinde mortui regis Ungariæ, Matthias intelligitur, Joannis Huniadis filius : successoris autem, Vladisiaus Polonus, Casimiri Jagellonidæ Polonorum regis filius, pater ejus Ludovici regis, qui ad Mohatzium cæsus a sultano Soleimane, juvenis admodum periit.

169. *Bajazites Ungarium non audet ingredi, Uscopia, Manastir, Monestir.*

Hæc de vano Bajazitis conatu invadendæ Ungariæ narrat etiam Bonfinius, et accidisse refert a morte Matthiæ regis, Turcorum terroris, sub initium regni Vladislai, anno Christiano 1492. De Scopiorum urbe nonnihil attigimus supra, notarum capite 104. Videt autem lector ex hoc ipso Annalium loco, recte me monuisse, diversas esse voces oppidorum, Sophiam et Scopia. Nam prior hic Sophia nominatur, altera more Turcorum Uscopia. Solent enim vocabulis a gemina consonante incipientibus præponere vel I vel V Gallicum, ut alibi quoque notavimus. Laonicus Scopia collocat in Macedonia, facitque regiam prisci regni Bulgarici, quod in ipsam pertinebat late Macedoniam et Epirum : ideoque Cedrinus etiam Scupia (reponendum Scopia) metropolim Bulgariæ nominat. Disertus interpres aliquot historicorum Græciæ recentium, Hieronymus Wolfius, alicubi pro eversione Scopiorum dixit eversas speculas. Recentioribus geographis Scopi scribitur. Manastiri nomine non hic intelligitur locus ille, de quo supra dictum capite 44, situs in confiniis Thraciæ, Thessaliæque, sed monasterium penitioris Macedoniæ, versus Epirum vel Albaniam, quod monestir a Castaldo appellatur. Hujus in Albaniam expeditionis Bajaziticæ meminit et Bonfinius, qui dicit eum profectum contra montanos Albanenses, quos Spanduginus Cimariotas dixit, ab oppido monteque Chimara, de quo deinceps latius in vita sultani Soleimanis.

170. *Baiazites a monacho Turcico pæne fuit occisus.*

Quod hic de periculo Bajazitis, propemodum a dervisio quodam sive monacho Turcico interfecti, narratur, fere totidem verbis a Spandugino quoque memoriæ proditum legitur, quæ interpretari lubet, ut expositionis consensus appareat. Torlaces, ait, quidam in Bajazitem irruit, simulans eleemosynam ab eo se petere. Solent autem hanc Dei nomine petentes, Allahitschi dicere. Cum acinacem strinxisset, quem sub filtro gestabat, exterruit equum, cui Bajazites insidebat. Ideoque cedente retro Bajazitis equo, nonnihil evitatus fuit ictus hominis **462** : ac nihilo tamen minus Bajazites vulnus accepit. Tum vero bassa quidam, cui nomen erat Schender, massam ferream, quam busdoganum vocant, eo cum impetu capiti hominis impegit, ut cranio perfracto, cerebrum emanaret. Indignatus hujus facinoris causa Bajazites, edicto proposito, Torlaces universos proscripsit, et extra Constantinopolim et imperii sui fines ejecit. Animadvertit lector eadem narrari, nisi quod Annales aiunt, dervisium hunc, et Calenderem fuisse, Spanduginus, Torlacem, dequibus jam vocabulis hominum, superstitiosos quosdam ordines vel instituta sectantium apud Turcos, quam fieri brevissime poterit, explicandum.

171. *Ordines monachorum seu religiosorum quorumdam apud Turcos ; Dervislar, Calenderlar, Huggiemallar Torlaclar ; Muchemetesbassa Vezirazemer a Dervisturo publice confoditur ; quid Turcis Divanum.*

Nomen Dervisiorum, quos ipsi numero multitudinis Dervislar appellant, ex hac ipsa narratione nostrorum annalium perspicitur esse quasi generale : quod scilicet ordines et sectæ religiosorum cæteræ comprehendantur, sicut apud nos in genere monachi dicuntur, qui tamen inter se diversis instincti sunt ordinibus. Vocant autem Annales hunc initio Dervisium, statimque subjiciunt, eum fuisse sectatorem instituti vel ordinis Calenderum, et auribus, collo, brachiis appensos gestasse ferreos annulos. Id in more Calenderum ordini esse mox apparebit. Qui vero cæteroquin apud Turcos Dervislar appellantur, nullos in capite pilos, nullas comas habent, ubique tonti. Conspiciuntur in eorum frontibus et temporibus cauteria, vel ignito ferro, vel accensa spongia, vel Linea fascia

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quadam, inusta. Aures perforatæ sunt, quibus jaspidum gestant enotidas, et annulos sane non parvos. Amictus, ovillæ vel caprinæ pelles, his ita corpus cingunt, ut pellis una partem antiquam, altera posticam tegat, cætera nudi sunt, tam æstivo, quam hiberno tempore. Passim in suburbanis et in pagis habitant. Vernis et æstivis mensibus pervagantur quasvis regiones, ac prætextu religiosæ vitæ perpetrant infinita flagitia. Fures sunt, adulteri, prædones, latrunculi, nec horum scelerum ulla tangit eos conscientia. Quas quidem ob causas cavendum ab eis præsertim in itineribus. Quippe nemini parcunt, cujuscujusmodi tandem sit nationis aut religionis, si superiores se fore confidant. Præterea sunt infames ceu fœdi pædicones, eoque flagitio se mutuo polluunt, ne quidem a jumentis abstinentes. Nequitias ut suas tegant, ac sanctiores videantur, maslaco et oppio vescuntur. Hinc enim quasi phrenetici redduntur, isque dum durat furor, ipsimet vel forfice, vel cultello se vulnerant in collo, pectore, brachiis, lateribus, donec vulneribus et cruore deformati conspiciantur. His deinde vulneribus tamdiu spongiam accensam imponunt, donec in cineres redacta tandem exstinguatur. Eum dolorem patienter se tolerare simulant. Hinc illis et honos a dementato vulgo, et veneratio non levis exhibetur, quod Deo chari existimentur : hinc et largiores eleemosynas impetrant, e quibus victitare solent. Habent in Anatolia quemdam ordinis sui priorem sive præsidem, quem non Assam baba, sicuti Nicolaides scripsit, sed Azem baba nominant : voce non proprie patrem patrum significante, sed patrem supremum, vel Protopapam, ut Græcos appellasse, de Cedrino paret ; unde Moschovii suos etiam Protopoppos fecerunt. Et imitatos esse Turcos Græcorum ordines ecclesiasticos, ordinumque gradus, satis apparet ex iis quæ capite 54 exposuimus.

Calenderes continentiæ præcipuam sibi laudem vindicant, insignem præ se ferentes sanctimoniam. Sacella quædam inhabitant admodum exigua. Tunicas gestant strictas et curtas, absque manicis, instar saccorum, tum e lana, tum pilis equorum contextas. Crines penitus abradunt. Pilei sunt ex albo filtro, similes iis quos Græcorum sacerdotes et episcopi nigros et latos admodum gestant : nisi quod oris affixi dependent undique longiusculi crines equini. Ferreos satis crassos annulos auribus, collo, brachiis gestant. Etiam cuti penis perforatæ ferreus vel æreus annulus inseritur, ne coire, vel si maximopere cupiant, possint. Atque hoc ultimum in uno tantum Calendere vidisse nos recordor, qui Sophiæ propter imaretum, in quos nos ad biduum hærebamus, unam ex pluribus cellulam incolebat.

Huggiemales plerique juvenes, robusti, divites, Africam, Ægyptum, Arabiam, Persiam, Turciam omnem alieno sumptu, sub prætextu religionis pervagantur : regionum et urbium situs et intervalla notant, cum iis quæ ipsis in itineribus occurrunt. Amictus, stricta quædam, usque ad genua pertinens, tunicula. Zona lata cinguntur, cujus oras auro et serico exornant. Eidem cimbala quædam appendunt, cujusmodi et subter genua gestant alligata. Supra tuniculam vel leonis vel pardalis pellem injiciunt, ungulis ab antiqua parte colligatam : cætera nudi sunt, nisi quod etiam calceos funiculis constrictos gestant. Inaures argenteæ sunt, vel æreæ, vel alio quovis ex metallo. Capillos in humeros usque promittunt, et oleis quibusdam, ut terebinthino, ut juniperino, **463** perungunt : quo magis scilicet crescant. Manu librum tenent. Amatorias quasdam odas, quibus mirifice Turci, Arabica, Persica sua lingua compositis delectantur, cantillant. Si venustus aliquis puer occurrat, medium mox amplectuntur, cantando saltandoque cymbala pulsant. Hinc concursus hominum a quibus deinde munusculum aliquod petunt. Hi quoque prætextu religionis non femineos duntaxat, sed magis etiam masculos amores consectantur : quibus sane spurca gens nimium quantum est dedita.

Torlaces ovillis caprinisque pellibus, perinde ac dervisii se vestiunt. His ursinam, pilis extrinsecus versis, unguibus ad pectus colligatam injiciunt ; eaque pallii loco semet involvunt. Acuminato pileo prealto, plures habente plicas, ex albo filtro, utuntur ; cætera nudi prorsus incedunt. Adhibent et ipsi temporibus cauteria. Litterarum plane rudes sunt. Plerumque conspiciuntur ad tabernas, fora publica, balinea : quibus scilicet locis multi conveniunt, a quibus aliquid petere possint. Veniebant ad nos Constantinopolim ex Ægypto, Sebastianus ab Haunsperg et Joannes a Salagasto, viri nobiles. Horum alter Salagastius nobis narrabat Alexandriæ, cum istic ipse degeret, hujusmodi quemdam sanctum virum opinione Mahumetanorum, cum præ foribus balnei muliebris stans exeuntem e balineo feminam quamdam attentius intuitus esset : in eam furore quasi quodam correptum involasse, ac protinus humi pro tratam, nec admodum fortasse repugnantem, in oculis omnium compressisse. Maritum eo facto se beatum duxisse, quod vir sanctus, impulsu divino, præ aliis cum uxore sua coivisset. Vide cæcitatem gentis, ac præsertim Ægyptiorum. Nam alibi vix aliquid ejusmodi factum, nobis illic degentibus, comperi. Sunt æque rapaces in itineribus et viis publicis, ac dervisios esse diximus. Plebeculæ præsertim rusticæ, se chiromantices gnaros esse persuadent. Hinc ingens ad impostores hominum concursus, qui pro vatibus eos habent, præsertim mulierculæ. Hinc ad eos omnis generis cibi, cum aliis rebus necessariis afferuntur. Interdum senem ex suis aliquem circumducunt quem pene divinis honoribus adorandi afficiunt. Cum hoc vel oppidum, vel pagum ingressi præcipuum in aliquod hospitium, vel caravansaraium, vel imaretum divertunt : illumque non tam annis, quam malitia

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

velulum, magna, sed simulata humilitate circumstantes 464 observant. Is nescio quos enthusiasmos præ se fert, ac subinde quædam veluti divinitus sibi revelata, serio maxime vultu profert: nunc instar mortui jacet, nunc oculos vicissim aperit et ad se redire simulat. Inde conversus ad fictitios et subornatos discipulos: Corripite me, inquit, filii charissimi, et extra locum hunc deportate. Nam revelatum mihi divinitus est, quæ pœnæ his hominibus immineant. Quibus auditis obsecrant impostorem nebulones, Deum velut averruncando deprecetur, ne pœnas illas exigat. Ille se simulat assentiri, preces ad Deum concipit, ut iram suam expiari, seque placari propitius patiatur, orat. Hac iræ divinæ comminatione misella plebecula mirum in modum expavefacta, trepidat. Postea vero consolationis aliquid ex hujus intercessione vicissim hauriens turmatim ad impostorem nequissimum accurrit. Omnes eam rem prodigii loco ducunt, seque divinitus moneri putant. Simul animis devotis, et accepti beneficii causa gratis, tot eleemosynas ad planos hosce deferunt: ut eis onusti suas ad speluncas revertantur, hominesque superstitiosos ac stolide simplices irrideant, qui tam fœde sibi patiantur imponi. Vescuntur et hi maslaco, vel oppio; et humi cubantes, libidinibus abominandis mutuo se polluunt. Hæc de nefandis horum apud Turcos specie tenus religiosorum institutis breviter exponenda duximus, licet ab aliis quoque prodita, tum ad illustrandam annalium historiam, tum uti secum lector ipse perpendat quanto nunc illos necesse sit esse factos deteriores, cum ante centum plus minus annos unus ex eis necem sultano suo, totius in oculis exercitus, intentare fuerit ausus. Nostro quidem tempore, nimirum anno Christiano 1579, consimile quoddam huic facinus accidit, saneque memorabile. Nam dervisio cuidam concepta cædes animo, pari ausu tentata, successu feliciore perpetrata fuit. Multa sunt a nobis in annalium Supplemento commemorata de Mechemete bassa vezirazeme, Selimis II genero, summæ secundum Sultanum apud Turcos auctoritatis viro. Is cum pro more domi suæ jus dicturus, adeundi se copiam faceret universis, in synhedrio, vel concessu vel consilio, vel audientia publica (divanum Turci dicunt, quam vocem Belvacensis libro XXXI, cap. 145, Dovanam corrupte scripsit, horridiuscule typhanum Porsius) ingredientem ad se magno nisu per mediam hominum turbam, notum sibi dervisium quemdam conspicatus, manum exporrigit, eleemosynam scilicet homini daturus. Itaque ab aliis ei ceditur, ut adire bassam posset: ad quem ubi propius accessisset, sicam e sinu profert, et ea vi Mechemetis in pectus adigit, ut illico lethale vulnus acciperet, quo exspiravit: ipso mox etiam dervisio ab astantibus in frusta conciso. Vide quam a decessoribus suis homines scelerati necdum degenerarint.

A 172. *Scaramangium, Giamurlikion Gepenec, Seife, Kilitsch, acinax, copis, Zausij, Pusdigan.*

Quod Spanduginus filtrum dixit, annalibus est gepenecum. Sic et Ungari vestem militarem appellant, quæ tunicis, pænulis, aliisque vestibus superinjici, pluvio præsertim cœlo, solet. Vulgus hanc gestat e filtro factam, ideoque materiæ nomen ei Spanduginus dedit, quam equidem quo Latino vocabulo debeam exprimere, non video. Slavina dici potest, minus gausape, cum Reineccio: propter diversitatem tum materiæ, tum formæ. Reperitur apud Cedrinum, et Symeonem magistrum officiorum, et Achmetem onirocriten, Scaramangii vox: de cujus significato consultus a me Theodosius Zygomalas Naupliensis e Peloponneso, B patriarchalis protonotarius, aiebat in usu Græcis esse nunc Agarenicam vocem Giamurlikion, qua vestis ea significetur, quam viri militares gestent supra vestes alias interiores, ad arcendas pluvias, nives, gelu, cætera denique aeris incommoda. Persas autem inventores, ei nomen dedisse scaramangii, quod ab eis ad Græcos deinde cum ipso vestis usu manaverit. Hoc igitur est id, de quo nunc loquimur, gepenecum. De Scaramangio locum etiam capitis 199 consule, Arabibus Seife. Kilitsch Turcis dicitur is gladius, quem nos acinacem reddidimus. Leviter est incurvus, et quia non pungit, sed cæsim ferit, apud Xenophontem, Græcosque cæteros, Persica tractantes, nomen C Copidis invenit. Et constat ex eodem Xenophonte nostro, genus hoc gladiorum a Persis alias itidem nationes, præsertim Asiaticas, accepisse. Zausii, sicut antea quoque diximus obiter in supplemento Annalium, comparandi veniunt cum nostris nobilibus aulicis, iisque præsertim, quorum opera principes utuntur in expediundis variis negotiis, quas commissiones vocare consuevimus. Habent hi præfectum, quem Zausiorum bassam appellant. Ab eo nos excipiebamur, obviam nobis ad primum lapidem extra Constantinopolim, insigni cum comitatu Zausiorum progresso, et longissimo tractu per urbem ad caravansaraium, legatis Cæsariis assignatum, deducebamur. Inter dignitates palatii Græcorum imperatorum recentiores, invenitur etiam Megas sive magnus Tzausius, quod D officium vel mutuati sunt ab Agarenis Græci, vel a Græcis Agareni acceperunt, et idem est haud dubie cum Zausiorum bassa. Numerus Zausiorum fere nunc apud Osmanidas ad septingentos excrevit. Pusdigani denique nomen Agarenicum retinui, sicut et superius in narratione de capta Constantinopoli, quo clava massave ferrea, Turcis usitata significatur. Græci recentiores hanc vocem usuceperunt, ac suam reddidere: cum olim κορύνην dicere soliti fuerint.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

hic Ungaricum Banum generaliter appellant, Bonfinius Croatiæ tantummodo Banum fuisse tradit, regni videlicet Ungariæ regno adjuncti. Croatarum vero nomen hodieque notissimum. Gens est pertinax in retinenda religione sua Christiana. Propterea Turcis esse subdita cum ejus amittendæ periculo recusans, ad vicinos migrat, magnamque nunc Austriæ Moraviæque partem, agris colendis dedita complet. Cedrinus in Basilio Bulgaroctono, Chorvatas appellans : Finitimi sunt, inquit, Bulgaris Chorvatarum populi, quod nomen Chorvat, vel Horvat, aspiratione forti, nunc eis est etiam in usu. Cæteri Græci Chrobatas sive Chrovatas nominant. Et alicubi scriptum apud ipsos legere memini, Servios et Chrovatas eosdem esse respectu nimirum ejusdem originis et linguæ Venedæ, quam in Serviis demonstravimus capite tricesimo quinto. Rursus ab Annalibus his Banus Ungaricus etiam Direnzil Ban nominatur, veluti Drenz Cili Ban, hoc est, Drenzus Ciliæ Banus. Quippe celeberrimus Ciliæ comitatus ad Croatiæ Banatum antiquitus pertinebat, et Bonfinius expresse tradit bassam (quo nomine Jacupem agam intelligit) primum omnium hoc bello Ciliamam agrum populatione deformasse. Bani proprium nomen apud eum legitur. Emericus Drenzenus, vir (ut ipse fatetur) summæ tam industriæ, quam consilii : qui suffectus in locum Joannis Corvini ducis a Vladislao rege fuerat. Habuit, auctore Bonfinio, secum Banus septem militum tantummodo millia : reliqui rusticæ plebis inconditæ, nec armis assuetæ cohortibus constabant. Accidit aliud etiam malum quod Drenzenus contra sententiam animi sui coactus a Bernardino Frangepano, pugnavit : qui tamen e prælio fuga se subduxit. Hæc 466 scilicet erat illa tum discordia, tum fuga, quam innuere volunt Annales, cum aiunt, Ungaros ipsos inter se dissentientes, fugisse. Bernardinus pater erat Joannis illius Frangepani, quem obsessum fuisse Brevia diximus. Filius, vir fortis, hostis antea, vel rebellis potius, hac pugna cæsus occubuit.

175. *Occasio et causa belli Bajazitis adversus Venetos in Peloponneso : Ludovicus Maurus dux Mediolanensis Turcum in Venetos concitat : Inebechti a Turcis obsessa.*

Naupactus Achaiæ maritima civitas est, opinione quorumdam, Ætoliæ Leoni Augusto, ad sinum quondam Corinthiacum vocatum sita. Nautis vulgo jam Lepanto dicitur, Inebechti Turcis, quod a Nepanto Marii Nigri non procul recedit : Achaia, Livadia : Ætolia, Despotatus : sinus Corinthiacus, Colpo, sive Golfo di Lepanto. Erat hoc tempore, nimirum anno Christiano 1498, Naupactus in potestate Venetorum a 70, plus minus, annis : qui misso ad Bajazitem Andrea Zantano, legato suo, pacem in annos 25 cum eo fecerant, cujus tabula Bajazites scriptura manus suæ, pro more confirmarat. Nihilominus vix appellere Venetias legatus potuit, cum datam Venetis fidem Bajazites violat. Quippe sibi lege sua Mahumetana permitti volunt Agareni et Osmanidæ, ut in rebus ad imperium spectantibus, et usu suo fidem datam flocci faciant, nec ullum promissorum Christianis factorum rationem habeant. Bellum igitur in eos molitur, et prætextus causa cupide occasiunculam arripit, quod Veneti protegendum suscepissent comitem Joannem Cernovichium (Cernovitzios dicendos ostendimus supra, capite 46, et hunc alii Georgium vocant), vicinæ Cataro ditionis regulum, cui pleraque Bajazites ademerat. Sed alia reapse suberat causa, quæ pene certam ei spem faciebat ejiciendi Venetos e Morea sive Peloponneso, in qua multas sane magnas et munitas urbes arcesque possidebant. Etenim Galliæ rex Ludovicus duodecimus Ludovicum Sphortiam, cognomento Maurum, a nigredine vultus, ducatu Mediolanensi spoliaturus, quem sui juris asserebat, fœdus contra Sphortiam cum republica Veneta percusserat. Ea Gallorum cum Venetis conjunctione territus Sphortia, legatum ad Bajazitem mittit, qui tum muneribus ei, tum variis rationibus persuaderet, ut bellum Venetis inferret. Quippe futurum aiebat, ut occupatis Italico bello Venetis, ipse nullo negotio Græcis urbibus et castris, et insulis eos exueret. Hac illectus spe Bajazites, a pace cum Venetis sancita discessit. Ac fuit profecto noxium Venetis id Mauri facinus, sed tandem hæc in ipsum, quod dici solet, cusa faba justo Dei judicio fuit. Nam et ambitionis, et injuriarum multiplicium erga Joannem Galeacium fratris filium, et funestorum patriæ consiliorum, quibus Gallos adversus Neapolitanos reges, Turcos adversus Venetos commovit, acerbas denique pœnas fuit. Quod quidem ei subtilis et arguti vir ingenii, legatus Florentinæ reipublicæ, futurum aliquando prædixerat. Quippe cum huic ad se misso suos arroganter ostentaret, uti plerumque solebat et opes, et ingenii vires : inter alia quodam in conclavi depictum ei monstrat simulacrum mulieris amictu pulcherrimo vestitæ, in quo expressa mirifico artificio tota conspiciebatur Italia. Propter hanc mulierem astabat Æthiops cum peniculo, quo se ipsum innuere volebat, qui et Maurus vulgo vel Æthiops audiret, et emblematum loco soleret uti vel peniculo, cum inscriptione Latina, *et merito et tempore*, vel ramusculo tres complexorosas, cum inscriptione Germanica *mit Zeit*, id est, *cum tempore*. Quæ quidem ipsius emblemata symbolaque passim in parietibus et aulæis Mediolani, Ticini, Taurini, apud doctissimum et illustrem ejus urbis archiepiscopum, Hieronymum Rovereum, et aliis in locis videre memini. Erat hic Æthiops ira pictus, ut peniculo mulieris e veste pulverem cum sordibus aliis extergeret. Ea pictura legato monstrata, quid ipsi de hac videretur, interrogat. Tum is : Ut mihi quidem videtur, inquit, hic Æthiops pulverem omnem in se ipsum converrit. Quod hominis acuti de Ludovico Mauro vaticinium deinceps eventu comprobatum fuit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

videntur consentanea, tum quod Teke regio minime sit Armenia minor, sed Phrygia major, ut aperte lector ex ipsis Annalium verbis numero 57 notatis perspicit; tum etiam, quod e Persia venienti minime Bajazites munera quotannis missurus fuerit. Utut sese res habeat, Scachi quidem Ismailis partes amplexus fuit, ideoque Scach Culi nominatus: ex quo Turci, partibus Osmanidarum adhærentes, fecere Scitan Culi, voce significante Satanæ vel diaboli servum mancipiumve. Geufræus alicubi pro Culi scripsit Coullet. Spanduginus ei suppeditata fuisse tradit ab Ismaile Scacho 20000 hominum, quod equidem verum non arbitror, ex iis quæ hic in Annalibus sequuntur. Magis est vero consentaneum, quod Jovius ait, per internuntios ab Ismaile confirmatum in proposito fuisse. Kisel bassa significat rubrum caput. Id nomen Osmanici dederunt hoc ipso tempore sectatoribus Ismailis Scachi Persarum, a rubro capitis tegumento: quo de plenius agendum paulo post.

180. *Antali, civitas Anatoliæ: Græcorum anni a mundo condito, quonam modo cum nostris conveniant. Nomina quædam vetusta cum recentioribus collata.*

Quæ Turcis hic Antali vocatur, priscis erat Attalia, quondam ab Attalo rege, uno de successoribus Alexandri Magni, condita. Leonis imperatoris Novella de thronis eam collocat in Pamphilia secunda, sub metropoli Sylæo sive Perga. Græci posteriores adnotant, factam metropolim anno mundi 6592, sub Eustratio sanctissimo patriarcha, imperatoris Alexii Comneni auctoritate. Quod quidem accidisse constabit anno Christiano 1084, si de sententia Græcorum anni a condito mundo 5508 statuantur usque ad Christum natum elapsi, secundum editionem 72 Interpretum. Aythonus Nataliam, transpositis a librario primis litteris appellat, pro Antalia: quo loco Reineccius notat, scribendum pro Natalia Nacoliam. Atqui Nacolia longe distat ab Antalia, Phrygiæ nimirum majoris mediterranea civitas, ad Sangarium flumen sita: cum de Antalia sua statim subjiciat Aythonus, eam supra mare Græciæ (Gallice loquitur, pro, ad mare) sitam. Et maris Græciæ vocabulo intelligitur Ægæum mare, vel Archipelagus. Addit enim, quod hæc civitas respiciat regnum Cypri. Quippe verum hoc est, et ab Attalia, quam Setteliam modo vocant, totus ille sinus objectus Cypro, nunc Golfo di Settelia nominatur. Belvacensis Satteliam scripsit, eidemque sinus ille maris appellatur Gaufra Satteliæ, vocabulo Gallico *Goufre*, quod hodie Græcis est Corpho, priscis Κόλπος, Italis Golfo, Latinis sinus. Quia vero in hunc Aythoni locum incidimus, explicemus obiter et alia quædam ibidem posita regionem et civitatum nomina. Primam Turquiæ sultanorum Iconii regnum, vel Asiam minorem intelligit) provinciam initio vocat Lygoniam, deinde rectius Lyquoniam (pronuntiatione Gallorum effertur Lyconia, id est Lycaonia) quæ famosam civitatem habeat Coni, hoc est, Iconium. Rectius hanc collocat in Lycaonia, quam Laonicus in Caria; de quo supra numero 12, dictum. Addit, hanc esse majorem totius Turquiæ regni, hoc est metropolim. Briquiam Reineccius interpretatur Lyciam, cum Briquia seu Bryquia sit Phrygia. Facit autem Bryquiæ metropolim Aythonus Zichiam Græciæ. Sic enim scripsit, nomine Græciæ Romaniam intelligens Asiaticam, de qua dictum c. 6. Zichiam hanc Reineccius interpretatur Cydnam. Atqui Zicchiæ Cedrinus quoque mentionem fecit velut civitatis in Asia minori sitæ: cum in Copronymo frigus inauditum memoriæ prodit, quo congelatis amnibus et ipso mari, potuisse narrat itinere pedestri a Zicchia transiri mare ad ipsum usque Danubium, id est ad ostia Danubii, quæ in Thracia sunt. Bithyniæ metropolis apud Aythonum scribitur esse Nichor, quam Nicæam puto, Turcis Isnic; non Nicomediam, quæ Turcis est Ismid: cum Reineccius ex Nichor faciat Nicomediam. Nec apud Leonem Augustum minus est metropolis Bithyniæ Nicæa quam Nicomedia. Genech Aythoni Reineccius interpretatur Pontum, cum magis proprie sic dicatur, quæ olim Colchis erat, postea Lazorum appellata regio, sive Lazice, cujus metropolis est Leoni Augusto Trapezus, quam in Genech ponit Aythonus. Paphlagoniæ civitatem vocat Aythonus Ginapolim, ex qua Reineccius fecit Germanopolim. Atqui Ginapolis Aythoni, vel Ginopolis potius, ad Pontum Euxinum sita, hodieque Ginopoli nominatur. Apud Leonem Augustum Innopolis dicitur, et episcopatus ejus ad Gangram Paphlagoniæ refertur. Sed desino plura.

181. *Garagos bassa, beglerbegus Anatoliæ vivus palo transfigitur.*

Habes hic insigne crudelitatis exemplum in religiosis Turcorum, cujus obiter mentionem supra fecimus, cap. 64. Transfixus a Scachoculi palo fuit Anatoliæ beglerbegus, ut Annales referunt. Ei nomen dant 469 Turci Caragos, ut nostro quoque tempore celebris fuit Caragos Rais, quem in Supplementi narratione de bello Cyprio commemoravimus; vulgo nostri Caracossam dixere. Jovio Cargius bassa nominatur, et eidem alibi Caraius est. Dissentit etiam in expositione historiæ nonnihil ab Annalibus, qui Caragosam captum fuisse narrant, et Cutaigen adductum, et suis in oppido commonstratum: cumque deditionem oppidani facere nollent, in eorum conspectu palo transfixum. Jovius autem prope dicit abfuisse, ut caperetur: sed substractum a suis, Cutejam evasisse: qua deinceps a seditiosis expugnata, etiam ipse hostium in manus venerit. Postea vero ad Caraëssar, (Carachisar scribere debuit) in media via, qua transeundum erat Ali bassæ, cum exercitu rebelles persequenti, vivum ab eis palo transfixum: ut a tergo sequentibus tam fœdo tanti viri supplicio formidinem et horrorem incuterent. De Cutahige supra dictum, capite 40.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

182. *Corcut a seditiosis vincitur. Diversæ Turcorum narrationes a nostris.*

Corcutem in Osmanidarum genealogia quintum ordine Bajazitis filium fecimus, et germanum Selimis fratrem, qui deinceps imperavit. Etenim eamdem cum Selime matrem habuit. Hunc referunt Annales a rebellibus in pugna fuisse superatum. Jovius vero pugnatum ait in hos adverso prælio duobus a nepotibus Bajazitis, Muchemete Sciemseisi (Sinan Schach rectius appellatur), et Orcane Alempsaci, filiis (pater Alem vel Allama Schach, filius Urchan nobis est in genealogia) : Corcutem expresse tradit, non ausum fuisse cum Techelle congredi. Quæ sane vera sint, nec ne, mihi quidem disceptare non lubet : indicanda tamen putavi, ceu suspecta propter ætatem nepotum. Quæ ditio sit Aidinensis, ostensum numero 13. Ducis filius est Herzecogli bassa, de quo dictum capite 161 et 162.

183. *Alis bassæ contra rebelles expeditio*

Quantopere creverint perduellium vires, vel ex eo colligi potest, quod in hos proficiscentem Alim bassam duxisse Spanduginus ait equitum ex Anatolia quadraginta millia, quibus genizarorum quatuor millia Bajazites adjunxerit. Nihiloque minus Achmetem quoque Bajazitis filium, ex Amasiana sua provincia collectis copiis, ei subsidio venisse.

184. *Cheider bassa cum Zindi Kemale Sangiacbego, victus et occisus a seditiosis, Zonchium, Navarinum.*

Cheider Bassa, Caramaniæ beglerbegus, a Spandugino Caidir appellatur, et domicilium in urbe Cogno, vel Iconii habuisse dicitur. Zindi Kemal beg eidem Camali nominatur, et vir admodum militaris fuisse prædicatur. Tradit enim Spanduginus, hunc bello Bajazitis contra Venetos cepisse castellum Moreæ sive Peloponnesi maritimum, hodieque munitissimum, nec procul a Methone dissitum, quindecim videlicet milliaribus Græcis, quod a nautis Italis Zonchium, Spandugino Giunchium, Græcis nostri temporis Navarinum vocatur, priscis Coryphasium Messeniæ fuisse creditur: Jovio tamen Pylum, regna Nestoris, appellante. Neque castellum hoc Kemales seu Camales duntaxat expugnavit, verum etiam oppressas inopinato quatuor triremes Venetas, cum ipsis militibus et sociis navalibus, ibidem in potestatem redegit.

185. *Planities Zibuc, et Sivac, eadem.*

Quam hic Annales planitiem Zibuc vocant, Spanduginus appellat campum Sivac, tametsi corrupte legatur in edito, Campagna detta Sivas. Quippe civitas quidem est Sivas, de qua dictum capite 5 : sed hoc nomine campus aut planities nobilis in Anatolia quod equidem sciam, nulla. Quapropter ex Annalibus Sivac reponendum, quod idem est fere cum Zibuc. Jovius hæc ad Galatiæ campos retulit, ubi sitam ait Caraessar. Ea Turcis est Carachissar, hoc est arx nigra, quæ in beglerbegatibus collocatur in Amasiæ Tocatique provincia, complectente Paphlagoniam, Galatiam et Cappadociam : ubi sangiacatus hi conjunguntur, Carachisar, (vide caput 144, et eodem numero textum Annalium, hanc a Muchemete secundo captam referentium, cum adversus Usumchasanem pergeret) Sasum (priscis Sasima, de Nazianzeni nostri libris nota), Tarabosan sive Trapezus. Addit Jovius hoc loco mentionem montis cui nomen dat Olinga, nec cum magno ab Ancyra distare tradit intervallo.

186 *Kihaia, Protogeros, Primikirios, Vlofedzi, Vlefe, Timarion, Timariotæ, Ramasan.*

Qui præfectus Vlofeziorum hic dicitur, vocabulo Turcico Kihaia nominatur. Id proprie vicarium seu locumtenentem, seu legatum, atque etiam præfectum aulæ significat. Ideoque Kihaia Vlofeziorum est vicarius seu legatus illius, quem Vlofeziorum bassam appellant. Græci Protogeron nunc dicunt, qui catalogo dignitatum vel officiorum palatii πριμικήριος ipsis est, nostris primicerius appellatione vetusta. Ex Protogero Geufræus Protortz corruptum ponit, et superintendentem interpretatur. Nomen Vlofeziorum significat stipendiarios, **470** quibus Vlofe vel Vlefe numeratur. Sunt enim duo stipendiorum apud Turcos genera, quorum unum vocatur Vlefe, Timar alterum. Vlefe, stipendium est, quod more nostro militibus vel aulicis solvitur a rationalibus vel quæstoribus : apud nos menstruum vel annuum, apud Turcos in singulos dies. Hoc qui fruuntur, Vlefedziorum nomen habent. Geufræo et Sansovino sunt Olophagi. Timar est pensio, vel stipendium, vel reditus assignatus in prædiis, et possessionibus castrorum oppidorum, pagorum, agrorum, vel in percipiendis decumis, allisve fructibus, Græci timarion appellant, a quibus ad Turcos manasse vocem hanc arbitror. Reperitur apud Damascenum Studitam in martyrio Theodori tribuni militum, cui virtutis et rerum fortiter gestarum nomine narrat a Licinio Augusto datum fuisse pro timario castrum Heracleæ. Videturque vox a Græca τιμή, qua significatur honor, derivata : quod hujusmodi timaria, velut honoraria, sive beneficia,, sive reditus, sive pensiones, honoratis beneque de republica meritis concederentur. Timariis donati vocantur Timariotæ, vel Timarati, etiam apud Chalcocondylem. Caramuses significat nigrum Mosem. Ramasanis nomen idem est cum Ramadane : sicut Otman, vel Odman idem cum Osmane.

187. *Tebrisium, Taurisium, Caravana.*

Tebrisium, nunc Tauris, admodum his annis innotuit, etiam vulgo, Turcorum stragibus aliquot nobilitatum inde usque a sultani Soleimanis secundi temporibus. Qui Ecbatana Mediæ vocant, errare puto, cum Cedrinus eam Taurezium appellans, in Persarmenia collocet, quam hodieque majorem dicunt Armeniam. In hujus meditullio Tebrisium recte Jovius ponit, ut male Chalcocon-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dyles urbem fecit Assyriorum : cujus interpres Tabrezen, ut Cedrinianus Tabresium, scripsit. Jovii sententiam hæc Aythoni verba confirmant. In Armenia majore civitas Taurisii famosior est, et plus aliis opulenta. Vide quædam alia de hac infra, capite 204 notata. Caravanæ Turcis et aliis orientalibus populis sunt hominum agmina nonnunquam maxima, propter itinerum discrimina se conjungentium. Neque tantum hoc fieri solet ab iis qui mercium vel distrahendarum causa, vel comparandarum, alio proficiscuntur; verum etiam ab illis, qui per solitudines Arabum, ad visitandam voti vel religionis ergo Meccham peregrinantur. Excrescunt hæc agmina, præ magnitudine periculi, nonnunquam ad viginti vel triginta hominum millia; justus ut exercitus esse, præsertim ob camelorum multitudinem, et aliorum jumentorum, quæ sagmaria sagmatariaque Græci vocant, videantur.

188. *Scach sive rex Persarum Ismail, cognomento Sophinus, Sophilar, Enasserlar, Kesil bassa. An hoc primum tempore secta Sophilariorum exstiterit.*

Licet in Annalium Appendice nostra, de discidiis sectarum Mahumetanarum, Osmanicæ Sophinæque, decennalis initio belli, quod inter eos geritur, quædam rara, nec ab aliis ante nos memoriæ prodita complexi sumus : hoc tamen loco, quo primam Ismailis Sophini mentionem Annales faciunt, paucis ea consignare libet, quæ ad ipsius Ismailis originem, principatus initia, progressus, res gestas illustrandas pertinere putabimus. Pater Ismailis Sophini fuit Erdebil, quem Jovius et alii vocant Arduelem vel Harduellem. Hoc illi cognomen faciunt a loco quodam Persiæ, cujus dominus aut regulus fuerit : ipsum vero nomen ejus tradunt fuisse Secaider. Aiunt præterea sectatum vitam religiosam, instar eremitarum vel monachorum nostrorum. Ideoque Sec interpretatur Spanduginus nunc abbatem, nunc plebanum sive curatum, ut vulgo loquuntur, hoc est, animarum curam gerentem. Ego vero in opinione mea persisto, quam initio belli Persici superius in Supplemento Annalium exposui, et cujus auctorem habeo Matthiam de Faro, Cæsareum Constantinopoli ad Portam Osmanicam Dragomanum vel interpretem: diversa scilicet hæc esse nomina diversarum personarum, quorum unus fuerit Erdebil pater Ismailis, familia natus apud Persas illustri, ditionisque cujusdam regulus: alter Scheich Haidar, non princeps aut regulus, sed revera id, quod audiebat; nimirum Scheiche, vel Iman, quorum illud hominem religiosum gentibus illis significat, ab innocentia sanctimoniaque vitæ : hoc vero doctorem. Etenim ex opinione vitæ religiose ac duriter actæ, consecutus aliquid apud vulgum auctoritatis; tribus Mahumetis prophetæ sociis, Ebubekire, Omere, Osmaneque rejectis, Alim quartum prophetæ socium, ejusdemque consanguineum et generum sequendum in omnibus affirmabat, si salvi esse vellent. Docebat autem hæc, et alia, quodam in oppido Persarum, cui nomen Reza. Fama novi doctoris, novæque disciplinæ, longe lateque didita, confluxit ad Scheichem vel Imamum Haidarem ingens e Persia vicinisque regionibus hominum multitudo. Primus autem ex magnatibus et regulis Erdebil non hanc duntaxat Haidaris sententiam doctrinamque probavit, verum etiam ex ejus præscripto se gerens, patrocinium causæ suscepit, eaque 471 re multitudinis animos sibi mirifice devinxit. Ita nimirum alias quoque constat homines ingeniosos, novæ religionis usos prætextu, insignem ad potentiam pervenisse. Tantopere quidem Erdebil, cæteroqui non magni nominis opumve regulus, hac novi dogmatis professione crevit : ut ei filiam suam rex Persarum Chasanes, quem a proceritate staturæ nominatum Usun Chasan superius indicavimus, matrimonio legitimo copularet. Quippe filiam Martham ex Æcaterina Comnenia susceperat, quam Camit de Cami fuisse dictam, non recte scriptum apud Spanduginum legitur. Etenim gentibus iis Carum de Comnini vocabatur, priore nomine corrupto de Græco Æcaterine, altero vero familiæ. Nam Calojoannis Comneni, penultimi Trapezuntiorum imperatoris, erat filia, quam Calojoanne mortuo, frater Calojoannis David, ultimus imperator Trapezuntius, Usumchasani dedit uxorem, ut ejus præsidio contra nimium vicinas et infestas sibi vires sultani Muchemetis paulo tutior esset. Ex hac Usumchasanis filia Martha natus fuit Erdebili filius Ismail, de quo nunc agimus. Habuit in regno successorem mortuus Usumchasanes Jacupem filium, qui vulgo ab historicis Jacobbeg, ab Annalibus hisce sultan Jacup deinceps in Vita sultani Soleimanis nominatur. Is protectorem novæ sectæ sororium suum Erdebilem, mirifice sibi suspectum, quod vereretur ne regius affinis, et tantæ multitudinis devotione fretus, sibi regnum eriperet, interfici curavit. Evasit crudelis avunculi manus Ismail admodum adolescens, octodecim (ut plerique tradunt) id temporis natus annos, seque, Martha matre comite, contulit ad amicum paternum Pircalem, regulum ditionis et castellorum quorumdam ad mare Caspium, nunc Culzum Denizi Turcis, Beher Culzum Arabibus appellatum, quo clausum mare significatur. Istic educatus Ismail ex præscripto religionis paternæ, tandem exstincto per venenum a conjuge datum sultano Jacupe avunculo, domum reverti, paternæque ditionis hæreditatem, cum oppidis et prædiis maternæ dotis nomine sibi deditis, adire statuit. Dominio paterno potitus, mox ulterius progreditur : et trecentis tantummodo stipatus militibus, Somakiam pene prodigiosum in modum occupat. Ea civitas est Mediæ, quam modo Sirvanum vocant, ac versus Armeniæ majoris fines sese porrigit, et Laonico Samachia, Spandugino Sumachies, appellatur : tanti quidem momenti, ut anno Christiano 1583 ei captæ beglerbegum Osman bassa

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

præfecerit. Hinc copiis non parum adauctis et instructis, Tebrisium, extimam Persarum regiam, sese confert, eamque, superato rege Alvante, sultani Jacupis filio et successore, victor in potestatem redigit. Iterum cum Alvante congressus, non modo superior evadit, verum etiam ipsum, cum exercitus majori parte, trucidat. Inde Muratem Chanem, (Morat Chan, et Morat beg, aliis nominatur, Augustino Curioni nostro Maraberg, quod longius ab origine recedit) Aluantis occisi fratrem persecutus, pari prosperitate superat. Is victus ab Ismaile, Bagadatim versus aufugit, hodiernam scilicet Babylonem, propter ruinas priscæ Babylonis sitam. Victor urbem Sciras, armorum omnis generis officinam, a Tebrisio viginti dierum itinere distantem, cum victricibus copiis adit et occupat. Ibi demum insigniter suum armavit exercitum. Postea negotium ei fuit cum Ulu Chane Tatarorum Sicheco, quem instructum exercitu trecentorum millium equitum, aggredi prælio non dubitavit: quo singulari virtute fortunaque victor evasit, hoste cæso, vel in turba (quod alii tradunt) a suis oppresso, suffocatoque. Tandem ad tot illustres de pluribus partas victorias, is felicitatis eximiæ cumulus accessit, ut moriente in exsilio Murate Chane, Jacupis filio, et ultimo hærede, non modo Persici regni possessione, sublatis æmulis, quieta potiretur, verum etiam vicinos quosdam populos, ac præsertim Bagadatinos, in deditionem acciperet. Hæc de Ismailis Sophini origine, prosperoque rerum successu, quo sibi suisque regnum Persicum peperit, et constabilivit, hactenus hic exponenda duximus. Nam bella deinceps cum Osmanidis, ac Selime præsertim gesta, suo loco nobis Annales ipsi dabunt. Ab Osmanidis ei Sophi cognomentum, et Kiselis bassæ, per ignominiam fuit inditum. Prioris notionem attigimus supra, capite 81. Non a Græco Sophos deductum est, quod tamen existimare quosdam video, qui a Persarum Magis et Sophis antiquissimis sumptum nomen usurpasse Sophinos volunt; sed a Sophi, Arabica voce, quæ lanam significat. Quippe cum Mahumetani, et præsertim Osmanici, more veteri, tulipanto lineo subtilissimi operis caput involvant, nova istæc Sophilariorum religio præcipit inter alia, ne caput fastu quodam lineis ejusmodi spiris ornetur, sed ut tegumenta capitum e lana, non magna re pretii, conficiantur. Et quia laneum hoc tegumentum capitis, quo præter aliorum Mahumetanorum morem hi nunc utuntur, plicas habet duodecim, et Arabica vox Enasser, duodecim significat; etiam aliud nomen Enasserlariorum consecuti sunt, ac si Græco vocabulo dicas Dodecaptychos, aut Latino Duodecimplices. Cum denique tegmen ejusmodi rubro duntaxat colore tinctum gestare soleant, Kiselbassilarii quoque dicti sunt, veluti capita rubra. Solebant autem ante hæc vocari tempora Persæ Turcis Aiemini vel Azemini **472** sicut et ipsa regio Persarum iisdem est Aiem, quod supra notatum capite 2. Scachus igitur Ismail ab æmulis Osmanicis, aliisque Mahumetanis, velut horum antesignanus, tam Sophi, quam Kisel bassa vocatus fuit; ac mansit etiam apud nos in hodiernum usque diem nomen hoc posteris ipsius, ut Sophini appellentur. Nec tamen in ea sum opinione cum aliis, ut tunc primum natum hoc Sophilariorum vocabulum putem. Quippe vetustius esse temporibus Ismailis, ex Annalibus Turcicis paret; qui regnante Muchemete primo, Bajazitis proavo, nonaginta scilicet annis ante Scachoculis seditionem, et Ismailis imperium, Sophilarios itidem tumultuatos commemorant. Itaque vero est simile, Scheichem Haidarem non novi dogmatis auctorem fuisse, sed reliquas potius ex incendio veteri, quasique sopitas hactenus scintillas, denuo suscitasse, prorsusque simili ratione Scachum Ismailem Sophi nomen ab inimicis tulisse, frequens antea plebeiis, sed ante ipsum nulli datum regi.

189. *Qui Corizzi vel Coridschi, qui Turcomani Persici. Supplicium Scachoculis.*

Tria sunt apud Persas genera militantium. Primi vocantur ab eis Turcomani, quorum ea conditio est, quæ vasallorum apud nos, quos feudatarios appellamus. Et sunt apud eos feuda perpetua, quæ a parentibus ad liberos et posteros devolvuntur, sequius ac Turcis est in usu. Quoties igitur hi jussu regis evocantur, eo cum equitum numero se regi sistunt, quem rationem feudorum adducere tenentur. Alteri dicuntur Corizzi vel Coridschi, qui stipendiis militant. Et alia stipendia reapse non sunt apud Persas, quam quæ Græcis σιτηρέσια, Romanis annonæ militares nominabantur: res nimirum ad alimenta pertinentes, cum equis, vestibus, armis, tentoriis, cæteris. Tertii constant e copiis auxiliaribus confœderatorum finitimarumque gentium, Armeniorum videlicet, ac Georgianorum: qui religionem Christianam profitentur, in Persas propensi, Turcis infesti. Vulgus igitur istorum, qui Scachoculim secuti ducem, tam crudeliter hactenus grassati passim fuerant, scachus Ismail ceu mancipia distribuit inter proceres suos, quo nomine sultani, Chanes, Turcomani Persis veniunt: capite vero seditiosorum trucidanda Corizzis, hoc est, stipendiariis militibus suis, objecit. Hoc memorabile, quod apud Spandugium legitur, auctorem tam fœdæ tragœdiæ, qui se Scachoculim, velut scachi mancipium appellaverat, ab aliis vero nominatus ob immanitatem fuerat Scitan Culi, sive Satanæ mancipium, laudabili severitatis exemplo vivum, de sententia regis Ismailis, in flammas conjectum et exustum fuisse.

190. *Motus Selimis adversus patrem Bajazitem Precopii Tatari, Chan Precopiorum Poloniæ regnum ambit, Beligrad ad amnem Nesterem, Seguan bassa.*

Dejecturus imperio patrem Selimes, non Trapezunte per Asiam minorem profectus fuit, quod

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

futurum videret, ut a fratribus, Achmete Corcuteque, hoc in itinere impediretur; sed Cofen, quæ nostris est Capha, ceu dictum capite 148, trans mare Nigrum navigavit; quo loco tunc Mechemetis Tatarorum Chanis filiam non duxit uxorem, uti Geufræus scripsit, cum ex ea filium Soleimanem hoc ipso tempore novemdecim plus minus annos natum, haberet; sed auxiliares a socero copias impetravit, quibus Mechemet Tatar Chan, pater filium præfecit, Chanoglim ab historicis appellatum, hoc est Chanis sive regis Tatari filium. Hi vero Tatari peculiari appellatione Precopii nominantur, a voce Precop, significante fossam. Quippe ductis in Isthmo a mari ad mare fossis, a continenti Tauricam Chersonesum velut abscindere conati sunt. Qui nunc Precopiis imperat Chan, nuper ad Comitia Polonicorum ordinum, creando rege post obitum Stephani regis indicta, suos et ipse legatos misit, qui regnum suo nomine ambirent. His in mandatis dederat, primum uti potentiam suam Polonis ostenderent, qui myriades aliquot equitum suis et terris posset ad Poloniæ defensionem educere. Deinde proponi jussit, frugalem habituros regem, qui spretis aliis sumptuosis epulis, ad se dandam famem duntaxat equinam æqui bonique faciat. Quod denique religionem attineret; Pontifex (inquit) tuus, Pontifex meus; Lutherus tuus, Lutherus meus esto. Quæ legatio magno cum risu fuit excepta. Sed ad Selimem ut redeamus, is Capha discedens, Chilim adiit, de qua dictum capite 159; hinc Beligradum venit. Hæc vero non est Ungarica Nandor alba, vel Beligradum, quæ necdum hoc tempore Turcorum in potestatem venerat, ab Soleimane primum, Selimis filio, novem decemve post annis occupata; sed illa Nesteralba, quam Nesteris ad amnis ostium sitam Goreccius Polonice Bialogrod indigitat, uti prolixius expositum indicato capite 159. Seguan bassa Turcis est præfectus jumentorum sagmatariorum in exercitu maximus, quorum aliquoties facta jam mentio.

191. *Cur Semendriæ Sangiacatum Selimi filio Bajazites obtulerit.*

Causa, cur pater Semendriæ sangiacatum **473** concesserit filio, non est in Annalibus expressa. Nimirum impedire Selimem volebat, ne progrederetur ulterius, et ad Portam veniens, genizarorum animos fluctuantes et alienos a patre, mox ad se transferret. Usus enim fuerat astute captato prætextu filius ad palliandum hoc iter suum, quod hinc inde publicarat, adire se patrem, ejus honorandi causa, quod Turci quoque vocant osculari manum; indeque mox arma conversurum in Christianos, præsertim Ungaros. Id vero plausibile futurum erat apud genizaros, et alios Portæ milites, qui mox Selimi, ceu propagandi regni cupido, se totos haud dubie daturi erant. Itaque Semendriam ei pater offert, Ungaris proximam, quasi si diceret; Non est, quod ad portam progrediare. Contra Christianos pugnare vis? Do tibi vicinam Ungaris Semendriam. Hic Rhodus, hic salta. Dictum vero superius de Semendria, capite nonagesimo nono. Perrexit inde Zagoram Selimes, quam capite tricesimo tertio diximus sexagesimo ab Hadrianopoli distare milliario Græco. Hic eum Malcozoglis, et alii quidam adierunt, excitati rumore per ipsum sparso, de bello Christianis inferendo, suamque Selimi operam obtulerunt. Is vero secretas ut animi sui cogitationes nonnihil eis aperiret, grata sibi respondit ipsorum esse studia. Siquidem ad imperium pervenisset, non modo fines Osmanici regni prolataturum, verum ipsos etiam universos maximis beaturum dignitatibus et opibus. Hac vafritie sibi animos eorum conciliabat, qui cæteroqui more hominum mallent orientem adorare solem, quam occidentem.

192. *Cur Bajazites Constantinopolim properarit.*

Putat ea de causa Spanduginus Bajazitem, intellecto Selimis adventu, Hadrianopoli relicta, Constantinopolim properasse, ne filius perceptis regiis thesauris, quos capite 139 Constantinopoli custodiri diximus in arce Jedicula vel Heptapyrgio, nervis scilicet belli gerendarumque rerum potitus regno patrem exueret. Ad hanc causam accedit et illa, quod amissa imperii sede, de suis rebus actum Bajazites esse videbat.

193 *Locus ubi prælio congressus est cum patre Selimes, Zorli, Saranta Ecclisies, Kirc Clisse, Carabulyc, Selimis equus.*

Narrant Annales et alii, non procul a Zorlo concurrisse patris, qui podagra laborans curru vehebatur, et filii copias. Zorli vero Turcis est oppidum vetus Tzurolloe vel Tzurulus, de quo dictum cap. 26. Jovius ait, ab hac memorabili pugna pagum hunc, prius obscurum et ignobilem, (id supra dicto capite refutavimus) nomen aliquod, et splendorem fuisse consecutum. Spanduginus addit, eumdem locum pertinere versus Quadraginta ecclesias. Id etiam oppidum est Thraciæ, nunc Græcis Saranta ecclisies appellatum (prisci τεσσαράκοντα ἐκκλησίας dixissent), Kirc Clisse Turcis, eodem significato: ubi sangiaci Kirccliensis hodie sedes est, Rumeliæ sive Græciæ beglerbego subditi. Selimes denique prælio victus, equi beneficio salvus evasit: cujus si nomen etiam scire refert, ut illius Alexandri Bucephali, notandum e Busbequio, dictum fuisse Carabulyc, voce nubem nigram significante.

194. *Selimes victus Cofen aufugit, Midge pagus, Nischanzi bassa.*

Pagi Migdæ nomen annales soli referunt, cæteris ad Nigrum mare Selimem profugisse narrantibus. Midgæ vero situs ex eo colligitur, pagi cæteroquin ignoti, et nusquam proditi, quod Spanduginus, ait Selimem per Thraciam fugiendo Varnam versus, Euxinum petiisse. Quapropter Midge non procul aberit a Varna, de qua superius dictum, capite 115. Quod paulo post sequitur Cadilescheri

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nomen, declaratum supra, cap. 29. Nischanzi bassa dicitur apud Turcos is qui litteras omnes, et instrumenta quotquot apud Portam expediuntur, obsignat : adeoque gerit officium, supremi cancellarii nostris in aulis officio simile.

195. *Achmetis ambientis et invadentis imperium duritiés erga genizaros, crudelitas in legatos. Corcutes fratrum competitor.*

Ostendimus in Osmanidarum genealogia, Sinanem scachum, et Allamam scachum, primogenitos Bajazitis filios, ante patrem exstinctos fuisse : quorum unius, majoris scilicet natu, Sinanis obitum peracerbe pater ac diu luxit. Tertius e filiis erat Achmetes, Amasiæ præfectus ; qui accepta motus Selimiani fama cum 20000 amatorum per Asiam minorem Scutarium, e regione Constantinopolis situm, contendit, et audita genizarorum legatione, qui se accepturos ipsius imperium nuntiabant, si majores annonas polliceri vellet, durius respondit, nolle se, jam designatum a patre successorem, ab ipsis imperium pretio redimere, quibus vel invitis eo sit potiturus. His verbis animos Genizarorum ab se prorsus alienavit, et imprudens æmulo Selimi adjunxit. Quod ubi pater animadverteret, iisdem Achemeti reconciliandis 30000 sultaninorum, filii nomine, promisit. Hæc scilicet illa **474** pecunia fuit, quam annales Achmetem patri misisse referunt. Hinc Asiam vi subacturus Achmetes, mortui fratris sui primogeniti Sinanis filios Muchemetem et Aladinem, Larendæ, Caramaniæ oppido, de quo capite 167 dictum, obsedit et cepit. Ejus rei causa cum graviter a patre per legatos objurgaretur, legationis principem capite truncari jussit, cæteris nares et aures præcidit. Id facinus omnium odia mirifice in Achmetem accendit. Ac videamus obsecro, quæ rerum id temporis confusio fuerit in Osmanico imperio. Quintus ordine nascendi filius Bajazitis, raro in Osmanidarum familia exemplo Selimis ex utroque parente frater, Corcutes erat. Quartus enim Muchemetes, ante hoc tempus a suspicaci patre cum incognitus et patrem, et fratres suos adiisset, metu motus alicujus secreti, venenó sublatus e medio fuerat. Is Corcutes, moriente avo Muchemete secundo, ab amicis paternis, absente patre, collocatus in regium fuerat solium : ne frater Bajazitis Zemes, prior inauguratus, Bajaziti regnum præriperet. Advenienti deinde Constantinopolim patri et abdicato filio, imperium in se transferenti, cesserat tenero quodam amore pietateque motus Corcutes : cum hoc nomine vicissim pater illi promisisset, se rationem ipsius, in constituendo successore, supra filios cæteros habiturum. Eidem Castamonam post obtinenti, de qua dictum capite 66, a morte fratris Muchemetis provinciam Magnesiam attribuerat, non exigua Lyciæ Cariæque parte adauctam. Hic ergo Corcutes, cæteroqui studiis Mahumetanorum philosophicis, et quieti deditus, seditiones fraternas conspicatus, et ipse stimulos ambitionis, alienos a professione philosophi, sensit : quod jure sibi putaret imperium deberi, qui fuisset ante patrem inauguratus. Quid autem effecerit, ab ipsis expositum legitur Annalibus.

196. *Zecme minor, Rhegium sive Ῥήγιον, majus et minus, Melantias et Melitias, Athyras fluvius, Glykynero, votum Soleimanis, Athyrorum episcopatus.*

Nomen Zecme significationem in lingua Turcica nullam habet. Quapropter a Græcis ad Turcos velut ususcapione quadam pervenisse arbitror, a Zeugma vel Zeugmin derivatum : id est, a juncturis pontium, quibus elegantes duo Propontidis sinus illic sternuntur, in quorum alterum ad Zecmen minorem se fluvius Athyras effundit. Est enim Zecme minor, vel comepolichnion, vel oppidulum illud, multis cinctum mœnibus ; cui nunc Ponto piccolo nomen est Italicum, a minori ponte. Facta fuit ejus mentio supra, capite vicesimo sexto. Minor autem Zecme, sicut et pons minor, ad discrimen majoris dicitur, longius ab urbe versus Siliuriam distantis. Theodosius Zygomalas putabat antiquis temporibus dictum fuisse Ῥήγιον, sive Rhegium, majus et minus, et utrumque Constantini Magni opus fuisse. Quod si verum est, ut equidem non dubito, intelligetur Rhegii nomine Parvi Pontis oppidulum, sive Zecmæ minoris, in historia Græca manuscripta, titulo carente, cujus obiter meminimus capite decimo, cum narrat, imperante Justiniano primo, gravi terræ motu non urbem modo deformatam, sed ipsa quoque suburbia cum Rhegio subversa et abolita fuisse. Non enim alia suburbia Constantinopolis habuit, aut habere potuit, quam quæ versus duplex hoc Rhegium, pontem minorem et majorem pertinuerunt, ut hodieque testantur ædificiorum suburbanorum maximæ vel ruinæ, vel rudera. Græcus etiam scriptor historiæ Agathias noster, libro quinto mentionem Rhegii facit, in descriptione terræ motus ejusdem, ubi Rhegium addit ἐπίνειον urbis esse, id est oppidum suburbanum, quod stationem pro navibus habet. Apud Cosmographorum principem Ortelium ex Procopio Suidaque reperitur Melantias et Melitia, pagi nomen in Thracia, centum duobus stadiis a Byzantio dissiti, quem Athyras amnis alluat, prorsus hoc de Zecme vel Ponte minori accipiendum, a Constantinopoli quindecim milliaribus Græcis disjuncto ; quæ a centum duobus stadiis nihil, aut parum absunt. Athyræ fluvii nomen hic in Aqua *dolce* nunc Italis est mutatum, Græcis in *Glykynero*. Pontes ambos, tam majorem, quam minorem, milliaribus decem ab se invicem dissitos, sultanus Soleimanes, avus hujus Muratis tertii, maximo sumptu refecit : cujus quidem memorabile votum fuit, quo tria sibi concedi divinitus optabat, ut ante mortem perficeret. Primum, instaurationem aquæductus maximi, quem ab auctore Valentem, aut Valentianum, non Valentinianum, ut vulgo corruptis in libris legitur, historici

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

dixerunt : deinde horum pontium in utroque sinu maris, sane quam lato, refectionem : urbis denique Viennensis Austriacæ occupationem, quam maximis duabus expeditionibus ab se frustra tentatam, summa cum indignatione recordari solebat. Prioris utriusque voti factus est compos, regio prorsus opere per viginti plus minus milliaria deductis in urbem ex ipso Danubio copiosis aquis, et ambobus exstructis pontibus : tertio Numen Christianis propitium, ne tyrannis in intima Germaniæ viscera penetraret, favere noluit. Athyrorum quoque meminit episcopi Leo Sapiens 475 Imperator in Novella de thronis, eumque subjicit Heracliensi metropolitano in Thracia. Quæ quidem Athyra diversa non sunt ab hisce duobus oppidis, quæ diximus. Et Zygomalas ἄθυρα dicta, velut ἤπυλα, volebat ex eo quod uti tunc, ita superioribus etiam sæculis, oppida fuerint nullis portis clausa, nec mœnibus cincta. Vulgo denique Græcorum illud, πόντος μέγας, hoc, πόντος μικρὸς, appellatur, ut paulo peritioribus γέφυρα μεγάλη, et γέφυρα μικρά.

197. *Pratum Genibaxeum, genizarorum domicilium, excubita, excubitoria. Loca certa pascendis felibus, ex Turcorum instituto, Cusluc et Ikindi, statæ pascendis iisdem horæ.*

Divertisse traditur Selimes, haud dubio magno cum comitatu, in locum urbis, ab Annalibus Genibaxe vel Genibacze nominatum, id est in hortum novum; cujus in prato, multorum tentoriorum capaci, Turcico more commorari sub dio poterat. Idem nomen et Spanduginus memoriæ prodidit. Selimem referens hospitium cepisse in loco, cui nomen sit Janibacza, non procul a genizarorum domicilio. Dictum paulo ante, Corcutem quoque Constantinopolim ingressum, haud procul a domicilio genizarorum delegisse sibi locum hospitii : quod sane quo factum consilio fuerit, nemo non animadvertit. Hoc genizarorum domicilium messitæ proximum est, quam memoriæ charissimi sibi filii Muchemetis Soleimanes secundus exstruxit. Is natus ex Rossa conjuge, ceu dictum in Annalium Supplemento, Selimis II frater natu major, haud dubie patri successurus erat, si superstes ei fuisset. Nec item procul abest a messita Turcorum prima Constantinopoli, quam in locum ædis sanctorum apostolorum Muchemetes II, urbe capta, condidit. Ipsum hoc ædificium pro genizaris exstructum arbitror ad imitationem veteris tam in urbe prisca, quam nova, prætorianarum cohortium excubitorii, quod historici Græci recentiores excubitum et excubita dixerunt. Erant enim ut in urbe veteri, sic etiam in nova Constantiniana, cohortium prætorianarum, quibus genizari successerunt, itemque cohortium urbanarum, et vigilum excubitoria. Nec locum equidem excubitorii prætorianorum veteris mutatum arbitror, ob commoditatem situs ; quem norunt, qui Constantinopolim viderunt. Sunt ibidem horti longe amplissimi, circumdati muris, in quos insilire feles solent, quoties alimenta statis horis a prætereuntibus Turcis exspectant. Quippe sibi persuadent homines superstitiosi ac barbari, se nescio quid apud Deum promereri gratiæ, si brutas etiam in animantes, feles, canes, pisces, aviculas, eleemosynam conferant. Itaque volucres eis necare captas ad victum religio est, easque pretio potius suo redemptas libertati naturali restituunt : piscibus devoranda frustula panis objiciunt : canes et feles in plateis publicis, ad certa loca quotidie, statis horis gregatim convenientes, pane, carnibus, cibis cæteris pascunt. Et observari a felibus in his ipsis muris hortorum, de quibus loquimur, horas statas tam Cusluci, quod medium est inter exortum solis et meridiem temporis intervallum, quam Ikindi, quod meridiem ab occasu solis æquo spatio dividit, equidem frequenter illac ad patriarchium, visitandi Zygomalæ nostri causa transiens, animadverti : coramque vidi mulierculas humilioris staturæ, carnes assas, ex opsopoliis proximis emptas, et perticis oblongis affixas, felibus hosce muros insidentibus porrigere, cum nescio quid precularum admurmurarent. In hos igitur hortos, excubitorio Genizarorum proximos, sultanus Selimes divertit.

198 *De Mustapha bassa, Bajazitis vezirazeme Ducagino gli Bostangi bassa, Aigas aga.*

Erat hic Mustaphas natus in urbe Serensi, propter Amphipolim sita, de quibus ambabus dictum capite 43 et 55. Patrem habuit sacerdotem Christiani ritus Græcum. Et Græcos sacerdotes in conjugio vivere nemo non novit. Fuit hic Mustaphas vir astutus, malitiosus, vindictæ tenax. Statim post mortem Bajazitis a sultano Selime fuit interfectus, uti non multo post in Annalibus sequitur. Jovius Selimem non hujus duntaxat usum opera scribit in opprimendo patre, sed etiam Ducaginoglis Bostangis bassæ, sive hortulanorum præfecti, cui secreto Selimes pro perfidiæ præmio filiam nubilem promisit et dedit ; et Ajacis genizarorum Agæ, quod Turci nomen non Ajax, sed Aigas enuntiant. De Ducaginogli paulo post dicetur, capite 206.

199. *Cur Dimotucum secedere Bajazites, imperio dimisso voluerit. Inaugurandi sultani cæremonia. Imperatorum insignia vel symbola. Coronandi alterius imperatoris ritus apud Græcos, priori superstite. Παραχοιμώμενοι. Scaramangium, Tzohadari. ἄμβων, Δικηνήσιον. Tzankia.*

Dimotucum a Turcis vocari civitatem, quæ Græcis Didymotichon dicatur, indicatum supra, capite 28, nonnullis ibidem adjectis ad hanc quæ pertinent. Voluit autem eo se conferre Bajazites, abdicato imperio, quod ejus esset patria. Quippe natus 476 illic fuerat. Et nemo non occulto quodam instinctu naturæ delectatur iis præcipue locis, in quibus exsistendi principum habuit. Ea quoque de causa Bajazites, cum ante triennium, videlicet anno Christiano 1509, terræ motus horribilis, de quo paulo ante legimus, in his Annalibus. Constantinopolim et Didymotichum pene totas diruis

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

set : non Constantinopolim modo refecit, verum etiam decem sarchorum, id est mercenariorum et opificum millia, Didymotichum misit : qui patriæ suæ mœnia collapsa, cum ædificiis instaurarent, uti Spanduginus memoriæ prodidit. Quo autem ritu sultani Osmanidæ mortuis patribus, imperium auspicari soleant, expositum in Supplemento Annalium nostro, ad annum Christianum 1566. Hic quibus cæremoniis superstes pater filium sibi substituerit, indicatur. Quippe filio tradi cistas jussit, quibus imperatorii thesauri continebantur. Eorum vero nomine non illi veniunt, quos adversari diximus in Jedicula : sed quæ Græci vocabant imperatoria, vel κειμήλια, vel ἐπίσημα, vel σύμβολα. Sic Græciæ prætor ait, venisse capta Constantinopoli Græcorum in manus imperatoria Balduini secundi symbola, quæ quidem hæc fuerint : Calyptra, formæ Latinis usitatæ (Latinos Græci vocabant populos ad imperium Romæ veteris pertinentes, cum sibi Romanorum appellationem arrogarent), et unionibus distincta cum lapillo rubri coloris in vertice capitis : calceamenta, cocco tincta : gladius vagina de coccinei coloris serico facta, vestitus. Inde patrem Selimes adiit, eique manum, ut Annalium liber; pedes, ut Jovius narrat, osculatus est. Idem addit hoc ab eo factum maxima, sed simulata cum submissione : cum temeritatis obiter suæ veniam posceret. Mox ei pater assurgens gladio latus cinxit, ut Jovius memorat : ut Annales, solio sedere suo jussit. Calyptram ei nullam imposuit, quod ea Turcorum sultanis in usu non sit, tulipanto duntaxat caput involventibus : uti ne sultanæ quidem ipsorum calyptra coronave regibus nostris usitata, caput ornant, sed vera tænia, sive fascia, sive diademate, variis et exquisiti pretii gemmis distincto, quod ad sinciput colligatur. Ejusmodi diadema conficiebat Germanus aurifaber in oppido Galata, Joannes Saxo, natus apud Holsatos, huic sultanæ, Muratis III conjugi, cum filius Muchemetes circumcidendus esset. Addere libet hoc loco ritum coronandi apud Græcos imperatoris, priori adhuc superstite, quem de Græco historiæ libro manu exarato Symeonis magistri Officiorum exscribemus. Loquitur autem Symeon de Michaele, Theophili F. Augusto, quem temulentum sive μέθυσον vocant historiæ, post Bardæ Cæsaris avunculi cædem, Basilium Macedonem ad imperii societatem cooptante. Verba sunt hujusmodi. Cum Imperator, ait, in processione prodiret, sequebatur a tergo Basilius gestans imperatoris scaramangium, quod pro more παραχοιμώμενοι faciunt. Ad augustales autem fores ubi pervenisset imperator, coronam pro imperatorum consuetudine non deposuit, sed intra januas sacras cum ea Michael ingressus est. Et corpore converso, tres gradus ambonis coronatus ascendit, stante inferius Basilio Parakimomeno. Infra Basilium stabat Leo Castor, qui a secretis erat, sententiam scriptam (tomum Græci vocant) manu tenens, et Michael Anurius præpositus, et tribuni plebis, una cum tribulibus. Cepit ergo secretarius hæc ex imperatoris decreto verba legere : Bardas Cæsar adversum me conspiravit, ut vitam mihi adimeret : eaque de causa extra urbem me abduxit. Quod nisi Symbatius ac Basilius indicium ejus rei mihi fecissent, equidem non amplius in numero vivorum exsisterem. Ac periit ille sua sane culpa. Basilium vero Parakimomenon, ceu fidum mihi, meique servatorem imperii, quique me liberavit ab hoste, ac singulari affectu complectitur, esse volo custodem et curatorem imperii mei ; faustisque, velut imperatorem, acclamationibus salutari. Tum vero Basilius oppleri lacrymis. Et imperator demptam e capite suo coronam Photio patriarchæ porrexit : qui ea sacram ad mensam deportata, preces super illam concepit. Inde paludamentum attulere præpositi, et calceamenti Basilium induerunt. Is, abjecta chlamyde, ad imperatoris pedes procidit. Mox autem egressus patriarcha, demptam prius e capite imperatoris coronam, ipsimet imperatori reddidit. Cumque sceptra, de more, humi procidissent, coronavit Basilium Michael, omnibus fausta voce acclamantibus : *Michaeli et Basilio augustis, multi anni*. Hæc abs re putavimus exponenda, quo studiosis antiquorum rituum rem gratam faceremus. Adjiciamus et difficilium intellectu quorumdam explicationem. Scaramangium, quid sit, indicatum capite 172. Παραχοιμώμενοι sunt intimi cubicularii, qui augustalibus in cubiculis et ipsi propter imperatores dormiebant, uti Symeon hic noster haud multo post declarat in descriptione cædis Michaelis Augusti. Tale nunc officium est apud Turcorum sultanum ejus cubicularii, qui Chiohadar aut Tzohadar appellatur. Is enim et intra sultani cubiculum noctu excubias agit, et pluviam sultani vestem gestat, ut Parakimomenos, quæ scaramangium hic vocatur. Ac norunt omnes, qui Portam viderunt Osmanicam, non sultanum modo comitari cubicularium, qui sereno quoque cœlo scaramangium ejus gestat : sed omnes etiam quotidie bassas ac begos, quotiescunque per urbem ad Portam equitant, habere pedisequum unum, qui vestem 477 hujusmodi portat, cæteris superinjiciendam vestimentis, si aere mutato forte pluat. Ambonis nomen in templis Græcorum ab ascendendo factum est, quod gradus complures habeat. Et extra secretum a reliquo templo sacrarium vel δυσιαστήριον est, quo mensa sacra continetur, sacerdoti duntaxat adeunda. Quod paludamentum dixi, Symeoni διχητήσιον appellatur. Scio paludamentum esse vestem imperatorum castrensem, quæ exprimendo Dikitisio non satisfaciat : sed cum aliud invenire nomen non possem, hoc uti libuit. Διχητήσιον vero sic mihi sunt interpretati Græci, ut eo significari dicerent ἐπιμάνδυον, sive supramantellum (adhibeamus enim voces barbaras, ut intelligamur), quale superinijci patriarchis in solium pontificale collocandis solet, ut

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

intelligatur, hoc indutos, jam factos esse pontifices. Casiolam memoriæ prodidit Isidorus, quæ huc puto quadrat. Tali vestimenti genere nostros etiam imperatores indui, cum inaugurantur, ipsimet vidimus. Estque notabilis apud Zozimum nostrum locus, ubi tradit hoc propterea factum apud Romanos, ut intelligeretur imperatores etiam esse pontifices maximos, quemadmodum in numismatis quoque se nominabant. Calceos sive calceamenta, Tzankia dixit Symeon, quibus imperatores uti coccinei coloris solebant. Præpositi simpliciter hic vocantur, quos apud antiquiores sacrorum vel augustalium cubiculorum præpositos dici videmus in Justinianei Codicis, et historiarum libris. Sceptra sunt baculi, magistratus symbola. Nec intelliguntur hic ipsius imperatoris sceptra, sed officialium : quæ apud Græcos deponi solita, cum novus imperator inauguraretur, superius cap. 173 monuimus : idemque mos apud Turcos hodie retinetur, quorum genizari, et alii officiales, cum novus sultanus Portæ saraium ingrediens, regnum suum auspicatur ; baculos suos deponunt ex causa, quam indicato capite declaravimus.

200. ***Portæ XXIII urbis Constantinopolitanæ, cum multis memorabilibus, et ad historias intelligendas necessariis.***

Quia non tantum hic Hadrianopolitanæ portæ, sed aliarum quoque deinceps, in vita Soleimanis II, fit mentio, placet uno loco simul enumerare portas urbis omnes, ac singulas velut ob oculos ordine collocare : quod operæ pretium nos his exponendis facturos existimemus, qui sæpenumero legendis historiis, ob harum tam appellationum, quam situs ignorationem, mirifice nos torqueri meminimus. Nec ipsum Gyllium recensendis his omnibus, et recte appellandis, vel ex semisse lectori fecisse satis ; fatebuntur ii, qui nostra cum Gyllianis conferre voluerint. Incipiemus autem ab angulo urbis orientali, in quo situm esse genisaraium, sive palatium, arcemve sultaninam, superius 139 cap. ostendimus : et in littore sinus Ceratini, Constantinopolim a Galata intersecantis, de quo dictum cap. 127, propter urbis orientale partim, partim septentrionale latus progrediendo, pergemus ad angulum Pentapyrgii, qui recta versus aquilonem spectat, et a quo muri portæque terrestres incipientes, ad angulum se tertium porrigunt, arcis Heptapyrgii vel Jediculæ structuras complexum : unde versus angulum primum in littore Propontidis reflectendo, totam scilicet urbem circumibimus, portisque suis includemus.

Est igitur prima secundum radices promontorii arcis sultaninæ porta, quæ Græcis quotquot videri peritiores volunt, porta Horæa (ὡραία) vulgo Auræa dicitur. Illud a pulchritudine factum nomen est, hoc a vicis et ædificiis Hebræorum, huic portæ proximis. Neutrum tamen verum ejus est nomen, cum porta Neorii sit appellanda : quod istic νεώριον sive navale quondam fuerit, uti Gyllius etiam probat. Leonardus Chiensis imperialem portam vocat in obsidionis ultimæ historia, velut arci Augustali proximam. Juxta portam hanc est scala Sycena, trajectusque Sycenus, vel Galatæ perama, sicut Græci vocant. In toto sinu multa navicularum millia reperiuntur, et plura quidem opinione quorumdam, quam Gundularum Venetiis : quibus ingens hominum multitudo singulis momentis trans sinum Ceratinum, et trans Bosphorum ab urbe vehitur, ac in urbem revehitur. Ipsæ naviculæ tam Turcis, quam Græcis et aliis, ab usu, quem in transjiciendo præstant, Peramæ vulgo nominantur.

Secunda Turcis Balucbazar vocatur, a foro piscario. Græci, licet altera dictione vulgo nuncupantur, et Pazarion sive Pazari forum appellent, voce Damasceno Studitæ familiari : tamen nomine magis originem Græcam sapiente, ψαροπωλεῖα quoque nuncupant, a distractione piscium. Quippe ψαρία pisces appellant.

Tertia Gemiscle vulgo, Gyllio Gemicapi nominatur, non recte tamen. Nam Gemisi Schele, quasi scala fructuum, dici debebat. Et scalam diximus appellari locum, ubi de navigiis exstenditur. Appellunt autem hic naves onustæ omnis generis fructibus, prout anni tempora ferunt : uvis scilicet, pomis, piris, ficis, oriza, cæteris. Gyllii Gemicapi mutatum in Gemisicapi, significat portam fructuum. Græci quoque Caraviorum portam vocant, quibus καράβια sunt naves, vocabulo Basilicorum etiam epitomæ nostræ usitato, præsertim ad legem Rhodiam de jactu.

Quarta Turcis est vel Ontun capisi, vel **478** Ontum schele : quorum illud denotat lignorum scalam. Græci vel ξύλων πόρταν disjunctive, vel ξυλοπόρταν composite vocant. Dicta vero fuit hæc lignorum sive porta, sive scala, non quod ipsa sit lignea, quam reliquis similem per omnia vidimus, id est lapideam, sed quod huc navigia lignis onusta soleant appellere. Quo nobis ineptior videri debet interpres Laonici Gallicus, qui non modo portam, sed etiam palatium ligneum in illa quondam marmorea Constantinopoli fingere fuit ausus. Quodnam vero palatium illud Xyloportæ fuerit de quo Laonicus loquitur, in undecima porta declarabimus.

Quinta Turcis dicitur Unkabani, quod Græci scribunt Unkampani, eadem tamen cum Turcis pronuntiatione. Ἀλευροπωλεῖον quoque Græcis sua lingua vocatur, quod ibi farinæ vendantur. Gyllio scribitur Umcapi.

Sexta nominatur a Turcis Tzubali Capisi, quod Græcis scribitur Tzumpali capisi, nec tamen aliter, quam a Turcis enuntiatur, ob difficilem ipsis prolationem litteræ B, de qua dictum capite 91. Gyllio appellatur Jubali Capi, enuntiatione Gallica, quæ Italicæ Chiubali vel Ziubali respondet, modo tribus syllabis efferatur. Ipsa vox significat portam vitriariam. Quippe vidimus istic officinas, in quibus vitra conficiuntur. Fuit in urbe Roma veteri vicus vitriarius, ubi scilicet tabernæ vitriariorum erant,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ut ex urbis antiqua descriptione paret. Talis vicus adhuc Constantinopoli quoque superest, cujus infra mentio fit in illo magno sub Soleimane incendio, quod accidit anno Christiano 1540. Sed vero est simile, vitriarias officinas Constantinopoli fuisse constitutas ob incendiorum metum extra urbem, et hoc præcipue loco, qui ad sinum Ceratinum positus, abundat aquis ad exstinguenda, si quæ forte orirentur, incendia.

Septima vocatur Hagia capisi, quod hybrida voce Turco-Græca significat portam sanctam. Ego tamen in ea sum opinione, ut existimem rectius appellari ἁγίας καπισή, hoc est, portam sanctæ, videlicet Theodosiæ : cujus templum e regione trans sinum vidi, vetus et elegantis structuræ, nunc commutatum in messitam, quæ Casanis bassæ dicitur, ut supra expositum cap. 128. Per hanc enim portam ingrediuntur urbem, qui a sancta Theodosia veniunt, ubi frequentia cum vicis ædificia sunt.

Octava dicitur Phanarii porta, vel simpliciter Phanarion : cujus vocis notionem supra, 128 capite, sub finem, ostendimus.

Nona Diplophanarion appellatur, et uti geminas (a quibus nomen accepit) turres, sic etiam portas duas habet.

Decima vulgo Græcis porta Κυνηγοῦ sive Kynigi, sed rectius porta Κυνηγίου vocatur ; et Κυνήγιον in basilicis suis Græci verterunt eum locum urbis, qui Romanis temporibus Arena dicebatur : ubi videlicet vel homines cum feris, vel inter se feræ committebantur. Kynigion ad Vlachernas refertur, locus scilicet depressus et concavus, ubi patriarchion erat meæ peregrinationis tempore, quod hoc anno 1587 pecunia redemit a Græcis sultanus Murates III, ut istic messitam, sui nominis monumentum, condat. Id hactenus sæpe tentatum, impedivit Turcorum Muphtis, qui debere Muratem diceret prius ex ereptis scacho terrarum terris annuos messitæ struendæ reditus constituere. Græcis ruinosum Constantini palatium vicissim concessit ædificandum in usum tam patriarchii, quam patriarchalis ecclesiæ, de quo mox aliquid indicabimus.

Undecima nominatur veteribus Xylokerkos, causa paulo post exponenda, nunc autem Hagiobazari porta, per quam scilicet ingrediuntur urbem Hagiobazariotæ, trans sinum habitantes, e regione hujus portæ. Nomen Hagiobazari significat vel sancti, vel sanctum emporium. Et emporii voce Symeon quoque Magister cum aliis Græcis utitur pro nullis clauso portis, aut nullis cincto muris oppidulo. Sancti potius existimem dicendum emporium, ut intelligatur emporium sancti Mamantis, quod olim monasterium insigne, palatium augustale celeberrimum in historiis, pontem denique non minus nobilem, Sancti Mamantis appellatum habuit. Hic enim effundunt sese in extremum Ceratinum sinum celebres illi priscis fluvioli Cydarus et Barbyses, nunc Marhleva et Chartaricon, ut indicatum supra, capite 139, qui quidem ad Sanctum Mamantem ponte junguntur. Hagiobazariotarum vox denotat incolas emporii Sancti Mamantis. Cæterum ad hanc portam Hagiobazari secundus est urbis angulus versus terram continentem, ubi scilicet incipiunt portæ murique terrestres ; sic dicti, quod nec a sinu Ceratino, nec a Propontide alluantur, sed versus Thraciam porrecti sint. Veteres hic alteram posuerunt urbis acropolim, velut in ejus extremitate sitam secunda, respectu primæ, quæ Byzantis arcem continet, ut ostensum cap. 139. Et habebat hic angulus olim arcem, dictam Pentepyrgion, a quinque turribus, vel Magnaurum, vel τῆς ξυλοκέρκου, et palatium Xylinæ portæ apud Chalcocondylem, cujus interpretes vitiose scripserunt Xyliæ palatium, et pejus interpretati sunt ligneum. Hæc autem nomina frequenter in historiis Græcorum, Zonaræ, Cedrini, aliorum, occurrunt. Explicatio prolixior alterius loci fuerit. Apud Leonardum archiepiscopum Chiensem leguntur in epistola, de capta Constantinopoli, turres Aveniades : de quibus interrogatus a me Zygomalas, quænam scilicet essent, respondebat, 479 dicendas esse non Aveniadas, sed turres Anemanis, cujus est in historiis Græcorum mentio : planeque volebat, has illas esse quinque turres, in altera urbis acropoli, quas diximus Pentepyrgii nomen habere. Id autem verum esse, vel ex hoc intelligitur, quod Chiensis turribus adjungit Xyloportam, quæ a Xyloporta priori diversa, veteribus ξυλόκερκος dicta fuit propterea quod artifices eam struentes, magna in fundamento aquæ reperta copia, tignis plurimis ac palis in aqua defixis lapides injecerint, atque ita demum ædificii fundamentum firmum effecerint, ut est in libro *De ædificiis urbis*. Nec absurde quis dixerit videri palatium Xyloportæ potius scribendum Xylokerki palatium : scriptoris librario vocem obscuriorem hanc, cum notiori Xyloportæ commutante.

Duodecima Turcis est Egri capi, quæ vox obliquam portam significat. Et reapse sic exstructam vidimus, ut in eam non directo, sed ex obliquo pateat aditus. Leonardi Chiensis epistola, quam diximus, Caligaream vocat, Græci Caligariorum. Sic autem a Caligariis sive sutoribus est appellata, qui calceamenta faciunt, a Turcis nominata Passumaggia. Inter hanc et proxime sequentem portam situm est ad ipsos muros, alto loco, palatium vetus Blachernianum, quod Constantini jam vulgo vocant, ubi solebant elephanti hactenus ali. Hoc jam præterito anno Murates III Græcis loco patriarchii concessit, ut paulo ante diximus. Cæterum reperitur in Græcis historiis hujus portæ Caligariorum nomen antiquius, Porta Καρσία, sive obliqua : quod interpretati Turci videntur per Egri capi. Urbis tamen ædificiorum liber Charsiæ portam voluit dictam ab auctore vel conditore Charsia, qui utentis colore Veneto factionis fuerit. Nam factio-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nes olim quatuor erant in hippodromo decertantium equis, quos κέλητας Pindarus dixit, singulis bigis, trigis, quadrigis; ita distinctæ coloribus, ut βένετοι vel cærulei, λευκοὶ vel albi, πράσινοι seu virides, ῥούσιοι seu rubri, dicerentur.

Decima tertia est illa, cujus hoc annalium loco fit mentio, quæque nobis occasionem primam recensendi portas urbis præbuit. Vocatur autem Hadrianopolitana, quod Hadrianopoli recta venientes, urbem ingredi per eam soleant. In hac porta periit oppressus hominum turba Constantinus Dragases, ultimus Græcorum imperator.

Sequitur decima quarta, recenti vocabulo Turcico dicta Top capisi, quo significatur porta bombardaria, sive tormentorum bellicorum. Græci ante captam a Barbaris urbem, nominabant S. Romani portam, sicut et Leonardus Chiensis et Chalcocondyles testantur: cujus tamen interpres Gallicus ex Sancti Romani porta facere portam Romanam fuit ausus. A bombardis eam Turcos arbitror appellasse, quod obsidionis tempore tormenta bellica præcipue fuerint huic opposita.

Proxima secundum hanc est decima quinta, Turcis Geni capi, Græcis νέα πόρτα, quod portam novam significat.

Inde perventur ad decimam sextam, videlicet Silyvriæ vel Selybriæ portam, quæ a priscis χρυσῆ porta, vel aurea porta nominabatur, et porta fontis. Nam extra portam hanc est hodieque fons, qui χρυσοπηγή vel aureus fons a Græcis antiquo nomine dicitur, celebris in eorum historiis, quæ sæpenumero palatii πηγῆς sive fontis mentionem faciunt, et templi Deiparæ virginis ad πηγήν sive fontem, Interpres Cedrini plerumque Pegen et in Pege reddidit. Ædificia nunc diruta sunt, fundamentis adhuc exstantibus et ipso fonte: quem hodieque Græcorum vulgus χρυσοπηγήν appellat, et invisere magno concursu, certo anni tempore, veluti si Deiparæ virginis templum adhuc incolume staret, consuevit. Aurea porta nunc etiam reliqua conspicitur, sed obstructa, nec id quod audit, aurea: satis elegans tamen, expressos e marmore continens agones sive labores Herculis, artificio non vulgari.

Hoc jam loco perventum est, ab angulo urbis secundo, propter muros urbis terrestres circumambulando, ad oppositum huic angulum urbis tertium: qui, sicut secundus ille ad sinum Ceratinum extremum situs est, ita et ipse pertinet ad Propontidem: ut deinceps latus urbis reliquum mari alluitur, usque ad promontorium Byzantis, vel urbis angulum primum. Ab hoc enim angulo primo latus urbis unum, videlicet aquilonare, a mari Ceratini sinus efficitur, usque ad angulum secundum Pentepyrgianum: rursus ab altera parte mare Propontidis secundum latus urbis, et meridionale quidem efficit, usque ad tertium urbis angulum Heptapyrgianum: occidentale vero tertium latus ab omnibus aquis immune, terrestri muro claudit urbem, qui juxta sinum Ceratinum a Pentepyrgio incipiens, ad Heptapyrgium juxta Propontidem desinit.

Igitur Heptapyrgianum jam angulo navigio circumvectis, prima propter arcem in latere meridionali porta se nobis offert, cæteroqui numero decima septima, quam ab arce vicina portam ἀπὸ γουλάδων, id est, septem turrium, voce mistobarbara nominant. Observavimus in hac Græcam inscriptionem, quam dabimus alibi.

Secundum hanc proxima sequitur octava decima porta, Turcico vocabulo Narli capi dicta: quo nimirum appellunt ex insulis navigia malis aureis, seu granatis (ῥοῦδια nunc Græci vocant) onusta.

Decima nona vocatur Psomatiorum porta. Liber exstat apud Græcos manuscriptus, 480 de ædificiis urbis, quem habemus. In eo nomen portæ Psamatii reperitur, et palatium Psamatii, et γηροκομεῖον Psamatii, quo domus significatur exstructa curandis et alendis senibus. Originem vero nominis Psamatii legimus hanc in eodem libro, stetisse scilicet olim hoc in loco Psamatii quoddam simulacrum, quod deastrorum cultor quispiam ceu deum coluerit. Christianos vero frequenter hominem ab eo colendo dehortantes, appellasse simulacrum illud, quod ipse venerareter, deum ψευμανδίνον, id est, falsum et fictitium, quique nomen illud mentiretur. Ab hoc igitur idolo dei fictitii volunt ipsi loco nomen inditum, ut Psamatii diceretur, id est, fictitii dei locus: vulgo Psama dicente, pro ψεῦμα, quod est mendacium. Propter hanc vero portam Psamatii quondam et palatium erat et γηροκομεῖον, ut diximus: utrumque Psamatii nomen ob viciniam habens, et ab Helena Augusta, matre Constantini Magni, urbis conditoris, exstructum. Christianorum vulgus hanc portam nunc etiam San Matthia vocat, nomine corrupto ex Psamatia.

Vicesima Græcis Contoscalii porta dicitur. In libro de urbis ædificiis locus hic Contoscalinon appellatur et causa nominis adjicitur. Etenim ipsa porta velut intra sinum quemdam abscedit versus urbem, et ab altera parte proximum sibi portum habet pro triremibus, in mare se porrigentem, et muro circumdatum. Is portus olim cum pararetur, præfectum fuisse tradunt operis velut ἐργοδιώκτην Agallianum Turmarchum (id turmæ ducem significat, hoc est, legionis, sex hominum millia complectentis, ut est apud Leonem Augustum in libro *De bellicis apparatibus*), qui cognomen Constoscelis habuerit a brevibus tibiis, Gambacurtam Itali dicerent. Ab hoc appellatam aiunt portam Contoscalinam, veluti contoscelinam. Ego vero pace Græcorum dixerim potius Contoscalinam vel Contoscalii vocatam a conta scala. Κοντός enim Græcis nunc parvus, uti cum Cedrinus ait, quemdam fuisse nominatum ab exiguitate staturæ Κοντολέοντα prætorem Cephallinæ, et alium Κοντοστέφανον

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ceu Leonem parvum et Stephanum parvum. Scalæ nomen jam ante declaratum.

Vicesima prima Gatergolimenis porta nuncupatur, a portu triremium, quæ vulgo sunt Græcis Κάτεργα, sicut et Κατεργόδες nunc appellantur classiarii, vel navales socii triremium.

Vicesima secunda vulgo nunc Græcis est πόρτα ταῖς ἀρκούδες, id est, vel ursarum, vel ursina, Turcis Tschatlati capsi, a maciatione pecudum. Sunt qui novam littoris portam nominant. Equidem crediderim esse antiquam. Ædificium rotundum extra muros in ipso mari vicinum ac vetus habet, undique circumfluum, nisi qua terræ jungitur; in quo maciantur, excoriantur et exenteramtur pecudes: itemque fenestras habet hæc porta marmoreas a latere, cujusdam ædificii vel palatii veteris, quod ipsis muris urbanis incumbit. Hic aliquando pene naufragium fecisse recordor, cum animi gratia Wolfius Unguadius Baro Sonneccianus, et Hieronymus Arconatus, et ego, saraium sultaniuum, e Ceratino sinu profecti, cœlo primum serano marique placido, circumnavigaremus: et oborta subito tempestate, non sine periculo hinc rejiceremur.

Vicesima tertia et ultima porta vocabulo Turcico nominatur Achur capisi, quod Achurii portam significat. Achurium vero Turcis est ædificium capax, aream habens in medio, cujusmodi solent esse stabula pro regiis equis. Et arbitror esse Græcam origine vocem, usucaptam a Turcis. Etenim ἀχυρεῖον vocant Græci stabulum, a reponendis scilicet paleis. Sic emir Achur stabuli præfectus est in aula sultanina, velut capite 14 diximus. Itaque propterea nomen hoc isti portæ datum, quod per eam saraio sultaniuo contiguam, invehantur omnia curandis et pascendis equis ac jumentis sultani necessaria, quotquot intra saraium scilicet alantur. Ab hac ultima porta, saraii sultanidi murus trium in ambitu milliarium Græcorum incipit, juxta quem ab altero saraii latere primam quoque portam urbis collocavimus. Nec inter Achurii portam et Horaam illam primam ulla reperitur alia, quam qua secreto soli sultano licet e saraii septis ad angulum Sancti Demetrii prodire, quoties ei sic visum est. Ac solet hoc facere multoties, cum eleganter ornatam marmoreis columnis domunculam ibidem habeat, intra quam velis obductam sedens, tam e sinu Ceratino, quam secundo Bosphori fluxu in Propontidem prætervavigantes intueri cum voluptate potest, ipse conspectus a nemine.

Sed enim ante, quam hanc portarum enumerationem claudamus, libet ex allegato sæpius libro, de ædificiis urbis, ordine recensere veteres portas urbis terrestres, quæ illis solæ leguntur; cæteris ad sinum Ceratinum Propontidemque aliis silentio prætermissis. Recitantur autem duntaxat hæ quinque, sumpto ab extremitate Pentepyrgiana initio.

A Prima vocatur ξυλόκερκος ob ejus fundamentum defixis in imo palis factum. Nunc Hagiabazari portam dici notavimus.

Altera Charaia, qui scilicet ei condendæ præfuit. Turcis est Egri capi, sive porta obliqua.

Tertia πολύανδρος, ab hominum multitudine dicta. Quippe traditum in historiis legimus, et in hoc ipso de ædificiis urbis libro, Theodosium minorem Augustum terræ motu collapsos urbis muros terrestres curasse per Cyrum præfectum urbanum instaurari: 481 cujus quidem ea fuerit in opere maturando et urgendo sedulitas, ut intra sexagesimum diem absolutum fuerit. Hoc autem in opere, cum una populi pars ab angulo Pentepyrgiano, altera vero ab angulo adverso Heptapyrgiano muros
B condere cœpisset: ad hanc demum portam pars utraque suis perfectis operis convenit, eaque de causa porta πολύανδρος appellata fuit, ab hominum multitudine, qui tunc istic convenerunt. Nunc Hadrianopolitanam vocari diximus. Et est illius is profecto situs, ut medium in muro terrestri locum occupet, id quod equidem diligenter observavi. Nam cum ab acropoli Pentepyrgiana, propter fossas muri terrestris, ad angulum vel acropolim Heptapyrgianam ituro, necesse sit unius horæ spatium impendere: tantumdem temporis Pentepyrgio requiritur ad portam Hadrianopolitanam, quantum ab eadem ad portam Heptapyrgio proximam. Apud Leonardum Chiensem reperitur hac ipsa in urbis ac murorum parte locus arduus (ut appellat) Mi-
C liandri. Non alibi quærat hunc lector, quam ad portam Hadrianopolitanam vel πολύανδρον, correcto tamen prius vel enuntiationis vel scripturæ vitio. Nam pro Miliandro equidem minime dubito reponendum μυριάνδρον, quod idem est cum πολυάνδρῳ: sive adeo per inscitiam vulgi factum fuisse dicamus Miliandron ex Myriandro, sive per oscitantiam scriptoris librarii corruptum nomen existimemus.

Quarta Κατωγαία, sive subterranea, cujus tamen nominis ratio nulla redditur. Respondet jam Topcapisi vel bombardariæ portæ, quondam S. Romani.

Quinta Græcis πέμπτη fuisse dicta narratur,
D quod numero quinta scilicet inter portas esset terrestres. Olim Auream portam vocavere, nunc Silyvrianam appellari ostendimus. Quod autem Geni capi sive nova porta non commemoratur, inter portas S. Romani et auream situ, propterea fit, quod nulla tunc fuerit, posterioribus scilicet exstructa temporibus, ut ipsum quoque nomen insuit.

Habes jam, benigne lector, insignem non portarum duntaxat urbis explicationem, verum etiam multarum præterea rerum declarationem, quæ mihi quidem aliquando Græcas et Turcicas historias lectitanti visæ fuere difficiles intellectu ac perobscuræ. Tibi sane, remotis non paucis jam quasi salebris, iter idem ingressuro, minus plera-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

que tædii paritura confido. Vel ipsi tam a Turcis obsessæ, quam expugnatæ Constantinopoleos historiæ Chalcocondylis et Leonardi Chiensis, mirum quantum hæc expositio nostra lucis afferet.

201. *Mors sultani Bajazitis, a filio Selime veneno sublati.*

Non meminerunt annales dati a filio Selime Bajaziti per alios veneni, quod a nostris constanter affirmatur, ipsis tamen expositionibus horum inter se non parum dissidentibus. Nos plerorumque narrationes sic recitabimus, ut integrum tamen lectori judicium relinquamus. Spanduginus ait Selimem patri adjunxisse Jonuzem bassam, qui curam ejus gereret, omnesque res patris administraret. Interim tamen secreto cum Jonuze transegisse, venenum ut patri propinaretur. Itaque Bajazitem prius, quam Dimotucum pervenisset, vi veneni dati exstinctum fuisse. Jovius addit venenum ei præbitum ab Hamone Judæo medico. Alii commemorant Selimem metuentem, ne se bello in Anatolia contra fratres, Achmetem et Corcutem, occupato, rursus imperium sibi vindicaret pater; corrupisse medicum patris Ustarabim, promissis ei singulos in dies annonis asprorum mille, qui reditus esset annuus 9000 thalerorum aspris 40 pro uno thalero computatis. Itaque recepisse medicum, se Bajaziti venenum pharmaco mistum propinaturum. Ac tradidere quidam, venenum hoc fuisse comminutum pulveris instar adamantem. Ustarabim in oppido Tzurulo Bajaziti auctorem fuisse sumendi pharmaci, quo mirificus seni vigor totius corporis et animi rediturus esset. Annuente Bajazite, medicum altero mane sultaninum ad cubiculum venisse; cumque dormientem adhuc reperisset, exspectabundum ibidem hæsisse, donec evigilaret. Elapso temporis aliquo spatio, cum non expergisceretur, excitari jussisse, jamque experrectum interrogasse, pharmacone uti vellet. Illo assentiente, Ustarabim antipharmacis multo ante munitum, prægustatam ab se medicinam Bajaziti præbuisse hauriendam; simul cubicularis mandasse, ne quid ei potus subministrarent prius, quam bene cooperto corpore sudasset. Inde medicum se Constantinopolim ad Selimem contulisse, qui promissi præmii loco jusserit ei caput amputari; quod diceret, hominem sceleratum ac infidum sultano patri, eadem usurum erga se quoque perfidia, siquidem hoc uti faceret, ab alio quopiam compellatus esset.

202. *Cruentum et parricidiale Selimis imperium.*

Sublato de medio patre, progressus est Selimes ad immanem sævitiam fœdaque parricidia, solus ut rerum potiri posset. Frater ejus natu major Achmetes ad Arabicos fines profugisse dicitur, hoc est, in Caramaniam 482 regno sultani Cairensis finitimam. Quippe non multo post sequitur, eum suis tandem e latebris cum milite Caramano contra Selimem prodiisse. Arabes etiam vocari Ægyptios et Ægyptiorum sultano subjectos, indicavimus capite 165. Mustaphæ bassæ mentionem paulo ante fecimus capite 198. Fuit interfectus propterea, quod Achmetis eum filios, Muratem et Aladinem, de imminente sibi a patruo Selime periculo, monuisse per celeres internuntios compertum fuisset. Meritas luit pœnas, ob perfidiam erga sultanum Bajazitem, herum suum, contra quem Selimi filio studuerat. Fratrum filii, quos Selimes strangulari jussisse traditur, more Osmanidis recepto, qui nefas esse putant, Osmanidarum sanguine terram conspergi, numero fuere quinque: Muchemetes et Aladines, Sinanis scachi filii; cum tribus filiis sultani Muchemetis, ut est videre nostra in Osmanidarum genealogia. De Tekiensi provincia dictum capite 57. Qui primus e janitoribus regiis et Azem Aga vocatur in Annalibus, integre dicendus est Capizilar Azem Aga. Nomina jam aliquoties exposita sunt, et suo loco de Capizilariis agemus, qui sultani Osmanidæ janitores sunt. His præfecti solent esse vel quatuor, vel sex, prout ipsi visum sultano. Vocantur autem vel Capizilar Bassi, vel Capizilar Aga. De vocabulo Bassa capite 14, de aga 173 diximus. Qui primus et supremus inter hos est, Capizilar Azem Aga nominatur. Etenim Azem supremum significat. Notandum hic Casanis Azemis Capizilariorum Agæ nomen. Quippe Geufræus ait, Corcutem incidisse in manus Bostangis bassæ, qui Selimis gener fuerit. Ostendimus autem supra, capite 198, Bostangim bassam, Selimis filiæ nuptias consecutum in præmium perfidiæ, cognomen habuisse Ducaginoglis ex causa paulo post aperienda; nomen vero proprium hujus Ducaginoglis erat non Casam vel Casan, sed Achmet, quemadmodum ex ipsis Annalibus deinceps apparebit. Et omnino Capizalar Aga diversus est a Bostangi bassa. Quapropter in his Geufræus erravit. Oppidum Egrigos Bellonio Grigos est, ad mare situm, versus sinum Aiassicum, qui priscis erat Issicus.

203. *Selimis statura; prælio victus et occisus Achmetes, ejusque filiorum exsilia.*

Quod pumilionis Selimi nomen tribuitur, sic de sententia Spandugini est accipiendum, ut intelligamus eum de reliquo corpore fuisse oblongo, sed tibias habuisse breves. Eaque de causa spectabilior erat in equo, quam si pedes incederet. Neapolis Caramaniæ Turcis sua lingua vocatur Genischeher. Et annalium hic notanda verba sunt quæ sæpius repetunt, has res in Caramania fuisse gestas, quo se contulerat Achmetes, ut auxiliis sultani Ægyptii sive Cairensis e propinquo contra Selimem uti posset. Leonis quidem Augusti Novella de thronis Neapoleos meminit episcopatus metropoli Stauropolitanæ in Caria subditi. Hinc apparet, errare Jovium, qui pugnatum ait prope Prusam in amplissima planitie, quæ novæ terræ, Cilicia Italica, vel novæ civitatis appelletur. Et proficiscitur hæc ejus inde hallucinatio, quod alia

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sit haud procul a Prusa, vel Nicæa potius Neapolis sive Genischeher, de qua superius, cap. 17 et 23 dictum. Ea tamen procul admodum distat a Neapoli Caramaniæ. Nec video, quo possit esse loco tanta planities, ac tantorum exercituum capax, in vicinia vel Prusæ, vel Nicææ, vel Genischeheris sive Neapoleos, huic proximæ; cum istic perpetua vel juga sint, vel clivi saltem montis Olympi. Taceo, superius aliquoties in annalibus hisce reperiri, Caramaniæ begos cum Osmanidis bella gerentes, si hostibus impares se viderent, in montuosa regionis suæ loca se recepisse; quæ quidem illæ ipsæ latebræ sunt, in quas se cum milite suo sultanus Achmetes, Selimi fratri copiis impar, abdidit; et quales in vicinia Prusæ nullas habere potuisset. Ideoque non abs re dicitur Achmetes ab initio belli, transeunte cum copiis in Asiam Selime, veluti fratre debilior ad Arabicos profugisse limites, hoc est, in Caramaniam; unde nusquam hactenus prodiisse legitur, multoque minus præsenti cum discrimine rerum suarum in Bithyniam fratri subditam se contulisse. Filiorum, quos duos reliquit superstites, Muratem et Aladinem, in his quidem annalibus nulla exstat mentio; sed ab aliis, præsertim Menavino, teste oculato, commemorantur. Aladinem evasisse fuga, narrat Jovius; et in itinere, quo se conferebat ad Ægypti Syriæque sultanum, amicum paternum, febri exstinctum. Muratem vero referunt omnes ad Ismailem Sophinum, scachum Persarum, se recepisse, qui filiam ei suam dederit uxorem. Quippe constat utrumque principem tam Achmeti patri, quam filiis, adversus Selimem favisse; quod esse sibi propemodum ante fores cernerent formidabilem illam Osmanidarum potentiam, quam bellis civilibus debilitatam cupiebant, ne cum utriusque detrimento longius serperet; uti sane mox ab hisce motibus sultanos Ægyptios cum Mamelucis suis ad internecionem delevit, Sophinos tum primum exortos graviter afflixit; tametsi nihil hactenus in hos, arcano quodam Dei judicio, summis licet usi viribus, efficere potuerint Osmanidæ, quod spem eis opprimendi regni Persici certam præbere queat. Ideo majori dignum admiratione, quod insolentiores perpetuis hactenus et infinitis prope contra quosvis populos facti victoriis, nihil non vi sola præpotentis imperii tum prosternere, tum diruere se 483 posse jactitant. Ergo Romani tandem illius Pindari verum esse, suo cum interitu, discant oraculum:

Vis consili expers mole ruit sua,
Vim temperatam dii quoque provehunt
In majus; iidem odere vires
Omne nefas omnino moventes.

204. *Selimis adversus Ismailem Sophinum expeditio: prælium in planitie Zalderana: Jovius emendatur, Ordu, Orda, Fossatum, Tuldum, Tebris, Sultania, Kemach.*

Hujus belli causæ intelliguntur ex indicatis capite præcedenti, de recepto præsertim hospitio Murate Achmetis filio Jovius exercitum Selimis habuisse tradit hominum ducenta millia, duplo majorem numerum faciunt annales. Idem vocat Ismailis primarium ducem Ustaoglim, qui nostris annalibus Ustagelu ogli, vel Ustazelu ogli, rectius quidem haud dubie, nominatur. Id filium Vstagelvis significat. Quis autem fuerit hic Ustagelves, non exprimitur in annalibus. Jovius statim post expositum prælium Selimis contra Persas, et occupatum Taurisium, narrationem belli Turcorum adversus Costagelvem Aladuliorum principem subjicit. Idem bellum Turci quoque mox gestum referunt, sed adversus Aladeulem Dulgadiris provinciæ ducem. Ergo jam animadvertisse videmur, hujus Dulgadirensis regionis principes habuisse nomen Aladeulis in genere, cujus supra facta mentio cap. 163, sed singulis tamen præterea peculiare quoddam fuisse nomen; adeoque devictum hunc ab exercitu Selimis Ustazelvem fuisse vocatum, cujus filius fuerit Ustazeluogli, supremus belli dux apud Ismailem Sophinum, qui Zalderanis in campis occubuit. Hinc igitur emendandus Jovius, et pro Ustaogli reponendum Ustazélu ogli: rursumque pro Costagelu, scribendus Ustagelu. Planities Zalderan legitur in annalibus, qui Jovio sunt campi Calderani. Situs horum ex eo percipitur, quod dimicatum tradit idem non procul a civitate Choi, quæ priscis Artaxata fuerit dicta. Malcozoglis sive Malcozides prior, Turcis est Thur Ali beg, Jovio Thurabeus, vocabulo hinc itidem corrigendo: alter Mahomet, quem annales non nominant. Turci vulnus inflictum fuisse scacho tradunt a Malcozide, Jovius ictu sclopeti læsum ait sub humero sinistro, non graviter tamen, et incerto vulneris auctore. Orda Turcis est Ordu. Proprie quidem hoc uti vocabulo solent pro foro castrensi rerum venalium, sed interim generaliter etiam pro castris seu fossato potius, ut appellat Leo Sapiens Augustus, accipitur: itemque pro tuldo, quæ Græcis vox in historiis reperitur, et in Leonis Augusti libro *De bellicis apparatibus* sic definitur, ut impedimenta vasaque militum, et omnes res necessarias complectatur; nimirum famulitia sive pueros, et jumenta sive sagmaria, reliquaque animalia, et si præterea rei ad usum fossati milites secum vehunt, trahunt. Germani Trossum appellant. Hæc proprie vox hoc in loco Turcicæ Ordu respondet. Notum, apud Tataros aulam, seu castra, seu comitatum chanum sive regum appellari ordam. Apud Belvacensem Joannes de Plano Carpi, legatus pontificis ad Tataros, curiam regis interpretatur, et stationem imperatoris ac principum, itemque tentorium ducis. Sed hic, ut diximus, tuldum Persici regis in prædam cessisse Turcis intelligitur; uti mox etiam sequitur, unam ex Ismailis uxoribus in orda fuisse captam. Solent enim mulieres, si quæ sequuntur castra, tuldi pars esse. De Tebrisio supra quædam exposuimus cap. 187. Ptolemæi Tervam esse, plerique putant, et transpositis fortasse lit-

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

teris Teure scribetur rectius : Hebræorum Susam, Jovius autumat. Id quidem hoc loco minime silentio præteremdum, quod a Choi propter quam urbem pugnatum fuisse diximus, 80 milliaribus Asiaticis vel Romanis Taurisium distet. Addendum et hoc, commissum fuisse prælium die 26 mensis Augusti, anno Christiano 1514. Sultaniam denique Jovius idem fuisse putat exstructam e ruinis Tigranocertæ. Fit ejus infra quoque mentio, in expeditione prima sultani Soleimanis adversus Persas. De Carabago explicatum cap. 63, de Amasia capite 6. Civitas hodie dicta Kemach in Armenia quondam metropolis erat Armeniæ Camachus, ut eam Leonis Augusti Novella de thronis appellat, et indicatum a nobis est superius cap. 5. Peucerus corrupto vocabulo Clamassum nominavit. Sansovinus quoque Iamacam vitiose, pro Camaca vel Camaco, scripsit, errorem Laoniceni secutus interpretis.

205. *Bellum Dulgadirense; mors ducis Ustazelvis vel Aladeulis.*

De Dulgadiris provinciæ finibus dictum supra capite 163. Duces ejus, sive reguli, Turcomani erant, non Christiani: regio ipsa tota montuosa, Tauro et Antitauro inclusa. Dreslerus simpliciter Cappadociam vocat, sed non recte. Bello causam præbuit, quod hujus regionis ducis Ustazelvis filius, ut dictum, hosti Selimis et Osmanidarum Ismaili Sophino militasset, quodque pater, occiso Calderanis in campis filio, Taurisio proficiscentem versus Amasiam Selimis exercitum, in clisuris montium, et impeditis itinerumque angustiis, fluminumque transjectionibus, afflixisset. Sinanis bassæ meminimus supra capite 177. Ustazelvis a Sinane capti, ejusque jussu necati caput, a Selime 484 Venetias, pro Turcorum more, missum fuit. Substitutus huic Alis begus, infra nominatus scachi Suarensis filius, initio regni Soleimanis, ad annum Christianum 1522, ubi plura de hoc exponemus, capite 219.

206. *Selimis in bassas suos sævitia; Ducaginogli, Ducagini reguli; catalogus parricidiorum et cædium Selimis.*

Piri bassa Turcis est is, quem historia belli Rhodii Pyrrhum Græco nomine vocat, ut Ajacem Jovius itidem appellatione Græca dixit, qui Turcis est Aigas. Ducagini filius Turcis est Achmet bassa Ducaginogli, cujus obiter facta mentio, capite 198. Natus fuit Ducagina familia, quam Jovius ait illustrem fuisse in regione Naupactia sive Lepantina, sicut jam dicitur. Ego vero hanc fuisse celebrem invenio apud Epirotas vel Albanenses, in quorum regione Barletius Ducagini meminit, loci vel oppidi cujusdam, cui cum imperio præfuerunt olim, et a quo familiæ nomen hoc inditum fuit. Annales Venetorum tradunt, anno Christiano 1414 Paulum et Leccam Ducaginos fratres, Tamusii filios, cum ditionibus suis in Albania, Venetæ se reipublicæ fidei permisisse. Jovius hunc Ducaginoglim ait infamem fuisse pluribus vitiis, avaritia, ambitione, perfidia. Filio Selimi patrem Bajazitem prodendo, nuptias filiæ ipsius impetravit, ut ante diximus. Causa mortis hic verius est exposita, quam ab aliis, qui necatum voluit ob expilatas provincias, quibus præfuisset. Atqui vezirazem bassa, quo munere dicunt annales functum fuisse Ducaginoglim, cum occideretur, non provinciam quamdam administrat, sed ad portam suprema cum potestate, velut ad clavum totius Osmanidarum imperii sedet, nec nisi gravissimis de causis alio solet ablegari: quod in Sinane prius, deinceps accidisse meminimus in Osmane vezirazeme contra Persas misso, cujus loco tunc prevezirazemes ad portam constitutus fuit Mesites bassa, spado vetulus, nunc salvis annonis rude donatus. Otuzaziacum Turri dicunt. Præter Ducaginoglim, referunt annales ab Selime necatum Ischenderem bassam, qui et ipse gener ipsius erat, et Tazisadem Cadilescherum, et Seguanem bassam (officii vocabulum est, explicatum cap. 190), qui nomen habuerit Bal Gemes. Id hominem significat melle non vescentem. Hæc de procerum Selimis cædibus hoc tantum loco memorantur. Addamus et alias, aliis temporibus ac locis perpetratas. Mustaphæ necem prodidimus supra, cap 202. Chendenum bassam Jovius trucidatum refert ante, quam contra Sophinum Ismailem in Persiam progrederetur : quod vir magno rerum usu præditus, iter hoc gravibus de causis ei dissuasisset. Chuseinem bassam, vezirem suum, simili de causa deinceps jussit interfici, quod ei per solitudines Arabiæ Cairum petituro cum copiis, auctor esset, ne temere tanto cum exercitu tam periculosum iter ingrederetur, ut in annalibus expositum legimus. Ægypto potitus, Jonuzem bassam (Janum male Geufræus et alii vocant), a Cheire bego per calumniam delatum, seu furore quodam impulsus, e medio sustulit, ut est in annalibus. Colligamus immanis jam belluæ diritatis inauditas facinora. Primum octo parricidia, prorsus enormia, quibus patrem veneno peremit, Achmeti Corcutique fratribus 2 et 5 fratrum filiis laqueo fauces elisit : procerum deinde maximorum cædes totidem, Mustaphæ bassæ vezirazemis Cheudeni bassæ, Ducaginoglis vezirazemis bassæ generi sui, Ischenderis itidem bassæ generi, Tazisadis Cadilescheri, Balis Gemis Seguanis bassæ, Chuseinis bassæ veziris, et Jonuzis bassæ : quæ sane omnia quonam modo legatus Venetus, Aloysius Mocenicus, usque adeo elevare potuerit, ut nihil fuisse barbarum in hoc tyranno dicere sit ausus, mihi quidem mirari subit.

207. *Selimis adversus Ægypti Syriæque sultanum expeditio : Cansavi Gauri, Mameluci, Circassi, sive Quinquemontani.*

Simulasse dicitur Selimes, alteram adversus Ismailem Sophinum expeditionem se susceptorum, cum reapse sultanum Cairensem invasurus esset. Id astu fecit, ne præpotentes duos hostes simul in se concitaret : qui quidem inter se reconciliati fue-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rant, animadverso Selimis instituto, non minus Ægyptii, quam Persæ interitum quærentis. Præterea stimulos addebat Selimi Cheir begus Halepi (Jovius et alii Cajarbeium non recte vocant), qui suo cum sultano inimicitias exercens, defecturum ab eo se nuntiabat, si propius ad Halepum cum exercitu Selimes accessisset. Cansavi Gauri nomen est sultani Cairensis in annalibus hisce Turcicis, qui nostris corrupta voce nominatur Campson Gaurius. Hunc Selimes prælio vicit, in quo sultanus ipse cæsus occubuit. Cairbeium quoque, vel Cheirem begum, hoc prælio cecidisse, Geufræus tradidit : cui tamen deinceps Ægypto capta Selimem commendasse Cairum, in his annalibus expresse legitur. De Mamelucis abunde Jovius et alii scripsere, quæ paucis duntaxat attingamus. Cœpere sub Friderico II Augusto. Duravit eorum societas vel ordo cum imperio 300 plus minus annis. Nomen ipsum significat militem, qui stipendia facit. Et militabant sultano, perpetuisque bellis exercebantur, equestris rei præsertim peritissimi. Moriente sultano deligebant alium e corpore sive collegio suo, liberis suffragiis. 485 Plerumque tamen emirum majorum, qui numero quatuor erant, auctoritate dignitateque sultano proximi, ratio haberi solebat. Electus cuique Mameluco centum seraphinos pro felicibus auspiciis imperii donabat. Omnes necessario vel Christiani erant, vel ex Christianis parentibus nati ; nec in ordinem suum vel Arabes, vel Saracenos, sive Mauros, vel Hebræos, vel Turcos admittebant. Major eorum pars e Circassis constabat, in pueritia captis, aut pretio distractis. Eam ob causam Zercas sive Cercas quoque vocantur a Turcis, ob Circassorum inter Mameluecos præcipuum numerum : quæ natio nomen Quinquemontanorum habet, Iberis sive Georgianis vicina.

208. *Tommanbai, sultanus ultimus Ægypti, Ulu Duveidar, emir Quibir.*

Quem nostrorum historiæ Tomumbeium vocant, Turcis est Tommanbai, nomine non vitiato. Quod officium, quæve dignitas fuerit ejus, qui dicitur hic Ulu Duveidar, ex ipso annalium contextu intelligitur. Initio commentationis hujus, capite tertio, Ulu significare notavimus excelsum. Petro Martyri Mediolanensi in descriptione legationis Babyloniæ, non Ulu Duveidar, sed emir Chemir appellatur, quod Arabibus est emir Quibir, id est, magnus emir. Ea vox a nobis capite primo et decimo quarto superius est explicata. Martyr adjicit, emir Quibir esse magistratum primum post soldanum, idque propterea, quod exercitibus præsit. Ergo Sansovinus et alii falluntur, qui hujus in historiæ narrationibus ex Tommanbai Ulu Duveidare, vel emire Quibire, fecerunt admiralium Alexandriæ. Reperitur etiam apud Geufræum Derdar Quibir, ut apud Andream Cambrinium Florentinum, et alios, magnus Diadartus. Utrumque mutilatum ex Duveidare. Nec Geufræus sibi constat in hoc explicando, cum modo magnum mariscallum, modo præfectum vel admiralium, modo magnum stabuli comitem interpretatur, qui Græcorum in aulis erat ὁ μέγας κονοστάβλος. Si Petro Martyri, ut oculato testi, fides habenda, qui hunc præfuisse dicit exercitibus : fuerit scilicet is apud Ægyptios Ulu Duveidar, qui Serasker nunc apud Turcos est, aut qui μέγας δοὺξ apud Græcos imperatores olim dicebatur. Nam μέγας στρατοπεδάρχης esse non potest, quem prætor Græciæ noster cum beglerbego comparat. Ejus verba superius exscripta legantur, capite 66.

209. *Melieul Umera, Zamberdi Gasali, Gaza, Zosimus Gazæus, Remle, Rama, Rammola.*

Vocabulum Melicul Umera nomen ejus officii sive dignitatis denotat Arabica lingua, quondam Mameluecis usitata, quæ apud Turcos est vel beglarbegi vel (uti vulgo pronuntiatur) begierbegi, hoc est domini domini dominorum, qui sangiacos scilicet aliosque begos sub se habet. Vide prolixius explicata capite 14. Zamberdi Gasali, nostris est Iamburdus Gazzelles. Equidem hactenus operam dedi, ut minime corrupta nomina, præsertim propria, singulis in linguis ederem. Gaza, cujus in his annalibus paulo ante mentio fit, nota est Palæstinæ civitas, quæ viros illustres aliquot dedit : et inter alios Zosimum Gazæum, oratorem eloquentem, licet paganum, qui necatus ab imperatore Zenone fuit, homine crudeli et malitioso. Is est editus a nobis auctor historiæ Zosimus comes, ἀποφτσχοσυνήγορος, quod nomen illum significat, qui fisci aliquando fuit advocatus. Eum Karulus Sigonius V. C. singulis septimanis pagellatim, cum ederetur, a me per veredarios, opera Petri Pernæ Boloniam Basilea missum, historiæ suæ de imperio Occidentis inseruit, nulla beneficii mei vel unico verbo mentione facta : cui tamen anno 1581 se Boloniæ invisenti, cum ex Sabaudi ducis aula discedens, ad Ferrariensem cum ducis Augusti Septemviri Saxonis legato, Andrea Paulo, viro amplissimo et amico singulari, comitandi ejus causa proficiscerer, magnas sane gratias agebat, ingenue fatendo, minime se suum illud opus absque mea communicatione Zosimi, cum laude publicaturum fuisse. Nec dissimulabat se, cum in sepulcrum suum (sic enim appellabat bibliothecam) me deduceret, Romam profectum petiisse copiam sibi fieri perlegendi Zosimi, qui esse ferebatur in Vaticana : nec tamen id a Gregorio decimo tertio P. M., licet adhibitis intercessoribus illustrissimis ac primi nominis et loci cardinalibus, Farnesio et Estensi, certis de causis impetrare potuisse. Quo plus, ore tunc quidem rotundo, mihi se debere profitebatur. Sed enim ad annales ut redeamus, quod hic memoratur Remle, oppidum Palæstinæ, varias appellationes habet. Nam et Romle, sicut hic, et Ramma, et Rama, et Rammola Mauris, qui Arabes sunt, ac finitimis nominatur : quod vocabulum terram arenosam significat, et a Turcis est

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mutatum in Remle. Distat decem vel duodecim plus minus milliaribus Asiaticis a Giaffa, quæ sacris est Litteris Joppe, sic ab Japeto vel Japheto dicta, quod versus Europam, ab Japheti filiis inhabitatam, portus ejus celeberrimus spectet.

210. *Cudsimubarec, Ikindi, Messit Axa, Iadsunamasi, Cubei Sahara, Cuba, Trulla, Naos dromicos.*

Selimes in Ægyptum cum exercitu profecturus, 486 cum ab Hierosolymis non procul abesset, morem tyrannorum secutus, quibus in ore preces hæ perpetuo sunt, *Da mihi fallere, da justum sanctumque videri*, civitatem Musulmanorum etiam opinione sacram sanctam invisere voluit. Hæret enim hodieque Turcorum in animis ea sive religio sive superstitio, ut voti rei, Meccha sua visitata, non se legitime solvisse votum arbitrentur, nisi Bethleemam quoque, Christi cunis nobilem, et Hierusalemam adierint. Vocant autem Hierosolyma, vel Hierusalemam, lingua sua Cudsimabarec, quod nomen significat locum benedictum vel inclytum. Vespertinæ preces Turcis sunt Ikindi nemas, quæ nimirum medio concipiuntur inter meridiem et occasum solis spatio. Concepit has in messit axa, id est in alba messita, sive templo Turcico. Nocturnas, quæ Iadsunamasi Turcis appellantur, et intervallo medio dici solent inter occasum solis et mediam noctem, peregit in Cubei Sahara, sive Sehara : vocabulo denotante templum in spatiosa situm area, et cui fastigium impositum est formæ rotundæ. Tale fastigium Evagrio, scriptori ecclesiasticæ historiæ, θόλος dicitur : Græci recentiores, ut Zonaras, Cedrinus, alii, Trullum et Trullam nominant : uti cum Cedrinus ait alicubi, Trullam sanctæ majoris ecclesiæ furnicam corruisse : quibus in verbis furnica significat habentem formam furni, hoc est rotundam, non in longum porrectam, cujusmodi tectis coopeta templa Græcis ναοὶ δρομικοί vocantur. Vox Cubei ne Italis quidem est ignota, veluti cum Venetorum in annalibus legitur, anno 1416 ignem exussisse cubas templi Sancti Marci, plumbo tectas. Intelligitur autem hoc annalium loco per Cubei Sahara, templum Solomonium hodiernum Hierosolymis, quod et cubam habet ejusmodi, Turcicis templis familiarem, et amplissimam circa se complectitur aream.

211. *Rursus Æthiopes sive Mauri, pro Ægyptiis et Arabibus.*

Cur Ægyptii et Arabes, olim sultani Cairensis subditi, nominentur Æthiopes ac Mauri, a nigro colore corporum, diximus supra, capite 165. Sansovinus expresse hac in historia, Cairi sive Miziris (ut nunc appellari capite 61 notavimus) incolas Mauros vocat, vulgari consuetudine. Paulo etiam post sequitur hic in annalibus, interceptum ab Arabibus et Æthiopibus Tommanbain, Selimi fuisse proditum. Cæterum transfugæ duntaxat hic unius meminerunt annales Turcici, sed historici nostri duorum, qui Mameluci fuerint, natione Albanenses vel Epirotæ. Fecisse tradunt hos transfugium ad civem popularemque suum, Sinanem bassam, eique consilia sultani Ægyptii cum insidiis detexisse.

212. *Régio Sait, Ægypti pars; Aythonus emendatus.*

Quod urbem Cairum ingressi dicuntur Sellmiani milites, id factum aiunt alii per eam portam, quam nostri Bassuellam vocant, et de qua paulo post amplius agemus. Regio Sahid Joanni Leoni Africani superior Ægyptus est, quam Thebaidis provinciam dixere veteres. Aythonus capite 54, ut etiam annales hi Turcici, non Sahid, sed Sait, hanc appellat, et primam ac majorem (id est, maximam) Ægypti provinciam facit : quo loco notandum obiter, secundam provinciam ejusdem Ægypti vitiose scriptam Demesor, pro quo reponendum sine dubio divisis vocibus, De Meser : quod Gallica phrasi denotat provinciam Meserensem, hoc est vicinam urbi Meser, quam rectius capite præcedenti diximus nominari Miszir, aut Missir. Ibidem quinta provincia cum urbe Damiata, non est Æliopolis, ab Ælio Pertinace Augusto sic vocata, quod auctori Platinæ credidit Reineccius : sed Heliopolis, quasi solis civitas, ut in eadem Ægypto quondam erat Hermopolis, Mercurii civitas ; Panopolis, Panis civitas, et aliis a diis aliæ nominatæ reperiuntur, etiam a ridiculis illis Ægyptiorum numinibus quædam, ut a canibus Cynopolis : a lupis, Lycopolis : a felibus, Æluropolis. Plures Elias noster Cretensis in Nazianzenum quodam loco recitat. Corrigitur hoc etiam in illo ipso Aythoni capite, cum dicit, haberi carnes crastinas, hædinas, gallinaceas : ut lector malit carnes castronias, id est, vervecinas, quam crastinas.

213. *Messita dicta Chasanis Zami.*

Auctorem hujus messitæ sive templi Cairensis Chasanem vocant annales hi Turcici, rectius procul dubio, quam vel Joannes Fraxineus, apud quem Hessin legitur, vel Helferichus in itinerario, cui scribitur Hessen, pro Chasan.

214. *Tommanbais suspenditur; finis regni sultanini et Mamelucorum, Bab Suweile.*

Memorabilis est fœdus hic Tommanbais interitus, et Ægypti Syriæque sultanorum regni finis. Suspensus fuit Tommanbais undecimo die mensis Aprilis, anno Christiano 1517, ut Sansovinus adnotavit. Sumptum hoc de ipso supplicium ad portam Bassuellam, ut idem retulit, cum prius ignominiæ causa laqueo ad collum appenso, per urbem mulo insidens circumductus fuisset. Pencerus Basuelam Syriæ portam nominat. 487 Sed melius annales indicavere locum in urbis umbilico, cui nomen Bab Subeile vel Suweile, quorum illud significat portam, hoc plateam.

215. *Morbus et mors Selimis, in loco fatali, Dephter darlar, Bairam majus et minus.*

De pago Inzua dictum superius, numero 74. Non procul abest a Zorlo, sive Zurulo, sive Ciurlo Jovii, de quo dictum itidem capite 26 et 193. Nec

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

longe a Zurulo distat is locus, qui Selimi fatalis propter impietatem erga patrem bis exercitam, prælio committendo venenoque præbendo, de quo dictum capite 201, fuit. Et bis hoc loco Turcici quoque fatentur annales, fatali Selimem loco diem suum obiisse. Causam mortis attulit ei pustula sive carbunculus pestilens, ut Turci memoriæ produnt. Sansovinus ex aliis refert plagam fuisse corrosivam, instar gangrenæ : quod equidem non puto, propter interitum Selimis subitum, cum gangrena tardiores plerumque progressus faciat. Dephterdari sive Dephterdalari, sunt vel rationales, vel quæstores, vel (uti nunc appellamus) præsides et consiliarii cameræ. Bairam, maximum Turcis festum est, instar Paschatis nostri, quod mense Ramazane celebrant, quo et jejunium suum servant, integro mense triginta dierum, a crepusculo matutino, usque ad solis occasum, nihil cibi potusve sumentes : et absoluto jejunio, suum hoc Bairam, Paschatis in morem, peragunt. Duplex autem Bairam Turcis in usu est. Unum, mense Ramazane, de quo nunc agimus, et quod Bujuc, sive majus, aut magnum appellant. Ejus supra meminimus, capite 11 et 33. Alterum, sexaginta plus minus ab hoc diebus celebratur, et Chazilariorum Bairam dicitur, hoc est religiosorum, qui peregrinationem voti ergo suscipiunt, ad visitandum Mahumetis prophetæ sui sepulcrum Mecchanum, ut indulgentias peccatorum suorum istic impetrent. Quippe cæteri ad hujus observationem Bairani non tenentur. Ideoque Cutzug Bairam ab eis appellatur, uti festum minus, aut parvum. Neque vero sibi quidquam ad impetrandum veniam admissorum facinorum prodesse putant solam Mecchani templi visitationem, ni Bethleemam quoque cum Hierosolymis adeant, uti paulo ante significabamus. Hinc vero certum mortis sultani Selimis tempus colligitur alioqui controversum. Quippe legitur apud Jovium, exstinctum Selimem anno Christiano 1519, die decimo quarto mensis Februarii : cum Sansovinus et alii verius omnino tradant, id accidisse mense Septembri, anno 1520. Quippe Bujuc Bairam tunc instabat, quod Selimes celebraturus erat Hadrianopoli, si superstes fuisset.

216. *Soleimanes initio regni Belgradum obsidet, Burgurdelen cum ea capit, Sabacz, Sabatia.*

Causa, cur regnum auspicatus Soleimanes, Ungaris mox bellum inferret, non erat alia reapse, quam certa spes occupandi Belgradi, cum cæteris ejus regni provinciis et oppidis, rege Ludovico, Vladislai filio, necdum per ætatem ad gubernandum idoneo, et procerum suorum, tam sæcularium quam ecclesiasticorum contemptui exposito : qui posthabita dignitate regis et salute reipublicæ, suis duntaxat commodis, ambitioni, luxui fastuique ab hominum memoria inaudito, studebant. Occasionem vero pacis abrumpendæ, Spanduginus hanc exposuit : quod legatus Soleimanis, ad denuntiandum Ungaris bellum missus, ni tributum Soleimani solvissent, non modo non exceptus ab eis honorifice, verum etiam tractatus præter legatorum jus fuerat : idque propterea, quod vindicare se de sultano Turcico vellent, ob ignominiose ac insolenter habitos a Selime prius legatos suos. Burgurdelen vero Soleimanes præcipiendam putavit, ne qua Savo secundo Belgradensibus obsessis, ad quorum is mœnia Danubio jungitur, venire subsidia possent. Quippe Burgurdelen Turci vocant illud in ripa Savi fluminis oppidum, quod Ungaris Sabacz appellatur, cinctum undique Savo, in quem Drinus ibidem ac Baconsius amnes influunt. Bonfinius refert anno Christiano 1470 initam fuisse vel occeptam ædificari molem Sabaz, cui nomen Turcus indiderit, uti Sabaz vocaretur, quod Turcica lingua mirabile quid significet. Intelligit autem Turci nomine sultanum Muchemetem, Bajazitis patrem, Selimis avum, Soleimanis proavum. Quippe Muchemetes, a Belgradi obsidione, anno Christiano 1456, invicti ducis Huniadis virtute turpiter rejectus, hanc exstruere quatuordecim post annis arcem voluit ad Savum, e regione Sirmiensis agri, ut inde fines Ungaricos invadere pro lubitu posset. Hinc novæ munitioni superbum nomen datum Bonfinius putavit. Sed postea tamen Sabatiam, veluti Savatiam, a Savo flumine potius dictam fatetur. Rex autem Matthias, Huniadis filius, anno Christiano 1475, Muchemete adhuc superstite, Sabatiam vi expugnatam recepit : a quo tempore nostrorum in potestate mansit ad hoc usque bellum Soleimanicum. Alba Græca potitos Turcos notavere nostri anno 1521, die vicesimo quarto Junii.

488 217. *Rhodi obsidio, Mermere, Marmora, Portus Physicus.*

De Mentesiana ditione dictum supra, capite 13. Videnda quoque Natoliæ tabula geographorum principis Ortelii. Mermere Turcis appellatur oppidum Anatoliæ maritimum, a cujus portu distat intervallo non magno Rhodus. Oppidi nomen Græcia est Marmora, portus autem, Phisco, pro quo legitur in Ortelii Natolia Fischio, non recte tamen, quando Physcus etiam Sophiano scribitur. Situs est e regione portus Rhodii, qui ab hoc duntaxat octodecim milliaribus Græcis disjungitur.

218. *Megalo Mastor Rhodi, Stankoi, Bedrum.*

Græca voce Turci quoque μεγάλον μάστορα vocant magnum Rhodi magistrum, vel ordinis equitum Rhodiorum principem. Is erat id temporis Philippus Villerius Liladamus, natione Gallus : qui Fabricio de Caretto nato e familia marchionum Finariensium in Liguria Saxonicæ stirpis, nec ita dudum mortuo, successerat. Deditio Rhodi facta fuit anno Christiano 1522, die vicesimo quinto mensis Decembris, videlicet natalitio Christi, quo etiam Soleimanes urbem ingredi voluit. Erat in potestate Rhodiorum equitum nobilis quoque Cos insula, Hippocratis medici patria, quam Itali nautæ Lango nominant, Græci στὴν Κῶ, velut εἰς τὴν κῶν, Turci Stankoi. Hæc itidem Soleimanis in manus, amissa

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Rhodo, venit. Arcem quoque Bedrum secutam mox aiunt annales horum exemplum. Eam Marius Niger existimavit esse Branchidas Cariæ Strabonis, et Petrum vocat. Idem Halicarnassum veterem putat respondere Castello Sancti Petri, quo de nunc annales hi loquuntur. Notus quidem est sinus Sancti Petri, sic a Castello Sancti Petri dictus : sed utrum referendus sit ad Halicarnassum, an ad Jasum Cariæ, sinus ut Jasius ille Plinianus sit, equidem aliis definiendum relinquo.

219. *Finis ducatus Dulgadirensis, scach Suwar, Zuiria, Tzanisas.*

Quemadmodum antea, capite 157, quosdam ostendimus anticipasse finem regni familiæque Caramanicæ : sic etiam factum in Aladeuliorum familia fineque principatus Dulgadirensis videmus. Quippe nostri volunt eam desiisse sub imperio Selimis, anno Christiano 1514, quo tempore captus et occisus fuit Ustazelves, uti supra declaratum. Turci vero tradunt illi fuisse substitutum a Selime fratris filium, Alim begum, qui scachi Suarensis filius hic appellatur. Is septem annis a morte patrui potitus imperio, nunc tandem sub Soleimane sceleratis insidiis e medio tollitur. Scachi nomen iis gentibus est familiare, de quo commentationis hujus initio diximus. Sic in appendice Reineccii ad caput octavum Aythoni, Sirvansa non pro alio debet accipi, quam pro scacho Sirvani, qui Mediæ scachus sive rex est : sic et Philippo Bergomati quidam nominatur Tzanisas, vocabulo corrupto ex Tzani scach, qui Tzanorum scachus est, gentis itidem Ponticæ, sicut et Suarenses ad Pontum Colchidemve pertinent, vel Lazi, vel eis proximi. Ac sunt iidem hi Suarenses, quorum regionem Ortelius ex Alphonso Hadriano Zuiriam nominavit.

220. *Aigas bassa, Ckasnadar bassi, apochrysiarius Bonfinii, apocrisiarius.*

Habet hic lector illum Aigasem bassam, quem supra indicavimus a Jovio voce Græca nominari Ajacem. Oriundus erat e Cimera, non procul a Corcyra, trans sinum sita, quam Leo Sapiens Augustus Chimaram in Novella de thronis appellat, et cum Buthroto, ibidem ad quintum a Corcyræ oppido et arcibus milliare sito, Naupacti metropolitano subjicit. Supremus thesaurarius in Officiis Portæ Osmanicæ Chasnadar bassi dicitur. Eorum explicatio suum, non multo post, locum inveniet. Et sunt in omnibus regnis thesaurarii, quos Bonfinius dici Romanis Quæstores, Græcis apochrysiarios existimans fallitur. Non enim apud hos apochrysiarii reperiuntur usquam, sed apocrisiarii ; longe diversi nomen officii, quo fungentes, a responsis aliqui Latine vocarunt. Græci hodie sic internuntios et legatos appellant.

221. *Petrovar, Sirmium, Francochorion, interitus Ludovici regis Ungariæ prædictus a spectro.*

Quod Varadinum Petri dicitur, Ungari Petrovar appellant, hoc est, civitatem Petri, vel Πετρόπολιν. Sitam in libero colle vidimus ad Danubium, in ea parte regni Ungariæ, quæ a Salankemene, Tibisci ostiis obversa (dictum de hac capite centesimo) usque ad Varadinum hoc Petri, Sirmium vocatur. Græci, Francorum a cæde, Φραγκοχώριον recentioribus in historiis dixere. Quod annales aiunt, pugnatum inter Soleimanem et Ludovicum circa tempus Ikindi, de notatis capite 210 lector intelligit. Etenim quod Christianis vespertinarum precum tempus est, hora nimirum tertia post meridiem, Turcis Ikindi nemas appellari notavimus. Stephanus Broderithus in historia 489 de hac Ludovici regis Ungari clade, dimicari cœptum refert hora post meridiem fere tertia, quæ scilicet a Turcis etiam memoratur. Hic autem Ludovicus, ejus nominis apud Ungaros secundus, Ungariæ Bohemiæque rex, ad oppidum Mohatzium (Mugacium libuit aliis nominare), pro stratis undique copiis suis, prælio semet eripiens, in vicina palude, cum in altiorem paulo ripam evadere conaretur, et equus regius posterioribus pedibus insistens, frustraque saltum in ripam adversam moliens, in dorsum una cum vectore corrueret ; ita ut erat armatus, sesquipalmis in aquæ lutulento gurgite depressus et suffocatus interiit, anno Christiano 1526, die mensis sextilis vicesimo nono, Joannis Baptistæ decollationis memoriæ dicato, pro quo natalem alii non recte ponunt, id est vicesimo quarto Junii. Filius erat Vladislai Jagellonii, Casimiri Poloniæ regis nepos. Matrem habuit Annam Candalensem, regiæ Navarrenæ stirpis apud Vascones, in Gallia ; quæ nulla cute vel pelle tectum in lucem edidit, quam postea medicis arte naturam juvantibus est consecutus. Habitum hoc infelicis ominis loco. Pater baptizando pro more Christiano, Julii nomen indere decreverat : sed aliud suadente matre, Ludovicus fuit appellatus. Hoc itidem ominosum plerisque visum, quod unus hoc nomine rex quondam apud Ungaros pariter et Polonos rerum potitus fuisset, Sigismundi regis et post imperatoris socer, e Gallica familia regum Neapolitanorum ortus, ideoque Loisus vulgo dictus, qui moriens masculum hæredem post se nullum reliquerat. Narrantur et alia, quæ infelici juveni (quippe vicesimum primum ætatis agebat annum, cum interiret) tristissima quæque portendere credebantur. Retulit aliquando mihi generosus et illustris Bairo Kitlizianus Joannes, quem honoris causa nomino, sibi notam fuisse matronam honestissimam, gente Bocciana nobili cum primis apud Silesios editam, et equiti Sueco Stainanæ familiæ nuptam. Ea juvencula missa fuerat in aulam Ludovici regis, ut esset in gynæcio reginæ Mariæ, Karuli V et Ferdinandi Augg. sororis, Ludovici conjugis : et quidem a morte regis omnium consternatis animis, et ob metum adventantium Barbarorum trepide gynæcio præsertim fugiente, coronam regiam, ab aliis præ formidine neglectam, conservasse dicitur. Commemorabat hanc Baro noster recitare solitam non multo ante regis interitum, cum Budæ rex ageret, ac pro more clausis arcis

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

foribus pranderet (miserè quidem certe victitasse regem hunc, defraudatum et contemptim habitum a proceribus Ungaris, regio interim luxu diffluentibus, testis occulatus Herbestainus Baro memoriæ prodidit), accessisse ad arcis portam spectrum quoddam, ut eventus docuit, in forma hominis fœdum in modum distorti et claudicantis, altaque voce flagitasse colloquium regis, cui necessario quædam indicaturus esset, ad regiam regnique salutem pertinentia. Cumque neglectus initio, quod in aulis fieri solet, nunc altiori clamore, nunc ejulatu adhibito, id uti quamprimum regi significaretur, peteret : tandem hominis importunitate commotos quosdam, cum extra regem ipsum nemini secretum hoc se patefacturum diceret, rem ad regem detulisse : qui mox abire quemdam e splendidioribus aulicis, et simulata persona regia, quid istic arcani esset, quærere jusserit. Tum vero claudum illum de arcano revelando velut a rege præsente appellatum, negasse primum hunc esse regem, deinde subjociasse regem, qui se audire nollet, brevi perituram, atque his prolatis, in oculis omnium evanuisse. Memorabilis sane plures ob causas historia, quam equidem loco tam idoneo minime putavi silentio prætereundam.

222. *Novus Dervislariorum motus.*

Qui Calenderos Turcis dicuntur, qui Dervislarii, declaratum superius capite 171. Dervislarios quidem esse nomen generale, quo Calenderos et alii capite dicto recensiti comprehendantur, vel hoc etiam ex loco perspicitur. Calender autem Zeleli significat Calenderem sive religiosum nobilem, ex causa in ipsis annalibus exposita, quod originem generis, scilicet ad Chasim Bectasem, referret; cujus, ut auctoritatis olim summæ viri, mentio facta fuit in vita Urchanis Gasis, Osmanis filii, non procul ab annalium initio.

223. *Banum Erdelii Soleimanes Ungariæ regem creat. Causæ progressuum, quos Turci fecerunt in Ungaria.*

De Bani dignitate tractavimus capite 174, de Ardelio vel Erdelio capite 103. Banum hic Erdelii vocant annales, quem nostri non Banum, sed vaivodam Erdelii sive Transsylvaniæ perpetuo dixerunt. Is tunc temporis erat Joannes de Zapolia, comes Cepisiensis, Ungariæ pestis : qui ante prælium de industria tardius ad Ludovicum regem copias auxiliares ducens, regem cum suis in extremum illud discrimen conjecisse creditur, ut ambitu nefario pervenire, cæso Ludovico, genuinus scilicet Ungarus, ad regnum posset. Eam ob causam dudum quoque Ludovici sororem Annam, Ferdinando, magni Maximiliani Cæsaris nepoti desponsam a Vladislao patre paulo ante, quam e vivis excederet, frustra licet ambiverat ; ut eo plus juris ad regnum, 490 siquidem sororius regis fuisset factus, haberet. Ipsius autem Joannis Zapoliensis sororem primo sibi matrimonio junxit Sigismundus Poloniæ rex, e qua tamen nullos suscepit liberos mares. Postea suam Joanni filiam Isabellam, ex altero conjugio natam, Sigismundus uxorem dedit, ut infra dicturi prolixius sumus. Creduntur Joannis causæ favisse Poloni, eamque studiis maximis cum per alios, tum per Hieronymum Lascum, Alberti patrem, Soleimani Osmanidæ, ac Francisco Valesio Gallorum regi, bonis scilicet illis confœderatis ac sociis, in detrimentum reipublicæ Christianæ commendasse : ne quieta totius Ungarici regni possessione potiti principes Austriaci, formidabiles ipsis etiam Polonis fierent ; qui sane stimulus æmulationis Francisci quoque regis animum perpetuo pungens, eum ad consilia nefanda, reique publicæ perniciosa, cum indelebili ad omnem memoriam posteritatis infamia sua, perpulit. Ita nimirum per ambitionem et invidiam fuit attractus in viscera nostra sævus et juratus hostis. Utinam ne nunc etiam fucata libertas electionis, et fœderis Osmanidarum cum vicina Sarmatia prætextus, ac detestabilis quorumdam ambitio, malum aliquod Europæ parlant ; quod Deus tamen optimus maximus omen avertat ! Notari quidem annalium verba debent, quibus Joannes hic Turcis non electus ab Ungaris rex, sed Banus Transsylvaniæ nominatur ante quam Soleimanis beneficio scilicet regnum obtineret. Idem Banus detulisse sua dicitur Soleimani obsequia. Quid aliud hoc, quam factum fuisse clientem, vel mancipium potius Soleimanis ? Magis id etiam paret ex eo quod sequitur : Soleimanis imperio Banum se submisisse, vel subditum Soleimanis factum esse, sicut ipsa verba Turcorum sonant. Hæc scilicet illa libertas est, quam ore jactitant, qui Turcis semet adjungunt. Fructus autem bonæ protectionis hujus et patrocinii Turcici, paulo post ex capite 250, et ipsis ex annalibus, ubi de morte Joannis et filii matrisque in Transsylvaniam relegatione narratur, luce meridiana clarius apparebunt : itemque de Supplemento annalium nostro, ubi tandem videmus, ambitiosi patris, et reipublicæ noxii filium, Arianæ sectæ patronum, quæ Mahumetanis fores aperit, sine liberis, in ipso ætatis flore, justo Dei judicio, rebus humanis exemptum fuisse. Notum vetus ac verissimum quidem oraculum illud :

Εὐσεβέων παίδεσσι τὰ λώϊα, δυσσεβέων δ' οὔ.

Fausta piorum posteritas, infausta scelestum.

224. *Viennam Austriæ Soleimanes obsidet; Wetsch, Vindoniana, Ostrikion.*

Hujus obsidionis auctor Soleimani fuit Joannes Zapoliensis, hostis Germanorum, cum Ungaris suis, parum æquis nationi bene de se meritæ. Nec in illa cæcitate sua dementes perspiciebant, si Soleimani licuisset in Germania pedem figere (quod sane quominus fieret, per ipsos non stetit, solo benigni Numinis favore pestem illam nostris a finibus avertente), non minus Ungarorum libertatem oppressurum fuisse barbarum, quam nostram : a fronte scilicet et a tergo jam ipsis intra septa sua con-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

clusis. Vienna Turcis est Wetsch. Vetus appellatio Vindomana legitur in Notitia utriusque imperii, quam equidem integriorem puto, quam Vindobonæ : præsertim si divisa littera M in N et I, dicatur Vindoniana : sicut obiter superius etiam capite primo commentationis hujus indicavimus. Regioni nomen non ab austro datum, quod ab austris perflari crebro soleat, ut Lazius scripsit, sed ab orientali situ, respectu reliquæ Germaniæ, vel e prætore Græciæ nostro paret, qui Græcis ὀστρίκιον suo quoque tempore dictam ostendit. Id enim nomen Ostrich, vel Ost-Reich, Germanis simpliciter sonat regnum orientis, vel ad orientem situm. Quod frigoris vi narrant Turci Soleimanem ab obsidione discedere coactum, excusandi sultani sui suorumque causa faciunt. Quippe constat Turcos vicies muros urbis subiisse, vicies a mœnibus virtute propugnatorum fuisse repulsos, adeoque tandem frameis licet ac fustibus adhibitis, adigere suos amplius ad oppugnationem redintegrandam nulla vi potuisse. Hinc urbis capiendæ desperatio Soleimanis animum subiit, ut apparet ex ipsa Viennensis obsidii descriptione. Cœpit in morem fugæ Soleimanes reliquis cum copiis abscedere, die decimo quarto Octobris, anno Christiano millesimo quingentesimo vicesimo nono. Atmindanis nomen, cujus mentio sequitur, exposuimus supra, capite 130.

225. *Altera Soleimanis contra Germanos expeditio. Casan Michalogli cum suis a Friderico principe Palatino cæsus; Palatinorum in rempublicam merita.*

Intelligunt annales Hispani nomine Karulum V Augustum, Hispaniarum regem : quem imperatorem Romanorum infitiari solebat Soleimanes, quod se belli jure successorem Constantini magni diceret, qui tam Occidentis, quam Orientis, fuisset imperator. Casanis Michalogli nomen apud Soiterum, qui ex nostris hoc bellum eleganter ascripsit, non legitur. Vaivodæ appellatio, quæ Casani tribuitur, capitaneum significat. Cæsus cum suis memorabili clade fuit a Friderico principe Palatino Rhenensi, auxiliorum imperii supremo duce, qui post septemvirali dignitate fulgens, 491 honorata gravique senecta vitam in terris clausit suam. Serenissima sane Palatinorum principum familia tam superiori, quam hoc contra Soleimanem bello, perutilem immortali cum laude sua reipublicæ Christianæ navavit operam : cum obsessa Vienna Philippus, e Friderici fratre Ruperto natus, in loco nihil id temporis munito, contra vim potentissimi hostis defendendo, suum pro salute patriæ caput devoveret : Fridericus et Wolfangus fratres Crembsii, ad decimum a Vienna lapidem, cum copiis in omnem bene gerendæ rei occasionem intenti subsisterent, ac nunc demum anno tertio redeunte Soleimane, primus Fridericus ad defendendam Austriam advolaret, et paratus ipse Barbaros imparatos et imprudentes invaderet, cæderet, profligaret. Hostis quidem elogium, de cæso ab Alamanis Casane Michalogli, ad hujus familiæ laudem pertinet.

226. *Corone, insula Balu, Badra, captæ a nostris.*

De Corone dictum cap. 177. Insula Balu, locus est ad ipsam Coronen, littori proximus, quem incolunt Græci, Turcis inhabitantibus. Hinc intelligi potest, quod apud Ortelium legimus, Coronen in Messenia Peloponnesi, Sophiano dici Coron, Mario Nigro Nisi. Quippe νῆσοι Græcis insulam significat, integreque dici debebat νῆσον. Ac toti nomen urbi a patre Niger dedit. Badra Turcis effertur Peloponnesi urbs : Patrasso vocant Itali : Patræ quondam Græcis numero multitudinis enuntiabatur.

227. *Chairadin Barbarossa, Cesair.*

Notionem vocabuli Chairadin capite 36 dedimus. Hic nulla fit Horuccii mentio propterea, quod perierit ante quam pro Turcis aliquid insignis rei gessisset, privatis contentus commodis. Major is natu frater Chairadinis, sub archipirata Kemale nomen et rem consecutus e piratica, Selimem Arabem, regni Algeriensis hæredem, cui rogatus suppetias tulerat, per insidias in balneo necavit, et urbem cum regno sibi per vim asseruit. Exstincto deinde Horuccio, cujus interitum Jovius descripsit, Chairadines frater, et ipse pirata nobilis, in possessione regni successit, tandemque Soleimani factus longe charissimus, ea gessit, quæ deinceps in annalibus exponuntur. Ad hunc per errorem omnia referuntur hic, de capta præsertim Cesaire, quæ a fratre, dum viveret, gesta fuerant. Cesair Numidiæ metropolis, Algerium vulgo dicitur. Priscis erat Julia Cæsarea. Nicolaides a Mauris Gezeir, Arabibus Elgezair dici putat, nomine significante insulam, propter Balearium et aliarum insularum viciniam, sane ridicule : cum utrumque sit idem, nisi quod alteri additus est EL vel AL articulus Arabicus, et utrumque corruptum sit ex Cæsarea, sicut et Cesair. Barbariam vocari maritimam Africam, initio Supplementi Annalium nostri monuimus. Asprorum quadragies centum millia faciunt centum millia thalerorum, pretio thaleri unius ad quadraginta aspros revocato, sicut ostensum est capite 18.

228. *Officia Portæ Osmanicæ præcipua, cujusmodi sunt hodie.*

Prius, quam accedamus ad explicationem officii, quod Chairadines hic consecutus traditur, supremi videlicet beglerbegi maris, uno tandem complectamur loco totius aulæ, vel Portæ potius Osmanicæ officia præcipua, rebusque Turcicis explicandis et intelligendis necessaria.

Primum hæc sciri oportet esse duum plane generum, aliis intra saraium deputatis ipsiusmet sultani ministeriis, ac rursus aliis extra saraium sua obeuntibus munera.

Intra saraium hi sultano serviunt :

Capi Aga, vel Capi Agasi. Præfectus aut Capitaneus Portæ.

Oda Bassi, cubicularius maximus et præfectus Itzoglanis saraii. Adolescentes sunt, qui ab ætatis

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

octavo ad vicesimum annum usque, pro sultano aluntur et educantur intra saraium, varieque pro indole sua instituuntur, præsertim ut legere discant, et scribere, et jaculari, et equitare, legumque Mahumetanarum summam percipiant.

Chasnadar bassi. Thesaurarius maximus.

Kilertzi bassi. Dispensator maximus.

Serai Dar Agasi, vel Serai bassi. Supremus sarali præfectus, absente sultano.

Et hi quidem omnes spadones vel castrati sunt, ac singuli sub se plures alios, itidem castratos vel eunuchos, habent.

Secundum hos, tres in primis adolescentes sunt, ipsius sultani ministeriis inservientes, quorum hæc nomina :

Silichtar, qui arcum, sagittas, arma cætera sultani portat.

Tzohadar, qui vestium sultani curam gerit, ejusque scaramanglum portat, ad arcendam pluviam factum. De hoc plenius dictum capite 199.

Kiuptar, cui potus sultani commendatus est, et qui semper eques etiam pro sultano fert aquam secum in lagena.

Pertinet huc etiam, id est, refertur inter officia saraii, Bostangi bassi, præfectus hortulanis : cui delectorum e Christianorum liberis Atzamoglanorum supra quatuor millia parent.

Sunt autem his omnibus sui tam vicarii, quam alii officiales attributi, qui pro antiquo more gradatim ad dignitates supremas 492 ascendunt. Inserviunt autem recensiti hactenus ipsi sultano intra saraium, ac siquidem eques e saraio prodit, omnes eum comitantur ; sin aliquo se mari confert, ipse Bostangis bassa clavum caicæ, sive navigii, quo sultanus vehitur, tenet ac gubernat.

Ad saraium quoque pertinent hi, quorum nomina sequuntur :

Zeschnegir bassi, prægustator maximus, et prægustatoribus cæteris, plus minus centum, præfectus.

Mutpac Emini, præfectus culinæ, vel rei cocinariæ.

Achsi bassi, coquus maximus.

Extra saraium hæc officia numerantur :

Primus omnium locus est Muphti, qui supremus est Alcorani sive Mahumetanæ legis interpres, et auctoritatem apud Turcos eam obtinet, quam Papa sive pontifex maximus apud Latinos, apud Græcos, patriarcha.

Huic proximi sunt Cadilescheri vel Cadiascheri, supremi et ordinarii militarium civiliumque causarum judices ; unus per Græciam vel Europam, dictus Rumeli Cadilescher ; alter per Asiam, Anatoli Cadilescher : quibus tertium Selimes primus adjunxit, post subactos Armenios quosdam, Dulgadirenses, Ægyptios, Syros, Arabes ; ideoque majus est hujus officium, propter multitudinem populorum, et ipsarum regionum amplitudinem. Plura de his diximus supra cap. 29.

Sequuntur vezir bassæ, capita scilicet consilii sultanini. Quondam nonnisi tres aut quatuor vezires erant, uti paulo post exponemus. Sed nunc vel plures vel pauciores, prout visum fuerit sultano deliguntur. Supremus, qui vezir azem Turcis appellatur, solus universum maxima cum potestate administrat imperium, cæteris in Divano (quod explicatum nomen est sub finem 171 capitis) sic assidentibus, nihil ut ipsi proloquantur. Ex his etiam deligitur judicio sultani, qui Ser Asker, et Ser Dar appellatur, explicandis paulo post vocabulis. Cum nos Constantinopoli ageremus, vezirum dignitas a sultano Murate, novo cæteroqui exemplo, novem bassis erat tributa, quorum subjicere nomina libet :

1. Osman bassa, Vezirazem, et Ser Dar contra Persas.
2. Messich bassa.
3. Mechemet bassa.
4. Ali Capitan bassa, beglerbegus maris ; nostris Uluz Ali, hoc est, Ali apostata.
5. Ibrahim bassa beglerbegus Cairi vel Ægypti.
6. Ferhat bassa, belli dux contra Persas.
7. Giaffer bassa.
8. Ali bassa, sororis sultani maritus.
9. Cicalogli bassa, belgerbegus Revani.

Post vezires, auctoritate maxima sunt tres beglerbegi, quorum hic ordo :

Rumeli belgerbeg, hoc est Romaniæ sive Græciæ.

Anatoli beglerbeg, hoc est, Anatoliæ vel Asiæ.

Denizi beglerbeg, hoc est, maris : qui vulgo Turcis nunc recepto vocabulo, Capitan bassa quoque nominatur.

Hi tres parem in sedendo locum et honorem obtinent cum ipsis bassis veziribus, quoties in Divanum publicum veniunt.

Sequitur Nischanzi vel Nissanzi bassa, qui litteras omnes, omniaque mandata et instrumenta, quotquot apud Portam expediuntur, obsignat, veluti supremus Portæ cancellarius.

Tres Dephterdari, quorum primus, nostro more loquendo, præses cameræ vel præfectus est ærarii maximus ; duo reliqui, velut collegæ ipsius, et consiliarii fiscales.

Rais Kiutap, cujus in manibus sunt omnes libri, commentarii, res ad archiva pertinentes. Ideoque gradum vicecancellarii tenet, aut primi vel maximi secretarii.

Omnes autem hactenus enumerati suo in Divano publico sessionem habent.

In eodem Divano sedent etiam quadraginta plus minus Iasitschi, sive secretarii, vel actuarii, qui scripturas absque mora perficiunt et expediunt. Ac tanta quidem sedulitate geruntur omnia, ut ipsa negotia propemodum eodem tempore proponantur, consultationi subjiciantur, et exsecutioni mandentur.

Sequuntur Agæ, Turcis Agalari dicti, numero

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

multitudinis, vel officiales, sive tribuni, qui non habent sessionem in Divano vel synhedrio, sive consilii publici loco, nihilque minus obligati sunt, uti quotidie comparent in saraio, sibique deputatis in locis aliis sedeant. Notionem vocis Aga lectori cap. 173 dedimus.

Principem vero inter hos Agalarios locum obtinet genizarorum aga sive tribunus, qui Kihaiam sive vicarium suum, et capitaneos, et cohortium duces, et alios officiis præfectos habet. Adeoque sub ejus vexillo tam genizarorum, quam solacchorum, viginti circiter hominum millia militant.

Proximus huic emir Halem, qui supremus est vexillifer, et in expeditionibus vexillum sultanium gestat, et alioqui vexilla beglerbegis, in mortuorum loca substitutis, itidemque sangiacbegis, offert. Quippe cum quis horum a bassis in defuncti locum electus est, mox emir Halem symbolum ei dignitatis vexillum tradit; simul tympanistas et tibicines ad domum vel tentorium electi sub vesperam mittit, et istic pulsare tympana, tibias ac fistulas 493 instare jubet. Officium fructuosum est, et primi secundum genizarorum agam nominis ac loci.

Capitzi bassæ, modo quatuor, modo sex, pro arbitrio sultani creantur. Et præfecti sunt capitzilariis, id est, janitoribus: habentque singuli sub se trecentos aut quadringentos capitzilarios, quorum est inservire ipsius personæ sultani, eumque circumstare, quoties publice facultatem adeundi se præbet, quod audientiam dare dicunt: et belli tempore, quando sultanus in castris est, circum ipsum excubias instar cubiculariorum agunt.

Duo præfecti stabulo, major et minor. Primus ipsis Bujuc Emir Abor; vel Achor, vel Achur: alter, Cutzug Emir Achur, appellatur. Vulgo uterque dicitur Imbrahor bassi. Apud Græciæ prætorem nostrum vox est ἀμυραχούρης, ex Emir et Achur itidem facta. Vide a nobis explicata cap. 14, et cap. 200, ad XXIII portam Constantinopoleos. Habent hi suos etiam Kihaias, id est, vicarios, et alios præfectos officiis, eorumque parent imperiis hominum ad duo millia.

Tzaus bassi, capitaneus sive præfectus Tzausiorum, qui numero plus minus sunt septingenti, et eum nobilibus auficis comparari possunt, quorum scilicet opera variis principes in commissionibus et mandatis expediundis et deducendis exterorum principum legatis, utuntur.

Capitzilariorum Kichaia, maximus vicarius, quasique subpræfectus omnium Capitzilariorum sive janitorum. Ejus officium poscit, ut una cum Tzausiorum bassa pedes in divano coram Bassis astet, argenteum manu baculum tenens, quem Græcos dixisse σκῆπτρον sive sceptrum cap. 173 notavimus: ut introducat eos, qui audiri postulant: ut scripturas e Divano, cum usus exigit, ad sultanum ferat: ejusque vicissim sententias (resolutiones vulgo dicunt) vezirazemi referat.

Mutapheraki bassi, capitaneus baronum ac præcipuorum begorum aulæ, qui non tenentur in militiam proficisci, nisi aliquam in expeditionem sultanus ipse prodeat. Ideoque nostrorum ad Baronum similitudinem, liberi esse volunt. Majori etiam ex parte filii sunt bassarum, procerum, heneque meritorum virorum de Osmanidis.

Sex Agalari sive tribuni Spachiorum, id est, equitatus immediate deputati custodiæ sultani. Horum hæc nomina sunt:

1. Spahoglan Aga, vel Agasi.
2. Silichtar Agasi.
3. Sag Ulefetzi bassi.
4. Sol Ulefetzi bassi.
5. Sag Garib Agasi.
6. Sol Garib Agasi.

Horum vero tribunorum unusquisque duobus aut tribus equitum millibus præest.

Sequuntur non pauci, quorum appellationes simpliciter hic ponemus, in commodiorem dilaturi locum tam prolixiorem de his, quam de plurimis præterea nunc silentio prætereundis explicationem.

Topzi bassi, præfectus artilliariæ, sive rebus ad tormenta bellica spectantibus.

Tzegebetzi bassi, præfectus armis, vel armaturæ.

Tzader Mecter bassi, præfectus tentoriis.

Tzalitzi Mecter bassi, præfectus tubicinibus et musicæ sultaninæ castrensi.

Autzi bassi, supremus rei venatoriæ præfectus.

Doganzi bassi, præfectus accipitrariis sive falconariis.

Tzagerschi bassi, præfectus nisis, quos sparavaros vocamus.

Samsontzi bassi, præfectus canibus venaticis. Hoc officium inter præcipua numeratur. Et quondam ex iis qui præerant, deligi genizarorum Agalarii sive tribuni, solebant.

Seguam bassi, præfectus jumentis sagmatariis in exercitu, vel in comitatu sultani. Jumenta vero sagmataria, vel sagmaria, vel samaria (pro quibus sammaria non recte scribi apud Belvacensem, ostendimus capite 20) Græci vocare solent, quæ nostri clitellaria. Sunt in his equi, muli, cameli: rariores tamen apud Turcos ad hunc usum equi, plures muli et cameli. Quapropter a Seguane recensendi veniunt.

Devetzi bassi, præfectus iis qui cameles agunt.

Catertzi bassi, præfectus agasonibus, vel mulos agentibus.

Harpa Emini, præfectus equorum pabulo.

Præter hos non exigui nominis ad portam sunt:

Dephter Emini præfectus libris, quibus Timaria continentur. Et supra copiose dictum, cap. 186, de timariis et timariotis, sive timariotis. Et Emini generaliter alioqui significat eum, qui proventus sive reditus aliquos recipit et administrat.

Kibat Emini, superintendens cancellariæ, veluti

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

taxator quispiam, nostro more: qui regalia cancellariæ, quæ vocant, exigit, eorumque curam necessariam gerit. Hoc officium comparari pretio decem, vel etiam quindecim millium ducatorum singulos in annos, solet: quo potiri qui potest, maximas opes colligit.

Tersane Emini, superintendens Arsenalis, id est, qui ναυπηγίου φροντιστής est, sive προνοητής, ut Græci dicunt, sive qui navalis curam gerit.

Sunt alia quoque tam officia, quam officiales Osmanicæ Portæ, minorum tamen illi (quod dici solet) gentium: et eo quidem 494 numero, magis ut idoneum locum sibi poscant, ubi plenius explicentur. Interea vero, dum luculentiora paramus, et quidem horum collationum cum palatii et imperii Græci dignitatibus, hæc benevoli lectores æqui bonique faciant.

229. *Primus Denizi beglerbegus factus Chairadines; Sangiacus Gallipolis: sultani Muratis hujus justitia; στρατηγός, sive prætor Calliopolitanus, et δωδεκανήσου; Cedrini correcta versio.*

Solebat ante illa tempora classis sultaninæ præfectus esse maximus et ordinarius is, qui Calliopolis sangiacus erat. Hoc ex Laonici quoque pluribus locis intelligere licet, uti cum in Muchemete II mentionem facit Jonuzis præfecti (sangiacum interpretatur) Calliopolis, itemque Zogani præfecti Calliopolis, et postea tamen regiæ classis imperatorem facit eumdem cum præfecto Calliopolitano. Nunc etiam sangiacatus est Calliopolis, sed maris sive Denizi beglerbego, tanquam majori, subditus: et ibidem hujus beglerbegi sedes est ordinaria, quam residentiam vulgo vocant. Fuit igitur a Soleimane nova reperta dignitas, ut maris prætor non amplius esset sangiacus, sed beglerbegus. Huic officio tunc Chairadinem cum titulo veziris præfecit: uti nunc Ulutzalis quoque maris est beglerbegus, et vezir bassa. Præerat ipsius nomine Calliopoli, cum istic uno, plus minus, mense nos hæreremus, Subassa quidam natione Genuensis, vir humanus, et quod in apostata mirere, nobis in causa quadam nostra perquam addictus et utilis. Quippe mortuo ad Calliopolim, ut in Supplemento annalium narravimus, Henrico barone de Lichtestain, Cadius sive Potestatus urbis Calliopolitanæ, relictas ab eo res, veluti bona caduca, et ad se, qui cadilicatum a sultano pecunia, pro more Turcico redemisset, devoluta repetebat a nobis, et animo jam devorarat. Nos autem ab ipso ad subassam appellantes, fuisse baronem defunctum Cæsaris legatum, adeoque personam publicam, replicabamus: cujus bona nec pro caducis haberi, nec applicari fisco, nisi violato jure gentium possent. Cum avarus Cadius a sententia ne litteris quidem amplissimis salvi commeatus prolatis et inspectis, dimoveri vellet: subassa, compellatis nobis Italica lingua, præsente cadio cum assessoribus suis, id consilii dabat, ut Constantinopolim ad oratorem Cæsaris nostri rem omnem perscriberemus, et aliquem e nostris eodem ablegaremus, cui veredarium ultro se adjuncturum pollicebatur. Ita re Constantinopoli cognita et ad Divanum delata, confestim sultani Muratis jussu missus tzausius quidam Murates, natione Circassus, qui non solum hac lite nos liberaret Calliopoli, verum etiam extra Dardanellos, a Calliopoli 27 milliaribus Græcis dissitas arces, ubi naves perquiri solent, ne mancipia vetitæve merces exportentur, deduceret. Simul remissa cadii, nobis injurii, pœna fuit arbitrium oratoris Cæsarei, Pauli baronis Eitzingani, collaudataque subassæ prudentia, qui pro nobis adversus cadium stetisset. Missum quoque diploma novum salvi commeatus, priori longe severius: quo interdicebat, ne qua nobis a quoquam suorum exhiberetur molestia: sed ut omnibus rebus nos potius omnes ubivis locorum in imperio suo juvarent. Tzausius ipse cum sultano se locutum et audisse referebat ex ipsius ore, cum diceret, nullo modo se permissurum, ut ulla re, vel minima, pactæ cum imperatore Christianorum induciæ violarentur. Ideoque cum aliquando nobis Hebræus quidam publicanus (sunt enim in Hebræorum manibus omnia per imperium Turcicum telonia, quæ nummis a sultano redimunt), ipso præsente, nescio quid molestiæ navicula, qua vehebamur ad arcem Asiaticam, perquirenda exhibere vellet, ei tanta vi pusdiganum sive clavam ferream in caput impegit, ut quasi mortuus humi collaberetur, et moribundus a suis domum deportaretur. Sed enim ad rem ut redeamus, hoc sangiaci Calliopolitani officium præturæ maritimæ Turci a Græcis acceperunt, quos jam toties diximus eos multis in rebus æmulatos. Apud Cedrinum aliquoties is, qui στρατηγός sive prætor Calliopolitanus erat, etiam τῆς δωδεκανήσου præturam gessisse traditur, quo vocabulo non tam duodecim insularum, quam maris imperium significatur. Etenim hodieque sangiacatus insularum Mitylenæ, Chii, Naxi, Negroponti vel Euboræ, Rhodi, Leucadis sive S. Maurae, cum aliis, ad imperium ejus, qui maris est beglerbegus, pertinent. Alicubi Xylander, cæteroqui doctus vir et Græcæ perquam peritus, apud Cedrinum insulas Dodecanesi vertens, ita duodecim insularum civitatem vocari adjicit, errore manifesto. Quis enim audivit unquam in Ægæo vel Archipelago, sicuti nunc vocat, civitatem insularum duodecim? Locus est in ejus Nicephori vita, qui feminam protervam, et nimiopere crudelem in Constantinum filium, cui oculos eruit, Irenen imperio dejecit. Habitantes in duodecim insulis, dicere debuit interpres. Et intelligit Cedrinus insulas extra Dardanellos vel arces Hellesponti, vel extra Sestum et Abydum, in Ægæo mari sitas: quarum hæc, si requiris, habeto nomina: sicut a Græcis olim vocari solebant, et nunc iisdem, nautarumque vulgo, et Latinis enuntiantur.

Ex Hellesponto ad dextram, versus occasum 495 solis navigantibus, occurrunt:

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

1. Λῆμνος, Στὴν Λῆμνον, nautis Stalimnes. Lemnus terra sigillata nobilis.

2. Εὔβοια, Negroponto, Eubœa.

3. Νάξος, Nexia, Nixia, Naxus.

4. Πάρος, Paro, Parus.

5. Μῆλος, Milo, Melus, Thucydidea nobilis historia.

6. Ζάκυνθος, Zanthe, Zacynthus.

7. Λευκὰς, Ἁγία Μαῦρα, S. Maura.

8. Κεφαλληνία, Cefalonia, Cephallenia. Ex Hellesponto ad lævam, versus ortum solis navigantibus, hæ sese offerunt :

9. Λέσβος, Μιτυλήνη, Metellino, Lesbus.

10. Χίος, Sio, Chius.

11. Σάμος, Samo, Samus.

12. Ῥόδος, Rodi, Rhodus.

Ut autem aliæ minores inter has insulas duodecim Dodecanesi non numerabantur, veluti quæ tunc præfectos nullos, uti sangiacos nullos nunc, habebant : ita nec amplissimæ duæ, Cyprus et Creta, nunc Candia, quod instar magnarum illæ provinciarum suos singulæ prætores haberent. Nec Cypro capta, sangiacatum ex ea Selimes secundus fecit, sed beglerbegatum, velut ex insula regni jus antiquitus habente.

230. *Expeditio Soleimanis prima contra Persas, ex historiis Theodori Spandugini.*

Qui ab annalibus Uluma begus nominatur, apud Spanduginum Zilama legitur, apud Jovium Ulamanus, utroque vocabulo vitiato. Deprehendet etiam lector, si Joviana cum Turcicis conferre voluerit, a Jovio res Persico bello gestas tradi confuse, mutilate, tenuiter ; hic non ordine tantum, verum etiam integrius ac plenius omnia referri. Aliquanto meliora sunt Spanduginea, quæ cum Turcicis ut conferri possint, lectoris gratia sane interpretando describamus. Erat, inquit, id temporis regulus Bitilinii Serefes begus, beneficio tamen sultani Osmanidæ, cujus imperio parebat. Forte vero quidam, cui nomen erat Ulama (Zilama corrupte legitur), vir usu belli maximus, cum res insignes pro scacho Sophino gessisset, eaque de causa Wanum (Ziam non recte scriptum in edito Spanduginо reperitur), ditionem pulcherrimam, ab eo beneficii loco (feudum vulgo vocamus, et usitatæ sunt apud Persas quoque feudorum concessiones) impetrasset : tandem in eam sententiam venit, ut deficiendum a Sophino, et Turci partes sequendas statueret. Erant tunc inter Osmanidam et Sophinum induciæ. Turcus intellecta hominis voluntate, mox datis ad Serefem begum litteris, ei mandat, ut Ulamæ suorum aliquam manum adjungeret, quorum præsidio munitus adversus impedimenta Sophini securius ad Portam perveniret. Ulama Wano digressus, Bitilisium se contulit. Ea loca distant a se invicem dierum quatuor itinere. Serefes adventantem Ulamam corripi jussit, et vinctum Soleimani misit. Sophinus Ulamæ discessu cognito, Wanum cum conjuge ac liberis Ulamæ in potestatem redegit. Hoc initium belli fuit, inter Soleimanem et scachum Tamasem gesti. Turcus Ulamam vinculis liberat, eique centum millia sultaninorum reditus annui donat, atque unde venerat, remittit : Serefe bego, ceu perduellionis reo, proscripto. Simul imperat Ulamæ, captum uti Bitilisium timarii loco sibi retineret. Hoc modo cœptum inter eos belligerari. Serefes begus sub Sophini signis militabat, Ulama sub Osmanicis. Pluribus pugnis et velitationibus commissis, tandem Ulama Serefem begum interfecit, et occisi caput Soleimani misit. Is deinde quemdam ex suis ad scachum Tamasem ablegavit, qui ab eo conjugem et liberos Ulamæ reposceret. Tamases mulierem uno cum filio remisit. Et acciderunt hæc anno Christiano 1535. Ulama cum uxore ac filio mox intra Soleimanis fines se contulit, tantumque perfecit, ut ipsius exhortatione factus animosior Soleimanes Ibrahimem bassam cum exercitu Halepum ablegaret. Illic in hibernis Ibrahimes substitit, et Halepi castellum exstruxit. Eodem se contulerunt ad Ibrahimem bassam cæsi Serefis begi conjux et liberi, laqueum collo gestantes, et admissorum veniam petentes. Is eis benigniter exceptis, ad Soleimanem litteras dedit, quid de ipsis fieri juberet, interrogans. Respondit Soleimanes, adjungendos Serefis begi filio 400 genizaros, qui eum cum matre Bitilisium comitarentur, ut auferre suos inde thesauros, et quocunque lubitum esset, proficisci possent. Si tamen stare suis a partibus ac secum manere vellent, donare se ipsis timarii nomine Halepum. Ex hoc sultani responso cum satis perspiceret Serefis filius, suum se patrimonium non recuperaturum : Bitilisium cum matre profectus, thesauros inde suos advexit, et ad scachum Sophinum se contulit. Ibrahimes vero bassa Carahemidam progressus, Ulamam cum 30000 Turcorum Taurisium misit, intra quam urbem Musa sultanus, scachi Tamasis affinis, se tenebat. Is cum fugæ se dedisset, deserta nudataque præsidiis civitas, Turcorum se fidei permisit. Confestim per litteras Ibrahimi significat Ulama, quam celerrimo gradu se Taurisium conferret. Ibrahimes Carahemida digressus, et Taurisium properans, Soleimanem litteris hortatur, uti versus fines Persicos maturaret. Ipse Taurisium cum venisset, ædificium quoddam antiquum ibi reperit : quod muniturus commodum istic architectos Georgianos invenit, qui munitionem egregiam struxerunt, cui tormenta bellica 350 Ibrahimes imposuit. **496** Hoc tempore Turci Taurisio potiti sex fuere mensibus, et vicinæ civitates eorum imperium acceperunt. Soleimanes etiam, cum primum ad Carahemidam accessisset, mox illinc abiit, et Taurisium profectus, ibidem xx diebus hæsit. Inde relicto Taurisio, Sophinum institit quærere. Sed is perpetuo prælium detrectans tandiu Soleimanem distinuit, donec hibernum frigus ingrueret. Eam ob causam Soleimanes Bagadatim se recipere coactus fuit. Hoc autem frigus usque adeo vehemens erat, ut neque progredi, ne-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

que regredi posset exercitus. Scachus etiam Sophinus omnem eis annonam ab omni parte præcluserat. Unde factum, ut fame partim, partim frigore dimidius Turcorum exercitus periret. Absque nonnullorum quidem Armeniorum fuisset opera, regionis illius admodum peritorum, qui maximo pretio Turcis annonam vendebant, actum adhuc pejus cum ipsis fuisset. Conspicatus in his constitutum difficultatibus Osmanidam scachus Tamases, e Corasane cum paucioribus quam decem suorum millibus, movens, Taurisium adiit, ubi triginta Turcorum millia tribus sub ducibus erant, sub Ulama, Sirvanogli, et Jadigiare bego : quorum quisque decem millibus equitum præerat. Hi cum accepissent, Sophinum Taurisii fines ingressum esse, prodierunt extra urbem, seque dimicaturos in hostem professi, Taurisio deserto fugam arripuerunt. Sophinus, urbem ingressus, munitionem a Turcis fabricatam diruit, ahenesque tormentis comminutis, monetam ex ære signavit. Posteaquam Soleimanes ad Bagadatim hiemem universam exegisset, abductis inde copiis, Taurisium versus abiit, et urbem ingressus, diebus ibi quindecim mansit, ac laqueo suspendi Jadigiarem begum Eminem jussit, cujus culpa factum fuerat, quod a Turcis contra Persas non erat dimicatum. Hoc enim nomine accusaverat ipsum Ulama cum Sirvanogli. Sophinus, intellecto Soleimanem, motis Bagadate copiis, Taurisium tendere, in regionem Corasanis se recepit. Tandem Soleimanes Constantinopolim reversus est, firmo Bagadati præsidio contra Sophinum imposito, cui Soleimanem bassam cum beglerbegi titulo præfecit, Albanensem vel Epirotam natione, adjunctis ei triginta duobus Turcorum millibus. Taurisium vero, quia relictum ab eo fuerat absque præsidio, reversus Sophinus nullo negotio recuperavit. Et hactenus hæc Spanduginus, cujus interpretari et exscribere locum voluimus, ut cum annalium narratione conferri possit. Libenter tamen æqui lectores fatebuntur, a Turcis pleraque tradita rectius ac plenius.

231. *Belli Persici causa, occasio, prætextus.*

Solemus exemplo Thucydideo bellorum αἰτία sive causas, ab occasionibus et prætextibus distinguere (προφάσεις et ἀφορμὰς ipse vocat, et προσχήματα πολέμων), quæ cum magnis se principibus, cæteroqui bellorum adversus finitimos gerendorum avidis, offerunt : nunquam eis prætextus desunt, quos affectibus suis, et cupiditatibus injustis, obtendant. Ita suscipiendi contra Persas belli vera causa Soleimanis erat in animo, decessorum suorum, Muchemetis II proavi, Bajazitis avi, Selimisque patris æmulatio : qui cum Persarum scachis acerrimas inimicitias exercuerant, et aliquoties æquo fere Marte cum eis conflixerant, sibi fortunam magis propitiam Persis opprimendis et adjungendis imperio suo pollicebatur. Hoc cum animo suo constitutum habenti, nec occasio defuit ; Ulama bego, gestis bello rebus et affinitate scachi, cujus ei soror nupserat, illustri viro ad Soleimanem a scacho deficiente, magnosque se duce successus ei promittente : nec prætextus longe quærendus erat, cum præ manibus esset Persarum a cæteris Mahumetanis dissidentium nova superstitio, ab Erdebile cœpta, Techmasis avo, ab Ismaile Sophino patre defensaque propagataque, Techmasis etiam patrocinio subnixa. De hac et annalium in appendice, sub initium belli Persici, prolixe disseruimus, et adjunximus alia, cap. 188 Pandectis hujus. Indidem lector intelligere potest, quod hic traditur objecisse Techmasi, Persisque cæteris, Soleimanes : nimirum eos debito quatuor Mahumetis prophetas honore non prosequi. Quatuor enim hi Mahumetis tum socii, tum successores, fuerunt Ebubekir, Omer, Osman et Ali : quorum prioribus ordine tribus rejectis, quartum Alim, Mahumetis propinquum et generum, Persæ probant ac venerantur.

232. *Curdistan, Curdi, Keldan, Cordyna, Curti.*

Reineccius in appendice ad octavum Aythoni caput, Cordos et Cordinos nimis late Turcicam gentem esse prodidit ex Joanne Leone Africano. Et adjecit alia de Corduenis et Carduchis, quæ hic minime repetenda. Nec Curdistanum equidem admiserim esse Mediam, quæ verius nunc Sirvan appellatur. Vox Curdistan significat regnum Curdorum. Et habitant hodieque Curdi, sicut his ex annalibus etiam manifesto paret, in regione Bagadatis, quæ Babylonia priscis est, et in vicinia Carahemidæ, quæ quondam erat Amida Mesopotamiæ, nunc Diarbekir appellatæ. Quibus in locis cum olim Chaldæorum sedes fuerint, equidem superius in annalium supplemento conclusi, Curdos esse Chaldæos, præsertim cum a vicinis Persis et Turcis ea regio Curdistan appelletur, quam nunc quoque Keldan vocant **497** Arabes, id est Chaldæam. Liber ἀκέφαλος historiæ Græcæ, cujus aliquoties mentionem feci, posteros Semis, Nohæ filii, regiones has sortitos refert : Persiam, Bactrianam, Hyrcaniam, Babyloniam, Cordynam, Syriam, Mesopotamiam, cum aliis quæ sequuntur. Quis hic Cordynam, positam inter Babyloniam et Syriam Mesopotamiamque, non animadvertit recentiori vocabulo nominatam, pro Chaldæa ? Idem situs, iidem fines hodie sunt Curdistani, de quo agimus. Adde Cedrini locum e Basilio Macedone, cum ait, Basilium e Mesopotamia victoriæ nuntios accepisse : cum quibus allata quoque fuerint ei multa spolia, multaque mancipia Curtorum et Saracenorum. Hi Curti plane non alii sunt, quam hodierni Curdi, et Curdistaniæ regionis incolæ.

233. *Ser Asker sultanum : Serdar*, μέγας δούξ.

Hoc officii sive dignitatis apud Turcos non civilis, sed militaris est nomen, quo significatur supremus imperator exercitus sultani, sive capitaneus generalis (uti nunc loquimur) supra cæteros omnes capitaneos exercitus. Asker Arabice supremum significat, pro quo Turcorum vulgus Lesker solet

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dicere, veluti cum Cadi Lesker effert judicem maximum, qui Arabibus est Cadi Asker. Sultanum gignendi casus est apud Turcos. Persis Serdar, non Ser Asker vocatur, nomine Turcis etiam usu capto. Græci denique μέγαν δοῦκα nominabant hoc apud se fungentem officio, quod magnum ducem denotat, ac primariæ vocabulum dignitatis est inter alia magni palatii munera.

234. *Ketzie bassa, Caceba Chorasan.*

Annales Ketzien bassam, familiari Turcis nomine, Chanem illum appellant Chitainum ; qui, ceu capite tertio diximus, Ulu Chan discriminis causa vocatur, id est, excelsus aut summus Chan sive rex Tatarorum. Ketzie bassa, si verbum verbo reddas, filtrinum caput significat. Ita tum in generé Tatari Chitaini nominantur, a capitum tegumentis e filtro factis ; tum peculiariter ipsorum Chan, vel princeps maximus : perinde ac Persas in genere dicimus Kesilbassilarios, a rubris capitum tegumentis, et ipsi peculiariter eorum seacho nomen Kesilbassæ tribuimus. Apud Jovium et alios corruptum nomen Caceba reperitur, pro integro Kezie bassa. Tegumenta vero capitum hæc Tatarica viridis in universum coloris sunt, quo singulari quodam jure sive privilegio se uti asserunt omnes propterea, quod ortam a propheta gentem universam glorientur. Quippe non utuntur apud Turcos et cæteros Mahumetanos vestitu viridi, nisi qui genus suum ad Mahumetem referunt ; ac præsertim aliis, extra hos, viride capiti tegumentum adhibere, piaculum ingens fuerit. De Chorosane, sive Chorasane, dicto capite 3, sub finem. Recte Cedrinus Persidem Interiorem nominavit. Sane si Taurisium occupantibus Turcis, in Chorosane bellum gerebat : ut minimum ab eis 20 dierum aberat itinere.

235. *Sultania, quondam Tigranocerta : Origo Sultanini nominis apud Persas, ex Cedrino.*

Notavimus e Jovio supra, capite 204, videri Sultaniam urbem olim fuisse Tigranocertam, nobilem Græcis et Romanis in historiis : aut saltim e Tigranocertæ ruinis exstructam fuisse Sultaniam. Nomen hoc a sultanis est consecuta, quod Persiæ quondam fuerit regia, Sultanique sedes ac domicilium. Et a 500 plus minus annis, postquam Turci, Persis ac Saracenis oppressis, potiti Perside fuerunt, principes religionis appellari cepisse sultanos : ex his Cedrini verbis liquido constat. Turci post Muchemetis (inquit) mortem, dejectis imperio Persis ac Saracenis, domini Persidis facti sunt, et Tangrolipicem Sultanum appellarunt, hoc est, principem universum imperium habentem et regem regum. A Temirlanco denique Sultania fuisse diruta vastataque perhibetur.

236. *Fluvius Persidis Docus Gezid.*

A novenario numero nomen hoc fluvius accepit. Quippe Docus, novem significat. Nominis ea ratio, quod hac in parte regionis iter facientibus novies hic amnis omnino sit vel transeundus, vel transjiciendus.

A 237. *Bagadatina regio in formam beglerbegatus redigitur ; Bagadatinus chalipha : Soleimanes a chalipha voluit inaugurari ; chalipha Cairensis. Inaugurationis cæremonia.*

De urbe Bagdat, sive Bagdet, dictum initio Pandectis nostri, capite 4. Hic notandum, eodem nomine regionem et urbem censeri : sicut et Babyloniæ regionis mentionem paulo ante, capite 232, habuimus. Addendum obiter, hodieque Chaliphen sive Cheliphen quemdam Bagadate reliquum esse, qui tamen duntaxat nomine tenus dignitatem pristinam tuetur. Quondam enim præpotens erat princeps, ut ex prætoris quoque nostri paret historia, licet recentiori. Nam suo tempore commemorat Tancharos, bellicosam nationem Tataricam, omissis inimicitiis et bellis adversus sultanum Iconiensem, Babylonio arma intulisse, quem chaliphan Musulmanorum 498 gentes appellare consueverint. Notionem vocabuli supra, capite tertio, dedimus. Magnæ adhuc est auctoritatis apud Musulmanos, quo Mahumetani se nomine salutari avent. Jovius etiam fatetur, in Bagdat Chaliphæ sive sacrorum principis sedem esse, qui a cunctis Mahumetanis regibus, inquit, excolitur : et veterem adoptandi prærogativam retinet, ex certaque coemptionis cæremonia confirmandi Assyriorum regis. Ab hoc Soleimanes, veteris superstitionis instituta secutus, insignia et ornamenta suscepit. Cæremoniam inaugurationis Jovius non exposuit. Itaque repetemus eam ex commentariis Petri Martyris Mediolanensis, ita tamen, ut prius lectorem moneamus, non Asiaticæ duntaxat Babyloni, sive Bagadati, Chalipham olim præfuisse, qui dicis adhuc causa scilicet retinetur : sed etiam Babyloni Ægyptiacæ, quæ Memphis est, et Cairus, uti sæpe notavimus. Etenim sultani Ægyptii sive Cairenses, excusso Bagadatini chaliphæ jugo, ne confirmationem vel inaugurationem saltem ab eo petentes, imperium et auctoritatem ipsius agnoscere viderentur : suum sibi chaliphan delegerunt, titulo tenus id nominis ferentem, qui certo venditionis imaginariæ ritu, summum sultanis imperium, accepta non magna pecunia traderet. Jam igitur ipsius verba Martyris audiamus. Habent, inquit, et Ægyptii summum pontificem (id est, chaliphan) ad quem regnum, siquidem viri essent, pertineret. Is jus suum trium millium auri drachmarum pretio regiam tenenti vendit. E tribunali Soldano, stanti pedibus, vitæ necisque liberam potestatem dat. Ipse descendit, seipsum spoliat, soldanum imperaturum induit, abit privatus. Permanet in imperio Mahumetes, Caitbei filius et successor. Quæ ultima verba de sui temporis sultano protulit, tunc isto ritu inaugurato. Regiam tenenti jus suum a chalipha venire dicit, Cairensem sultanorum regiam intelligens, quam annales in Selime saraium vel palatium Sultaninum appellant.

238. *Sultan Iacup, Heste Behiste.*

Hunc sultanum Iacupem, seachum Persarum,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Usumchasanis fuisse filium, notatum superius 166, et amplius etiam 188 capitibus. Ædificium, cui nomen Heste Behiste, sic a paradisis octo Persica lingua dictum fuit, istic excultis a sultano Iacupe, voluptatis causa. Notum ex Herodoto, Xenophonte, cæteris, quanti voluptarios hortos regios, et paradisos Persæ priscis etiam sæculis fecerint.

239. *Quid Dundar apud Turcos.*

Solent exeuntes in hosticum Turci prædæ faciundæ causa, numerum aliquem suorum militum, cum vexillo, maxime commodo quodam constituere loco, quo nimirum et præda convehatur, et sparsi per hosticum milites cæteri confluant, si forte copias aliquas hostiles in procinctu esse cognoverint. Huic in hunc usum deputato suorum numero, Dundaris nomen dari solet. Talem igitur a tergo selectorum militum manum Soleimanes reliquit, hostium motus omnes observaturam : ne quam in suos ex improviso facerent impressionem, ut reipsa contigit. De Corrizis dictum cap. 189.

240. *Chairadines Tunisim amittit : Rais, Tulipantum : φακιόλιον, symbolum fortitudinis.*

Mauribegi nomine qui pulsus a Chairadine fuerat, Mule Assan intelligitur, quem nostri Muleassem vocant, et cujus historiam exposuimus in Annalium Supplemento, ad annum Christianum 1573. Begus Hispanus est Turcis Karulus V imperator, ita dictus ex causa superius explicata capite 225. Raislari, sive Raisi, qui sequuntur, præfecti sunt triremium ac navium. Tulipantum est lineum illud tegmen quo capita Turci candidis involvere spiris solent. Græci nunc φακιόλιον appellant, quod vocabulum exstare puto in Onirocriticis Achmetis nostri. Zygomalas aiebat, de Agarenis haberi pro symbolo fortitudinis, quo admoneantur in bellum ituri, ne de reditu, sed morte potius viriliter oppetenda cogitent, quando mortuorum cadavera linteis involvi solent.

241. *Indicum Diense bellum. Adenis rex a Turcis, violata fide, suspenditur.*

Hoc loco, priusquam ad res gestas anno Christiano 1538 progrediamur, exponamus sane paucis Indicum de Dio civitate (Deu barbaris, Dio Lusitanis nominatur) bellum inter Lusitanos ac Turcos, quando nulla fit ejus in Annalibus hisce mentio, nec Jovianæ, vel Surianæ, vel aliorum narrationes integræ sunt, et *Pandectis* a nobis habenda ratio. Memorabile quidem in primis esse fatebitur lector, ob nefariam Turcorum erga regem Adenis perfidiam et immanitatem, qui tamen Musulmanus erat, et ipsorum superstitioni addictus. Auctor expositionis Georgius Iustius Rassiniensis ex Illyrico, nunc Sclavonia, rebus ipsis, cum gererentur, interfuit, et consignatas magnifico domino Hieronymo Beck a Leopoldstorf obtulit, qui nobis legendas exhibuit. Igitur anno 1538 Nugnas Acugnanus, orientalis Indiæ prorex, quem provinciis illis Joannes rex Lusitaniæ præfecerat, civitatem Diensem metropolim ac præcipuam munitionem regni Zambri, 499 quod Combaiam nostri vocant, in potestatem redegit. Rex autem Zambrius et paganus erat, deastrorumque cultor, et infestissimus hostis Lusitanorum. Is cum Lusitanis imparem viribus se videret, legatos ad Soleimanem bassam, Cairensem beglerbegum, misit, qui, hoc prius adito, muneribusque conciliato, sultanum inde Soleimanem ipsum convenirent; oblataque pecunia maxima, contra Lusitanos opem ejus implorarent, simulque pollicerentur herum suum cum pluribus aliis regibus Indicis, ejus se submissurum imperio, modo subsidium adversus hostes Lusitanos impetrasset. Placuit ea Soleimani legatio, qui per hanc se sperabat occasionem imperium Osmanidarum in ipsas longe lateque propagaturum Indias, et auri gemmarumque feracissima regna sui juris effecturum. Itaque legatis prolixe pollicetur omnia, classemque mox adfuturam auxilio spondet. Mittitur non multo post Soleimanes bassa, beglerbegus Ægypti, cum machinis bellicis, et justo exercitu, anno eodem 1538, mense Junio propemodum exeunte, bellum ut hoc conficeret. Quippe Turcis hæc arridebat occasio; quos non tam in oppressos commiseratio, vel officium erga confœderatos, quam spoliorum ac prædæ cupiditas, ad bella plerumque pertrahit. Classe ventis vela dante, primum ad Thoron itum, quod est terræ Madianitidis (ut creditur) oppidum in Arabiæ solitudinibus, haud procul a montibus Orebo et Sina : quo loco tam exponendis, quam avehendis terra, camelorum opera, mercibus, Ægypti, Arabiæ Felicis, Indiæ respectu, commodissimum est emporium. Post aliquot inde dies appulerunt ad urbem Giden in Arabia Petræa (Ziden alii vocant) quæ ipsa quoque maritima est, Turcorum imperio subjecta, nec minus nobile, quam Thoron emporium. Tandem in Arabiam Felicem, et ad portum urbis Adenis perventum, circa mensem Octobrem. Est Aden primaria Felicis Arabiæ civitas, non situ solum, sed etiam opere munita. Quippe nec propugnaculis caret, et ipse locus per se tutissimus est. Ab ortu solis, adjacent ei prærupti et excelsi montes; ab occidente, clausum maris portum habet : a meridiei latere, validum in alto proximo scopulo propugnaculum eminet : in quo noctu Arabes antequam a Turcis Aden caperetur, ignes excitabant, qui magno ex intervallo conspecti, Turcicæ classis adventum indicabant vicinis Arabibus, uti scilicet urbis ad defensionem concurrerent. Substitit ibi classis, cunctantibus Turcis, et consilia variantibus. Rex, quibusdam e numero suorum ad eos ablegatis, cur illuc venissent armati, scire se cupere significabat. Tum bassa, perbenigno regiis dato responso, ac suis ad regem vicissim missis internuntiis, cum muneribus, ne quid hostile moliri videretur, blanditiis et arte persuadet, sub prætextu comparandi pretio commeatus, ut classem sultani Osmanici cum milite portum interio-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rem pateretur ingredi. Coerciturum se suos, ut ab omni maleficio, præsertim erga religionis consensu sibi devinctos, abstinerent. Quippe rex Adenis, universa cum gente sua, Mahumetis sacra colebat. Intellectis hisce postulatis, in portum Osmanici admittuntur. Eodem astu vafritieque beglerbegi, ad colloquia rex, et convivia pellicitur. Cumque post aliquot dies in navim prætoriam, tribus duntaxat e suis comitatus, veniret, peramanter salutatur, excipitur blande, mensæ et epulis adhibetur. Sed post convivium, nescio qua occasione captata, corripitur : ac tum demum sentire miser cœpit, improborum munera cum fucata blanditie, fraudis esse plena, prorsusque respuenda circumspectis. Nec mora, dum rex in prætoria detinetur, milites complures de industria, victus comparandi prætextu, civitatem ingrediuntur. Solent enim Turci, quod vi non possunt, aut absque multa sanguinis effusione, dolis, et perfidia consequi. Mox Soleimani bassæ per secretos indices nuntiant, Arabibus resisti, et urbem defendi posse, licet advenissent illæ quoque copiæ, quas fama jam adventare ferebat. Tum bassa maturandum statuit, et Arabum anticipanda consilia. Portis per absentiam regis occupatis, miles immittitur : oppressisque Turcorum numero civibus, Aden in potestatem redigitur. Mox et ipse rex productus, ad malum prætoriæ navis in sublimi, tribus illis cum comitibus, suspenditur ; et ad terrorem, fœdo spectaculo, civibus suis ostentatur. Oppidani tam indigne regi sibique videntes illusum, velut in re subita trepidare : capite destituti, hostibus impares numero, consilii denique inopes, nihil omnino moliri. Sic in servitutem redactæ civitati præsidium firmum imponitur, provido scilicet bassæ consilio : ne, si quis adversus ei casus Indico bello accideret, vicinum deesset perfugium. Nec enim a tergo Turci relinquere solent aliquem vel suspectum vel adversarium, qui quemvis in eventum esse sibi possit impedimento. Quippe genus hoc Barbarorum longe omnium vaferrimum est, et tam præsentibus quam futuris circumspiciundis ac pensitandis solertissimum. Præterea potitus Adene bassa, si quidem reliqua non succederet ex animi sententia expeditio, fecisse tamen operæ pretium videri poterat, ac viam aperuisse tentandis apud Indos aliquando majoribus. Captam civitatem ingressus Soleimanes, dato signo, proclamari jussit, ne civium bona, neve merces diriperentur : et quemdam e suis, vilioris hominem conditionis, in ipsa urbis porta terrendis cæteris, capite plecti jussit. **500** Aromatum namque magna huc copia deferri ex India solet. Præterea sinus Arabicus sive Persicus hic incipit, et Abyssinorum Æthiopum, quorum rex Prætejanus vulgo nominatur, montes atque limites ibidem conspiciuntur. Osmanici, Adene relicta, cum annona copiosa naves onerassent, Oceano se commiserunt, ac decem novemque dies ac noctes itinere maritimo consumpsere.

Tandem, ad ea quæ petebant loca cum pervenissent, bassa Lusitanos aggredi cœpit, et urbem Dion sive Devon, a Lusitanis Zambrio regi ereptam, obsidione cingi jussit. Itaque machinis bellicis e navibus in terram expositis, oppugnata civitas quadraginta diebus continuis, tam terra, quam mari : sed irrito plane conatu. Turris duntaxat quædam, instar castelli seu propugnaculi facta, quæ uno ac dimidio aberat ab urbe stadio, et cui præsidii causa 80 Lusitani milites impositi fuerant, Turcorum in potestatem venit : præsidiariis sese dedentibus, et mox in naves perductis. Duobus elapsis mensibus, auditum de classe Lusitanica, quæ suis succursum veniret. Itaque territus bassa, machinas bellicas navibus imponi jussit, ac noctu solvens profugit. Quam enim animose suas in speciem instituunt et ordiuntur expeditiones, Turci levi momento territi, rebus ex animi voto non succedentibus, honoris omni respectu postposito, ceu timidæ diffugiunt damæ. Cumque jam bassa non procul a Zebetho esset oppido, interfici captivos in littore jussit. Duravit annum integrum hæc expeditio, fuitque Zebethum etiam, Arabiæ Felicis oppidum, a Turcis in reditu expugnatum. Tam Adeni, quam Zebetho, beglerbegi cum dephterdaris, singuli singulis præfecti fuere, de quibus non multo post, in beglerbegatuum catalogo.

242. *Bellum contra Chimeriotas : Ceraunia, Chimara, Avelona, Lutsi bassa.*

Chimeriotæ sunt Arnautlari, vel Albani, vel Epirotæ, trans sinum ex adverso Corcyræ siti : qua in regione continua montium series est, quam uno vocabulo nautæ jam dicunt Chimeram. Jovius et alii voluntolim hæc fuisse montana vel ὄρη Ceraunia, itemque Aeroceraunia, pro quibus dicere malim equidem Acra Ceraunia. Leo tamen Augustus in novella de Thronis, ut obiter attigimus antea, sub Ætoliæ metropoli Naupacto, tam Buthroti, quam Chimaræ collocat episcopatus : quæ loca sibi invicem vicina, Butintro et Chimera, cum illic hæreremus, a nautis nostris appellabantur. Iisdem Avelona, cujus hic mentio fit, enuntiabatur adjecto articulo Italico, Lavelona, vel disjuncte, La Velona, cum quidem vulgaris linguæ Græcæ periti adderent, eo nomine βελόνη significari acum. Sed ignorabant homines et antiquitatis et litterarum rudes, appellationem recentiorem hanc ex veteri Aulone factam. Sita est in Albania vel Epiro, ex adverso extremæ illius oræ Italiæ quæ in Apuliæ promontorium S. Mariæ nunc habet, Iapygiam quondam dictum : ubi civitas Hydrus posita, duntaxat intermedio maris Hadriatici sinu, 60 milliaribus Græcis ab Aulone disjungitur, uti capite 15 notavimus. Leonis Augusti Novella de Thronis Auloniam recenset inter episcopatus metropoli Dyrrhachinæ subditos, et proximo post episcopatum Glavinitzæ vel Aeroceraunia commemorat loco. Cæterum qui Annalibus hic appellatur Lutsi

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

bassa, corruptum apud historicos nostros, Jovium et alios, nomen habet Luftibeus aut Luphtibeus. Spandugini de hoc notabilis est locus, quem interpretando lubet inserere. Sultanus, inquit, Soleimanes Lutsi, perquam humili conditione nato, suis ex sororibus unam dedit uxorem, eumque primum bassam creavit, a quo tamen officio nunc dejectus est. Quippe cum uxor mariti concubitus cum masculis ægerrime ferret, eoque nomine cum ipso expostulans, diceret : fratrem suum, sultanum Soleimanem, illi se junxisse matrimonio, secum uti cubaret : excandescens Lutsi bassa, mulieri colaphum impegit. Hoc ubi rescitum a Soleimane, sororem ei protinus ademit, ac recepto Sultanino sigillo, dignitate supremi veziris hominem exuit. Est enim in more apud Osmanidas, ut qui auctoritate quatuor inter bassas est maxima, vezirazem sive supremus consiliarius nominetur, et in manu sua sigillum sultaninum habeat. Hæc Spanduginus ; quæ sane si vera sunt, ut esse videntur, conveniens fœdis ac dissolutis moribus homini datum nomen fuit. Quippe Lutsi lingua Turcica significat eum qui non nisi de venere cogitat : qualem Græcus aliquis dixerit ἐρωτικὸν vel ἐρωτομανῆ.

243. *Besictasi*, ΔΙΠΛΟΚΙΟΝΙΟΝ.

Besictasi, locus est ad Bosphorum Thracium in Europa situs, qua Constantinopoli sursum tenditur, adverso Bosphori fluxu, versus os ponti Euxini. Plus minus quatuor abest a Galata milliaribus Græcis, aut uno Germanico. Nomen lingua Turcica lapidem sive saxum cunarum, significat : a distractione, puto, Christianorum mancipiorum, ac matrum præsertim, liberos etiam teneros in cunis habentium. Sepultus hic est Chairadines, qui messita quoque nova suo sumptu ibidem exstructa, nobilitare locum et excolere voluit. Διπλοκιόνιον Græcis hodie vocari, priscis Jasonium, notatum reperies supra, capite 128. Hoc tempore, de quo scilicet Annales modo loquuntur, adjecta fuerunt 501 istuc capitum Christianorum, e Corcyra duntaxat in servitutem abreptorum, cujusvis sexus et ætatis, ad sexdecim millia : quemadmodum Jovius memoriæ prodidit. De sultaninis et eorum pretio, dictum 18 capite.

244. *Carabogdaniæ fluvius Berut.*

De Carabogdania consule caput 71. Ejus amnis est, quem Berut Annales hi nominant. Ungari tamen, et Valachi, sive Moldavi, partim contractius et durius Prut, partim paulo mollius Brut, enuntiant.

245. *Neptuni Doriæ, victi a Chairadine, fuga.*

Doriam Turci, more Italico, pronuntiant ; quem Jovius dixit Auriam, magis consuetudini Latinæ respondente vocabulo, velut ipse quidem existimavit. Is et usu rerum mari gerendarum, et felicitate singulari, tantam adeptus gloriam fuit, ut vulgo Neptunus, ceu maximus quispiam maris deus, appellaretur. Hunc tamen a Chairadine prælio navali, et artibus imperatoriis superatum, fugisse, non insolenti, sed modesta memorant Annales oratione. Quo commendabiliores nobis esse debent, uti non ad gratiam suorum, nec ad insectationem nostrorum ; sed ad veritatem, quæ anima est historiæ, scripti. Jovianum quidem epiphonema, quo clausit hanc narrationem, quam acres habet aculeos ! Auria, inquit, tanti usus, tantæ peritiæ, tantæ existimationis mari dux, eo die nullus imperator exstitit. Atqui cogitare de illo veteri verbo debebat Jovius, quo Demosthenes etiam fugiens, excusasse se fertur :

Ἀνὴρ δὲ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται.
Qui se fugæ dat, dimicabit denuo.

Nec inelegante Alexius Angelus imperator, ut apud Græciæ prætorem nostrum memoriæ proditum legitur, cum perditis rebus non modo frustra, sed etiam cum periculo se diutius hæsurum Constantinopoli animadverteret, omnibus valere jussis, et arrepta sponte, nolenti, tamen animo, fuga, Davidem quoque dixit beneficio fugæ saluti atque incolumitati suæ consuluisse. Non minus certe magni et sapientis est imperatoris, summam rerum incertæ Martis aleæ non temere committere ; quam prospere cedentibus omnibus, victoria prudenter uti.

246. *Publicanorum carcer Constantinopoli.*

Vendit omnia per imperium suum telonia maximo pretio, vel paucos, vel plures in annos sultanus Osmanidarum ; ideoque si majores aliqui pecuniæ summas ei vectigalium nomine polliceantur, quam reapse deinceps exhibere possint : in carcerem, veluti qui non solvendo sint, et fraudem sultano facere voluerint, conjiciuntur. Hic carcer publicanorum Constantinopoli dicitur. Et sunt in universo Osmanidarum regno publicani fere Judæi, gens exactionibus et usuris nimium quantum supra mortales cæteros dedita : cum ipsi etiam Turci vel Musulmani, paulo sincerioris homines conscientiæ, nolint audire publicani : non aliter, ac si cum infamia conjuncto propter aliorum nequitiam nomine, virum bonum appellari nefas sit, etiamsi præter officium nihil ipse faciat.

247. *Ontum Capisi, Xyloporta, Porta lignaria, Caravanserai.*

Ostendimus supra, capite 200, quæ porta sit hæc lignaria, videlicet ad quam navigia lignis onerata solent appellere : Græcisque dictam ξυλοπόρταν, ab iisdem lignis quæ huc advehuntur, non quod ipsa lignea sit, quemadmodum credidit uterque Chalcocondylis interpres. De voce Caravanserai, dictum capite 14, significari scilicet hac, ædificia caravanis exstructa. Caravanas vero more Turcico se conjungentium esse agmina, cum loca minus a latrociniis tuta peragranda sunt. In

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

hæc ergo caravansaraia, quæ amplissima plerumque sunt, divertere cum equis, jumentis sagmatariis, mulis, et camelis, hæ caravanæ solent. Vasta sunt ædificia, quemadmodum Busbequius descripsit, aliquanto longiora, quam latiora, cæteroqui quadratam ad formam accedentia; quorum in medio patet area ponendis sarcinis et camelis, mulis, carrisque collocandis. Hanc aream plerumque circumcirca murus ambit interius, tres plus minus pedes altus; parietibus illis quatuor, quibus totum ædificium clauditur, adjunctus. Ejus muri superficies æqua est, patetque in latitudinem pedes quatuor. Hic Turcorum cubilia sunt, hic cœnacula, hic rem expediunt culinariam. Nam ad parietes, quibus totum ædificium continetur, foci frequentes cum fumariis vel infumibulis sunt inædificati. Hospites ipsi nulla re a camelis, mulis, equis alia sejuncti sunt, quam ejus muri spatio. Quinimo ad muri pedem ita ligatos habent equos, ut capite ac tota cervice supra murum emineant, dominisque se calfacientibus aut etiam cœnantibus astent, velut ministri; et interdum panem, vel malum, sive quid aliud, de manu eorum capiant. In eodem muro lectos sibi sternunt. Tapetem in primis explicant, quem ea de causa ephippiis aptatum fere circumferunt. Huic injiciunt vulgo penulam, ditiores Valentinam, quam vocant; quæ mollibus e pilis contexta candidaque, linteaminum loco mihi quidem ipsorum exemplo fuit. Cervical **502** præbet equestris sella. Veste talari, pellibus suffulta, qua vestiuntur interdiu, teguntur noctu. Sic somnum capiunt, nullis lacessitum, extra naturalem jumentorum mandentium strepitum, blandimentis. Ipsorum sarniorum, pro caravanis exstructorum, tecta plerumque plumbea sunt.

248 *Area vel forum Tachtal Cala, Tampezim, Chalcocondylis locus emendatus et expositus. Chalcopratia, Chartopratia, Vicus vitriarius.*

Aream, quæ Tachtal Cala nominatur, Laonicus in octavo forum appellavit, et Tactalem vocari addidit. Apud actuarium Malatestanum Tectalaca scribitur. Pro illius Tactale, hujus Tectalaca, repone Tachtal cala; quæ voces Turcicæ sunt, et aream tabernas ligneas habentem significant. Quippe Cala denotat tabernulam vel tentoriolum, et Tachtal asseres sunt: ut intelligantur ex asseribus factæ tabernulæ. Hæc area fere urbis est in meditullio, non procul ab Eskisaraio, vel a saraio veteri muliercularum sultani, de quo capite 139. Est eadem in area sultani Bajazitis secundi messita, cujus supra fecere mentionem annales, in ejus sultani funeris descriptione. Hoc autem loco ludicra quotidie omnis generis exhibentur, quæcunque homini venire in mentem possunt. Et adhibentur pueri, equi, asini, canes, feles, cervi, leones, ursi, leopardi, vulpes, et nulla non alia, peregrina præsertim, animalia. Sunt istic qui chiromanticen profitentur; sunt præstigiatores varii, funambuli, luctatores, saltatores, alii propemodum innumerabiles. Ideo Laonicus inquit: Hæc ludicra quis quotidie cernat in foro, quod Tactalem vocant. Sequitur ibidem vocabulum Tampezim, quo nonnullos ex his ait appellari. Neminem hoc declarasse arbitror hactenus, cum barbarum sit, et ignotum, addo etiam corruptum. Quippe non Tampezim Turci dicunt, sed Ziampas, quæ duabus syllabis vox enuntiatur. Significat autem σχοινοβάτας, ut Græci vocant, qui Latinis funambuli sunt. Ad unum hujus areæ latus incipiunt illorum tabernæ, qui Persicas operis excellentis, et Turcicas itidem pictas, Græcas et alias coloris nivei lævigatasque chartas venduntur. Ideoque Græcis hæc χαρτοπρατεῖα dicuntur. His a tergo proximus est vicus fabrorum, ex ære vasa quævis elaborantium, qui hoc Annalium loco memoratur. Is vicus in historiis Græcorum recentioribus Cedrini et aliorum celeberrimus, nominatur Χαλκοπρατεῖα, nimirum a distractione vasorum ex ære factorum. Locus insignis est Cedrini de Chalcopratiis in Theodosio majore, puto. Vici quoque vitriarii, Chalcopratiis proximi, fit hic mentio: quo tabernæ vitriariorum, ut olim erant in urbe Constantiniana, veteris ad imitationem Romæ, sic etiam hodie conspiciuntur. Diversus tamen hic vicus est ab illa vitriariorum porta, de qua dictum superius, capite 200. De porta fori piscarii, quæ Boluchazar capisi Turcis est, expositum eodem capite 200; sicut et de porta Hebræa, Turcis Schifutlar capisi. Sitæ vero extra muros urbis a foro piscario ædes, in littore maris, intelliguntur illæ quæ muris urbanis excluduntur ab urbe, secundum littus Ceratini sinus exstructæ, versus septentrionem, id est, e regione Galatani littoris.

249. *Nova Cairadinis auspiciis recepta.*

Nova Turcis est, quam Castellum novum nostri vocant, in Dalmatiæ situm finibus. Id auspiciis Karuli V Augusti receptum fuerat. Quos ejus provinciæ sangiacos ad obsidionem hanc evocatos fuisse tradunt Annales, de provincia Bozinensi accipito, deque præfectis huic: quorum princeps id temporis erat Ulumas ille Persa de quo dictum capite 231. Translatus enim fuerat a Persicis ad hos fines, more Turcorum, non nimium transfugis fidentium: ac deinceps quoque fit ejus mentio in obsidione Agriensi, anno Christiano 1552 a Turcis frustra tentata. Præerat Bozinensi provinciæ ceu beglerbegatus, et ad Castelli novi obsidionem secum sangiacos suos septem adduxit. Virtutis eximiæ præsidiarii milites, quos hostes ipsi commendant, Hispani fuerunt, et Germani, numero ad quatuor millia.

250. *Soleimanes, sub prætextu defendendi pupilli, a Bano Erdeliano relicti, matrem cum pupillo Ungaria spoliat.*

De Joanne Zapoliensi, Bano Erdeliano, dictum capite 225. Hic moriens pupillum reliquit hære-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dem, tutelæque Soleimanis commendavit, Joannem Sigismundum, quem sustulerat ex Isabella Polona, cujus hic mentio fit, nomine tamen non expresso, velut Turcis ignoto. Habuerat Joannis sororem Barbaram, ni fallor, primo matrimonio conjugem Sigismundus major, Poloniæ rex : qua mortua, Bonam duxit, Joannis Galeacii ducis Mediolanensis, ex Isabella Aragonia Neapolitana, filiam. Bona partu primo Isabellam hanc edidit, Joannis Zapoliensis conjugem, Joannis Sigismundi matrem. Cæterum nulla fit hic in Turcicis mentio Ferdinandi Cæsaris, Ungariæ Bohemiæque regis ; qui tamen hoc bellum, Perenio et Rogendorfo ducibus, gerebat. Id equidem fieri propterea crediderim, quod Ferdinandum Soleimanes, hostem suum, pro 503 Ungariæ rege non agnosceret. Notanda vero Isabellæ oratio, quam Turci reginæ nomine non dignantur, cum Budam affirmant non suam esse, sed sultani Osmanidæ civitatem. Nimis in hoc veram se vatem experta paulo post fuit bellua, cum Soleimanes, ipsa cum filio per summam perfidiam ejecta, Budæ pariter et Ungariæ reliquæ, velut in provinciam redactæ, beglerbegum præficeret, bonus ille scilicet tutor : matre, tam Turcis addicta, cum filio pupillo, in Transsylvaniam vel Erdelium relegata. Hujusmodi mimirum esse præmia societatis et amicitiæ barbaræ solent, ut tyranno suo moriturus aiebat Aratus, τοιαῦτα τὰ ἐπίχειρα τῆς τυραννικῆς φιλίας.

251. *Valpoum, Strigonium. Granus fluvius.*

Walpou Turcis est arx, Ungaris dicta Walpo, Valponium Jovio. Ultra fluvium Dravam sita est. Post tertium obsidionis mensem a præsidiariis dedita fuit, præfecto ab iisdem capto, et hosti prodito. Strigonium nunc Granum vulgo dicunt, ab amne Grano, qui, defluens a Carpathiis montibus, ubi montanæ nunc civitates celebres sunt, ad radices arcis Strigoniensis sive Granensis, Danubio miscetur. Unde civitati quoque Strigonium nomen inditum putatur, velut Istrigranium, ab Istri et Grani confluentibus. Alba regalis non tam a regum Ungariæ sepulturis sic appellata fuit, quarum meminerunt Annales, quam a regum inauguratione, quæ hoc fieri loco priscis temporibus solebat. Istic etiam rex Ferdinandus, cum Anna conjuge, Vladislai regis filia, Ludovici sorore, decimo quarto die Februarii, anno millesimo quingentesimo vicesimo septimo, adhibita sancti Stephani vera corona, fuit inauguratus.

252. *Schiruvan, Sirvan, Serban, error Jovii.*

Si lector ab aliis de hoc bello memoriæ prodita leget, nusquam ita descriptum inveniet. Ut Techmas, Spandugino Tamas, Sansovino Tolcas etiam; sic Ercas eidem Spandugino nominatur Algas, mirifice vitiatis appellationibus. Regio Schiruvam aut Sirvan, haud dubie nunc est illa, quam prisci dixere Mediam, posteriores etiam Vaaspracan, ut apud Cedrinum in Constantino Monomacho legimus. Fallitur Jovius, cum ait, Albaniam hodie vocari Serban, vicinam Mediæ, propterque Caspium mare sitam. Quippe regio Georgianorum est Albania, qui nunquam vel ipsi regi Persarum, vel regio fratri paruerunt hactenus : sed Christiani, et liberi, suos principes habent; Persis duntaxat confœderati, sicut expositum capite centesimo octogesimo nono. Sirvanum vero, sive Media, regni Persici membrum est : quod tametsi Mustaphas bassa vezir imperio subjecit Osmanidarum, anno Christiano millesimo quingentesimo septuagesimo octavo, et beglerbegatus in formam redegit: mox tamen Persis receptum, ab iisdem hodieque retinetur.

253. *Uvan, Uvastan, Ibanum Cedrini.*

Urbs hæc cum arce sic ad Persici regni limites pertinet, ut etiam majori finitima sit Armeniæ. Cedrinus in eodem Monomacho Augusto vocat Ἰβὰν πόλιν τοῦ Βασπραχάν. Id Latine reddens interpres, Ibanum et Baaspracan scripsit. Ego simpliciter exprimerem, ut tanto melius intelligerer : Iwan, aut Ivan, urbs regionis Vaaspracan. Et quia capite præcedenti Vaaspracan, ex ejusdem Cedrini auctoritate, Mediam esse docuimus, intelligere jam licet, Wanum ad eamdem Mediam referri debere, vel ea si non contineatur, saltem finitimam videri. Wastanum significat regionem circa Wanum sitam, seu Wani territorium : siquidem Istan, sive Stan, Turcis regnum vel regionem significat.

254. *Notitia beglerbegatuum totius Osmanidarum imperii, quos hodie possident.*

Quia Persicis in finibus extremus hic a Soleimane Wani beglerbegatus id temporis institutus fuit, libet hoc loco quamdam quasi notitiam regni Osmanici lectoribus exhibere, descriptis ordine provinciis ejus sive beglerbegatibus, quos in Asia, Africa et Europa nunc Murates hic tertius, unici Muchemetis Osmanidæ pater, possidet : ut ita denique Pandecten historiæ Turcicæ nostrum claudamus, visuri deinceps latius ne permissu Numinis fines suos propagaturi sint, an vastissimam illam molem imperii, cunctis hactenus formidabilem populis, secundum ipsorummet oracula, tandem aliquando Deus Optimus Maximus suæ declarandæ majestatis ac gloriæ causa sit eversurus, vel in ordinem, subque jugum filii sui sic redacturus, ut Gogi Magogique sub cœlo nullum amplius nomen exstet. Id enim postremis se facturum diebus, per suos indubitatæ fidei vates nobis denuntiavit. Ordiamur autem ab oriente sole.

255. *Asiæ Beglerbegatus.*

I. Anatoli beglerbeg. Ejus sedes est in civitate Cutaige Phrygiæ majoris, quam olim Cotyaium Græci nominabant, sicut expositum capite 40. Sangiacos habet sub se duodecim.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

II. Caraman beglerbeg. Domicilium 504 habet ad Caisariam Ciliciæ, de qua suo dictum loco. Septem sub hoc sangiacatus sunt.

III. Sivas beglerbeg, ad Sebastiam, de qua consule caput quintum *Pandectis* hujus.

IV. Tocatun beglerbeg. Residet ad urbem Amasiam. Sub eo sunt quinque sangiacatus.

V. Dulgadir beglerbeg. De hac provincia consule caput 163 *Pandectis* hujus. Quatuor sub se sangiacatus habet.

VI. Halep beglerbeg, ad Halepum sive Berrhœam Syriæ, de qua capite 6.

VII. Scham beglerbeg, ad Damascum Syriæ.

VIII. Tarapolos vel Trapolos beglerbeg, ad Tripolim Syriæ.

IX. Maras beglerbeg, ad Marassum, propter Euphratem situm, inter Halepum et Mesopotamiam.

X. Diarbekir beglerbeg, in Mesopotamia, ad urbem Amidam, quam Turci nunc Carahemid nominant. Sangiaci parent huic duodecim.

XI. Bagdat beglerbeg, ad Bagdatim sive novam Babylonem, de qua capite 4.

XII. Balsara beglerbeg, ad sinum Persicum, non procul a Bagdat sive Babylone.

XIII. Laxa beglerbeg. Antiquitus Caramania tendit ad limites Ormuz, et Persis est finitima.

XIV. Gemen, Aden beglerbeg, in Arabia Felici, ad fittus Rubri maris. Vide caput 241. Diversa loca sunt, uno tamen beglerbegatu comprehensa.

XV. Chebetz,-Hustio Zebet beglerbeg, ut eodem capite dictum. Locus situs in littore sinus Arabici, finitimus est imperio regis Æthiopum Prætejani.

XVI. Missir beglerbeg. Cairo præest, et toti Ægypto. Sangiaci sub eo sexdecim.

XVII. Cypri beglerbeg. Nicosiæ vel Famagustæ degit.

XVIII. Scheherezul beglerbeg, in Assyria, Persis finitimus.

XIX. Wan beglerbeg, respicit Persarum fines, versus Sirvanum sive Mediam, et Armeniam majorem, ceu dictum capite præcedenti.

XX. Arzerum vel Erzum beglerbeg, in Armenia majori, ad limites Sirvani sive Mediæ, et Georgianorum. Distat a Tarbosane sive Trapezunte, sex dierum itinere.

XXI. Tiphlia beglerbeg, finitimus Georgianis sive Curgginis, ut nunc appellatur. Institutus fuit a Mustapha bassa serdare anno Christiano millesimo quingentesimo septuagesimo octavo, mense Septembri. Locus etiam priscis notus, apud Cedrinum reperitur in Constantino Monomacho, verbis hujusmodi : Asam (is erat e Tangrolipicis fratre natus) a sultano Tangrolipice missus contra Romanos, cum Taurezium, et oppidum nominatum Tephlis, præterisset : Vaaspracaniam ingressus est, id est Mediam.

XXII. Sirvan beglerbeg. Hoc nomine Media nunc appellatur, a metropoli Sirvan, quam eodem anno Mustaphas idem cepit, et primum istic beglerbegum constituit Osmanem bassam famosum : sed a Persis non multo post ejectus fuit. Nihilo tamen minus hic beglerbegatus Osmanidarum inscriptus est libro, qui, nisi restituatur, nunquam se pacem facturos cum Persis profitentur.

XXIII. Temircapi beglerbeg. Locus est ad mare Caspium, Porta ferrea dictus, et Capi derbent, porta faucium vel angustiarum. Cepit hunc Osman bassa eodem anno millesimo quingentesimo septuagesimo octavo, et in formam beglerbegatus, necato Schemhali Chane, socero suo, redegit.

XXIV. Cars beglerbeg. Cedrinus Carse nominat, et in Persarmenia collocat, quæ nunc Armenia major est. Distat Cars ab Arzerum quatuor dierum itinere. Beglerbegatus cepit anno Christiano millesimo quingentesimo septuagesimo nono, auctore Mustapha bassa.

XXV. Tschildir aut Tzildir beglerbeg, ad fines Georgianorum, ab eodem Mustapha bassa institutus, anno millesimo quingentesimo septuagesimo nono. Porsius Tschaldung perperam scripsit.

XXVI. Fassa beglerbeg, in Mengrelia. Munitio structa per Uluzalim capitan bassam fuit anno millesimo quingentesimo septuagesimo nono, et ibidem institutus beglerbegatus. Sed paulo post discessum ejus captam vicissim Georgiani diruerunt. Civitatis Phasianæ mentionem facit Leonis Augusti novella de Thronis, et episcopum ejus refert sub metropolim Trapezuntis. Hæc eadem cum hodierna scilicet Phassa fuerit.

XXVII. Sochum beglerbeg, in Georgianorum finibus, a Sinane bassa vezirazeme institutus anno Christiano millesimo quingentesimo octogesimo.

XXVIII. Batin beglerbeg, ibidem a Sinade tunc institutus.

XXIX. Revan beglerbeg. Hunc locum Ferhates bassa cepit et munivit anno Christiano millesimo quingentesimo octogesimo secundo, ereptum Tocmaci sultano, Persicarum partium principi. Beglerbegus istic primus fuit Cigaloglis bassa, Genuas.

XXX. Somakie beglerbeg. De Somakia, quæ Chalcocondyli Samachia nominatur, dictum supra, capite 188. Beglerbegatus 505 auctor fuit Osman bassa, anno Christiano millesimo quingentesimo octogesimo tertio.

Posteriores autem beglerbegatus hi, bello decennali Persico, quod adhuc geritur, instituti; quemadmodum novi sunt, ita potius nomine tenus sic appellandi veniunt, nec cum antiquis comparandi. Nunc, ordinem naturæ sequendo, provinciis Asiæ recensitis meridiem versus ab oriente progrediamur.

256. *Africæ Beglerbegatus.*

I. Cesair beglerbeg. Sedem habet in Algesair, quæ nostris est Algerium, sicuti capite 227 notatum.

II. Tunisi beglerbegatus residet ibidem.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

III. Tripoli beglerbeg. Domicilium ibidem habet. A

Sunt autem Africæ duo præterea regna, libro Turcarum vel Osmanidarum (ut ipsi loquuntur inscripta) quæ tamen necdum inter beglerbegatus referuntur, sed potius tributariorum seu feudorum nomine veniunt; Fessa nimirum, cum Maroco.

Nunc ad occidentem, et aquilonem, quæ restent provinciæ, videamus.

Europæ Beglerbegatus.

I. Rumeli beglerbeg. quem Græciæ vocant. Sedes ejus est Sophiæ. Sub ejusdem vexillo Sangiacatus infrascripti continentur.

1. Sophia Serviæ.
2. Nigeboli sive Nicopolis, vide cap. 51.
3. Kircklisse. Vide cap. 193.
4. Vyza, Thraciæ.
5. Kirmen, Macedoniæ.
6. Silistra, ibid.
7. Giustandil, ibid.
8. Bender, versus Euxinum Keraiosque Tataros.
9. Acherman. Vide cap. 159.
10. Uscopia. Vide cap. 169.
11. Prisrem, Thessaliæ.
12. Salonichi, Thessaliæ.
13. Trichala, ibidem.
14. Misitra, quondam Sparta Moreæ.
15. Palæopatra, ibid.
16. Jagnia, Joannina Ætoliæ.
17. Delvuina } Achaiæ.
18. Elbassan }
19. Avelona. Vide caput 242.
20. Ducaggin. Vide caput 206.
21. Iscodar in Albania. Vide cap. 121.

II. Denizi beglerbeg, qui et Capitan bassa vulgo, pro maris Capitaneo sive Prætore. Sedes ipsius est Gallipoli. Sangiacatus ei subjecti sunt:

1. Gallipolis. Vide cap. 23.
2. Galata, cap. 127.
3. Nicomedia, cap. 74.
4. Limnos, cap. 229.
5. Mityline, cap. 138.
6. Chios, cap. 229.
7. Nexia, ibid.
8. Negroponto, cap. 142.
9. Rhodi, cap. 229.
10. Cavala, cap. 44.
11. Napoli di Romania
12. Lepanto, cap. 175.
13. S. Maura, cap. 178.
14. Alexandria.

III. Budun beglerbeg. Sedes ejus ibidem. Subjecti sunt ipsius jurisdictioni sangiacatus hi fere.

1. Novigrad.
2. Filek.
3. Zetschen, sive Zetzen.
4. Zolnok.
5. Gran.
6. Segedin.
7. Alba regalis.
8. Sexard.
9. Simontornar.
10. Copan.
11. Muhatz.
12. Ziget, sive Saswar.
13. Petscheu, vel Quinque ecclesiæ.
14. Sirmium.
15. Semendria.

IV. Temeswar beglerbeg. Residet ibidem. Subjecti sunt ejus administrationi sangiacatus hi: B

1. Temeswar.
2. Mudava.
3. Vilaoswar.
4. Tschianad.
5. Wtschitirni.
6. Giula.
7. Vidin.
8. Lipa.

V. Bozna beglerbeg. Sedes ipsius in Bagnialuca. Sangiacatus hi subditi sunt.

1. Bagnialuca.
2. Poscheg.
3. Clissa.
4. Herzegovina. C
5. Lika.
6. Sazeschna.
7. Iswornik.
8. Brisrem.
9. Allatschiar chissar.

VI. Coffe beglerbeg. Ejus sedes est ad urbem Capham in Taurica Chersoneso. Sangiacatus duntaxat erat initiò beglerbegò Græciæ subjectus. Præter Capham, et ei vicina loca, sangiacatus omnes ditione sua complectitur, ad Tanaim paludemque Mæotidem sitos. Sed verum si fateri volumus beglerbegi nomen potius titulo, quam potestatis amplitudine tuetur.

506 Hæc meta regni barbari, nostrique laboris esto, quam Dei propitii nutu feliciter attigisse gaudemus: et eumdem suppliciter oramus, tandem ut abolere sanguinariam et impiam tyrannidem velit, ac veteris oraculi veritatem eventu comprobare; quo creditum pluribus a sæculis, Coranum legemve Mahumetis gladio ceptam, gladio propagatam, gladio denique terminandam: ut obstupescens ad operis divini magnitudinem, et effusus in hymnos oris buniversus, accinat: D

IMMORTALI ET OPTUMO MAXUMO DEO SOLI
HONOS OMNIS ET OMNIS GLORIA SÆCULIS INFINITIS.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

LEONARDUS

CHIENSIS

MITYLENÆUS ARCHIEPISCOPUS.

—

NOTITIA

(Oudin., *De Script. eccles.*, t. III, p. 2422.)

—

Leonardus, Chiensis, metropolita Mitylenes in Lesbo insula, concilii Florentini ætate claruisse videtur, licet ipse interfuisse non legatur. Nam, ut habet Martinus Crusius in annotationibus ad *Historiam ecclesiasticam seu patriarchicam Constantinopolitanam*, libro II *Turco-Græciæ*, pag. 187, *Scholarii*, qui tunc concilio, licet absque deputatione ulla Ecclesiarum Græcarum aderat, *nostri ut non recte sentientis*, *Leonardus Chiensis* in Expugnatione Constantinopoleos *mentionem facit; nam Græci domum reversi concordiam prædictam servare non potuerunt.* Quibus ex verbis non permansisse illum in doctrina et opinionibus Ecclesiæ Græcæ constantem colligimus. Scripsit autem Leonardus Chiensis *Historiam Constantinopolitanæ urbis a Mahumete II captæ*, e Chio per modum epistolæ die 15 Augusti anno 1453 ad Nicolaum V, Romanum pontificem, quam Latine edendam voluit Philippus Lonicerus inter *Chronicorum Turcicorum* tomos duos, Francofurti anno 1584 in 8 editos, quorum tomo I adjicitur pag. 345 ad 356, Latine tantum, quo idiomate forsitan illam scripsit. Mentionem facit hujus scriptoris Gerardus Joannes Vossius, lib. IV. *De historicis Græcis*, cap. 19, pag. 443, editionis ultimæ 1651, Lugduni Batavorum, in 4, Abraham Bzovius in *Annalium Baronii continuatione* ad annum 1453, cui Historiam Leonardi Chiensis inseruit præfatam, num 6, pag. 84 ad 90, ubi num. 7, descriptam hanc narrationem ex ms. codice Vaticano 4137, inquit.

LEONARDI CHIENSIS

HISTORIA

CPOLITANÆ URBIS A MAHUMETE II CAPTÆ

PER MODUM EPISTOLÆ

DIE 15 AUGUSTI ANNO 1453 AD NICOLAUM V ROM. PONT.

—

(Nicol. Reusneri Leorini Epistolarum Turcicarum Libri V, p. 115. Francofurti 1597 4°. Textum Reusneri, corruptissimum, restituimus ex cod. Vatic. 4137 apud Bzovium Annal. Baron. tom. XVII.)

—

LEONARDUS *Chiensis*, *archiepiscopus Mitylenæus*, NICOLAO V *Pont. Max.*

Flere mihi magis licet, beatissime Pater, et forte, dum gladio impetebar a Teucris, salubrior mors mihi fuisset, quam vita. Verum quoniam A narrationes sinistræ tum vere prosunt auditoribus, si prostrati resurgant, uti quibus occisos parentes ab hostibus dicimus, animi ad vindictam mœsti vigorosius excitentur. Narrabo igitur et fleus, et gemens Constantinopolis proxime his cernentibus

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

oculis discrimen ultimum et jacturam. Nec dubito, Pater sancte, præcessisse me multos, qui rei gestæ seriem Tuæ Sanctitati retulerunt. Confert enim multorum in unum relatio. Sed quoniam quæ visu magis quam quæ auditu, verius exponuntur, quod scio loquar : et quod vidi, fidelius contestabor.

Cum igitur reverendissimus Pater D. cardinalis Sabinensis pro natione Græcorum legatus, in ejus famulatum me ex Chio vocasset, ego summa cum animi mei diligentia, ut fidem sanctæ Romanæ Ecclesiæ fortiter constanterque, uti debitum exigit, defensarem, captabam perinde et mores et naturam Græcorum, argumentisque ac sanctorum theologorum dictis conabar intelligere, quodnam eorum esset studium; quod propositum, quæ rationes, quis finis eos a vera intelligentia, debitaque obedientia vel revocaret, vel retraheret. Intellexi plane, præter Argyropilum artium magistrum, Theophilum Palæologum, Hieromonachosque quosdam paucos, et alios falcos; quod ambitio Græcos quasi omnes captivasset : ut nemo esset qui, zelo fidei vel salutis suæ motus, primus videretur fieri velle suæ opinionis et pertinaciæ contemptor. Quod sane si non tam ex zelo fidei, et amore Christianæ religionis, quam ex affectata quadam gloriæ humanæ cupiditate fecissent, summopere hoc nomine commendandi essent, ipsorumque fervor omnibus qui Christo nomen dederant, et admirationi et imitationi merito esse deberet. Verumenimvero, tantum abest, ut laudem et admirationem exinde mereantur, ut potius fides et constantia ipsorum omnibus hoc nomine debeat esse suspecta, cum non propter Dei, sed suam ipsorum gloriam quam præcipue captabant, hujusmodi zelum præ se tulerint, quamvis omnino reluctante ipsorum natura et voluntate. Usque adeo ut ex una parte, ad fatendum articulum processionis a Filio sancti Spiritus urgeret eos conscientia; ex altera, ne meliorem Latini, quam Græci, de veritate fidei intelligentiam habere crederentur, elationis tumor eos abduceret. Verum quoniam nec ratio, nec auctoritas, nec variæ Scholarii, Isidori, Neophytique opiniones adversus Romanæ Ecclesiæ fidem stare poterant, actum est industria et probitate præfati Domini cardinalis, ut sancta unio, assentiente imperatore senatuque (si non ficta fuit) firmaretur, celebrareturque secundo Idus Decembris, Spiridionis episcopi sancti die.

Itaque ea peracta, mox tempestas Teucri oborta, urbem Constantinopolis, Galatam, cæteraque adjacentia oppida absorbuit : ut verbum Isaiæ verum sit dicentis : *Tempestas convulsa absque ulla consolatione.* Qua tempestate concussus, ego quoque captus sum; et pro demeritis meis vinctus cæsusque a Teucris : non fui dignus cum Christo Salvatore configi. Reminiscor ergo, beatissime Pater, cum primum de unione facta Græcorum, eidem Sanctitati Vestræ epistolas seriosius destinassem, inter alia dixisse : Nos propter futuram Teucri obsidionem, A quam in dies exspectabamus, inter spem et desperationem constitutos esse. Spes de tuo exspectato subsidio dabat fiduciam; timor de Græcorum pertinacia desperationem suggerebat. Heu! quæ spes in populo duro gravi iniquitate, qui tot annis sine vita spirituali abscissus a capite permanebat! Quomodo non desperati, quomodo non abjecti a Deo, qui tantis dissimilitudinibus, tantis fictionibus, tantisque scissuris, ab Ecclesia elongati Romana, in cordis duritia permanserunt. Etenim jam captivati, urbe, templis, auro, laribusque propulsi, in Latinos retorquent offensam, asseverantes : Quoniam unionem (inquiunt), fecimus, summoque pontifici Romano commemorationem dedimus, merito indignatum Deum esse.

B O pertinaces homines! inquio. Si malum hoc est, prisci illi Basilius, Athanasius, Cyrillus, cæterique Patres, quos præcipuo sanctitatis honore præfertis, mali censendi sunt, quod sanctam unam eamdemque fidem cum Romana Ecclesia, omnium Christianorum magistra, coluerunt. Non hæc causa est, quod unionem, sed quod unionem non veram, sed fictam fecistis. Hac de re merito indignatum Deum : hac de re justa animadversione in hostium manus vos esse deductos. Annon sponsionem de unione, sancto juramento apud Florentinam synodum conscriptam violastis? obedientiam declinastis? sententiam decreti occultastis? Annon summi Dei nuntii (o Græci!) vestram C perditionem jugiter prædixerunt? qui aures, ut aspis, impie obturastis, et sanctam Ecclesiam catholicam matrem fidelium obaudistis. Flete miserias vestras; arguite vosmetipsos; et non alios condemnetis, aut inculpetis. Mos obstinatorum hic est, sanctos aspernari Dei nuntios : uti Sedecias cæterique Judæi in Babylonem traducti Jeremiam direptionem captivitatemque prædicentem contempserunt. Certe hactenus stetisset Ilion, si Cassandram Priamus pater audivisset; si prophetas Hebræi, si Sibyllam Romani, si vos quoque apostolicos nuntios dudum audissetis. Idcirco non mirum si in pœnam tanti criminis insperata mox tempestas invaluit; quam Spiritu sancto docti quoque a multis annis futuram esse prædixerant. Sane D ut beatissimi Patris Nicolai primi, summi pontificis, exsecrationem in pravos Græcos per illud, *Urgentis in senium sæculi corruptela*, etc., prætermittamus : tabula illa, quam Leoni Sapienti ascribunt, apud monasterium Sancti Georgii de Mangana constructa, vetusto tempore in Constantinopoli occultata mysterioso jam signo detecta, jacturam demonstrat. Hæc, Pater beatissime, cellulis distincta quadratis, imperatorum ordinem successionemque ponebat, finiendum tamen in hoc ultimo Constantino. Ita quoque patriarcharum alia in longum tracta tabula ordinem præscribebat. Nam ille spiritu prophetico illustratus tot cellulas figurandorum imperatorum tabulæ inscripsit, quot a primo Constantino Magno, Constantinopolis

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

conditore, usque ad ultimam captivitatem futuri erant. In dies itaque cellulæ illæ repletæ, unam modo et ultimam, in qua hic, sub quo urbs periit, collocandus erat, si coronatus fuisset, vacuam prætendunt. Morsenus perinde, vir sanctus, sagittariam gentem contra Constantinopolim venturam, cujus portum inclytum caperet, exterminandosque Græcos sæculis multis ante prædixit. Erythreæ etiam nostræ de Græcorum jactura vaticinium legentibus patet. Joachim autem abbas meo judicio Constantinopolis jacturam in Papalista denuntiat, cum dicit : *Væ tibi, septicollis manibus truncatis, quasi auxilio destituta.* Septicollim autem Græci ἑπτάβοῦνον vocant. Utquid igitur Latinos damnant? Cur in nos invehuntur cum vera scribimus, contra quos tot aperta vaticinia protestantur? Non ergo unio facta, sed unio ficta, ad fatale urbem trahebat excidium; quo divinam iram maturatam in hosce dies venisse cognovimus. Excitatus itaque in furorem Deus, misit Mahometh regem potentissimum Teucrorum : adolescentem quidem audacem, ambitiosum, temulentum, Christianorum capitalem hostem : qui Nonis Aprilis ante Constantinopolis prospectum, cum tercentis et ultra millibus pugnatorum in gyro terræ castra papilionesque confixit. Milites majore numero equestres, quanquam omnes pedites magis expugnabant. Inter quos pedites ad regis custodiam deputati audaces, qui ab elementis Christiani aut Christianorum filii, retrorsum conversi, dicti Genizari, ut apud Macedonem Myrmidones, quasi quindecim millia. Ad tertium autem diem, captato urbis situ, machinas innumeras craticulasque ex virgultis viminibusque contextas circummuralis vallum quibus pugnantes tegerentur, fossatis admovit. Initium confusionis hoc nostrum fuit, ut qui telis machinarumque lapidibus juxta datum ordinem eminus repellendi erant, neglectis singulis, cominus proximare permiserunt. Tantum eorum ordinem instruendis machinis, tantam promptitudinem, tantam acierum providentiam quidam aut Scipio, aut Annibal, aut moderni belli duces admirati fuissent. Sed quis obsecro, circumvallavit urbem? qui, nisi perfidi Christiani instruxere Teucros! Testis sum, quod Græci, quod Latini, quod Germani, Pannones, Boetes, ex omnium Christianorum regionibus Teucris commisti opera eorum fidemque didicerunt : qui immanius fidei Christianæ obliti urbem expugnabant. O impii qui Christum abnegastis! o satellites Antichristi, damnati gehennalibus flammis! tempus hoc vestrum est. Satagite augere vobis pœnas, quas luatis æternas. ¶

Horribilem perinde bombardam, quanquam major alia, quæ confracta fuit, quam vix boum quinquaginta centum juga vehebant, ad partem illam murorum simplicium, quæ nec fossatis, nec antemurali tutabatur, Calegariam dictam, figentes, lapide qui palmis undecim ex meis ambibat in gyro, ex ea murum conterebant. Erat tamen murus perlatus fortisque, qui tamen machinæ tam horribili cedebat. Inde quia major confracta, regis animum afflictabat, ne tristitia in tanto certamine afficeretur, jussit mox aliam longe majoris formæ conflari : quam, ut aiunt, industria Calibasciæ consularis Baronis amici artifex, nunquam ad perfectum conduxit, aliis mediocribus innumeris collidere urbem machinis undequaque conabantur. Sclopis, spingardis, zarbathanis, fundis, sagittis dies noctesque muros hominesque nostros vexabant mactabantque. Existimavit enim hostis Christianos esse paucos, quos assidua protratos fatigatosque pugna urbem tueri non posse. Ignominiose igitur factum est, ut primo illo congressu, Teucri obstaculum non invenerint. At in dies doctiores nostri facti, paravere contra hostes machinamenta, quæ tamen avare dabantur. Pulvis erat nitri modicus, exignus, tela modica : bombardæ si aderant, incommoditate loci primum hostes offendere, maceriebus alveisque tectos, non poterant. Nam si quæ magnæ erant, ne murus concuteretur noster, quiescebant : interdum in cuneos hostium emissæ, et homines, et tentoria exterminabant. Non enim in vanum jaciebantur, quas illisas hostes declinare non poterant. Itaque cadebant Teucri icti æneis telis lapidibusque. Vulnerabantur et nostri : qui quandoque vallum egredientes, ad manus decertantes et occidebant et occidebantur. Victoria ex hoc æquius tyronibus nostris, quod egrediebantur impavidi, quam Teucris dabatur. Verum quoniam malo fato Joannes Longus Januensis, de Justinianorum prosapia, duabus cum navibus suis magnis, et armatis circiter quadringentis mare decursitans, forte veniens, stipendio ascriptus imperatoris, ducatum militiæ obtinuit; strenue defensare urbem visus, reparationi demolitorum murorum vigilantius incumbebat : Teucri animum viresque deludere videbatur. Nam quanto hostis mole ingentis lapidis muros conterebat, tanto hic animosius sarmentis, humo, vasisque vinariis intercompositis reparabat. Qua de re Teucrus delusus, cogitavit non cessandum ab ictibus machinarum; sed fortiori cura, subterraneis cavis furari urbem. Minerarum fossores, quos ex novo brolo conduxerat magistros accersiri jussit. Lignis instrumentisque advectis solerti cura, uti imperatum, actum est, ut mox per cuniculos tentarent fundamenta suffodere penetrareque omnifarium urbis murum. At cum a fundamentis (o rem mirabilem!) primum jam vallum et antemurale mirando cum silentio subcavassent; Joannis Grande Alemani, ingeniosi militis, rerum bellicarum doctissimi, quem Joannes Justinianus militiæ dux centurionem conduxerat, industria et sagacitate opus detectum est : exploratorumque id firmatum relatione, animos omnium commovit. Græci cum dudum Barsicham, Ammi, Amoratque genitorem hujus, pristinis bellis frustra laborasse in cavanda urbe cognovissent, impossibile per hunc fieri posse affirmabant. Quorum opinio ex facti evidentia confusa est. Itaque penetralia hæc nostris

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

reconfossionibus detecta, urbem non læsere : timorem tamen ingentem a fundamentis confossa turris, ligneis stylis bituminatis innixa, nobis inussit. Sed ut res in lucem venit, repulsis igne et sulphure hostibus e latebris reconstructa, mox timorem excussit. Composuit perinde ligneas turres juxta vallum, humo plenas, pellibus boum circumtectas, ex quibus fossatis clam terram quisquiliasque ut facilis eis fieret ingressus, immittebant. Crates deinde innumeras ex virgultis viminibusque contextas, cattos oblongos scalasque rotatas, currus castellatos taliaque machinamenta, quæ vix Romani adversus Pœnos construxissent. Bombarda præterea illa ingens, eo quod Caligaream strenue reparatam adversus non proficeret, alium locum Bactatineæ turris, juxta Sancti Romani portam inde dimota, lapide in ea æstimatione mille ducentarum librarum interdiu collidit, collisum concutit : concussum exterminat. Ruina turris antemuralis fossatum replet æquatque : ita ut via hostibus, qua decurrere possent, strata cerneretur : nisi quia concite introrsum, uti in Caligareæ demolitione, reparatio facta fuisset, haud dubio impetu urbem intrassent. Itaque Teucrus demolitum, quam primum restauratum ut conspexit murum : Non Græcorum, inquit, sed Francorum hoc ingenium est, ut tanta resistentia fiat, tanta pugna : quos nec innumeræ sagittæ, nec machinarum lignorumque castrorum horror, nec intermissa obsessio deterret.

Agebant interea Galatæ, sive Perenses, quanquam prudentius, ne in Propontide castrum struxisset Teucrus, sollicitam providendi curam nunc armorum, nunc militum, clanculo tamen, ne hosti, qui pacem cum eis simulabat, innotuisset : quæ res tenuisset, ne auxilium posthac Græcis conferre potuissent. Sic simulata illa pax urbi ad tempus profuit. Ego judicio meo, ni fallor, arbitror apertam guerram Perensibus a primo salubriorem, quam fictam pacem. Quidam Teucrus neque castrum, quod demolitionis eorum causa fuit, condidisset, neque guerram posthac tam terribilem intulisset. O Genuenses jam quodammodo cicurati ; sed sileo, ne de meis loquar, quos externi cum veritate dijudicant. Ubi sunt prisci inclyti Genuenses, qui Galatam, accincti gladio, uti qui reparabant Hierosolymam, condiderunt? illi cum effuso cruore et ære : vos ne æs vestrum cupidi et sanguinem effunderetis, cum vecordia illam mundo decoram Teucro tradidistis, si tamen tradere potuistis.

Sed (ut historiam prosequamur) interea fatigati nostri de præsidio diffidebant. Nam neque ex Genua, neque ex Venetiis, quibus (pace eorum dicam) mitti debui', auxilium mittebatur. Neque aliunde spes erat, nisi ex Deo cujus qui prudentius tarditatem metiebatur, ex mysterio fieri autumabat, quod infidelitas, irreligio, magnaque crimina Deum potius irritabant. Vide, beatissime Pater, quam dignum, quam rectum judicium! Celebrarunt unionem Græci voce, sed opere negabant. Aiebant quidem magnates, quorum cruor hostili gladio jam irrigat terram : Detur summo pontifici commemorationis honos, sed decretum Florentinæ synodi non legatur. Cur hoc, hypocrita? Ut deleatur (inquit) ex decreto, quod Spiritus sanctus ex Filio, quemadmodum ex Patre procedit. Cur item, hypocrita? ne errasse videantur Græci, si dicant duos sancti Spiritus productores. Sed cur iterum, obsecro, hypocrita? Ne detur ei qui totam sibi ex officio captare cupit gloriam ; intendebat ex una parte Scholarius, ex altera Chirluca, quandoque ad præsentiam semet apostolicam conferre, ut hi essent qui soli rem intellexisse viderentur, quique primi laudarentur tantæ unionis auctores. Adversus enim legatum multi invidia clanculo torquebantur. Ergo dixi : Paterisne, o imperator! ut hæc ambitio scindat Ecclesiam, ut hujus rei gratia divina ira magis magisque merito accendatur? Cur non e medio pertinaces illi tolluntur? Acquiescere imperator visus, metropolitasque Scholarium, Isidorum, Neophytum complicesque, judices constituit, verbo quidem, non facto. Nam si pusillanimitatem imperator excussisset, hanc fidei illusionem vindicasset. Qui enim hominibus, Deo spreto, complacet, utique confundetur. Coercendi quidem illi erant, qui si fuissent, morbum pestiferum non propagassent. Sed ignoro, utrumne imperator, aut judices damnandi quibus correctionis virga, quanquam minæ intercessissent, aberat.

Continuata igitur obsidionis tempestate, clausa urbe, ducentarum et quinquaginta fustarum ex diversis Asiæ, Thraciæ, Pontique littoribus contra urbem disposita classis venit : inter quas triremes sex, et decem biremes : septuaginta reliquæ fustæ unis banchoremis; cymbæ etiam barculæque sagittariis ad ostentationem plenæ vehebantur : quæ cinctum catena portum et manibus rostratis bene armatis, Genuensium septem, Cretensium tribus colligatum intrare non valentes, minus ad stadia centum Propontidis ripa anchoras figunt. Et cum proximare non auderent, mare e longe sulcantes, lignamina aliaque machinamenta castris opportuna deferebant. At cum Teucrus tribus jam in locis concussos lapidibus muros machinis dissiparet : memoratu cujusdam infidi Christiani ex colle biremes intromittere curat. Est enim portus ille, beatissime Pater, in longum angustumque protractus : cujus orientalem plagam colligatæ naves et catena muniebant : inde hostibus aditus impossibilis erat. Quare ut coangustaret circumvalleretque magis urbem, jussit invia æquare : exque colle suppositis lenitis vasis lacertorum sex, ad stadia septuaginta trahi biremes, quæ ascensu gravius sublatæ, posthac ex apice in declivum, ad ripam sinus levissime introrsum vehebantur. Quam novitatem puto, Venetorum more, ex Gardæ lacu, is qui artificium Teucris patefecit, didicerat. Ita nos magis territi, cogitabamus eas aut igne aut lapide exterminare. Sed neque hoc profuit : naves illæ majoris nocumenti nobis erant, machinis undequaque tutatæ. Sic jam perdito por-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tu, necesse fuit ex postis, ut maritimos custodiremus muros, deminuere milites. Proinde hoc ingenio non contentus Teucrus, aliud quoque, quo nos terreret magis, construxit, pontem videlicet longitudinis stadiorum circiter triginta, ex ripa urbi opposita, maris qui sinum scinderet, vasis vinariis colligatis, sub constructis, confixisque ligais, quo exercitus decurreret, ad murum prope, juxta urbis fanum : imitatus Xerxis potentiam, qui ex Asia in Thraciam Bosphoro exercitum traduxit. Non restabat ergo nisi navium catenæque diametralis tuitio, quæ transitum ingressumve classi prohibebat.

Interea ex Chio in nostrum subsidium tres Genuenses armis, militibus frumentoque conductæ naves : unam imperatoris, quæ ex Sicilia frumento onusta advenerat, comitem ducebant : quas ut mox vicinas urbi classis, quæ excubabat, applicare vidisset : concite strepentibus tympanis, tubisque sonantibus, intuentibus nobis obvadit, fingens imperatoris navem expugnare velle. Teucrorum rex ex colle Perensi, fortunæ exspectans eventum, prospicit. Fiunt tunc celsi clamores; triremes majores navibus hærent; tentant imperialem, et protectam a nostris audacius invadunt ; certamen ineunt ; focum machinis adhibent ; sagittas jaciunt. Sic atrox pugna committitur. Naves Mauritio Genuense Catano imperante ex adverso repugnant. Ibi Dominicus de Novaria et Baptista de Felliczano, Balanerii patroni Genuenses ardue pugnam prosequuntur. Balistarum horribilium missilia jaciuntur ; exque coronis navalibus intra Teucrorum commistam classem infiniti lapides demittuntur. Tuetur se egregie imperatoris navis ; succurrit Flectanella patronus ; bombardæ perstrepunt ; fit ululatus in cœlum ; confringuntur galearum remi ; Teucri sine remissione sauciantur. Rex qui ex colle circumspicit, quod classis perit blasphemat ; urget equum in salum ; vestimenta cum furore conscindit ; ingemiscunt pagani, et totus exercitus afflictatur. Quid ultra? Bellum recensetur, invalescit pugna ; et tantis classem telis lapidibusque obruunt, tot Teucros occidunt, ut declinato marte ad litus remeare non possint. Exploratorum et profugorum relatu didicimus, quod decem prope millia ceciderunt ; alii gladio perempti, et sagittis, et machinis, alii confossi vulneribus, flebilem exercitum reddiderunt. Erant quæ invaserunt naves inter triremes et biremes circiter ducentæ. Confusa tunc regis ambitio est, parvique reputata potentia quod tot triremes navem saltem unam non ceperint. Naves ergo (Deo gratia) non læsæ, nec uno saltem homine perdito, aliquot tamen vulneratis, noctu salvæ cum jucunditate portum intrant. Rex contra classis præfectum Balthoglum oppido indignatus, precibus Baronum concessa ei vita, sententiam tulit, quod officio et bonis omnibus privaretur. Cogitavit itaque odio accensus in naves ex colle Galatæ, orientali plaga, vel eas lapidibus machinarum obruere, vel a catena depellere. Dispositis itaque et ex ripa occidentali bombardis, satagit omni acuitate artificis naves infringere : referens Perensibus, quoniam, uti dixerant, piratarum erant, quos imperator conduxerat, contra eas agere velle, quæ inimicorum suorum essent. Itaque artifex, cui provisio negata fuit, ex nostris ad Teucros reductus, quanto ingenio potuit, naves frangere studuit : nescioque quo fato resultans bombardæ a colle lapis, centurionis navem, forte ob crimen, uno ictu confodit : quæ extemplo mercibus onusta, fundum mersa petiit, maximum discrimen quidem inferens. Quo casu reliquæ ne confringantur muro Galatæ protectæ hærent. Mirandum quidem Dei judicium, ut immissis quinquaginta et centum prope lapidibus, quibus perforatæ multæ Galatæ domus, inter triginta mulieres conglobatas, una sola optimæ famæ interempta fuit.

Erant perinde in portu triremes mercatoriæ tres Venetæ duæque agiles in portum ad tutelam earumdem designatæ : quas magno cum hortatu imperator auri in menses prope sex pro tuitione urbis restare fecerat; quæ, pacem cum Teucro simulantes, non nisi clanculum præstabant Græcis patrocinium. Verum cum notulæ fugæ aliquandiu earum patuissent, tum quod merces ex fundis supellectilemque traducebant, actum est, ut nullo pacto quod populum turbassent, prohibitione imperatoris quæ restabant traducerentur ; quinimo deonustæ in terram reportarentur. Res hæc Venetis indignationis fomitem ministravit ; utpote quod libertate, privilegiis pro honore dominii eorum nactis, verecundius privarentur. Sed sedatis posthac animis suo arbitrio relicti, spondent Veneti omni fide et studio ad finem usque belli tueri urbem.

At posthac inter Venetos et Genuenses Galatæ oborta dissensio est : quod alter alteri fugæ suspicionem exprobrassent : asserentibus Venetis, ut tollatur suspicio, quod e navibus suis gubernacula carbasaque apud Constantinopolim in salvo deponant. Indignati Genuenses : Et si pacem (inquiunt) consulto etiam imperatoris, pro salute Græcorum, quæ communis est, aliqua proba dissimulatione supportamus cum Teucro, absit tantum facinus, ut Peram toto orbe pulcherrimam, uxores, liberos, thesaurosque deseramus quam usque ad sanguinis effusionem defensare disponimus. Gubernacula carbasaque nostrarum navium, ne exiguo pretio inclytus Genuæ decor apud vos sit, non in aliena potestate, sed in nostra servabimus. Nunquam fugæ licentia nobis datur, si res nostras arbitrio nostro servamus. Pacata posthac cuncta sunt, agentibus Venetis de triremibus suis, uti voluissent.

Crescente postmodum angustia, consultum est, si quo modo intromissas hostium fustes urere nostri possent : clanculoque una dierum ante lucem duabus navibus per Joannem Justinianum capitaneum dispositis, cum aliquot biremibus ad ripam vehendis, parato foco et machinis : fit detractis navibus, dato ordine, ut cymbæ rectæ, quas barbotas dicimus, biremesque sequerentur : hoc ideo ut munni-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tæ saccis lana plenis naves, prius ex machinis acciperent lapidum ictus.

At Jacobus Cocha, vir Venetus, armatam ex nautis triremium Venetarum imperialem biremem juxta ordinem datum, gloriæ et honoris avidus, laxatis remis, prævenientem convertit; moxque ut ab hostibus cernitur (heu! gravem sortem!) e bombarda lapide medio penetratur: cum omnibus armatis æquore biremis absorbetur. Heu! Pater beatissime, grave discrimen ut uno ictu Neptuni furor immerserit. Etenim res hæc detecta relataque Teucris agit, ut dum nostri percutere voluere, ipsi prius percussi sint. Sed quid dicam, beatissime Pater? Accusarene quempiam licet? silendum mihi est. Qui casus acerbum luctum nostris dedit; et unde exierunt, naves cum confusione retraxit. Ex mersis inde supernatantes quidam ad littus capiuntur ab hostibus, quos impius rex ante oculos nostros in crastino decollari jussit. Nostri exacerbati, quos habebant captivos in carcere, Teucros ad muros in suorum prospectu immanius trucidant; sicque impietas crudelitate commista bellum atrocius fecit.

Simulavit posthac Teucrus pacem facere velle; exploratoribus ficte referentibus pœnituisse eum, quod guerram quasi stimulatus ab Ungaris intentasset: statuitque caduceatorem. Sed hæc res conficta patuit: quia nec demoliri oppidum quod in Propontide struxit, nec restaurare quæ vastarat, permittebat. Quodque magis angebat, infidentia erat Teucri, qui jusjurandum fœdusque nunquam servarat. Cur igitur pacem quærit immanis et infidus hostis? Percunctatus, ex more esse intellexi, ut antequam certamen generale committant, hostes optione pacis petendos, ne, ea prætermissa, Deum non propitium, sed iratum in tanto marte sentirent. Itaque delusionem ejus præscientes, salutem nostram Deo commisimus; dies nostros dinumerantes in amaritudine cordis, et pœnitudine, litaniis, sacrificio, thure, prece placandum Deum prædicabamus: jejunia indiximus imperare nostris, ut solus Deus pugnare pro nobis dignaretur. Sed quid proderunt Deo missæ preces, si ex corde non sunt, si pollutæ manus habentur; si impia et infida corda consistunt; iniquitates enim nostræ diviserunt inter nos et Deum; Sabbata nostra, kalendæ, incensum, sacrificia in abominationem versa sunt; et quem propitium sperabamus habere Deum, habuimus scelerum nostrorum ultorem.

Pauci admodum et majore numero ex Græcis imbelles, scuto, lancea, arcu, gladio, natura potius quam arte militabant; majores galea, thorace, lorica, gladio, lancea: quidam in arcu et balista doctiores, sed propugnaculis impares numero agebant, quoad sciverant et poterant. Cadebant Teuci, qui audacius adhærebant. Sed quid si centum in die cecidissent, innumeri illi quanto cadere, tanto resurgere plures videbantur? Si unus ex nostris cecidisset, tum præcipue cordatus vir, centum perdidisse flebamus; Græci ad sex millia bellatorum non excedebant: reliqui, sive Genuenses, sive Veneti, cum his qui ex Pera clam ad præsidium accesserant, vix summam trium millium æquabant. Sed quid agimus in ore leonis? quid formica in ore ursi? quid unus contra mille? Etenim nostri vix urbem ponto terraque obsessam circumvallatamque, quam octodecim milliaria complectuntur, muniebant.

Sed, o Græcorum impietatem, o patriæ proditores, o avaros! quos cum sæpenumero lacrymis perfusus inops imperator rogasset ut pro militibus conducendis pecuniam mutuarent, jurabant se inopes, exhaustosque penuria temporum, quos posthac ditissimos hostis invenit. A paucis nihilominus quædam ultronea oblatio facta est. Cardinalis hercle omne studium adhibuit in ferenda ope, in firmandis turribus et muro.

Quid autem imperator perplexus agat, ignorat; consulit barones; suadent non molestari cives angustia temporis; sed recurrendum ad sacra. Auferri igitur et conflari jussit ex sacris templis sanctæ Dei vasa, sicuti Romanos pro necessitate temporis fecisse legimus, exque eis pecuniam insigniri, darique militibus, fossoribus constructoribusque, qui rem suam, non publicam attendentes, nisi ex denario convenissent, ad opus ire recusabant. Angustia igitur afflictus imperator, dispositis in propugnaculis militibus, quoad potuit, antemurale solum urbis vallumque sat videbatur tutari posse. Bellum itaque, paucitate suorum diffidens, tolerat: et spem omnem in Joanne Justiniano præfecto reposuit. Bene quidem si fata secundassent. Juxta ergo se eodem capitaneo cum trecentis commilitonibus Genuensibus posito, splendidis refulgentibus armis, delectis quidem coadjunctis Græcis aliquot strenuis, circa illam partem murorum Sancti Romani reparatorum, ubi magis urgebat pugna, imperator stetit. Mauritius inde Catanæus, vir nobilis Genuensis præfectus inter portam Pighi, id est fontis, usque ad Auream, cum ducentis balistariis, commistis etiam Græcis, contra ligneum castrum, pellibus boum contectum oppositum accurate decertat. Paulus Troilus, Antonius de Bochiardis fratres, in loco arduo Miliandri, quo urbs titubabat, ære proprio et armis, summa cum vigilantia, noctu dieque et spingardis horrendis, et balistis torneis viriliter pugnam sustinent: qui tanta animositate, nunc pedes, nunc eques, defendunt, ut Horatii Coelitis vires repulsis hostibus æquare viderentur. Nam nec muri fracti concussione, nec machinarum turbine territi, æternam sibi memoriam vindicant.

Theodorus Charistino, senex, sed robustus Græcus, in arcu doctissimus, Theophilusque Græcus, nobilis Palæologus litteris eruditus, ambo catholici, cum Joanne Alemano ingeniose, Caligaream concussam reparant protegunique. Contarenus, inter Venetos clarissimus, capitaneus Aureæ portæ et adjacentes turres usque oram maris, viriliter pondus sustinens, hostes impugnat. Græci perinde alii, suis distributi propugnaculis, aciem

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mare, terramque in urbis gyrum prosequebantur. Palatii imperialis cura Hieronymo Minotto Venetorum bailo commissa est.

Cardinalis, a consilio nunquam absens, Sancti Demetrii regionem ad mare defensabat; Cathalanorum consul turrim ante Hippodromium tutabatur; versus orientalem plagam. Chirluca ad curam portus totiusque maritimæ regionis invigilabat ad deferendum præsidium. Hieronymus Italianus, Leonardus de Langasco, Genuensis, cum multis sociis Xyloportam et turres quas Aveniades vocant, impensis cardinalis reparatas spectabant.

Flamines monachique supra muros undequaque collocati pro salute patriæ excubabant. Gabriel Trivisanus subtilium galearum præfectus nobilis Venetus, cordatissime a turri Fani usque ad Imperialem portam ante sinum cum quadringentis Venetis egregiis decertabat. Grossarum vero galearum præfectus Andreas Diedo, cum reliquis, triremes potius pavidus, quam portam, custodiebat. Naves perinde armatæ buccinis jugiter et ululatibus Martem invitabant. Demetrius socer Palæologus, Nicolausque Gudelli gener, præsidentes ut decurrant urbem, cum plerisque armatis in succursum reservantur.

Taliter ergo pugnatoribus, sive ducibus, sive tironibus ordinatis, exspectabatur constituti Martis generalis insultus: quo sæpenumero territi Græci postes, nunc agris nunc vineis colendis, nunc voluptatibus laxati, ex industria declinabant. Fingebant quidem rei familiaris curam, etiam qui graves videbantur: alii inopiam accusabant, qua ad opus lucrandi gratia cogebantur. Quos cum absentes corripuissem, periculum non modo suum, sed omnium Christianorum allegans, respondebant: Quid nobis cum castro, si penuriam sustinet domus nostra? ita quod magna vis erat reducendi eos ad muri custodiam. Ob hoc, paucitatem hostes captantes pugnantium, audaces facti, uncinis vasa, quæ in propugnaculis posuerant nostri, demolito muro detrahebant. Quandoque itidem lapidem ingentem vallo ex resaltu collapsum, quem magna illa bombarda muro injecerat, cum rubore nostro, cum retiaculis extra ducunt, reprojiciuntque. Sed ubi custodes, ubi milites evagantes, ubi lapides, ut prohibeant vel repellant? O quam malum præsagium! Quid erit, inquam, quando velut torrens Tigris irruet exercitus? Ordo perinde ex hoc datus est ut panis per familias æque distribueretur: ne illius curandi gratia, uti se excusabant, a castro recederent; neque famem potius populus, quam gladium, expavesceret: quam quidam humanum sanguinem sitientes, vel occultato frumento, vel aucto pretio prætendebant. Sed hæc iniquitas non fuit causa mali, sed ordinis confusio. Severitas a principe aberat; nec compescebantur verbere aut gladio, qui neglexissent obedientiam. Idcirco quispiam suis efferebatur voluptatibus, blandimentisque ex natura demulcebant iratum imperatoris animum; delusus improbe a suis, bonus ille dissimulare malebat injurias. Interea capitaneus generalis Joannes Justinianus, totius fortunæ observator, ut præsensit ex proclamatione Teucrum præsto daturum certamen, agebat confestim murorum, quos machina contriverat, reparationem: petivitque sibi a Chirluca magno duce consulari communes urbis bombardas, quas contra hostes affigeret. Quas cum superbe denegasset: Quis me (capitaneus inquit), o proditor, tenet, ut gladio non occumbas meo? Qua ignominia indignatus, tum quod Latinis ei exprobrasset, remissius postea rei bellicæ providentiam gessit: Græcique jam secretius quod Latinis salvandæ urbis gloria dedita esset, odiose ferebant. At capitaneus, Joannis Mauricii Catanæi præfecti, Joannis de Caseto, Pauli Bochiardi, Joannis de Formariis, Thomæ de Salvaticis, Lodixii, Gatilusii, Joannis Illyrici, aliorumque Asiaticorum Græcorum consultu acies munimentaque refecit. Cujus providentiam Teucrus commendans: Quam vellem, inquit, penes me præfectum illum Joannem honorandum! Magnis hercle donis auroque multo corrumpere illum studuit: cujus inflectere animum nunquam potuit.

Operosa autem protegendi vallum et antemurale nostris fuit cura; quod contra animum meum semper fuit, qui suadebam, in refugium muros altos primos non deserendos: qui si ob inopes negligentiamque vel scissi, vel inermes propugnaculis essent, a principio dum propositum guerræ intervenit, reparari potuissent, reparandi custodiendique erant: qui non deserti, præsidium urbi salutis contulissent. At quid dicam? arguamne principem, quem semper præcipuo honore veneratus sum: cujus fidem erga Romanam Ecclesiam intellexi, nisi pusillanimitate vinceretur; an potius eos qui ex officio muros reficere debuissent? O quorum animæ forte damnantur, Manuelis Giagari dudum inopis, et Neophyti Hieromonaci Rhodii, si audeo dicere, prædonum, non conservatorum reipublicæ, quibus veluti reipublicæ tutoribus, aut ex aviis intestatisque bona relicta, muris ascribi debebant, privatis potius commodis impendebant. Primus viginti prope millium florenorum servus proditionis monachus, quos posthac reconditos urna septuaginta millium gazam relinquunt Teucris. Idcirco urbs prædonum incuria in tanta tempestate periit. At cum omnia Græcorum inepta opera reprehendantur, non mirum si hoc illustre sanctis imperatoribus institutum, monimentum egregium reique publicæ tutamentum, esca prædonibus fuit; quam postea sero si reparare voluerunt, duo defuerunt, æs et tempus; quæ poterant, si guerram intendebant, opportunius et importunius extorquere. Sed innata non sinebat procrastinationis ineptia. Omnem ergo spem in fossatis et antemurali posuerunt: quibus tandem perditis, ad altissimum desertum murum coangustatis, habilitas non fuit. Prudentius Hebræi, qui, perdito uno muro, deinde ad secundum, tum ad tertium se contulerunt, quibus annis quatuor Vespa-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

siant atque Titi obsidionem tulerunt. Vox inter hæc ex castris exploratorum relatu fit, quod triremes navesque aliquot in subsidium ab Italia mitterentur, et Joannes Pannonum dux exercitus, Blancus vulgo nuncupatus, ad Danubium contra Turcum congressurus adventasset; qua concitatus exercitus discinditur. Cur, inquiunt, tanta mora periclitatur exercitus? Frustra contra muros pugnaturi, adversus regem Teucri clamant. Etenim quanquam maximus numerus esset, quanquam infinitis sagittis machinassent urbem, utpote ad muros invadendos timidi, vecordes, victoriam diffidebant.

Calilbascia enim, regis vetustior consularis baro, gravitate, consilio rerumque bellicarum experientia pollens, Christianis favens, regi semper dissuaserat, ne urbem Constantinopolis molestaret: eo quod fortitudine situs, rerum fertilitate providentiaque non tam Græcorum, quam Latinorum munita, inexpugnabilis erat, quæ proavorum patrisque guerras annis multis tolerasset, quodque pejus, quia ejus injuria lacessiti omnes Christianorum reges, principesque, ad eamdem tuendam facile provocarentur. Tu ergo rex (inquit) pacem da tuis; noli Genuenses Venetosque vicinos, qui tuis semper proderunt, hostes tibi reddere, iramque Christianorum adversus gentem tuam provocare. Maxima est potentia tua: quam pace majorem facis, quam guerra. Finis enim belli varius est: quem adversitas sæpenumero magis, quam prosperitas comitatur. Zaganus junior, secundus consularis baro, Christianorum hostis, tum præcipue Calilbasciæ æmulator, maximam esse regis sui potentiam, adversum quem nulla gens possit, suasit contra Græcos guerram, potentiam exiguam habentes: quorum mæniis machinis collidendis ipsi pares essent, Græci e contra nulla numerositate exercitus pollerent et diutina fatigatione jam fracti essent, qui nec ex Italis exspectarent præsidium, faciliter expugnandi. Nec voce illa Calilbasciæ revocandum esse regis animum, quæ conficta fuisset: Genuenses scissi, Veneti oppressi ab duce Mediolani, nullum daturi sunt præsidium. Thuracan Thracialis militiæ princeps, Calilbasciæ commendare propositum non audens, ad guerram regem animavit. Eunuchus tertius consularis baro dicta confirmat. Juniores igitur belli duces: O rex, inquiunt, quis peremptor gentilitatis nostræ timiitatem nobis incutit? Decet invictissimum principem nostrum res magnas et cogitare et aggredi, quemcunque eventum permagnifice ferre. Zanus proinde ut vidit multitudinem bene disposam: Da, inquit, bellum, rex; quoniam diis fantibus, victoria gloriam consequeris. His itaque bis animosior factus rex: Fortunam, inquit, tare licebit. An Macedonis potentia mea maior, cui orbis minore cum exercitu paruit? Quis genitor meus, aut avus, aut proavus, tanta state, tantis machinis, ut ego, urbem hanc essit? Constitue, Zagane, diem belli, compone exercitum; Peram, ne subsidium hostibus conferat, circumvalla: et quæ ad militiam spectant, omni cum maturitate dispone.

Itaque ut Calilbascia senior consularis complacuisse regi Zagani æmulatoris sui consilium intellexit, definitumque esse certamen, clam internuntiis admodum fidissimis, ut amicus, imperatori cuncta denuntiat: hortaturque ut non expavescat temulentissimi adolescentis insaniam: nec terreri minis eorum qui magis timuissent: nec indoctiore multitudine commoveri: custodes sint vigiles et pugnam perseverantes exspectent. Frequentes enim epistolæ ad imperatorem ex Calilbascia portabantur. Ergo proclamatum est in castris edicto, ut quarto Kalendis Maii, die videlicet Martis, prævis diebus tribus, quibus luminaria Deo accendant, Deum invocent, integra die abstineant, parati sint omnes ad prælium: daturi Christianis generale certamen; altissimaque voce præconis voluntate regis urbem triduo ad saccum esse bellatoribus donatam. Juratque rex per immortalem Deum, perque quatuor millia prophetarum, per Mahometum, per animam patris, per liberos, perque ensem quo cingitur, omnem depopulationem, omneque hominum utriusque sexus genus, omnemque pariter urbis thesaurum atque substantiam, libere bellatoribus donatam; nulloque pacto, quæ jurat, violare. O si audivisses voces ad cœlum elatas (*Illala, Illala, Mahomet Russolalla, scilicet quod Deus est et semper erit, et Mahometus est servus ejus*), vehementer obstupuisses. Sicque factum est: triduo luminaria Deo accendunt, jejunant die nihil usque ad noctem gustantes: invicem congaudentes, invicem convivantes, se ipsos quasi ad inferos die certaminis abituri, osculis resalutant. Nos tantam religionem admirati, Deum propitiatorem profusis lacrymis precabamur, sacras imagines, processionaliter, compuncti, per vallum urbemque transferentes, nudis pedibus mulierum virorumque turbis consequentibus deprecabamur cum pœnitudine cordis ne hæreditatem suam Dominus demoliri permitteret, et quod dignaretur fidelibus suis in tanto certamine porrigere dextram, qui solus Deus, et non alius pro Christianis pugnare potens est. Itaque nostram spem totam in Deo ponentes, constitutum certaminis diem confortati vigoresius exspectabamus: propter quod ascitis senatu, baronibus, belli capitaneis et commilitonibus ab imperatore universis, sermo talis habitus est: Quoniam, viri nobiles, militiæ illustres duces, vosque commilitones Christianissimi, appropinquantem certaminis horam conspicimus, constituendos vos hoc in loco proposui, ut plane siquidem intelligatis constantiam vestram magis ac magis firmandam, utpote qui gloriose semper adversus hostes Christi dimicastis, jam patriam urbemque toto orbe perinclytam quam infidus invidusque Teucrus duos et quinquaginta dies coangustavit, vestris

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

altis spiritibus commissam haeceatis, neque vos A muri, mole ingentis lapidis ab hoste contriti exterreant : quoniam tota vis in Dei præsidio, in lacertisque vestris vibratis excussisque gladiis in hostes exercenda est. Scio indoctam illam multitudinem ex more magnis congressuram ululatibus infinitisque a longe sagittis, non personas nostras, quas jam strenue armatas conspicio, sed murum, thoraces ac scuta nostra impetere. Neque ergo more equorum quos Pœni dum adversus Romanos decertarent, per elephantorum invisam horribilitatem deterrere voluerunt, ululatibus eorumdem, hac in pugna consternandi estis, aut fugandi, quin potius animandi ut hercule constantius resistatis. Bestiæ enim fugantur a bestiis, vos qui homines estis magnanimi, B bestias illas viriliter sustinebitis, in eosque veluti agrestes apros lanceas mucronesque vestros figetis ut intelligant, cum animalium dominis, non cum animalibus, eos bellaturos. Cognoscitis, quod impius et infidus hostis pacem nostram injuste perturbavit; jusjurandum et fœdus inter nos pactum violavit; colonos nostros messis tempore interfecit; coloniam depopulavit; castrum, quod quasi ad vorandum Christianos sit, in Propontide ædificavit, Galatamque simulatione pacis circumdedit. Minatur nunc Constantini Magni urbem, patriam vestram, profugum Christianorum auxilium, et omnium Græcorum tutamentum capere : et sacra Dei templa equinis stabulis profanare. O barones mei, o fratres, o filii, Christianorum æternum decus defensare curetis! Vosque Genuenses, viri quidem magni cordis, et inclyti, qui infinitis victoriis triumphastis, qui urbem hanc matrem vestram multis adversus Turcos certaminibus semper protexistis, eia agite, robur vestrum animositatemque contra eos viriliter ostendatis. O Veneti, viri potentissimi, quorum gladio sæpenumero Turcorum sanguis effunditur, quique diebus nostris per Plordano excellentissimum classis nostræ præfectum, tot galeas, tot infidorum animas ad inferos crebro destinatis, quique uti vestram hanc urbem ingenuis et magnis viris decorastis, extollatis nunc celsos animos ad certamen. Vosque, commilitones, vestris præfectis omnem obedientiam exhibentes, intelligite, quod hic dies est gloriæ vestræ : in quo D si sanguinis guttam fuderitis, coronam vobis martyrii et gloriam parabitis immortalem.

Itaque finito sermone omnis Christianorum cœtus constantem se animum habere spopondit. Repetit imperator : Estote igitur omnes in actu virtute parati in crastinum, quo, Deo favente, uti speramus, victoriam consequemur. Confortati posthac Græci qui primum quasi pavidi bellum declinabant, virtuteque confirmati, privatis post terga dimissis rebus, ad certamen pro communi salute constanter alacriterque conspirant; suisque per capitaneos, duces, tribunos, centuriones, decurios, propugnaculis ordinatis, nocte ea quæ Martem præcedebat, maximis excubiis infra vallum, valvis urbis, ne quisquam retrocederet, clausis, pernoctarunt. Audiunt inter hæc parari machinas, vehi castratas bigas : vallis scalas rotatas admoveri. Classis præterea, ut circumdet portum et urbem, disponitur. Pons juxta urbis ripam applicatur : omniaque machinamenta instantius præparantur, præpositis noctu minus robustis, minusque doctis, ut dum lux venerit robustiores milites sint recentes. Certamen inchoant ; nostri magna cum animositate resistunt ; hostes machinis et balistis repellunt ; et ex utraque parte proportionabiliter occiduntur. Tenebrosa nox in lucem trahitur, nostris vincentibus. Et dum astra cedunt, dum Phœbi præcedit Lucifer ortum, buccinis ex utraque parte crepantibus, tympanis perstrepentibus, altissimis clamoribus missis, Illala, Illala, in Martem conclamans, conglobatus in gyrum consurgit exercitus. Una ergo hora omnem terra et mari urbem invadunt. Machinas primum excutiunt; sagittas cœlum obscurantes immittunt. Contra nostri missilia invisa demittunt spingardas in globum jaciunt. Scinditur exercitus horribili Christianorum resistentia. Tunc fiunt clamores in cœlum, vexilla alacrius expanduntur; o mirandas bestias! consumitur exercitus, et immensurata audacia vallum intrare præsumit. Cadunt lapidibus obruti Turci, morti multi succumbunt, et se invicem conculcantes tentant per ruinam muros scandere. A nostris quidem strenue repelluntur, sed vulnerati nostri multi, pugnam declinant. Stat C capitaneus Joannes ; stant cæteri in suis propugnaculis. Duces succurrunt urbis capitaneo deputati. Imperator, Eia, inquit, viri fortes ! jam laxatur exercitus hostium, corona victoriæ nobis utique datur. Deus nobiscum est; agite constantem pugnam. Inter hæc malo urbis fato, heu! Joannes Justinianus sagitta sub axilla configitur : qui mox inexpertus juvenis, sui sanguinis effusione pavidus, perdendæ vitæ metu concutitur, et ne pugnatores, qui vulneratum ignorabant, virtute frangantur, clam medicum quæsiturus ab acie discessit. Qui si alium suo loco subrogasset, salus patriæ non periisset. Pugnam inter hæc arduam committunt. Imperator, ut vidit deesse capitaneum, ingemiscens, quo scilicet ierit, percunctatur. Nostri ut se D videnl sine duce, resilire e locis incipiunt. Teucri convalescunt ; horror nostris incutitur. Desiderio enim cuncti desiderabant ex periculoso illo loco scire quid contigisset; quod præfectorum, qui singula quæ sinistra, vel prospera evenissent, nuntiare debebant, negligentia prætermissum est. Terrebat acerbum illud bellum, qui magno cum silentio a longe stetissent. Fatigabantur igitur nostri plurimum : et quem reparaverant bacchatureum murum, hostium compressione paulisper deserunt. Quo inspecto dijudicant Teucri propter repletionem, quam ruina collapsa fecerat, æquo calle posse transire : Irruendum igitur est, inquiunt, et veluti impetuosus turbo, uno impulsu muros ascendunt; mox mœnibus vexilla figentes, hilari-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

late pleni conclamant victoriam, gladio pugnant, et quoad possunt, omni cum virtute nostros vel exterminare, vel subjicere moliuntur. Imperator infeliv, ut vidit capitaneum desperatum : Heu me miserum ! inquit, peritne urbs ? O infortunatam sortem ! siste, precor, capitanee. Nam tua fuga alios incitat ad fugiendum. Non est mortale vulnus, patere dolorem, et siste viriliter, ut spopondisti. At ille salutis, gloriæ, suique oblitus, uti altam quidem primo magnanimitatem, ita posthac pusillanimitatem ostendit. Debuit enim, si poterat vulneris dolorem sufferre, non recedere, si vir erat ; vel saltem alium, qui loco sui stetisset, subrogare.

Franguntur ex hoc omnium commilitonum animi, hebetantur vires, et capitaneum fugientem, ne percant, insequuntur. Da clientulo, inquit capitaneus, clavem portæ, quam mox reseratam satagunt magna cum compressione transire. Reserata porta fugit capitaneus Peram, qui postea Chium navigans, ex vulnere vel tristitia inglorium transitum fecit. Imperator insuper, ne ab hostibus capiatur : O quispiam, inquit, valens tyro propter Deum, ne majestas vafris viris succumbat, meo gladio me transfigat. Inter hæc Theophilus Palæologus, vir catholicus : Jam perdita urbe, me, inquit, vivere non licet ; Teucrorumque pondus aliquandiu sustinens, et decertans, securi discinditur. Ita Johannes Sclavus Illyricus, veluti Hercules se opponens, multos prius mactat, deinde gladio finivit vitam hostili. Se invicem postea nostri, ut portam ingrediantur, comprimentes pereunt. Quibus innixus imperator cadens atque resurgens, relabitur, et compressione princeps patriæ e vita demigrat. Perierunt igitur ex nostris Latinis et Græcis se invicem conculcantibus in portæ exitu circiter octingenti. Inde Teucri altum murum decurrentes, ex alto quos possunt lapidant, cuneusque unis vocibus per antemurale descendens, in fugam omnes nostros compellit. Rumorem jacturamque ex fugientibus audientes Paulus Troilusque Bochiardi, viri Latini, urbis cives, cum aliquot Græcis strenuis Latinisque equis insidentes, in hostes vadunt. Teucri, forte majorem numerum, quam essent autumantes, terga vertunt. Paulus in Teucrum urget equum, lanceaque unum transfodiens, cæteros in fugam vertit. Cum autem ex alto lapidibus obruerentur, ad Troilum : Haa ! perilt, inquit, civitas, nosque facile ab hostium multitudine circumdati, spem vitæ perdemus. Hæc cum diceret, securi ictus in vertice, fuso cruore una cum fratre ad Galatam confugit. O rem mirabilem ! o stuporem ! Necdum Phœbus orbis perlustrat hemisphærium, et tota urbs a paganis in prædam occupatur. Concite igitur omnes pedites decurrunt, quosque resistentes gladio feriunt, imbecilles, decrépitos, leprosos atque infirmos trucidant. Obsequentibus viam parcunt (1). Sanctissimæ Sophiæ admirandum templum, quod nec Salomonis æquat, profani atque infidi ingredientes, nullam sacris aris

(1) *Obsequentium vitæ parcunt.* Bzovius.

A reverentiam neque sanctis imaginibus habent, quin potius exterminant, oculos sanctorum suffodiant, sanctorum quoque reliquias vel dilacerant, vel dispergunt sacrilegæ manus ; mox sancta Dei vasa usurpant, argentum aurumque tam sanctarum imaginum, quam vasorum sacrorum, sacculis inferciunt. Fit clamor et ululatus ad cœlum ; omnis sexus, homo omnis, omne aurum, omne æs, omnis supellex, omnisque urbis substantia in prædam vertitur. Securibus scrinia scindunt ; fundos perfodiunt pro thesauris ; qui tanti reperiuntur, et novi, et veteres, ut nulla sit urbs a sæculo quæ tantis affluat, et hi omnes absconditi in manus eorum pervenerunt. O Græci jam miseri et miserabiles, qui inopiam fingebatis, ecce jam in lucem venerunt
B thesauri, quos pro urbis subsidio denegastis. Triduo igitur in prædam decursam civitatem depopulatamque regis Teucrorum ditioni dicati admodum relinquunt. Traducitur ad papiliones omnis substantia et præda, vinctique omnes ad sexaginta millia funibus Christiani captivantur ; cruces ex templorum apicibus parietibusque evulsæ pedibus conculcantur ; violantur mulieres ; virgines defloranturur ; mares juvenes in turpitudinem maculantur ; sanctimoniales ac reliquæ etiam quæ apparentes fuerunt, luxu fœdantur. O Deus meus, quam iratus videris ! quam immisericorditer faciem a fidelibus avertisti ! Quid dicam ? Silebo aut narrabo in Salvatorem et sanctas imagines illatas contumelias ?
C parce mihi, Domine, si tam fœdum scelus enarro. O confusionem Christianorum, si Christi Dei injurias vindicare retardent ! Sacras Dei et sanctorum effigies humo prosternunt : quibus super, non modo crapulam, sed luxuriam complent. Crucifixum posthac per castra præviis tympanis deludendo deportant : sputis, blasphemiis, opprobriis iterum processionaliter crucifigunt : pileum Teucrale, quod Zarchula vocant, capiti superponentes, deridendo. Hic est Deus Christianorum. O Dei patientiam ! Bene videris iratus, bone Jesu, ut pro peccatis nostris tantas injurias iterum toleres indignatus.

Parta autem victoria, Turci Bacchanalia festosque dies celebrant ; quibus rex forte temulentior factus sanguinem Baccho misceri voluit humanum.
D Vocatis igitur ad se Chirluca cæterisque baronibus consularibus reprehensis, quod non suasissent imperatori, vel pacem petendam, vel dandam suæ ditioni urbem ; Chirluca, qui cogitaverat ejus gratiam captare, adversus Perenses Venetosque qui arma, milites consiliumque dedissent, culpam retorquere curavit, quorum gratia imperator resistentiam fecisset : volensque ille miser, qui semper gloriam mendaciis et schismate captare concupivit, iisdem artibus evadere, Calibasciam vetustiorem, loco et prudentia primum Teucri baronem, amicum admodum Græcis, quod crebris litteris ad imperatorem missis ejus animum a pacis consiliis detraxisset, utque fortis staret persuasisset, accusavit ; episto-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

lasque servatas in fide regi præsentavit. Quibus oppido commotus, terram Peræ, nescio nisi Deo revocante, et demoliri et trucidare disposuit. Calibasciam ex hoc primum vinctum mancipari turri, deinde omni auro et substantia privari; posthac in Adrianopolim translatum, vita privari jussit; cujus mortem lamento flebili ægre totus exercitus tulit. At Chirluca malitiæ pœnam non evasit: qui protinus perditis, primum in bello duobus liberis majoribus, alio impubere luxui regali reservato, coramque oculis tertio filio cæso, cum cæteris baronibus decollatur. Bailum itidem Venetorum, reliquosque delectos nobiles, et filium gladio exstingui jubet: consulemque Taraconensium, cum duobus; pariter etiam Catharinum Contarenum, virum humanissimum, cum sex nobilibus Venetis, jam primum redemptis, contra omnium fidem, nisi septem millibus aureorum vitam emissent, morte utique affecisset. Expletis autem Bacchanalibus, concessa licentia, traditis in captivitatem Græcis, forte patriam non visuris, in suas regiones Teucri revertuntur.

O miseros et miserabiles Græcos, qui Latinos prohibuere, ne sacra contrectarent, vel aris libarent suis, quas jam profanis et collimosis dederint: et qui unionem fidei contempserunt, jam quoque dispersi in unum peccati pœna convenire non possunt. Hæc recogita, Pater beatissime, qui vices Christi geris in terris, cujus interest tantas Christi et fidelium injurias ulcisci. Moveat te divina pietas, et miserere Christianitatis tuæ, qui scis et potes: cui ad nutum omnes Christiani principes vindicaturi Christianorum injurias facile obtemperabunt. Alias scito Teucrum in tantam jam superlatum pompam, ut non erubescat dicere, sinum Adriaticum penetrare, Romamque se venire velle. Moveat igitur te iterum, Pater beatissime, fides et sedes Petri; moveat Christi inconsutilis amictus, spongia, et mucro perditi, dilaceratæ sanctorum reliquiæ, ædes sacræ eversæ, et profanata sterquiliniis Dei templa.

Sed vide connexam pariter jacturæ tempestatem, ut Perenses dum urbem captam vident, in fugam quasi amentes vertantur. Fiunt ex ipsis qui nondum naves ascenderant Teucrorum fustis ad ripam incursantibus, in prædam: captivantur matres liberis relictis et eccontra. Alii æquore compressi merguntur, gemmæ sparguntur, et invicem se ipsos sine pietate prædantur: ut verum sit, quod fugit impius, nemine persequente. Quid dicam? o potestas Peræ! o pravum et insulsum tuorum consilium.

Oratores terrore concussi a Perensibus regi ut claves offerant, mittuntur. Ille perjucunde, intelligens quod potestatem non habeant, suscipit, in servosque fœderatos acceptat. Constituit Teucrum rectorem; ascribit fisco omnium perfugorum substantiam: turres murumque civitatis dirui jubet: obtemperant, et se ut salvi sint, ei neglecto Genuæ mandato mancipant, turrimque in cujus acumine Christi signum crucis, a quo et denominabatur, usque ad fundamenta everti tolerant: sicque qui liberi erant, pacemque tenebant, jam servi sunt non sine pœnitudine, a qua vix unquam liberari poterunt, nisi per te et ex te pontifice summo; quem ut Deus animet ad vindictam, oramus fidentius, supplicesque precamur. Datum ex Chio 16 Augusti, MCDLIII.

ISIDORUS S. R. E. CARDINALIS

NOTITIA.

Purpura docta, Monachii 1714, parte III, p. 105.)

Isidorus Thessalonicensis, monachus Sancti Blasii, et abbas Sancti Demetrii Constantinopolitani, archiepiscopus Ruthenorum, cum ad concilium Florentinum in consortio Bessarionis venisset, ac utriusque virtus, doctrina et pietas non modo ipsi pontifici Romano, sed et toti concilio quam maxime probaretur, ambo ab Eugenio IV, in ipso Patrum consessu in sacrum senatum allecti sunt, Isidorus quidem sub titulo presbyteri cardinalis SS. Petri et Marcellini; Bessarion sanctorum XII Apostolorum. Refert Alexander Guagnius Veronensis in sua Sarmatiæ Europæ descriptione, ubi de Ruthenorum, Moscovitarum aliorumque ejusdem Sarmatiæ populorum moribus, ritu ac religione agit, Isidorum cardinalem, postquam in synodo Florentina Ecclesias Ruthenicas, abjectis Græcorum ritibus, cum Romana Ecclesia univisset, pontificis jussu in Russiam reversum, ibique cum propositum suum, et rem jam conclusam exponeret, eosque ex verbo Dei ad unitatem et concordiam fidei instrueret, captum, et bonis omnibus spoliatum in carcerem conjectum esse. Fuere namque ii populi, ex quo semel ritus, et errores Græcorum imbiberunt, adeo eorum tenaces observatores, ut nullis cæterorum Græcismi professorum cesserint, multis etiam præcesserint.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

De Isidori vero cardinalis vitæ periculo, aliisque ærumnis apud Ruthenos perpessis distinctius agens Michovius, ait eum anno 1440 in Russiam missum una cum diplomatibus apostolicis plumbeis, et imperatoris Constantinopolitani aureis intrasse in *Sandech* oppidum Poloniæ feria VI Parasceves, ibique per Sbigneum episcopum Cracoviensem hospitio perhumaniter fuisse receptum, et ad celebrandum divina, more suo Græco, tanquam Ecclesiæ Romanæ reunitum, admissum Unionem tamen illam Ecclesiæ Latinæ cum Græca breviuscule durasse, Græcis, et Ruthenis illam irridentibus, et contemptui habentibus, atque inde, dum Isidorus cardinalis ad suos suffraganeos in Russiam, ac Moscham venisset, et illam unionem eis prædicaret, per principes Moschæ captum, et in carcere reclusum, rebus omnibus spoliatum fuisse: inde tamen paulo post, favente Deo, fuga elapsum, Romam rediisse. Hæc Michovius.

Transactis nonnullis Romæ mensibus, Isidorus ab Eugenio Constantinopolim missus est legatus ad imperatorem, ut concordiam, et Christianæ fidei fœdus, quam Græci cum Latina Ecclesia Florentiæ semel professi fuerant, sua adhortatione, præsentiaque sartam tectam servaret. Mortuo Eugenio, sub successore Nicolao V, eodem munere fungens, ibi permansit, unitati illi servandæ omnem operam adhibens. At cum Græci nihilominus in perfidiam atque hæresim fœde relapsi fuissent, certissima vindicantis Numinis punitione factum est, ut non multo post, die scilicet Spiritui sancto sacra (cujus per summam impietatem processionem ex Patre et Filio impugnaverant, validissimo Turcæ succineti exercitu, Constantinopolim, Orientalis imperii caput, et sedem expugnarent, et captam usque ad internecionem barbara immanitate vastarent. De cujus memorabili excidio, quoniam hic locus opportunus videtur, fusius disserere, haud alienum ab instituto existimo. Verum historiæ series, ut probe intelligatur, paulo altius repetenda venit.

Post cruentam illam pugnam, quam ad Varnam editam supra in Vita Juliani cardinalis memoravimus, Amurathes Turcarum imperator Adrianopolim reversus, Deo suo quæ victor fecerat, vota persolvit. Exin volvens animo, regni curas veræ felicitatis expertes esse, inconstantiam quoque fortunæ prudenter veritus, quæ nulli perpetuo bona est, accersitis provinciarum majoribus, Mahumetem ex liberis suis natu majorem pro se regem constituit. Ipse privatam dilegens vitam in Asiam profectus, cum paucis voluptarii sui otii comitibus religioni cuidam solitariæ sese addixit. Calibassa, inter satrapas Turcarum opibus et auctoritate major, Mahumeti regi declarato quod nondum per ætatem aptus esset imperio, gubernator datus, elongato Amurate omnia administrabat. Reliqui Amuratis filii numero sexdecim, ne quas Mahumeti ad imperium elato turbas in regno excitarent, more gentis necati sunt.

A Effluxit deinde non parvum tempus, in quo nec Hungari Turcas, nec Turcæ Hungaros armis lacessere præsumpserunt: sua quemque calamitas domi attonitum tenuit: cruentissima quippe Varnensis pugna vires utriusque partis eliserat. Nec Turcis, neque Hungaris ex bello idoneus erat; hos Huniades, illos Calibassa alieno nomine gubernavit: ferocior Huniades, reique militaris peritior, ignominiam Varnæ acceptam oblivisci non potuit. Unde dies noctesque meditabatur, quonam pacto abolere infamiam, et resarcire damna maxime posset. Spem bene gerendæ rei Turcarum quies præbuit, qui jam pridem nullum belli apparatum ostenderant, vires illis atque animos defuisse ratus, tempus idoneum existimavit in quo pristinam B recuperare gloriam posset, Turcasque pessumdare, quibus si adsint exercitus, imperatorem tamen prorsus defuturum arbitrabatur, nec magis existimandum exercitum sine duce, quam ducem exercitu carentem. Coactis itaque repente copiis ex Hungaria, accersitis etiam Bohemorum auxiliis, mercenariorum quoque militum non exigua manu conducta, ducere exercitum in Turcas statuit, quos prius aggressurum, atque confecturum credidit, quam novissime ex Hungaria nuntiaretur: eam rebus gerendis solertiam ac celeritatem adhibuit. Consilium ejus Gregorius Serviæ despota præter fidem datam Turcarum ducibus patefecit, magnumque genti periculum imminens, majus ostendit.

Perculsi eo nuntio Turcæ quid agerent non satis C intelligebant. Amurathes jam senior religioni atque otio, ut ante diximus, addictus, regni curas abjecerat. Mahumetes ætate minor, tantam belli molem ferre posse non credebatur: Calibassæ defuturam obedientiam putabant, qua nihil est in bello magis necessarium. Trepidare igitur, æstuare, modo huc, modo illuc fluctuantem animum convertere, nullum consilium satis placere hærentibus in deliberatione satrapis, nihil tandem salubrius visum quam revocare ab otio Amurathem; neque veterani sub alio militaturi credebantur, nec fortunam belli cunctandam arbitrabantur, quam sub eo qui vincere consuesset. Hujus sententiæ Calibassa auctor fuit. In qua re Mahumetis animum vehementer offendit, cu- D pientis in ea expeditione sese virum ostendere; verentisque ne imperium amitteret, si pater iterum regnum assumeret: ut sunt hominum mutabiles voluntates. Missi ergo legati Amurathem revocavere, qui comparato terribili mox exercitu in hostem profectus, non aliter quam si ad prædam pergerent, alacres milites duxit.

Jam Huniades cum copiis Sophiam transierat, prostratisque qui occurrerant locorum præfectis, hostiles agros late populatus, loco qui Basilia vocatur castra posuerat, cum adventare Amurathis exercitus nuntiatur. Non exspectavit Huniades provocari, prior ipse sublato clamore pugnam iniit. Commisso prælio anceps diu certamen hæsit. Qua parte pugnavit Huniades, fusi hostes terga dedere,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nec parva strages edita : pari modo et Amurathes in cornu suo victor Hungaros fudit. Postremo cum victor victorem incurreret, non tulerunt Christiani Turcarum impetum, qui quanquam virtute præstarent, numero tamen superati, non tam victi quam multitudine oppressi ac lassi compulsi sunt cedere. Huniades postquam suos neque minis neque precibus sistere posset, cum paucis suorum ex bello profugit. Multi Hungariæ proceres, et nonnulli Ecclesiarum antistites in eo prælio cecidere. Fidelium viginti millia desiderata sunt, nec minor hostium occisorum numerus erat. Emptam multo sanguine victoriam Amurathes domum retulit : neque fugientes Christianos insecutus est, neque gloriabundus inter suos magnifica verba jactavit, neque ut ante assueverat, hilarem vultum ostendit. Interrogatus, quidnam tristior esset, et cur non victis hostibus exsultaret ? *Nollem*, inquit, *sæpius hoc modo vincere :* jubensque vasa colligi, copias quæ superfuerant, domum remisit. Nec diu postea relicto Mahumeti imperio ad otium reversus, enervatis ex venere viribus obiit, anno salutis 1451, ætatis 63, imperii 32. Corpus ejus more majorum in Bursa sepultum. Ea est Bithyniæ civitas, et Asiatici regni caput. Paulo antequam excessisset, Amurathes uxorem duxerat, filiam Sponderbei nobilis in Penderacia satrapæ, ex qua natum filium nomine Chilapium, sextum tum agentem mensem, Calibassæ moriens commendavit. Ille Mahumetis gratiam perfidia initurus, et matrem et puerum ei prodidit. Mahumetes accersitis triginta, ut aiunt, matronis, quæ puerum cognoscerent, postquam certam Amurathis sobolem esse constitit, strangulatum matri filium reddidit, funusque regio more fraternum duxit, auspicia regni fratricidio consecrans. Heu ! quam felicius apud Turcas privatis quam regibus liberi nascuntur !

Mahumetes igitur defuncto Amurathe gubernacula imperii ex voto adeptus, instituta majorum pro ingenio correxit. Leges ipse suas domi forisque tulit, ærarium locupletavit, nova vectigalia excogitavit, copias auxit, inque proceres suspectos et aulicos sævire ac contumeliose agere cœpit. Hic est ille Mahumetes hujus nominis II, qui Constantinopolitanis bellum intulit, de quo nunc referre præeunte Ænea Sylvio haud alienum fuerit. Volverat jam pridem animo Mahumetes, quonam modo Constantinopolim alteram in Oriente Romam sibi subigere posset ; neque enim ad suam gloriam pertinere arbitrabatur, urbem in medio Turcarum sitam esse, quæ suo imperio non pareret, tantoque majus inde nomini suo decus accedere, si eam urbem expugnaret, quanto progenitores sui idem conati, turpius a cœptis destitissent. Cum paucis igitur iisque fidissimis communicato consilio, castellum juxta littus ad ostium Bospori paulo ab urbe remotius, aliud dissimulans, incredibili celeritate exstruxit atque munivit : bellum deinde urbi non modo indixit, sed contra multa fœdera, contra jusjurandum perjurus etiam intulit, simul et gerere cœpit. Senserant ejus animum Græci, diffidentesque suis viribus, hortatu maxime Isidori cardinalis, ad Latinorum opes confugerant, jugibus lacrymis eorum auxilia et implorantes et exspectantes. *At surdæ, proh pudor ! nostrorum principum aures fuere* (inquit ingemiscens hoc loco Æneas Sylvius), *clausi loculi ; cæci oculi, qui cadente Græcia, ruituram Christianæ religionis reliquam partem non viderunt, quamvis privatis quemque aut odiis, aut commoditatibus intentum, salutem publicam neglexisse crediderim.*

Mahumetes interea coactis undique copiis, mirabili apparatu, formidando animo et impetu, terra marique regiam urbem aggressus, cuniculis ac latentibus fossis altissime actis, aggere late edito, ponte, qua Peram oppidum versus mare muros alluit urbis, longitudinis ad duo millia passuum raptim exstructo, turribus ligneis eo usque erectis, ut muros quamvis altissimos excederent, machinamentorum, tormentorumque multiplici adhibito genere oppugnata est urbs, defensaque summis utrinque viribus. Non paucis post diebus ad extremum voce præconis totis castris inclamatum est : *Quinto Kalendas Maii milites omnes jejunium sanctificent, sequente die in armis adsint, urbem extremis viribus oppugnaturi, triduo civitatem militum direptioni futuram.* Constituta die jejunium ad noctem usque servatum : exin lucentibus stellis invitationes ac convivia passim habita, et quisquis amicum, propinquum, notumque habuit, cum eo hilaris epulatus est ; atque ubi satis helluatum, tanquam se deinceps nunquam visuri essent, amplexati exosculatique simul ultimum vale dixerunt. In urbe autem sacerdotes ad instantiam Isidori sacras imagines ferentes, sequente populo, urbem lustrare ; auxilium de cœlo petere, corpora jejuniis affligere atque orationibus universi cives intendere, subsecuta nocte ad sua quisque loca defendenda redire.

Erant muri urbis et altitudine et crassitudine toto orbe celebres, sed ob vetustatem et Græcorum incuriam pinnis ac propugnaculis nudi, antemuralia vero opportune communita. In his Græci salutem posuere. Armati milites inter muros et antemuralia pugnam sustinere decreverunt. Triangularem pene urbis formam fuisse tradunt : duas partes alluit mare : nec muri desunt ad propulsandos navales impetus idonei. Quod reliquum est, ad terram vergens post alta mœnia et antemuralia ingenti clauditur fossa. Cœptum est prælium paululum ante lucem, cum miles Turca periculi quam moræ patientior esset, ac vulnera et sanguinem prædarum dulcedine pensaret. Pugnatum est in tenebris majore Turcarum pernicie, in quos tela superne vibrabantur. At postquam illuxit, dato signo undique non solum Constantinopolis, sed et ipsa etiam Pera, ne quid auxilii Græcis præstaret, oppugnari cœpta est. Sua cuique legioni murorum pars ac portarum attributa, ut discretus labor fortes atque ignavos distingueret, et ipsa

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

contentione decoris militum virtus magis ac magis accenderetur. Pari modo et navales socii attributas partes invadere jussit. Admoventur urbi ligneæ turres. Convectant milites dolabras, falces scalasque. Et jam elatis super capita scutis, densa testudine succedunt. Græci saxorum pondera provolvunt, disjectam atque fluitantem testudinem lanceis contisque perscrutantur, donec soluta compage scutorum, exsangues lacerosque prostraverunt. Fit strages magna : et jam Turcæ deficientibus animis languidius pugnant. Sed adest Mahumetes fortissimum quemque nominatim vocitans, utque in prælium redeant, adhortatur : hos præmiis allicit, illos minis deterret. Instauratur ex integro certamen : Turcæ rursus subruere murum, portas quatere, innixi humeris, et super iteratam testudinem scandentes prensare hostium tela brachiaque nituntur : iterum integri cum sauciis, semianimes cum exspirantibus evolvuntur. Cernitur varia pereuntium forma, et plurima mortis imago.

Inter hæc Joannes Justinianus, apud Genuam Ligurum metropolim nobili loco natus, qui superioribus diebus solus urbem defendisse videbatur, graviter vulneratus, ubi fluitare sanguinem suum animadvertit, ne cæteros deterreret, remedium quærens, clam sese pugnæ subduxit. Sed Constantinus imperator, ut abesse Justinianum cognovit, quo ierit percontatur ? Proditum, ac inventum, ne pugnam deserat, enixe rogat. Ille nihilo magis flexus, aperiri portam jubet, qua curaturus vulnus in urbem redeat. Erant enim obseratæ urbis januæ, quibus ad antemuralia patebat iter, ne qua fugiendi facultas militi esset, ac propterea fortius hosti resisteret : fit interea remissior defensio, quod Turcæ advertentes, instante maxime Mahumete, acrius incumbunt. Et quoniam pars muri jam tormentis æneis disjecta, fossam magna ex parte oppleverat, per ruinas ipsas scandentes, antemurale conscendunt, Græcosque perterritos loco deturbant. Porta, quæ Justiniano sauciopatuerat, omnibus aperta fugam profusiorem reddit. Tunc Constantinus, non ut imperatorem decuit, pugnando, sed fugiens in ipsis portæ angustiis, cum cecidisset, erumpentium multitudine oppressus, calcatusque interiit. In tanta multitudine pugnatorum duo tantum reperti sunt, qui se viros ostenderint, alter Græcus, alter Dalmata, Theophilus Palæologus, et Joannes Sclavus, qui fugere turpe arbitrati, cum diu incredibili vigore Turcarum impetum sustinuissent, multosque obtruncassent, denique non tam victi quam vincendo fatigati inter cadavera hostium occubuere. Justinianus in Peram ægre eluctatus, cum tumultibus perturbata omnia, nec, quem maxime quærebat, medicum invenissset, inde Chium navigavit, ibique seu ex vulneris acerbitate, seu ex animi mœstitia in morbum incidens, inglorius vitam fluivit : felix profecto multumque laudandus, si in ipsis oppugnatæ urbis mœnibus animam exhalasset. In ingressu portæ octingenti eoque amplius milites ex Latinis Græcisque periere, partim vulneribus a tergo confossi, partim conversione oppressi. Et jam hostis superiorem murum tenebat, saxaque in cives devolvens, ingredientibus suis auxilio erat.

Hoc modo capta urbe, cæsis omnibus qui resistere ausi sunt, in rapinas catervatim est itum. Erat victorum infinitus prope numerus, in libidinem et sævitiam corruptior : non dignitas, non ætas, non sexus quemquam protegebat. Stupra cædibus, cædes stupris miscebantur. Senes exacta ætate, feminas viles ad prædam in ludibrium trahebant : ubi adulta virgo, aut quis forma conspicuus incidisset in manus rapientium, divulsus ipsos postremo direptores in mutuam perniciem agebat. Dum pecuniam, vel gravia templorum dona sibi quisque traheret, majore aliorum vi truncabatur. Cumque in exercitu maximo ac dissono, ex civibus sociis atque externis conflato, diversæ linguæ, varii mores atque cupidines essent, aliud cuique fas nefasque, nihil illicitum toto triduo Constantinopoli fuit. Templum Sophiæ, Justiniani Cæsaris opus, toto orbe decantatum, et cui comparari alterum eo tempore non potuit, nudatum sacra supellectili, ad omnes spurcitias patuit : namque illuc vi pertractæ captivæ virgines sacræ atque profanæ, viduæ atque matronæ, decennes etiam pueri atque puellæ, inexplebili spurcissimorum canum libidini et luxuriæ, donec efflarent animas, inservire sunt coactæ. Ossa martyrum, quæ fuerant in illa urbe pretiosissima, canibus objecta et suibus. Sanctorum imagines aut luto fœdatæ aut ferro deletæ, altaria diruta atque eversa. In reliquis templis aut lupanaria meretricum facta, aut equorum stabula. In sacratos Deo viros, religiosos ac sacerdotes ita fœde sævitum est, ut modus detestabilis, quo vexati atque enecti sunt, neutiquam honeste referri queat. Ad hæc adacti sunt servi verberibus atque tormentis, dominorum abdita scrutari ac eruere; inventi hac arte maximi thesauri, quos in ipso belli principio infelices suffoderunt cives. Quibus, si pro defensione urbis usi fuissent, suam haud dubie vitam, patriæ libertatem servassent. Sed avaro in aurum nulla potestas. Ipsi interea auro emuncti, ac more pecorum in castra protracti, post ludibria ad unum omnes vario mortis genere interfecti sunt. Simulacrum Crucifixi, quem colimus, et verum Deum esse fatemur, (horrendum dictu, atque auditu) tubis ac tympanis præeuntibus, raptum ex urbe hostes ad tentoria deferunt, sputo lutoque fœdant, et ad nostræ religionis irrisionem iterum cruci affigunt : exin pileo, quem sartulum vocant, capiti ejus imposito, corona undique facta succlamant : *Hic est Christianorum Deus ;* tum lapides, lutumque jactantes miris dehonestant modis. Sed nihil hæc obsunt Deo nostro cœlum tenenti, inquit hoc loco Æneas Sylvius, nec majestatem ejus quoquo modo imminuere possunt, cujus ea est gloria, ea sublimitas, ea beatitudinis perfectio, ut nec

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

laudibus humanis extolli, nec humiliari vituperiis pravorum possit. Nos ista lædunt, atque confundunt, qui per ignaviam atque desidiam, dum veri Dei cultum perire sinimus, et in hoc sæculo bonum nomen, et in altero spem salutis amittimus. Quin igitur positis bellis coeuntes Christiani hanc tantam injuriam vindicamus?

Post hæc convivatus Mahumetes, cum solito plus vini adhibuisset, ut sanguinem truculentus mero adderet, principes optimatesque civitatis captos, inque conspectum admissos postquam probe illis illusisset, crudelis et sanguinarius carnifex fœde miserque jugulari jussit. Sirelucas princeps alti sanguinis, qui apud Constantinum plurimum poterat, cæso ante oculos majori filio, altero, quod speciosus esset, ad illicitos usus reservato, securi percussus est. Duo ejus alii filii occiderant in bello. Uxorem imperatoris Constantini, filias, primasque aulæ virgines, ac matronas principes jussit tyrannus in convivium adduci. Ibi primum ab ipso Mahumete, aliisque ejusdem satrapis constupratæ, posthac nihil valentibus precibus in frusta dissectæ sunt. Caput Constantini ab invento cadavere desectum, hastæque affixum, ut omnibus ludibrio esset, per urbis compita et castra maximo cum probro circumlatum est. Ferunt, qui copias Mahumetis compertas habuere, trecenta fuisse millia pugnatorum, qui urbem nobilissimam a terra oppugnarint; a mari triginta millia, trecentis velis adnotatis. Atque ita expugnata quinquagesimo sexto ab obsidione die Constantinopoli, imperium Christianorum imperatorum in Oriente anno salutis 1453 finitum, nobile et antiquissimum : quod sub potestate fidelium annis duraverat nonaginta et uno supra centum et mille. Et quod notatu dignissimum, Constantinus Magnus Helenæ filius, primus illud fundavit, et erexit : alter vero Constantinus XV imperator, itidem Helenæ filius, illud amisit : ut initium fini concordaret.

In hac calamitate, et publico nobilissimæ urbis excidio Isidorus cardinalis, pontificius ea tempestate ad Constantinum legatus, a Barbaris ad necem quæsitus, quo se præsentissimæ cladi eriperet, fervente tumultu mutatis propere cum jacentis cadavere vestibus, ac fugientium turbæ immistus urbe excessit incolumis. Verum, qui mentito cultu mortem effugerat, haud pari fortuna servitutem evasit : siquidem ab insequentibus victoribus captus, et quis esset ob rasum mentum vestemque peregrinam non agnitus, nihilominus in servitutem abductus est. Interea cadaver, quod purpuratum Ecclesiæ senatorem ex injecta Isidori veste mentiebatur, qui desi-

A deratorum numerum inibant, ac corpora passim jacentia explorabant, ingenti elati gaudio repererunt, et ejusdem præcisum caput roseo contectum pileo hastæ infigunt; ac clamante præcone, *Illud esse caput cardinalis Rutheni*, per captæ civitatis compita viasque multa cum irrisione circumferunt. Ille interim vivus apud Turcarum principem sordidis destinatus ministeriis latebat. Qua servitute non multo post (quod vilis homuncio crederetur) persolutis trecentis asperis exemptus, transverso cursu Romam pervenit. Ubi a Nicolao V Pont. Max. multis muneribus in vicem laborum donatus, trino sensim episcopatu, nimirum Sabinensi, Corphiensi, ac Nicasiensi, auctus est : quibus cum novem circiter annis summa vitæ integritate atque prudentia præ-
B fuisset, tandem anno 1463, die 27 Aprilis naturæ debitum Romæ exsolvit, magno omnium luctu post obitum conditus ad Sanctum Petrum in Vaticano.

De Isidoro cardinale agens Laonicus Chalcondylas hæc habet : *In hac rerum turba miserabili* (loquitur de urbis Constantinopolitanæ direptione) *captus est cardinalis Isidorus Sarmatarum antistes, qui ductus in Galatium urbem venditus est, sed conscensa navi profugit in Peloponnesum. Si rex Turcarum virum hunc novisset, videlicet quod cardinalis esset, certe eum interfecisset; cum eum inter cæteros occisum putaret, nullam ejus rationem habebat.* In concilio Florentino sub Eugenio IV celebrato, processioni Spiritus sancti ex Patre et Filio, tertius
C post imperatorem Græcorum pro Dorotheo patriarcha Antiocheno his verbis subscripsit : *Isidorus metropolita 'Kioviensis totiusque Russiæ, et locum tenens apostolicæ sedis sanctissimi patriarchæ domini Dorothei satis habens subscripsi.* In eadem synodo pluries Isidori mentio ingeritur; sessione 25, cum de processione Spiritus sancti ageretur, Isidorus ante Bessarionem dixit : *Dicimus Spiritus sancti processionem Filio quoque tribui non solum a Patribus Occidentalibus, sed etiam Orientalibus. Quapropter æquum est, ut sanctos nostros sequentes cum Romana Ecclesia conjungamur.*

Erat autem Isidorus cardinalis vir undecunque doctissimus, theologus Græcorum insignis, in divinis Scripturis apprime versatus, ingenio subtilis et acer,
D in dicendo nervosus et gravis : ejus facundiam tanquam ex ungue leonem, ex epistola, qua in Thracia Byzantii direptionem et acerbum funus luxit, Paulus Cortesius de cardinalatu perspectam habuit. Dictus alicubi *facundus Græcorum doctor, et gentis decus.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ISIDORUS

CARDINALIS RUTHENUS, EPISCOPUS SABINENSIS LEGATUS PONTIFICIS,

UNIVERSIS CHRISTIFIDELIBUS.

(Reussner, ubi supra, p. 104.)

Audite, omnes gentes, audite et auribus percipite, qui habitatis orbem [1]. Audite hæc omnia, qui fidelem orbis partem incolitis, ministri, pastores et principes omnium Ecclesiarum Christi : universi quoque reges ac principes Christicolæ, ac universus Domini populus cum religiosis cunctis. Audite, inquam, et notum sit vobis, quod præcursor veri Antichristi, Turcorum princeps et dominus, servus autem tot dæmoniorum, quot vitiorum, cujus nomen est Mahumet, inimicus crucis Christi, hæres rei et nominis illius primi pseudoprophetæ, et latoris legis spurcissimæ Agarenorum, filius Satanæ omnium flagitiosissimus : qui furiis invectus et insania, sanguinem Christianorum sine intermissione sitit ; nec exstingui valet ejus sitis post eorum innumeras cædes ; tantoque odio contra Christum et membra ejus movetur, ut eradere nomen ejus de terra nitatur ; et inspecto aliquo Christiano sibi obviante se inde existimat sordidatum, ut oculos abluat, et os, immundum se profitens prius. Hoc igitur tam terribile et horrendum monstrum, exigentibus demeritis Christianorum, justo Dei judicio, in eos sævire ac grassari permissus, civitatem imperialem Novam Romam, olim felicissimam, nunc miserrimam, et omni calamitate oppressam, Constantinopolim, diu obsessam cepit, expugnavit, spoliavit omnibus bonis, et pene delevit.

Quis autem (ut verbis utar prophetæ [2]) dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum, ut plorare valeam die ac nocte interfectos populi illius, et sceleratissima sacrilegia in ea captura perpetrata ? Quis hujus horribilitatis memor non obstupescat ? non lethargicus fiat ? non præ dolore obmutescat ? Nec tamen cuncta enormia explicabo, ne piæ aures audire refugiant : sed ex paucissimis relatis cogitentur alia. Hic nefandus tyrannus nominibus blasphemiæ plenus, civitate recepta, post decapitationem imperatoris, cum omni sua progenie et nobilitate, plurimos ferreis manicis et compedibus alligatos, ac collis eorum funibus cinctis, extra urbem deduxit : milites ejus nobiles, plebeios, monachos et monachas, mares et feminas, virtute et conditione præclaros, vituperabiliter detractos, multis injuriis affecit. Ubi Turcæ contumeliis opportunas personas ut meretriculas et in lupanari prostitutas trahebant ; talia et tanta contra eas agebant, quanta de brutis animalibus, et qualia sine rubore fari minime quis valeat : adolescentulos utriusque sexus a parentibus segregabant, et divisim de eis pretio negotiabantur : infantes coram genitoribus suis ut agniculos mactabant ; matres filiis, et geniti genitricibus privabantur : germani a fratribus, uxores a viris, nurus a socrubus lugentibus et ululantibus segregabantur : disjuncti consanguinei et amici in diversis regionibus servi venditi ducebantur. O quam amaræ lacrymæ ! o quanta suspiria ! o quot clamosi singultus inter amicos et notos, quæ miserabiles voces emittebantur inter tantas cædes, servitutes, expulsiones et contumelias ! Principes, barones et domini, bubulcorum, porcariorum, homuncionum effecti sunt famuli ; intra decennium pueros ad ritus suæ perfidæ sectæ compellebant.

Heu ! quomodo obscuratum est aurum fulgidum sapientiæ per tenebras ignorantiæ : aurum dignitatis per ignobilitatem servitutis ! quomodo mutatus est color optimus Græcæ eloquentiæ in barbariem Turciæ ! Lapides sanctuarii, si qui erant constantes in fide, dispersi sunt in capite omnium viarum jacentes prostrati. De cæteris taceamus, quæ humana sunt, sed de injuriis, subsannationibus, contumeliis, opprobriis scelestis erga divina quæ lingua valeat explicare ? quis intellectus capere ? quæ aures patienter audire ? Ni fallor, numquam ita inhonoratus Deus. Deus, venerunt gentes gehennæ deditæ in hæreditatem tuam, quæ Israel est te videns per fidem. Polluerunt templum sanctum tuum, ecclesiam nobilissimam S. Sophiæ una cum aliis : imagines Domini nostri Jesu Christi, et Matris ejus, Virginis gloriosæ, et sanctorum ac sanctarum Dei, insignia vivificæ crucis conspuentes, confringentes, conculcantes ; sacrosancta Evangelia, Missalia et reliquos ecclesiæ libros dilacerantes, deturpantes, comburentes ; sacras vestes sacerdotum, reliquaque ornamenta ecclesiæ scindentes, ad indumentum suum et ornatum sumentes, vel pro vili pretio conferentes ; vasa Domini et ejus cultui

[1] Joel. I, 2. [2] Jerem. IX, 2.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dedicata, in eis comedentes et bibentes, in reliquum conflata, ad profanos usus transferentes.

Posuerunt denique carnes sanctorum tuorum, morticina servorum tuorum, reliquias beatorum corporum, escas volatilibus cœli : dispergentes hinc inde carnes sanctorum tuorum, quos occidebant, bestiis terræ : non erat, qui sepeliret. Altaria suffoderunt, invocantes nomen maledicti Mahometi, laudantes eum de victoria.

Omitto præ pudore, quod mingebant, stercorizabant, omnia vituperabilia exercebant in templis, imaginibus et reliquiis sanctis ; sancta canibus dabant ; margaritas sacramentorum ante porcos projiciebant. Dum hæc recolo, totus ex horrore contremisco : nec ulterius stylo exarare queo illorum piacula, et fidei Christianæ religionis irrisiones et dedecora injecta. Monasteria tam monachorum quam monialium invadentes omnia diripiebant, ejicientes illos de habitationibus suis, xenodochia infirmorum destruebant. Etsi de multis et magnis excidiis ac exterminiis civitatum historiographi etiam gentilium referant, fere nulla posset desolationi hujus coæquari. Nullum incolam intra urbem reliquerunt : non Græcum, non Latinum, non Armenium, non Judæum ; urbem ipsam suis civibus nudatam, quasi desertam effecerunt ; ipse eorum actus et opera propriis oculis vidi, et cum aliquibus constantissimis viris una plura perpessus sum mala et pericula : licet de manibus eorum me eripuerit Deus, ut Jonam de ventre ceti.

Expugnata Constantinopoli Peram non multum inde distantem occuparunt : mœnia ejus ad solum usque deducentes. Ex campanis ecclesiarum bombardas conflaverunt : crucem, quæ erat in cacumine turris ejus, cum ipsa turri contriverunt : rempublicam ad nihilum reduxerunt ; judicem et principem ejus Turcum constituentes ; pedagia, quidagia, impositiones et gravamina illic applicantibus vel permanentibus suapte voluntate statuerunt.

A Iis atrocissimis rebus non contentus callidissimus et cruentissimus Mahometus, Christicolarum summus inimicus, ad ulteriora se extendit : et triremes inter magnas et parvas jam centum septuaginta præparavit, et ad mare Ægæum misit ad insulas Cycladas sibi subjiciendas.

Exinde se præparat cum infinito exercitu ad tres urbes notabiles et potentes prope Danubium sitas transmigrare, easque expugnare : unam quam Periston nuncupamus, alteram Forabium, tertiam Bellogradum, intendens post totam percurrere Ungariam, eamque spoliare, devastare, conterere : ut neminem retro se dimittat impedire ad alia loca proficisci volentem. Quin etiam ad Italiam quam citius transmigrare contendit, præparare quoque conatur galeas magnas et parvas trecentas, naves magnas viginti, pedestrium et equestrium exercituum ultra centum millia : et sic a Dyrrhachio Brundusium transire contendit, quæ civitas sita est in regno Apuliæ.

B

Quapropter deprecor, exoro atque exhortor vos omnes Christicolas, ut zelo fidei et Christianæ religionis pro vestra libertate gladio accingamini contra tam diros hostes divini cultus, et omnis sanctimoniæ, et vitæ moralis : et primo quidem abjicientes omnem dissensionem atque æmulationem, remittentes invicem offensas, sicut et Christus donavit omnibus, pacem et unionem summopere inter vos amplectamini : ut uniti et fortiores inde effecti, confidentes in adjutorio Altissimi (cujus est victoria et bellum, non multitudinis) ipsum Satanam cum satellitibus suis sub pedibus vestris conterere valeatis. Licet enim in multitudine confidat, et feritate suorum, plures tamen sunt, qui nobiscum sunt : imo Dominus ipse militiarum, pro cujus fide et religione pugnatis, ita ut centum ex vobis persequi et superare valeant mille ex illis, et mille ex vobis decem millia. Ignavia enim et imperitia belli eis innata.

C

Peræ ; anno Christi 1452.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

JOANNES PLUSIADENUS

SEU,

POST SUSCEPTAM EPISCOPALEM CURAM,

JOSEPHUS METHONENSIS EPISCOPUS

NOTITIA

(Fabricii Biblioth. Gr. ed. Harles, tom. XI, p. 458.)

Joannes Plusiadenus, archipresbyter, non diu post concilium Florentinum an. 1439 habitum composuit *Dialogum de differentiis inter Græcos et Latinos et pro concilio Florentino*. Ex eo plura Allatius p. 617, 753 seq. 1106 seq. de consensu ; et de purgatorio, p. 27, 78, etc. Integrum ex bibl. Ambrosianæ codice edidit Græce et Latine tom. I. *Græciæ Orthodoxæ*, p. 583-654. Colloquuntur *Pius* sive Catholicus, Manuel Mongus ; *Rhacendyta*, Bulgares ; *publicanus*, Joannes Damasænus, et *unus e duodecim sacerdotibus qui unionem amplexi fuerant*, Joannes Plusiadenus, præsentibus *auditore* Georgio Phaliero, *teste* Joanne Tzurdune et *dicæocrita* Antonio Sagredo. Incipit : Ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος ἔγκειται. (*Fabric.*) Conf. H. Warthon. suppl. ad Cavei *Hist. lit. SS. eccl.* p. 167, ad ann. 1450, qui arbitratur, Joann. Plusiadenum diversum esse a Josepho Methonensi ; secus sentit Oudin. in Comm. de SS. eccl. tom. III, p. 2422 sq. ad a. 1440, a quo dicitur Josephus Methonensis episcopus. — Joan. Plusiad. epist. inedita *De charitate*, Paris. in bibl. publ. cod. 2500, n. 10. — *Canon* concilii Florentini, Oxon. in bibl. Bodlei. cod. Barocc. 145 ; Taurini in cod. reg. cod. 186 et in eod. cod. *synaxarium*. V. Cat. codd. Gr. Taur. p. 273. sqq. ubi *canon* s. hymnus in octavam synodum Florentiæ habitam, Gr. cum Lat. versione, et p. 277, sqq. *Synaxarium*, s. brevis narratio eorum quæ in concilio Florentino a. 1439 gesta sunt, primum prodierunt in lucem — *Florent.* in bibl. monasterii Annuntiatæ Josephi, episcopi Methones, Apologia ad lib. Marci Ephesini ; V. Montfauc. *Diar. Ital.* p. 365. (*Harl*).

Hic idem episcopus deinde Methonensis, post susceptum episcopatum Josephi nomen sibi ascivit, ut notat Allatius, p. 933 *De consensu*, et ad calcem tomi I *Græciæ Orthodoxæ*, testatus sub nomine Josephi Plusiadeni, episcopi Methonensis, exstare *conciones in dies Quadragesimales jejunii*, dialecto Græcorum communi conscriptas et testimoniis Latinorum Patrum refertas. Hujus Josephi Methonensis *Apologeticus pro synodo Florentina adversus Marcum Ephesium*, sæpe editus cum Caryophylli versione ad calcem actorum illius synodi, ut tomo ult. edit. Conciliorum Binianæ p. 667. ; et Labbei tom. XIII, p. 677 ; et Harduini, tom. IX. p. 549. Incipit Ὁ αἰδέσιμος οὗτος ἀνήρ. Pag. 555, 559, citat Georgium Aristinum historicum ; et p. 558, 559, 563, Marcum Ephesium, narrat, a Juliano S. Sabinæ cardinali confutatum, nec non p. 578, a fratre Joanne. Pag. 570 et 575, 582, 599, 594, arguit Marcum argumenta sua mutua sumpsisse a Photio, Psello, Phurnio, Camatero, Moschamparo, Bulgario, Nicolao Methonense, Panareto, Cabasila et Palama, et similibus schismaticis. Simeonem Metaphrastem novum theologum laudat, p. 574, et Tarasii CPol. Epistolam ad episcopos Orientis, nec non Anastasii Sinaitæ Sermonem de rectis dogmatis veritatis, et pag. 583, Scholarii tres Orationes pro unione ecclesiastica ad confirmandam Isidori Russiæ præsulis sententiam, et Bessarionem p. 587. Sed *Apologia pro quinque capitibus synodi Florentinæ*, quam scripsisse Josephus se profitetur, lucem non vidit. [Exstare tamen illam, at falso sub nomine Gennadii editam, Lat. Dilingæ 1581, 8, Græce

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Romæ 1577, et lingua Gr. vulgari cum versione Lat. Romæ 1628, 4, censet Oudin (1) De Apologetico edito conferendus Allatius Exerc. IX. contra Creyghtonum. *Antirrheticum secundum contra Marcum Ephesinum* citat Nic. Comnenus, p. 292, 306 et 397, Prænot. mystagog.

(1) Et merito. Vide Monitum nostrum Apologiæ præfixum, infra. Edit.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΠΡΩΤΟΙΕΡΕΩΣ

ΤΟΥ ΠΛΟΥΣΙΑΔΗΝΟΥ

Διάλεξις γενομένη μεταξὺ Εὐλαβοῦς τινος, καὶ Τελώνου, Ῥακενδύτου τε, καὶ ἑνὸς τῶν δώδεκα ἑνωτικῶν ἱερέων, παρόντων καὶ ἑτέρων τριῶν ἐκείσε, Ἀκροατοῦ δηλονότι, Μάρτυρος, καὶ Δικαιοκρίτου.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΤΗΣ ΟΥΣΗΣ ΜΕΣΟΝ ΓΡΑΙΚΩΝ ΚΑΙ ΛΑΤΙΝΩΝ

ΕΤΙ ΤΕ ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΓΙΑΣ ΣΥΝΟΔΟΥ ΤΗΣ ΕΝ ΦΛΩΡΕΝΤΙΑ ΓΕΝΟΜΕΝΗΣ.

JOANNIS ARCHIPRESBYTERI

PLUSIADENI

Disceptatio inter Pium quemdam, Publicanum, Rhacendytam, et unum ex duodecim sacerdotibus qui unionem amplexi fuerant, præsentibus et aliis tribus, Auditore videlicet, Teste et Dicæocrita

DE DIFFERENTIIS INTER GRÆCOS ET LATINOS,

ET DE SACROSANCTA SYNODO FLORENTINA.

(L. Allatio interprete in Græc. orthod. t. I.)

PRÆMEDITATIO.

Dei timor in animis omnium hominum insidet, fidemque orthodoxam aperto capite, et libere, liceanterque pronuntiat. Quapropter non tantum eloquentiæ alumni, et qui disciplinis operam navant, sed imperiti etiam, et rerum omnium rudes, et verbo et opere prædicare, atque eam defendere debent, et pro ea ad profusionem usque sanguinis in certamen atque discrimen devenire; si modo cœleste regnum terrenis hisce, et temporalibus æterna, et corruptibilibus incorruptibilia præponunt. Quemadmodum hoc tempore accidit indocto cuidam, pio tamen, cum Publicano, cui non unum idem et synodo conveniebat, in sermonem venire. Namque cum ambo satis commode disseruissent, et paulatim ad sublimiores sententias proveherentur, Publicanus dubitans, hæsitansque Rhacendytam accivit, qui daret operam adjutabilem. Verumtamen Pius audiens respondensque, et sermocinationibus illius pedetentim ambigens ex duodecim unioni addictis sacerdotem advocat, et hoc modo ambo præsentibus aliis tribus disputationem prosecuti, dialogo finem fecerunt.

B

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

Ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος ἔγκειται πάσῃ ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ, καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ καὶ παῤῥησίᾳ κηρύττει. Διὸ οὐ μόνον οἱ τοῦ λόγου τρόφιμοι, καὶ οἱ περὶ τοῦτον σπουδάζοντες, ἀλλὰ καὶ ἰδιῶται, καὶ πάντες λόγῳ καὶ ἔργῳ κηρύττειν ὀφείλουσιν, ὑπερασπίζειν τε καὶ μέχρις αἵματος ὑπὲρ τῆς πίστεως ἀγωνίζεσθαι, ἂν μόνον τὴν οὐράνιον βασιλείαν τῶν ἐπιγείων προκρίνωσι, καὶ τὰ αἰώνια τῶν προσκαίρων, καὶ τὰ φθαρτὰ τῶν ἀφθάρτων. Ὥσπερ καὶ νῦν ξυνέβη ἀνθρώπῳ τινὶ ἰδιώτῃ, πλὴν εὐλαβεῖ, διαλεχθῆναι μετά τινος τελώνου, τἀναντία τῆς συνόδου φρονοῦντος. Εἰπόντες γὰρ ἀμφότεροι ἱκανῶς, καὶ κατ' ὀλίγον ὑψηλοτέροις νοήμασιν ἀναγόμενοι, ὁ μέντοι τελώνης ἐπαπορῶν ῥακενδύτην τινὰ προσεκαλέσατο συμμαχῆσαι αὐτῷ. Ὁ δέ γε Εὐλαβὴς ἀκούων τε καὶ ἀπολογούμενος, καὶ κατ' ὀλίγον ἀπορῶν τοῖς λόγοις αὐτοῦ, ἕνα ἐκ τῶν δώδεκα ἑνωτικῶν προσεκαλέσατο Ἱερέα, καὶ οὕτως οἱ δύο παρόντων καὶ ἑτέρων τριῶν προσώπων διαλεχθέντες, συνεπέραναν τὸν διάλογον.

C

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Εἰσὶν οὖν τὰ πρόσωπα τῆς διαλέξεως ταύτης ταῦτα.

Μανουὴλ ὁ Μουγγός, Εὐλαβής.
Ὁ Βουλγάρης, Ῥακενδύτης.
Ἰωάννης ὁ Δαμασαίνης, Τελώνης.
Ἀντώνιος ὁ Σαγρέδος, Δικαιοκρίτης.
Ἰωάννης ἱερεὺς ὁ Πλουσιαδηνός, Καθολικός.
Γεώργιος ὁ Φαλίερος, Ἀκροατής.
Ἰωάννης ὁ Τζουρδούνης, Μάρτυς.

Εὐλαβὴς προλογίζει.

Ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, καθήμενος αὐτὸς ἐν τῷ ἐμπορίῳ περὶ ὥραν μίαν καὶ ἡμισυ τῆς ἡμέρας, ἀκούω τοῦ κήρυκος τῆς ἐξουσίας βοῶντος μεγάλῃ φωνῇ, περὶ τὸν κίονα ἑστῶτος τῆς ἐκκλησίας τοῦ Ἁγίου Μάρκου, ἐν τῷ συνήθει δηλαδὴ καὶ εἰθισμένῳ τόπῳ, καὶ πλῆθος λαοῦ προσδραμὸν ἤκουε. Ἐγὼ δὲ μόνην φωνὴν ἀκούων, ἱστάμην βλέπων. Πληρωθείσης οὖν τῆς κηρύξεως, ἦλθέ τις πρὸς τοὐμὸν ἐμπόριον, ἐν ᾧ εἰώθει ἐκεῖνος καθῆσθαι, καὶ λαμβάνειν τὰ τέλη, τελώνης γὰρ ἦν, ὃν ἠρόμην, Τί βούλεται ἡ καινὴ αὕτη κήρυξις, ὅτι καὶ πλῆθος ἕστηκε τοῦ λαοῦ οὐκ ὀλίγον ἀκοῦον; εἰπέ μοι.

Τελώνης. Οἱ δώδεκα ἱερεῖς οἱ τὴν νῆσον καὶ τὴν πόλιν πᾶσαν συγχέοντες, καὶ ταῦτα ποιοῦσιν.

Εὐλ. Τί δή;

Τελ. Αὐτοὶ Λατινοφρονήσαντες, βιάζονται καὶ τοὺς ἄλλους ποιῆσαι τὰ τῶν Λατίνων φρονῆσαι.

Εὐλ. Τοῦτο τί ἐστι; Φράσον μοι τάχος.

Τελ. Τὴν λύμην αὐτῶν οἱ ἡμέτεροι Πατέρες καὶ διδάσκαλοι ἐννοήσαντες, ἐδίδαξαν τοῦ Χριστοῦ πρόβατα, μὴ συγκοινωνεῖν αὐτοῖς, μηδὲ εἰς τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν εἰσέρχεσθαι, μηδὲ χρῆσθαι αὐτοῖς τὸ παράπαν ὡς ἱερεῦσι. Οἱ μαθόντες κατεῖπον αὐτῶν ἐν τῇ ἐξουσίᾳ. Ἡ δ' ἐξουσία νῦν διωρίσατο αὐτοῖς διὰ τοῦ κήρυκος ἕως ἡμερῶν ὀκτὼ ἐμφανισθῆναι τῇ ἐξουσίᾳ· εἰ δὲ μή, κατ' αὐτῶν ἀποφήναιτ' ἂν ἡ ἐξουσία.

Εὐλ. Τίνες εἰσὶν οὗτοι;

Τελ. Μακρογένης, Ἀσπρογένης, καὶ Ματζαμούρδης.

Εὐλ. Ἐβουλόμην μαθεῖν τί οὗτοι ἐδίδασκον, ὅθεν ἡ ἐξουσία κατ' αὐτῶν ἀγορεύει.

Τελ. Ἐδίδασκον ἀπέχεσθαι τῶν Λατινοφρόνων τούτων δώδεκα ἱερέων, ὡς τὴν ἡμετέραν πίστιν ἀφέντων, καὶ ἐνωθέντων Λατίνοις.

Εὐλ. Οὐ δύναμαι συνιέναι οὐδ' ὁπωσοῦν τῶν λεγομένων.

Τελ. Οὐκ εἶ σὺ ἐκ τῆς πόλεως ταύτης;

Εὐλ. Καὶ πάνυ μὲν οὖν. Ἐν ταύτῃ γὰρ ἀνετράφην.

Τελ. Πῶς οὖν οὐκ ἔγνως τὰ πεπραγμένα δῆλα τοῖς πᾶσιν ὄντα;

Εὐλ. Ἱερεῖς ἐγὼ οὐκ ἔγνων ἐᾶσαι τὴν τῶν Γραικῶν πίστιν, καὶ Λατίνους γενέσθαι. Σὺ δέ μοι Λατινόφρονας καὶ τὴν ἡμετέραν πίστιν ἀφέντας λέγεις,

Personæ hujus Dissertationis.

Pius, *Manuel Mongus.*
Rhacendyta, *Bulgares.*
Publicanus, *Joannes Damasænus.*
Dicæocrita, *Antonius Sagredus.*
Catholicus, *Joannes sacerdos Plusiadenus.*
Auditor, *Georgius Phalierus.*
Testis, *Joannes Tzurdunes.*

Pius præfatur.

His diebus sedens ipse in officina circa secundam et dimidiam diei horam, magistratus præconem columnæ ecclesiæ Sancti Marci, consueto scilicet præconum loco, inhærentem, et magna voce inclamantem audio, videoque multitudinem magna frequentia circumfusam. Ego strepitum tantum audiens, stansque circumspectabam. Absoluto edicto, accessit quidam in officinam meam, in qua alias ille morari, ac vectigalia exigere (namque erat Publicanus) sueverat. Ex eo sciscitor: Novum illud edictum, quid velit, cum frequens multitudo ad audiendum accurrerit, dicito mihi.

Publicanus. Duodecim sacerdotes, qui insulam, et urbem universam susque deque habuere, illius causa sunt.

Pius. Quomodo?

Publ. Illi cum Latinorum dogmati adhæserint, cogunt reliquos, ut uno consensu cum Latinis jungantur.

Pius. Quid id est? Expedito quam ocissime.

Publ. Horum noxam, ac perniciem nostri parentes et magistri comprehendentes, Christi oves edocuerunt, ne una cum eis vivant, neque in ecclesias eorum introeant, neque illis veluti sacerdotibus utantur. Rei gnari, in jus eos apud magistratum vocarunt. Magistratus nunc illis per præconem dierum octo terminum præscripsit, ut coram se compareant; sin minus in eos sententia ferretur.

Pius. Quinam sunt hi?

Publ. Longobarbus, Albobarbus, et Matzamurdes.

Pius. Cuperem equidem scire, quænam illa fuerint, quæ isti docent; ob quæ etiam magistratus in eos animadvertit.

Publ. Docebant, cavendum nobis esse ab istis duodecim sacerdotibus, qui Latinos imitantur, tanquam ab illis qui fidem nostram deseruerint, cum Latinis uniti.

Pius. Penitus non capio, quæ ipse dicis.

Publ. Nonne ex hac urbe es?

Pius. Et maxime quidem, et in ipsa educatus.

Publ. Quomodo itaque quæ gesta, compertaque omnibus sunt, ignoras?

Pius. Non agnosco ipse sacerdotes, qui Græcorum fide ejurata Latini facti sint; tu porro mihi eos, et cum Latinis sentientes, desertaque nostra

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

fide Latinis unitos esse tradis. Hoc quidnam innuat, non satis capio.

Publ. Narrabo tibi omnia accuratissime. Quingenti, et plus fere anni sunt, cum ab ipsis Latinis separati sumus. At nunc recens synodus in urbe Florentina coacta est, præsentibus multis, nec non imperatore, patriarcha, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, cruciferis. In ea concordarunt, affirmaruntque Latinos, quam et Græci habent, fidem habere. Nos vero dicimus eos neque juste, neque vere egisse. Hi itaque ibi gesta amplectentes, orthodoxæ fidei desertores sunt.

Pius. Nunc, ut apparet, ex parte ad dictorum intelligentiam ducor. Antequam vero res in ea synodo actas singulatim perquiram, tantumdem te interrogo : Synodum hanc hinc duodecim, an et alii hisce multo præstantiores celebrarunt ?

Publ. His multo præstantiores, qui ne comparandi quidem ad illos sunt.

Pius. Et de hisce tantummodo expostulas, quod se Latinis subjecerint, an etiam de illis?

Publ. De omnibus.

Pius. Hoc vero est, quod in principio dixeram, me dicta tua non intelligere.

Plub. Quanam ex causa ?

Pius. Quod non de his duodecim solum, sed de tota universali synodo conquereris. Et quisnam es tu vero, qui synodum universalem criminaris ?

Publ. Patres mei hæc asserunt.

Pius. Id anxie et ipse cupio, Patres illos cognoscere, et ab illis instrui, edocerique, quodnam magis convenit, adhærere, appropinquare, et uniri Ecclesiæ, an ab ea discindi. ***

Publ. Adducemus sane.

Pius. Pergratum mihi feceris, si ipsum huc adducas.

Publ. Adducam ipsum mane.

Auditor. Fecimus id quod semel recepimus. Mane convenimus in officinam, et sedentes Publicanum exspectabamus, ut cum Patre, uti promiserat, adveniret. Et circa diei horam secundam una cum eo accedit Rhacendyta quidam, ingenti corpore, venusta facie, ac decora, sed non integris oculis. Intrans in officinæ medio sedit, conversusque gravi cum supercilio ad Pium, ita exorsus est dicere.

Rhacendyta. Quid est, de quo hæsitas, inter ea quæ tibi externo die a fratre Publicano contra duodecim hosce sacerdotes profanos recensita sunt. Nam miselli hi neque sciunt, neque intelligunt, ideoque cum Latinis, patrio ejurato dogmate, uniti sunt. Interroga me quoque, et respondendo faciam satis de illis, in quibus hæres.

Pius. Fratrem Publicanum audivi heri condemnantem duodecim sacerdotes, et nunc te hodie. Affirmatis siquidem illos cum Latinis sentire, deseruisseque fidem orthodoxam, quod sese sacræ synodo subjecerint. Aveo itaque a te discere, si vere isti

A καὶ ἑνωθέντας Λατίνοις. Τοῦτο τί δηλοῦν βούλεται, οὐ γινώσκω.

Τελ. Ἐγώ σοι ἐρῶ τὸ πᾶν ἀκριβῶς. Πλείω ἢ πεντακόσια ἔτη σχεδόν εἰσιν, ἀφ' οὗ αὐτῶν ἐχωρίσθημεν τῶν Λατίνων. Νῦν δ' ἔναγχος σύνοδος γέγονεν ἐν Φλωρεντίᾳ τῇ πόλει, παρόντων πολλῶν, καὶ βασιλέως, καὶ πατριάρχου, καὶ ἀρχιεπισκόπων, καὶ ἐπισκόπων, καὶ ἡγουμένων, καὶ σταυροφόρων, ἐν ᾗ συνεφώνησαν, καὶ εἶπον ὅτι καὶ οἱ Λατῖνο. τὴν αὐτὴν ἔχουσιν ἡμῖν πίστιν. Ἡμεῖς δὲ λέγομεν ὅτι οὐκ ἔπραξαν δίκαια, οὐδ' ἀληθῆ. Οὗτοι οὖν στέργουσιν ἅπερ ἐκεῖ ἐπράχθη, καὶ γεγόνασιν ἀρνηταὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως.

Εὐλ. Νῦν οὖν ἀνάγομαι ἀπὸ μέρους ἐννοεῖν τὰ προλελεγμένα· πρὸ δὲ τοῦ ζητῆσαι κατὰ μέρος, τίνα B εἰσὶ τὰ ἐν αὐτῇ πεπραγμένα, ἐρωτῶ σε μικρόν. Ταύτην τὴν σύνοδον οἱ δώδεκα ἔπραξαν, ἢ ἄλλοι τινὲς μείζονες τούτων

Τελ. Μείζονες αὐτῶν ἀσυγκρίτως.

Εὐλ. Καὶ τούτοις μόνοις ἐγκαλεῖς ὡς ὑποταγέντας αὐτοῖς, ἢ κἀκείνοις ;

Τελ. Καὶ τούτοις, κἀκείνοις.

Εὐλ. Τοῦτό ἐστιν, ὅπερ ἔλεγον καταρχὰς, ὅτι οὐ δύναμαι γνῶναι, ἅπερ μοι λέγεις.

Τελ. Διὰ τί δή ;

Εὐλ. Διότι οὐ τοῖς δώδεκα μόνον, ἀλλὰ καὶ πάσῃ τῇ οἰκουμενικῇ συνόδῳ ἐγκαλεῖς. Καὶ τίς εἶ σὺ ὁ τῇ οἰκουμενικῇ συνόδῳ ἐγκαλῶν.

C *Τελ.* Οἱ Πατέρες μου ταῦτα λέγουσιν.

Εὐλ. Ἤθελον εἰδέναι κἀγὼ τοὺς Πατέρας ἐκείνους, καὶ παρ' αὐτῶν ἀκοῦσαι, καὶ μαθεῖν τί τὸ πρεπῶδές ἐστιν, ἀπέχεσθαι ἢ προσεγγίζειν, καὶ ἑνοῦσθαι ἢ διαιρεῖσθαι τῆς Ἐκκλησίας.

Τελ. Ἄγωμεν δή.

Εὐλ. Εἰ θέλεις χαρίσασθαί μοι, φέρε μοι αὐτὸν ὧδε.

Τελ. Ἀγάγοιμι ἂν αὐτὸν τῷ πρωΐ.

Ἀκροατής. Κατὰ τὴν ἤδη συμφωνηθεῖσαν ὑπόσχεσιν τῷ πρωΐ συνήλθομεν ἐν τῷ ἐμπορίῳ, καὶ καθήμενοι ἐξεδεχόμεθα τὸν τελώνην ἐλθεῖν μετ' οὗ Πατρὸς ὑπεσχέθη· καὶ ἰδοὺ περὶ ὥραν τῆς ἡμέρας δευτέραν ἔρχεται, καὶ μετ' αὐτοῦ Ῥακενδύτης τις, μέγας μὲν τῷ σώματι, καὶ ὡραῖος τὴν ὄψιν, D πλὴν παραβλώψ. Ἐλθὼν οὖν μέσον τοῦ ἐμπορίου, ἐκάθισε, καὶ ἤρξατο μετὰ σοβαροῦ τοῦ βλέμματος πρὸς τὸν Εὐλαβῆ λέγειν.

Ῥακενδύτης. Τί ἐστιν, ὅπερ διστάζεις ἐκ τῶν εἰρημένων σοι παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ τελώνου τῇ χθὲς κατὰ τῶν ἀνιέρων δώδεκα τουτωνί ; Οὐ γὰρ οἶδασιν οἱ ταλαίπωροι, οὐδ' ἔγνωσαν, καὶ ἡνώθησαν τοῖς Λατίνοις, τὸ πάτριον ἀπολέσαντες φρόνημα. Ἐρώτησον δὲ κἀμὲ, καὶ ἱκανήν σοι παρέξω ἀπολογίαν, ἐφ' οἷς ἂν ἀπορῇς.

Εὐλ. Τοῦ ἀδελφοῦ τελώνου τῇ χθὲς ἤκουσα κατακρίνοντος δώδεκα ἱερεῖς, καὶ παρὰ σοῦ σήμερον. Λέγετε γὰρ αὐτοὺς Λατινόφρονας, καὶ ἀρνητὰς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, διὰ τὸ ὑποταγῆναι τῇ ἱερᾷ συνόδῳ. Βούλομαι οὖν παρὰ σοῦ μαθεῖν εἰ οὕτω ἀλλό-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τριοι ἐπ' ἀληθείας εἰσὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, διὰ τὸ ἑνωθῆναι αὐτοὺς τῇ συνόδῳ τῇ ἐν Φλωρεντίᾳ πρὸ μικροῦ γενομένῃ;

Ῥαπ. Καὶ πάνυ μὲν οὖν, ἐχθροί εἰσι καὶ ἀλλότριοι τῆς εὐσεβείας, καὶ τοῦ ἀληθοῦς καὶ πατρικοῦ φρονήματος, καὶ ὁ συγκοινωνῶν αὐτοῖς ἀφωρισμένος ἐστίν.

Εὐλ. Ἐγὼ ἰδιώτης ὢν, δέομαί σου, κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν ποιῆσαι τὸν λόγον. Οὐ γὰρ δύναμαι μακροὺς ἀποτείνειν, ἀλλ' οὐδ' ἀκούειν λόγους.

Ῥαπ. Λέγε ὃ θέλεις, καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἀποκριθήσομαι. Καλῶς γὰρ ἔφης γενέσθαι τὴν διάλεξιν διὰ βραχέων λόγων.

Εὐλ. Ἐρωτῶ· Διατί ἐχθροὺς αὐτοὺς λέγεις τῆς ὀρθοδόξου πίστεως;

Ῥαπ. Διὰ τὸ ἀπώσασθαι τὴν ὀρθόδοξον πίστιν καὶ ἑνωθῆναι Λατίνοις.

Εὐλ. Ποία ἐστὶν ἡ ὀρθόδοξος πίστις, ἐπιθυμῶ μαθεῖν.

Ῥαπ. Ἡ θρησκεία καὶ ὁμολογία ἡμῶν τῶν Γραικῶν.

Εὐλ. Καὶ ἡ ἀλλοτρία πίστις τίς ἐστιν;

Ῥαπ. Ἡ τῶν Λατίνων.

Εὐλ. Οὐκοῦν οἱ Λατῖνοι οὐκ εἰσὶν ὀρθόδοξοι;

Ῥαπ. Οὐδαμῆ.

Εὐλ. Καὶ νῦν ἐγένοντο ἑτερόδοξοι, ἢ πρὸ πολλοῦ τὴν πίστιν ἀπώλεσαν:

Ῥαπ. Πρὸ πενταχοσίων χρόνων.

Εὐλ. Καὶ εἰ πρὸ πενταχοσίων χρόνων, ὡς σὺ φῄς, οἱ Λατῖνοι τὴν πίστιν ἀπώλεσαν, διατί οἱ ἡμέτεροι ὀρθόδοξοι ὄντες αὐτοὺς οὐκ ἐστήριξαν; Φησὶ γὰρ ὁ κοινὸς διδάσκαλος ἡμῶν τε κἀκείνων, *Ἔγειρε πεσόντα τὸν ἀδελφόν σου.*

Ῥαπ. Εὖ λέγεις· ἀλλ' οὐκ ἠθέλησαν.

Εὐλ. Ἀπορῶ ἐπὶ τούτῳ.

Ἀκρ. Τοῦτο σαφήνισον, τί δηλοῦν βούλεται τὸ, Αὐτοὶ οὐκ ἠθέλησαν;

Ῥαπ. Οἱ Γραικοὶ ἐκάλεσαν τοὺς Λατίνους διδάξαι, καὶ στηρίξαι αὐτοὺς ἐν τῇ πίστει. Αὐτοὶ δὲ οὐ κατεδέξαντο, οὐδ' ἠθέλησαν ἐπακοῦσαι.

Εὐλ. Δεῖξόν μοι θᾶττον, πότε αὐτοὺς ἐκάλεσαν, καὶ αὐτοὶ οὐκ ὑπήκουσαν. Φοβοῦμαι γὰρ μήπως ἐστὶ πᾶν τοὐναντίον.

Ῥαπ. Πολλάκις. Ἀλλ' αὐτοὶ οὐκ ἠθέλησαν.

Εὐλ. Οὐ θέλω λόγους ἀκούειν κενοὺς, ἀλλ' ἀπόδειξιν ἀληθῆ.

Ῥαπ. Οὕτως ἀκούω κἀγὼ τῶν πολλῶν λεγόντων.

Εὐλ. Οὐ τῶν πολλῶν ἐγὼ ἐθέλω ἀκούειν, ἀλλὰ τῶν διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας.

Ῥαπ. Καλῶς ἔφης. Καὶ ἡμεῖς τῶν διδασκάλων ἀκούοντες, τῶν Λατίνων ἐσχίσθημεν.

Εὐλ. Νῦν ἥκεις πρὸς ὃ ἐγὼ βούλομαι.

Ῥαπ. Τί βούλει;

Εὐλ. Ἀριθμησόν μοι τοὺς διδασκάλους κατ' ὄνομα, ὧν ἐπακούσας Λατίνων ἐσχίσθης.

Ῥαπ. Ἔχομεν Φώτιον πρῶτον κατὰ Λατίνων

A extra orthodoxam fidem ducantur, quod sese univerint non multo ante celebratæ synodo Florentinæ?

Rhac. Et maxime quidem sunt hostes, et adversarii pietatis, et veri, patriique dogmatis. Et qui cum eis communicat, est excommunicatus.

Pius. Ego rudis cum sim, etiam atque etiam insto, ut sermones secundum interrogationem, et responsionem dirigantur: longos enim sermones neque ipse ducere, ab neque aliis insinuatos audire valeo.

Rhac. Dic quod lubet, et in omnibus respondebo; probe enim dixisti, brevi sermone disceptationem esse extricandam.

Pius. Interrogo. Qua de causa ipsos orthodoxæ

B fidei hostes nuncupas?

Rhac. Quod recta fide rejecta cum Latinis in unum coaluerint.

Pius. Quænam sit fides orthodoxa, cupio scire.

Rhac. Religio, et professio Græcorum.

Pius. Aliena vero fides quænam est?

Rhac. Latinorum.

Pius. Latini itaque orthodoxi non sunt?

Rhac. Non.

Pius. Nuncne alieni a fide facti sunt, an multo antea fidem amiserunt?

Rhac. Ante quingentos annos.

Pius. Et si ante quingentos annos Latini fidem,

C ut tu astruis, amiserunt, quam ob causam nostri, cum essent orthodoxi, eos non instruxerunt confirmaruntque? Ait enim communis noster et illorum magister: *Erige fratrem tuum, qui cecidit.*

Rhac. Bene ais; sed noluerunt.

Pius. In hoc hæreo.

Auditor. Hoc extrica, quid significat illud, *illi noluerunt?*

Rhac. Græci Latinos accersiverunt, ut instruerent et confirmarent in fide: illi vero neque dignati sunt, neque voluerunt audire.

Pius. Ostende mihi ocius, quando illos vocarunt, et non audierunt. Vereor enim, ne oppositum sit.

D *Rhac.* Sæpius, sed ipsi noluerunt.

Pius. Mittas mihi sermones inanes, afferto argumenta vera.

Rhac. Sic intelligo et ipse, plerisque id asserentibus.

Pius. Nolo aures plerisque præbere, sed doctoribus Ecclesiæ.

Rhac. Recte est. Et nos doctoribus nostris audientes a Latinis scissi sumus.

Pius. Immigrasti ingenium meum, ad arbitrium meum loqueris.

Rhac. Quid tibi in animo est?

Pius. Profer mihi nominatim doctores, quibus suasus, a Latinis te sejunxisti.

Rhac. Habemus Photium, qui contra Latinos

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

primus librum conscripsit; post eum multos probos, philosophum Michaelem Psellum, Nilum Cabasilam, Methonensem Nicolaum, Nilum Rhodium, Moschampara quemdam, Phurnem philosophum, Camaterum generosum, Barlaamum quemdam monachum Calabrum, Palamam sapientem, Theophylactum Bulgariæ, alium Bulgariæ Matthæum, et alios plurimos, quos non recenseo, ne sermonem protraham.

Pius. Hi, quos ipse numerasti, antene vel post schisma vixerunt?

Rhac. Omnes fuere post schisma.

Pius. Hos ego non agnosco doctores.

Aud. Et merito.

Rhac. Quapropter?

Pius. Quod post schisma, et acerrimas contentiones, et freti improbitate adversus fratres scribebant.

Rhac. Et quosnam alios doctores exoptas?

Pius. Qui ante schisma floruere, Basilium, Athanasium, Gregorium, Chrysostomum, Cyrillum, Epiphanium, Hilarium, Gregorium Nyssenum, Anastasium, Damascenum, Maximum, Studitam, Tarasium, et reliquos ejusdem conditionis, quos veluti doctores Dei Ecclesia admiratur, et veluti sanctos veneratur. Præterea Augustinum, Gregorium Dialogum, Ambrosium, Hieronymum, Leonem, aliosque similis instituti et sanctitatis viros. A te recensitos non recipio, quorum neminem Ecclesia sanctum nuncupavit. His, quos ipse nominavi, fidem adhibeo, et ut sanctos recolo, et ut doctores amplector. Horum igitur testimonio, si modo potes, Latinos orthodoxos non esse mihi commonstra: et aliquando eos a Græcis accitos, quod imperatum fuerat, recusasse. Quandoquidem ipse contrarium novi. Illi enim continuo nostros ad pacem et unitatem advocabant. Hujusce testis est Nicolaus primus, Romanus pontifex maximus, qui post multas legationes, quando eum audire nolebant, Constantinopolim accessit, eos excitans, et exorans, ut ad examen dogmatum convenirent; at illi semel contumaciæ, et inani persuasioni addicti, nequitiaque perciti, eum non audierunt, quin etiam multa indigna in eum ausi sunt, et impudenter convitiis contumeliisque præter jus omne lacessitum remiserunt, quæ silentio obvolvenda esse judicamus, ne gloria nationis obscuretur.

Aud. Age vero Pium coronemus: nitidus enim ac splendidus est illius sermo.

Dicæocrita. Coronetur jam, sed floribus pietatis

Rhac. Hilariorem ego compendiosioremque proferam.

Pius. Responde, cohærentiam sermonis nostri non interrumpens.

Rhac. Quos memorasti, doctores sunt Ecclesiæ, et sanctorum albo relati: nec possum rejicere;

A ἐκθέντα βιβλίον· μετ' αὐτὸν δὲ πολλοὺς καὶ καλοὺς, τὸν φιλόσοφον Μιχαὴλ τὸν Ψελλὸν, Νεῖλον Καβάσιλα, Μεθώνης Νικόλαον, Νεῖλον Ῥόδου, Μοσχάμπαρά τινα, Φουρνῆν τὸν φιλόσοφον, Καματηρὸν τὸν γενναῖον, Βαρλαάμ τινα μοναχὸν Καλαβρὸν, Παλαμᾶν τὸν σοφὸν, Θεοφύλακτον Βουλγαρίας, ἄλλον Βουλγαρίας Ματθαῖον, καὶ ἄλλους πλείστους, οὓς οὐ καταλέγω, διὰ τὸ μὴ μηκύνειν τοὺς λόγους.

Εὐλ. Καὶ οὗτοι πάντες, οὓς ἠρίθμησας, πρὸ τοῦ σχίσματός εἰσιν, ἢ μετὰ τὸ σχίσμα;

Ῥακ. Πάντες μετὰ τὸ σχίσμα εἰσίν.

Εὐλ. Τούτους ἐγὼ ὡς διδασκάλους οὐ δέχομαι.

Ἀκρ. Καὶ κατὰ δίκαιον λόγον.

Ῥακ. Διατί δή;

B *Εὐλ*. Διότι μετὰ τὸ σχίσμα καὶ τὴν πολλὴν ἔριν εἰσὶ, καὶ κακίᾳ κινούμενοι κατὰ τῶν ἀδελφῶν ἔγραφον.

Ῥακ. Καὶ τίνας ἄλλους οὐ διδασκάλους βούλει;

Εὐλ. Τοὺς πρὸ τοῦ σχίσματος διδασκάλους, Βασίλειον, Ἀθανάσιον, Γρηγόριον, Χρυσόστομον, Κύριλλον, Ἐπιφάνιον, Ἱλάριον, Νύσσης Γρηγόριον, Ἀναστάσιον, Δαμασκηνὸν, Μάξιμον, Στουδίτην, Ταράσιον, καὶ τὴν λοιπὴν ἑταιρείαν, οὓς διδασκάλους καὶ ἁγίους ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία δοξάζει· ἔτι γε μὴν Αὐγουστῖνον, Γρηγόριον τὸν Διάλογον, Ἀμβρόσιον, Ἱερώνυμον, Λέοντα, καὶ ἄλλους τῆς ὁμοίας διαγωγῆς, καὶ ἁγιωσύνης. Οὐκ ἀποδέχομαι δὲ οὓς σὺ κατέλεξας, ὧν ἡ Ἐκκλησία οὐδένα κατωνόμασεν ἅγιον. Τούτοις οὖν ἐγὼ πείθομαι, καὶ ἁγίους αὐτοὺς δοξάζω, καὶ διδασκάλους κατέχω. Ἀπὸ τούτων ἄρα εἰ δύνασαι, δεῖξόν μοι, εἰ οἱ Λατῖνοι οὐκ εἰσὶν ὀρθόδοξοι, καὶ εἰ προσκαλέσαντο αὐτούς ποτε οἱ ἡμέτεροι, αὐτοὶ δὲ οὐχ ὑπήκουσαν. Ἐπειδὴ πᾶν τοὐναντίον ἐγὼ ἐπίσταμαι. Ἐκεῖνοι γὰρ ἀεί ποτε τοὺς ἡμετέρους ἐκάλουν εἰς εἰρήνην τε καὶ ὁμόνοιαν. Καὶ τούτου μάρτυς Νικόλαος πρῶτος, ἀρχιερεὺς Ῥώμης μέγιστος, ὃς μετὰ πολλὰς πρεσβείας, ἐπειδὴ οὐχ ὑπήκουον, καὶ σωματικῶς ἔω; Κωνσταντινουπόλεως παρεγένετο, ἐρεθίζων αὐτοὺς, καὶ παρακαλῶν ἐλθεῖν εἰς ἐξέτασιν τῶν δογμάτων. Αὐτοὶ δὲ ἅπαξ τῇ πεισμονῇ καὶ ματαίᾳ προσλήψει βαφέντες, καὶ τῇ κακίᾳ κινούμενοι, οὐ μόνον οὐκ ἠθέλησαν ἐπακοῦσαι, ἀλλὰ καὶ πολλὰ ἄτοπα πρά-

D ξαντες εἰς αὐτὸν, καὶ ἀναιδῶς λοιδορήσαντες, καὶ ἐμπαροινήσαντες ἀπέπεμψαν ὡς οὐκ ὤφειλον, ἃ σιωπῆσαι δέον ἐκρίναμεν, διὰ τὴν τοῦ γένους τιμήν.

Ἀκρ. Ἄγε δὴ ἵνα στεφανώσωμεν τὸν Εὐλαβῆ· φαιδρὸς γὰρ ὁ παρὼν αὐτοῦ λόγος.

Δικαιοκρίτης. Στεφανούσθω δὴ, ἐξ ἀνθέων τῆς εὐσεβείας.

Ῥακ. Φαιδρότερον ἐγὼ διηγήσομαι καὶ συνοπτικώτερον.

Εὐλ. Ἀπόκριναι κατὰ συνέχειαν τοῦ ἡμετέρου λόγου.

Ῥακ. Οὓς μὲν ἠρίθμησας, διδάσκαλοι τῆς Ἐκκλησίας εἰσὶ καὶ ἅγιοι, καὶ οὐ δύναμαι παραγρά-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ψασθαι, ἀλλ' αὐτοὶ πρὸ τοῦ σχίσματος ὄντες, πῶς ὤφειλον αὐτοὺς καλεῖν εἰς ὀρθότητα τῶν δογμάτων;

Εὐλ. Ὥστε οἱ Λατῖνοι, ὀρθόδοξοι πρὸ τοῦ σχίσματος ἦσαν.

Ῥαχ. Ὁμολογῶ, ὅτι ὀρθόδοξοι ἦσαν. Οὐ γὰρ δύναμαι τοῦτο ἀρνήσασθαι. Μᾶλλον δ' ἔφθασας ἀριθμῶν καὶ Λατίνους ἁγίους, οἵ εἰσιν Αὐγουστῖνος, Γρηγόριος ὁ Διάλογος, Ἱερώνυμος, Ἀμβρόσιος, καὶ Λέων ὁ μέγας. Ἀλλὰ πάντες οὗτοι πρὸ τοῦ σχίσματος ἦσαν, καὶ διαφορὰ οὐκ ἦν τότε μέσον Γραικῶν καὶ Λατίνων. Μετὰ ταῦτα γενομένου τοῦ σχίσματος, αὐτοὶ εἰς ἀλλότρια δόγματα ἐκπεσόντες, οὐκ ἠβουλήθησαν ἔτι ἡμῖν ἑνωθῆναι.

Εὐλ. Πάλιν, ὡς προέφην, ἐρῶ. Διατί οἱ ἡμέτεροι αὐτοὺς οὐκ ἐστήριξαν; Ἔφθασας γὰρ εἰπὼν, ὅτι πρὸ τοῦ σχίσματος ἡμῖν ἡνωμένοι ἦσαν, καὶ ὀρθόδοξοι μεθ' ἡμῶν ὑπῆρχον, καὶ σύνοδοι οἰκουμενικαὶ ἐγένοντο, ἃς ἐπλήρουν τε καὶ ἔπραττον Γραικοὶ ὁμοῦ καὶ Λατῖνοι, καὶ τοὺς αἱρετικοὺς ἀμφότεροι ἤλαυνον, καὶ ἀναθέματι καθυπέβαλον. Καὶ οἱ αἱρετικοὶ ἐχθροὶ Γραικῶν καὶ Λατίνων ἐλέγοντο. Νῦν δὲ, ὡς φῄς, οἱ Λατῖνοι εἰς ἀλλότρια ἐκπεσόντες δόγματα, ἡμῖν ἑνωθῆναι οὐ βούλονται. Πῶς δὲ τοῦτο δειχθήσεται λέγε μοι τάχος.

Ῥαχ. Ἐγὼ ἄλλο οὐκ ἔχω σοι δεῖξαι, ἢ ὅτι πεντακόσια ἔτη εἰσὶν, ἀφ' οὗ αὐτῶν ἐσχίσθημεν, καὶ νῦν κεχωρισμένοι ἐσμέν.

Ἀκρ. Οὐ δίκαιος οὗτος ὁ λόγος δοκεῖ, μᾶλλον δέ γε καὶ ἀναπόδεικτος.

Εὐλ. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, ὅτι πολυετὲς τὸ σχίσμα ἐστὶ, πᾶς τις ὁμολογήσει· ἀλλ' οὐχ ἱκανή ἐστι παραστῆσαι τοὺς Λατίνους αἱρετικοὺς ἡ πολυετία αὕτη.

Ῥαχ. Καὶ πάνυ μὲν οὖν. Ἐν γὰρ τοῖς πεντακοσίοις χρόνοις τούτοις εἴχομεν σοφούς τε καὶ ῥήτορας, καὶ πατριάρχας, καὶ βασιλεῖς, οἳ προηγοῦντο τοῦ σχίσματος καὶ τοῦ χωρισμοῦ, ἐμοὶ δοκεῖ, δι' οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὅτι ὡς αἱρετικοὺς αὐτοὺς ὑπεψήφιζον.

Εὐλ. Οὐδὲ τοῦτο τοὺς Λατίνους αἱρετικοὺς παρεστᾷ.

Ῥαχ. Ἀλλὰ τί ἰσχυρότερον τούτων σὺ θέλεις;

Εὐλ. Κρινέτω ὁ τοῖς ἡμετέροις λόγοις κριτὴς καθεζόμενος.

Δικ. Σύνοδον οἰκουμενικὴν, ὥσπερ ἐν ἑκάστῃ αἱρέσει ἐγένετο, καὶ διαλεχθῆναι καὶ ὅρον ἐκθεῖναι, καὶ κατ' αὐτῶν ἀποφῆναι, καὶ τότε ὡς αἱρετικοὺς ἀποστρέφεσθαι, οὐ δοκεῖ δίκαιον εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον ἀσεβὲς καὶ ἀπάνθρωπον, ἀποβάλλεσθαι ἀδελφοὺς ὁμοπίστους δίχα καθολικοῦ καὶ οἰκουμενικοῦ κριτηρίου.

sed cum ante schisma vixerint, quomodo eos ad recta dogmata revocassent?

Pius. Latini itaque ante schisma orthodoxe sentiebant.

Rhac. Non inficias eo. Erant orthodoxi. Id negare non audeo, eoque potissimum, quod Latinos sanctitate percelebres recensueris, Augustinum, Gregorium Dialogum, Hieronymum, Ambrosium, Leonem Magnum. Sed hi omnes ante schisma floruere, nec erant inter Græcos et Latinos controversiæ nec fidei diversitas. Postmodum exorto schismate Latini in adversa dogmata prolapsi, noluerunt amplius nobiscum conjungi.

Pius. Rursus, ut et antea dixeram, inculcabo. Quare eos nostri in frugem non reduxere? Namque dixisti, ante schisma una nobiscum orthodoxe sensisse, nec a nostro commercio abhorruisse; synodosque universales esse celebratas, quas una simul Latini et Græci cogebant, frequentiaque augustiores reddebant, et utrique pellebant hæreticos, et anathemati subjiciebant: et hæretici illi tum Græcis, tum Latinis adversabantur. Nunc vero, ut ais, Latini, in aliena prolapsi dogmata, nostram unionem recusant. Ostende id quam ocissime verbo, si potes.

Rhac. Ego non aliud ostendam præterquam quod a quingentis annis scissi simus, et nunc adhuc dividimur.

Aud. Haud decora hæc oratio videtur, imo potius improbabilis.

Pius. Nemo enim inficiabitur, multos abhinc annos schisma exortum esse; sed annorum multorum spatium non æque pote est ad convincendum, Latinos hæreticos esse.

Rhac. Imo optime. In hoc enim quingentorum annorum decursu non defuere sapientes, et oratores, et patriarchæ, et imperatores schismatis et separationis propugnatores, non ob aliam causam, si recte ipse conjicio, nisi quod eos tanquam hæreticos condemnabant.

Pius. Neque hoc hæreticos esse Latinos evincit.

Rhac. An his validiora exposcis?

Pius. Judicet qui nostris interest astatque sermonibus judex.

Dic. Convocanda erat universalis synodus, quemadmodum in aliis hæresibus factum est, in eaque post varias concertationes proferenda sententia, determinandumque contra eos, tum demum eos tanquam hæreticos aversari. Verumtamen cum nulla synodus celebrata sit, neque usquam appareat, haud justum videtur, quin imo iniquum, atque inhumanum est, sine catholico universalique judicio ejusdem fidei fratres a nobis seclusos odio prosequi.

Ῥαχ. Ἀλλ' ἐγένοντο καὶ σύνοδοι.

Εὐλ. Ποῦ δή;

Ῥαχ. Ἐν Λουγδούνῳ τῇ πόλει, ἣ καὶ ὀγδόη λέγεται.

Rhac. Sed coactæ sunt synodi.

Pius. Ubinam?

Rhac. In urbe Lugdunensi, quæ et octava dicitur.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Pius. Quid in ea actum est?

Rhac. Synodus illa haereticos esse Latinos statuit.

And. Unde id habes?

Rhac. Acta illius synodi id testantur.

Pius. Acta illius synodi contrarium dictis tuis omnino astruunt.

Rhac. Sed illi Acta adulterarunt.

And. Durus est hic sermo absurdusque.

Pius. An non apud nos inveniuntur?

Rhac. Inveniuntur, sed corrupta.

And. Et quomodo id demonstrabitur?

Pius. Et quænam fuerit illa corruptio?

Rhac. Latinos recte sentire.

And. O rem ingentem et miram! Et quisnam id ostendere poterit, eos non recte sentire?

Pius. Namque si synodus illa Latinos damnavit, actio illa ut peracta est, apud nos esse deberet.

Rhac. Jam tibi dixi libros qui actionem illam synodi continebant, adulteratos esse.

And. Eadem repetuntur. Qui id asserit simplex est, quinimo stultus et stupidus.

Pius. Inhaeret animo maximum de hoc dubium.

Rhac. Quæ est ista dubitatio?

Pius. Omnes libros adulteratos esse, nullumque inter eos sanum aut integrum reperiri.

Rhac. Ne mireris. Namque cum illi se vidissent a synodo condemnatos, libros adulterarunt, ne contra eosdem judicii sententia compareret.

Pius. Nonne dixi tibi maxima me hujusce causa admiratione teneri?

Rhac. At effare, quodnam illud est, quod admirationem ciet.

Pius. Latini, ais, adulterarunt libros?

Rhac. Dixi, et ita est.

Pius. Latinos adulterasse libros etsi concederem, omnes qui eorum lingua conscripti erant; at nostra dialecto exaratos, qua ratione illi corruperint, nondum intelligo.

Rhac. Hac ratione, quosdam per seipsos, qui nostrum sermonem callebant, quosdam per Græcos cum ipsis sentientes, qui eo tempore in synodo illa Latinis assensum præbuerant.

Pius. Adhuc dubium dubium parit.

Rhac. Quodnam illud est?

Pius. Primum quidem eos adulterasse libros, aliquos per seipsos, aliquos per Græcos, qui ipsis consenserant. Quomodo itaque hi Latinis assensum præbuere, cum Græci essent? Secundum, tantam fuisse adulterationis vim atque sævitiem, ut nullus neque apud imperatores, neque apud patriarchas, quos apud se retinere ad veritatis testimonium debuerant, reperiatur integer, et veritatem monstrans. Abhorret auditus.

Rhac. Quis scit an reperiatur quoque liber, hoc quod ipse dico intonans?

A *Εὐλ.* Καὶ τί δὴ ἐν αὐτῇ ἐπράχθη;

Ῥακ. Αἱρετικοὺς ἀπεφήνατο τοὺς Λατίνους ἐκείνη ἡ σύνοδος.

Ἀκρ. Πῶς φαίνεται τοῦτο;

Ῥακ. Τὰ Πρακτικὰ μαρτυροῦσιν.

Εὐλ. Τὰ Πρακτικὰ τῆς συνόδου ἐκείνης τοὐναντίον λέγουσιν ἅπαν, ὥνπερ σὺ φῄς.

Ῥακ. Ἀλλ' αὐτοὶ τὰ Πρακτικὰ ἔφθειρον.

Ἀκρ. Σκληρὸς οὗτος ὁ λόγος καὶ ἄτοπος.

Εὐλ. Ἆρ' οὐχ εὑρίσκονται παρ' ἡμῖν;

Ῥακ. Εὑρίσκονται διεφθαρμένα.

Ἀκρ. Καὶ πῶς ἂν τοῦτο δειχθείη;

Εὐλ. Καὶ ἡ φθορὰ τίς ἐστιν;

Ῥακ. Ὅτι ὀρθῶς οἱ Λατῖνοι φρονοῦσιν.

Ἀκρ. Ὦ μέγα θαῦμα! Καὶ τίς ἂν δυνηθείη πα-
B ραστῆσαι αὐτοὺς μὴ ὀρθῶς φρονοῦντας;

Εὐλ. Διότι εἰ ἡ σύνοδος ἐκείνη κατέκρινε τοὺς Λατίνους, ὤφειλεν εὑρίσκεσθαι παρ' ἡμῖν ἡ πρᾶξις, ὡς ἐγένετο.

Ῥακ. Εἶπόν σοι, ὅτι ἐφθάρησαν τὰ βιβλία τὰ τὴν πρᾶξιν ἔχοντα τῆς συνόδου ἐκείνης.

Ἀκρ. Πάλιν ταυτό. Εὐήθης ἐστὶν ὁ τοῦτο λέγων, μᾶλλον δὲ μωρὸς καὶ ἀναίσθητος.

Εὐλ. Ἀπορῶ περὶ τούτου τὰ μέγιστα.

Ῥακ. Ἡ ἀπορία σου τίς ἐστιν;

Εὐλ. Ὅτι πάντα τὰ βιβλία ἐφθάρη, καὶ οὐδὲν ὑγιὲς εὑρίσκεται.

Ῥακ. Μὴ θαυμάσῃ, ὅτι ἰδόντες ἐκεῖνοι κατακε-
κριμένους αὐτοὺς εἶναι παρὰ τῆς συνόδου, ἔφθειραν
C τὰ βιβλία, ὥστε μὴ φαίνεσθαι τὴν κατ' αὐτῶν κρίσιν.

Εὐλ. Οὐκ εἶπόν σοι, ὅτι θαυμάζω τὰ μέγιστα περὶ τούτου;

Ῥακ. Εἰπὲ σύ, τί τὸ παρὰ σοῦ θαυμαζόμενον.

Εὐλ. Οἱ Λατῖνοι ἔφθειραν, φῄς, τὰ βιβλία.

Ῥακ. Εἶπόν σοι, καὶ οὕτως ἐστιν.

Εὐλ. Οἱ Λατῖνοι ἔφθειραν τὰς βίβλους, εἴπερ καὶ συγχωρήσω σοι τοῦτο, ὅσαι τῆς ἑαυτῶν ἦσαν φωνῆς, τὰς δὲ τὴν ἡμετέραν ἐχούσας διάλεκτον, πῶς αὐτοὶ ἔφθειραν, ἀπορῶ.

Ῥακ. Ἔφθειραν τούτῳ τῷ τρόπῳ, τὰς μὲν δι' αὐτῶν, ἐπιστάμενοι τὴν ἡμετέραν φωνήν, τὰς δὲ διά τινων Γραικῶν Λατινοφρόνων, οἵτινες ἐν ἐκείνῳ
D τῷ καιρῷ, τουτέστιν ἐν τῇ συνόδῳ ἐκείνῃ, ἐφρόνη-σαν τὰ αὐτῶν.

Εὐλ. Ἔτι ἀπορίαν ἐπ' ἀπορίᾳ συνάπτω.

Ῥακ. Τίς ἐστιν αὕτη;

Εὐλ. Πρῶτον μὲν, ὅτι ἐκεῖνοι ἔφθειραν, φῄς, τὰ βιβλία, τὰ μὲν παρὰ σφῶν αὐτῶν, τὰ δὲ παρά τινων Γραικῶν, φρονησάντων τὰ αὐτῶν. Πῶς οὖν οὗτοι ἐλατινοφρόνησαν Γραικοὶ ὄντες; Δεύτερον τοσαύτη ὑπῆρχεν ἡ ῥύμη τῆς φθορᾶς, ὅτι οὐχ εὑρέθη οὐδεμία βίβλος οὔτε ἐν τοῖς βασιλεῦσι, οὔτε ἐν τοῖς πατριάρχαις, ἃς ὤφειλον ἔχειν εἰς ἔνδειξιν τῆς ἀληθείας, μαρτυρούσας τὸ ἀληθές. Οὐ δύνεμαι τοῦτο ἀκούειν.

Ῥακ. Τίς οἶδεν, εἰ σώζεται καὶ βίβλος βοῶσα τοῦτο, ὅπερ ἐγὼ λέγω;

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἀκρ. Νῦν ὁ Πατὴρ ἀμφιβάλλει κατὰ τὸν λόγον αὐτοῦ.

Εὐλ. Εἰ ἦν, ἐφάνη ἄν. Τὸ δὲ εἰπεῖν, ὅτι, « Τίς οἶδεν; » τοῦτο ἀμφίβολον ὑπάρχει· ἀπὸ δὲ τῶν ἀμφιβόλων οὐδὲν συνάγεται ἀληθὲς συμπέρασμα. Μᾶλλον ἀπὸ τούτου τοῦ λόγου εἰς ὑποψίαν ἄγεις με.

Ῥακ. Τί σὺ ὑποπτεύεις;

Εὐλ. Ὑποπτεύω πᾶν τοὐναντίον, ὅπερ σὺ λέγεις. Εἰ γὰρ κατὰ Λατίνων ἐν τῇ συνόδῳ ἐκείνῃ ἐπράχθη, εἶχον ἂν οἱ Γραικοὶ τὰς βίβλους, ὥσπερ χρυσᾶ ἐγκόλπια φυλαττομένας, εἰς τὸ δεικνύειν τοῖς μετὰ ταῦτα, ὅτι δικαίως αὐτῶν ἐχωρίσθησαν. Ἐπεὶ δὲ παρὰ μὲν τοῖς Γραικοῖς βίβλος οὐ φαίνεται οὐδεμία κατὰ Λατίνων τῆς συνόδου ἐκείνης, παρὰ δὲ Λατίνοις εὑρίσκεται, μάλιστα δὲ καὶ παρὰ Γραικοῖς, καὶ βοᾷ, ὅτι ἡ πρᾶξις ἐκείνη ὑπὲρ Λατίνων ἦν, ὑποψίαν μοι παρέχει μεγάλην, μᾶλλον δὲ καὶ σὺ ἔφθασας εἰπὼν, ὅτι τινὲς τῶν Γραικῶν ἐν αὐτῇ ἐλατινοφρόνησαν.

Ῥακ. Εἰπόν σοι, καὶ πάλιν ἐρῶ σοι, ὅτι ἐν τῇ συνόδῳ ἐκείνῃ ὑπερίσχυσαν οἱ Λατῖνοι, καὶ κατέπεισαν καὶ τοὺς Γραικοὺς δέξασθαι καὶ φρονῆσαι τὰ ἑαυτῶν ἀλλὰ λυθείσης τῆς συνόδου, τὸ πλεῖον μέρος πάλιν ἐσχίσθη, τῶν Γραικῶν δηλονότι.

Εὐλ. Ἐγὼ οὐ δύναμαι συνάψαι τὰ παρὰ σοῦ εἰρημένα. Δοκοῦσιν οὖν μοι ἐναντία ἀλλήλοις εἶναι. Πρὸ ὀλίγου γὰρ εἶπας ὅτι κατὰ Λατίνων ἡ πρᾶξις τῆς συνόδου ἐκείνης ἐγένετο· ἐλεγχθεὶς δὲ παρ' ἐμοῦ, ὡς οὐχ εὕρηται βίβλος ποτὲ μαρτυροῦσα τουτί, ἑτέραν ἐτράπης, ὅτι ὑπερίσχυσαν οἱ Λατῖνοι ἐν αὐτῇ, καὶ κατέπεισαν καὶ τοὺς ἡμετέρους δέξασθαι τὰ αὐτῶν· καὶ αὖθις φῄς, ὅτι μετὰ τὴν διάλυσιν τῆς συνόδου πάλιν ἐσχίσθησαν, καὶ ὀλίγοι ἔμειναν τὰ Λατίνων φρονοῦντες. Ἰδοὺ οὖν καὶ τοὺς Γραικοὺς καλεῖς Λατινόφρονας. Φράσον μοι οὖν, τί δηλοῦσιν, ἅπερ νῦν λέγεις, ὅτι ἐναντία ἀλλήλοις διαῤῥήδην εἰσίν;

Ῥακ. Οὕτως ἐπράχθη, καὶ οὕτω σοι λέγω.

Δικ. Δεῖ τὴν ἀλήθειαν λέγειν, καὶ μὴ τὰ τῆς ἰδίας ὀρέξεως, ἅπερ καὶ ἀνάπόδεικτα, καὶ τοῖς ἀνθρώποις μισητὰ φαίνονται.

Εὐλ. Ἔμειναν, φῄς, καί τινες Γραικοὶ τὰ Λατίνων φρονοῦντες.

Ῥακ. Οὕτως ἔχει.

Εὐλ. Ἐν γὰρ τούτῳ θαυμαστόν ἐστιν, ὅτι οἱ Γραικοὶ, τὰ Γραικῶν ἀφέντες, τὰ Λατίνων φρονοῦντες ἔμειναν, εἰ κατὰ Λατίνων ἡ πρᾶξις ἐγένετο, ὥσπερ εἰπὼν ἔφθασας, καίτοι γε ἰσχυρογνώμονές εἰσι τῇ σφετέρᾳ ἑαυτῶν δόξῃ, καὶ δεισιδαίμονες. Οὐδεὶς γὰρ εὔνους τὰ κατ' αὐτοῦ, ἀλλὰ τὰ ὑπὲρ τῆς συνόδου φρονεῖ. Εἰ γὰρ ὑπὲρ Γραικῶν ἦν, οὐκ ἂν ἐσχίζοντο ἀπ' αὐτῶν οἱ Γραικοὶ, ἀλλ' ἐκεῖνοι ἀπὸ τούτων ἄν. Δείκνυται δὲ μᾶλλον ἀπὸ τοῦ λόγου τούτου, ὅτι ὑπὲρ Λατίνων ἡ πρᾶξις ἐγένετο τῆς συνόδου ἐκείνης· διὰ τοῦτο ἐσχίσθησαν οἱ Γραικοὶ ἀπ' αὐτῶν, μὴ θελήσαντες ἑνωθῆναι αὐτοῖς, μηδὲ τῆς συνόδου τὴν ψῆφον δέξασθαι.

Δικ. Πιθανὸς ὁ λόγος τοῦ Εὐλαβοῦς κατὰ πόδας;

Aud. Nunc Pater iste hæsitat, ut ex verbis ipsius colligo.

Pius. Si esset, apparuisset utique. At enuntiare, « Quis scit? » ambiguum est atque incertum. Ex ambiguis incertisque nulla vera elicitur conclusio. Imo hoc tuo sermone me in suspicionem adducis.

Rhac. Quid suspicaris?

Pius. Suspicor omnia tuis verbis contraria. Etenim si contra Latinos ea in synodo actum esset, servassent sibi Græci libros, tanquam aurea monilia in pectore futuris hominibus ostensuri, non injuria se ab illis separatos. Cum vero apud Græcos nullus liber illius synodi contra Latinos appareat, apud Latinos vero inveniatur, quin et apud Græcos, inclametque actionem illam pro Latinis esse, suspicionem mihi injicit, eamque magnam, tum eo potissimum, quod et tu antea dixeras, nonnullos ex Græcis Latinorum sententiæ adhæsisse.

Rhac. Dixi tibi, dicamque iterum ea in synodo Græcis Latinos superiores fuisse, persuasisseque Græcis accipere et eadem atque illi sentire. Sed absoluta synodo potissima pars scissa est, Græcorum scilicet.

Pius. Ipse equidem haud valeo, quæ tu dicis, committere; namque sibi adversari videntur. Paulo ante siquidem dixeras adversus Latinos actionem illius synodi peractam fuisse; postea convictus nusquam apparere librum, qui id testetur, alio conversus, superiores, ais, Græcis Latinos factos illis persuasisse ut Latinorum dogmata acceptarent: rursumque addis, absoluta synodo scissos fuisse, et paucos remansisse qui cum Latinis sentirent. Ecce itaque Græci, ut ais, eadem atque Latini sentiunt. Explica ergo mihi quid innuant, quæ modo asseris; nam sibi ipsis palam adversantur.

Rhac. Ita actum est; et ita tibi enuntio.

Dic. Veritas edicenda est, et non ea quæ sunt proprii appetitus, quæ nec demonstrari queunt, et hominibus exsecrabilia judicantur.

Pius. Remanserunt, inquis, et quidam Græci Latinorum sententiæ addicti.

Rhac. Plane.

Pius. In hoc admiratione dignum est, Græcos, neglectis Græcis, Latinorum se sententiæ addixisse, in eaque perseverasse. Si adversus Latinos actio illa peracta est, ut antea dixisti: et nihilominus illi pervicaces et propositi sui tenaces sunt, et superstitiosi. Nemo enim illis quæ contra, sed illis quæ pro synodo sunt, æquo animo mentem applicat. Nam si pro Græcis fuisset, nunquam ab illis Græci, sed Latini a Græcis separarentur. Imo ex hoc sermone potius ostenditur actionem synodi illius Latinis favisse, propterea que Græcos ab illis divisos, cum illorum unionem respuerent, nec vellent synodi decretum admittere.

Dic. Probabilis Pii hujusce oratio est, proxime

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

refutationem præ se ferens. Nunc synodus Florentina, ut, tradunt Græci, pro Latinis, quæ non pro Latinis, sed potius pro veritate celebrata est. Nec eam Græci susceperunt; quin in eam conantur inclamitantque. Et tunc celebrata est contra Latinos, et non acceptarunt. Et quis hoc non irrideret?

Rhac. Noluerunt eam suscipere, Dicæocrita, synodum, quod in ea male dogmata habita sunt.

Pius. Postmodum celebratane est alia synodus?

Rhac. Et maxime.

Pius. Ubinam?

Rhac. In ipsa urbium regina sub Michaele Palæologo imperatore, et Vecco patriarcha Constantinopolitano.

Pius. Quid in ea gestum est?

Rhac. Eadem quæ et Lugdini.

Pius. Rursumque in ea Græci aliqui Latinorum dogmati adhæsere?

Rhac. Plures multis partibus in eorum sententiam iverunt, et imperator ipse et patriarcha.

Pius. Post illam coacta est alia synodus?

Rhac. Hæc, quæ Florentiæ habita est.

Pius. In ea quid actum est?

Rhac. Eadem in ipsa, quæ et in aliis concordata sunt.

Pius. Etiamne in ipsa Græci ad sententiam Latinorum accessere?

Rhac. Universa synodus, et imperator, et patriarcha, et tota denique congregatio, archiepiscopi, episcopi, abbates, cruciferi, hieromonachi, sacerdotes, et diaconi, et, ut verbo expediam, omnes ad unum Latinorum opinionibus subscripsere. Heu mala! Solus Ephesius antistes in fide perstitit orthodoxa.

Pius. Tu vero quem sequeris? multos, an unum hunc?

Rhac. Hunc. Quandoquidem ipse solus in recta professione remansit.

Pius. Et duodecim hi, quos Latinorum sententiæ addictos nuncupasti, quos sequuntur?

Rhac. Synodum et plures.

Dic. Indemnati sunt veri hi sacerdotes, dum obediunt synodo, partique illius potissimæ.

Pius. Habeo tibi ingentes gratias. Namque quæ in exordio hujus disceptationis a fratre Publicano, et a te nunc de his duodecim sacerdotibus dicta sunt, pulchre calleo, teneoque quos vocatis cum Latinis sentientes, et excommunicatos. Hi nempe quod sese subjecerint, quemadmodum et illi Lugdunensis, et alii Constantinopolitanæ, et nunc omnes Græcorum præstantiores Florentinæ synodi decretis, nuncupantur a vobis Latine sentientes et heterodoxi, tanquam qui ejurata Græcorum fide,

A φέρων τὸν ἔλεγχον. Νῦν γὰρ ἐγένετο σύνοδος ἐν Φλωρεντίᾳ, ὥς φασιν οἱ Γραικοί, ὑπὲρ Λατίνων, ἤτις οὐχ ὑπὲρ Λατίνων, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας μᾶλλον. Καὶ οὐκ ἐδέξαντο αὐτὴν οἱ Γραικοί, ἀλλὰ πράττουσί τε καὶ λέγουσι κατ' αὐτῆς. Καὶ τότε ἐπράχθη κατὰ Λατίνων, καὶ οὐχ ὑπεδέξαντο. Καὶ τίς ἂν τοῦτο μὴ μυκτηρίσῃ;

Ῥακ. Οὐκ ἠθέλησαν δέξασθαι, Δικαιοκριτα, ἐκείνην τὴν σύνοδον, ὅτι κακῶς ἐν αὐτῇ ἐπράχθη τὰ τῶν δογμάτων.

Εὐλ. Καὶ μετὰ ταῦτα οὐκ ἐνένετο ἄλλη σύνοδος;

Ῥακ. Ἀλλὰ ναί.

Εὐλ. Ποῦ δή;

Ῥακ. Ἐν αὐτῇ τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων ἐν τῷ καιρῷ Μιχαὴλ βασιλέως τοῦ Παλαιολόγου, καὶ Βέκκου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως.

Εὐλ. Καὶ τί δὴ ἐν αὐτῇ ἐπράχθη;

Ῥακ. Τὰ αὐτὰ καὶ ἐν αὐτῇ, ὥσπερ κἀν τῇ Λουγδούνῳ ἐπράχθη.

Εὐλ. Καὶ πάλιν ἔμειναν ἐν αὐτῇ Γραικοί τινες τὰ Λατίνων φρονοῦντες;

Ῥακ. Καὶ μάλα πολλοὶ, καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης.

Εὐλ. Καὶ ἐγένετο ἔτι ἄλλη σύνοδος μετ' αὐτήν;

Ῥακ. Αὕτη ἡ νῦν ἐν Φλωρεντίᾳ γενομένη.

Εὐλ. Καὶ ἐν αὐτῇ, ἐρωτῶ, τί ἐπράχθη;

Ῥακ. Τὰ αὐτὰ ταῖς πρὸ αὐτῆς καὶ ἐν αὐτῇ συνεκφωνήθη.

Εὐλ. Ἔμειναν δὲ καὶ ἐν αὐτῇ πάλιν Γραικοὶ τὰ Λατίνων φρονοῦντες;

Ῥακ. Πᾶσα ἡ σύνοδος, καὶ βασιλεὺς, καὶ πατριάρχης, καὶ ἡ μετ' αὐτῶν συνάθροισις πᾶσα, ἀρχιεπίσκοποι, ἐπίσκοποι, ἡγούμενοι, σταυροφόροι, ἱερομόναχοι, ἱερεῖς, καὶ διάκονοι, καὶ ἁπλῶς πάντες ἐλατινοφρόνησαν. Φεῦ τῶν κακῶν! Μόνος ὁ Ἐφέσου ἀρχιερεὺς ἔμεινεν ἐν τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει.

Εὐλ. Καὶ τίσιν αὐτὸς συνέπῃ, τοῖς πολλοῖς, ἢ τῷ ἑνὶ τούτῳ;

Ῥακ. Τούτῳ, ἐπεὶ μόνος αὐτὸς ἔμεινεν ἐν τῇ ὀρθῇ ὁμολογίᾳ.

Εὐλ. Καὶ οἱ δώδεκα οὗτοι, οὓς Λατινόφρονας ἔφης, τίσι συνέπονται;

Ῥακ. Τῇ συνόδῳ καὶ τοῖς πολλοῖς.

Δικ. Ἀκατάκριτοί εἰσιν οἱ ἀληθεῖς ἱερεῖς οὗτοι ὑποτασσόμενοι τῇ συνόδῳ, καὶ τοῖς πλείοσι τῶν ἐν αὐτῇ.

Εὐλ. Χάριτας ὁμολογῶ σοι πολλάς. Συνῆκα γὰρ ἄριστα τὰ ἐν προοιμίοις εἰρημένα παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ Τελώνου, καὶ παρὰ σοῦ νῦν, ὑπὲρ τῶν δώδεκα τουτωνὶ ἱερέων, οὓς φατε Λατινόφρονας, καὶ ἀφωρισμένους, ὅτι διὰ τὸ ὑποταγῆναι καὶ αὐτοὺς, ὥσπερ ἐκείνους ἐν τῇ Λουγδούνῳ, καὶ τοὺς ἄλλους ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ νῦν πάντας τοὺς τῶν Γραικῶν προκρίτους τῇ ἀποφάσει τῆς ἐν Φλωρεντίᾳ συνόδου, καλεῖτε Λατινόφρονας, καὶ ἑτεροδόξους, καὶ ὅτι τὴν τῶν Γραικῶν πίστιν ἀφέντες, τὴν

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τῶν Λατίνων ἐδέξαντο. Ἔπεισιν οὖν μοι κἀν τούτῳ τὰ πλεῖστα θαυμάζειν.

Ῥαχ. Τί περὶ τούτου θαυμάζεις;

Εὐλ. Θαυμάζω, ὅτι οὐ δύναμαι συμβιβάσαι τοὺς ἡμετέρους λόγους.

Δικ. Καὶ ἀληθῶς ἀσυμφωνία μεγίστη ἐστὶν ἐν αὐτοῖς.

Ῥαχ. Τίνα ἀσυμφωνίαν ἐν τοῖς ἡμετέροις ὁρᾷς λόγοις; Οὐκ ἔστιν οὕτως, ὡς ἔφην;

Εὐλ. Ὅρα τὸ ἀξύμβλητον καὶ τὸ διάφορον τῶν ἡμετέρων λόγων. Πρῶτον μὲν ἔφης, ὅτι ἡ ἐν Λουγδούνῳ σύνοδος κατὰ Λατίνων ἦν, καὶ ὅτι ἔμειναν πολλοὶ τῶν Γραικῶν φρονοῦντες τὰ τῶν Λατίνων, οἱ καὶ ἔφθειραν τὰ βιβλία, μὴ εὑρίσκεσθαι βοῶντας τὴν κατ' αὐτῶν κρίσιν· εἶτ' ἔφης, ὅτι ἐγένετο καὶ ἄλλη σύνοδος ἐν Κωνσταντινουπόλει τὰ αὐτὰ τῇ ἐν Λουγδούνῳ καὶ αὕτη φρονήσασά τε καὶ πράξασα, καὶ ἐν αὐτῇ ἔμειναν Γραικοί τινες Λατινοφρονήσαντες. Καὶ τελευτῶν ὡμολόγησας τὴν ἐν ταῖς ἡμέραις ἡμῶν γενομένην ἐν Φλωρεντίᾳ, καὶ αὐτὴν τὰ ὅμοια ταῖς πρὸ αὐτῆς ἐκφωνήσασαν, καὶ πλῆθος πολὺ τῶν Γραικῶν ἔμεινε φρονοῦν τὰ τῆς συνόδου ταύτης, ἥτις τὰ τῶν Λατίνων ἐδόξασεν. Ὅρα οὖν πῶς μοι θαυμάζειν ἔπεισι τῶν ὑμετέρων λόγων, ὅτι οὐ συμπεραίνουσιν ἀληθῆ. Ἔφης γὰρ τὴν ἐν Λουγδούνῳ σύνοδον κατὰ Λατίνων εἶναι, καὶ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει, τὰ αὐτὰ τῇ αὐτῇ λέγουσαν, εἶτα μὴ δυνάμενος τὴν ἀλήθειαν κρύψαι, ὥσπερ τὸν λύχνον ὑπὸ τὸν μόδιον, ἐπεὶ φανερά ἐστιν (ἐν ταῖς ἡμέραις γὰρ ἡμῶν ἐγένετο, καὶ πάντες γινώσκουσιν), ὡμολόγησας ἄκων καὶ ταύτην δηλαδὴ τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ γενομένην, τὰ αὐτὰ εἰποῦσαν ταῖς πρὸ αὐτῆς. Ἀπὸ τῶν σῶν τοίνυν λόγων συμπεραίνομεν, ὅτι οὐδὲν ἀληθὲς ἔφης. Εἰ γὰρ νῦν ἐν τῇ Φλωρεντίᾳ ὑπὲρ Λατίνων ἐπράχθη, ὥσπερ φαίνεται διαῤῥήδην, σὺ δὲ ἔφθης εἰπὼν, ὅτι τὰ αὐτὰ καὶ αὕτη τῇ ἐν Λουγδούνῳ καὶ τῇ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἔπραξεν, ἕπεται ἀναγκαίως κατὰ τὸ συγκεχωρημένον παρὰ σοῦ, ὅτι κἀκεῖναι ὑπὲρ Λατίνων ἦσαν. Διὰ τοῦτο καὶ τότε καὶ νῦν ὑπέμειναν οἱ συνετοὶ τῶν Γραικῶν τῇ ἀληθείᾳ μετὰ τῶν συνόδων καὶ τῶν Λατίνων ὁμολογοῦντες.

Ῥαχ. Ἔμειναν, ἀληθῶς ἔφης, τινὲς, οὐκ ἐν τῇ ὀρθῇ τῆς πίστεως ὁμολογίᾳ, τῇ τῶν Λατίνων δὲ δόξῃ βεβαιωθέντες, γυμνῇ τῇ κεφαλῇ ἀνακηρύττουσι· καὶ διὰ τοῦτο Λατινόφρονας αὐτοὺς ἀναμφιβόλως ἀποκαλοῦμεν.

Ἀκρ. Βαβαὶ τῆς τόλμης! βαβαί!

λύοντας λόγους, μὴ δυνάμενος δὲ ἀντιλέγειν, ἑτέροις τὴν διάλεξιν ἐνεχείρισας. Καὶ τότε ὁ Νικαίας ἀρχιερεὺς ἀνελάβετο τὸν ἀγῶνα, ὥστε μετὰ τοῦ φρὰ Ἀνδρέου ἀρχιεπισκόπου Ῥόδου διαλέγεσθαι· ὅτε καὶ τοὺς ἰσχυροτέρους ὑπὲρ Γραικῶν περὶ τῆς προσθήκης λόγους αὐτὸς εἶπε· πρὸς ἀλήθειαν γὰρ ἦν αὐτοῖς ὁ σκοπὸς, καὶ οὐ πρὸς ἐπίδειξιν, ὡς αὐτὸς φῄς· οὐ γὰρ ὡς Λατῖνοι καὶ μέρη τὴν διάλεξιν ἐποιοῦντο, ἀλλ' ὡς Χριστιανοὶ τὴν ἀλήθειαν ἐξηρεύνων, καὶ μετὰ σπουδῆς ἐξεζήτουν ἀπαύστως. Φαίνεται γὰρ διαῤῥήδην τοῦτο, ἔνθα ὁ μακαριώτατος πάππας τοῖς ἡμετέροις ἔλεγε· Θαυμάζω πῶς ἀμελεῖτε, καὶ ἀναβάλλεσθε τὰς συνελεύσεις· καὶ γὰρ οὐ παύομαι διεγείρων ἀεὶ ὑμᾶς πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐξέτασιν, ἀλλ' ὑμεῖς ῥᾳθυμεῖτε. Καὶ ἔχομεν ἐνταῦθα ἐν τῇ συνόδῳ ἐνιαυτοὺς δύο, καὶ οὔπω εἴκοσι καὶ πέντε ἐγένοντο συνελεύσεις. Ἔρχεσθε οὖν εἰς τὴν διάλεξιν· ἐκεῖ γὰρ εὑρεθήσεται ἡ ἀλήθεια· οὐ γὰρ δυνατὸν ἄλλως· ἔρχεσθε καὶ μὴ μέλλετε. Ἐλυπεῖτο γὰρ ὁ μακάριος ἐκεῖνος ἀνὴρ, πῶς οἱ ἡμέτεροι ῥᾳθύμως εἶχον, καὶ οὐ συνήρχοντο ἐν τῇ συνελεύσει. Ἔλεγον δὲ καὶ ἀπελογοῦντο οὐκ εἰς τὸ δόξαι τι λέγειν, καὶ τὰς τῶν οἰκείων προκατασχεῖν ἀκοὰς, ὡς φῄς σὺ διαβάλλων πάντας· πόῤῥω γὰρ τῆς ἐκείνων διανοίας τε καὶ σοφίας τουτί· ἀλλ' οὐδ' ὕστεροι ἔλεγον πρὸς τὸ λύειν τὰς συνελεύσεις, καὶ λυομένων αὐτῶν δοκεῖν αὐτοὺς ἅπαντα λύειν τὰ παρ' ὑμῶν λεγόμενα· ἀλλ' ἀπελογοῦντο ὕστεροι, ἐπειδὴ ὑμεῖς προετείνεσθε πρότερον ὡς κατήγοροι, ἐκείνους δὲ ἦν τὸ λοιπὸν ἐξ ἀνάγκης ἀπολογίαν ποιεῖσθαι.

A apertissime dissolvere; et cum non posses contradicere, aliis disputationem tradidisti. Tumque præsul Nicænus certamen suscepit, ut cum fratre Andrea Rhodi archiepiscopo disceptaret, quando et validiora pro Græcis argumenta super additamento ipse proposuit; ad veritatem enim illis tendebat animus, non, ut asseris, ad ostentationem. Neque enim disputabant ut Latini et adversa pars, sed ut Christiani veritatem perscrutabantur, et eam studio nunquam intermisso perquirebant. Id certe liquido constat ex verbis beatissimi papæ, quibus ad nostros utebatur dicens: Miror quod negligenter agatis, et conventus differatis; ego, non desino vos excitare ad veritatis indagationem, at vos segniores estis. Annus agitur secundus, postquam cœpta est agi synodus, necdum quinque et viginti sunt habitæ sessiones; convenite ergo ad disputandum, ita enim et nullo alio modo reperietur veritas; venite et cunctationem abjicite. Dolebat quippe vir ille beatus de negligentia nostrorum, quod non convenirent ad sessiones. Dicebant porro et se defendebant non ut viderentur habere quid dicerent, et suorum aures præoccuparent, ut tu calumniando omnes affirmas (procul enim a sensu et scientia illorum hoc est), sed neque posteriores disserebant, ut finem sessionibus imponerent, atque ita viderentur ipsi omnia diluere quæ a vobis objiciebantur; verum defensionis causa respondebant, quoniam priores vos proponebatis ut accusatores; reliquum ergo erat, ut illi rationem necessario redderent.

B

C

ΕΦΕΣ.

Ἐντεῦθεν ἤδη τοῦ λέγειν παυσάμενοι παρεκαλοῦμεν αὐτοὺς, τί μὴ λέγοντες ἱκανὸν ἐπισπάσασθαι καὶ λιθίνας ψυχάς; ἐπανελθεῖν πρὸς τὴν καλὴν συμφωνίαν ἐκείνην, ἣν εἴχομεν πρότερον καὶ πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς καὶ πρὸς τοὺς Πατέρας ἡμῶν, ὅτε τὸ αὐτὸ πάντες ἐλέγομεν, καὶ οὐκ ἦν ἐν ἡμῖν σχίσμα.

ΑΠΟΛ.

Καλῶς οἴδαμεν καὶ ἡμεῖς, ὅτι ἐπαύσω τῆς διαλέξεως, μὴ δυνάμενος ἀντιλέγειν τῷ τῆς Ἁγίας Σαβίνης καρδινάλει· ὅτε σου πάντας τοὺς λόγους οὓς ἔλεγες, ὡς οὐ δεῖ προσθεῖναι, δηλονότι τῷ ἱερῷ Συμβόλῳ, καὶ τὰ ὅμοια, διέλυσεν ὡς ἱστὸν ἀράχνης, ἐναργῶς παραστήσας, ὡς δεῖ τὴν ἀλήθειαν πάντοτε προστίθεσθαι. Σὺ δὴ μὴ ἔχων ἀπολογεῖσθαι, ἑτέραν ἐτράπης ὁδὸν λέγων· Ἐπανέλθωμεν πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἐκεῖνο μάθημά τε καὶ Σύμβολον, ὃ παρελάβομεν· αἰδεσθῶμεν τοὺς Πατέρας ἡμῶν· φυλάξωμεν τὴν παρακαταθήκην. Ὁ δὲ Ἰουλιανὸς γενναίως ἀντέφη πρὸς ταῦτα λέγων· Καὶ ἡμεῖς τοὺς Πατέρας ἡμῶν εὐλαβούμεθα ὡς εἰκὸς, καὶ τοὺς ὅρους αὐτῶν καὶ καλῶς νοοῦμεν καὶ εὐλαβῶς φυλάττομεν· οὐ γὰρ ἄλλο μὲν Σύμβολον, εἴτουν μάθημα πίστεως ἡμεῖς πρεσβεύομεν καὶ ὁμολογοῦμεν, ἀλλ' ἐκεῖνο ὅπερ ἡ ἁγία δευτέρα ἐξεβόησε σύνοδος. Αὐτὴν δὲ ἣν λέγεις προσθήκην, ἡμεῖς σαφήνειαν καὶ ἐξήγησιν, οὐ προσθήκην λέγο-

D

EPHES.

Tum vero omissa disputatione ad preces conversi sumus, quid non dicentes, quod vel lapideos animos posset allicere? ut rediretur ad præclaram illam concordiam, qua olim tum ipsi congruebamus inter nos, tum idem quod Patres sentiebamus, cum omnes idem dicebamus, et non erat schisma in nobis.

RESP.

Desiisse te disputare et nos probe scimus; nimirum quia resistere cardinali Sanctæ Sabinæ non poteras: quando omnes quæ a te afferebantur rationes, quod nihil sit addendum sacro videlicet Symbolo, ac similia, dissolvit ipse veluti telam araneæ, addendam esse demonstrans quovis tempore veritatem. Tu vero cum tua non posses defendere, altera progressus es via, dicens: Redeamus ad antiquum illud fidei rudimentum ac Symbolum, quod accepimus; revereamur Patres nostros; servemus depositum. Ad quæ Julianus egregie respondit: Et nos, inquit, ut par est, Patres nostros reveremur, et ipsorum decreta recta intelligimus et reverenter servamus; neque enim nos aliud Symbolum, seu fidei rudimentum tenemus et credimus præter illud, quod sancta synodus secunda promulgavit. Quod vero tu additamentum vocas, nos declarationem et explanationem, non additamentum dicimus; additamentum quippe dicendum est peregrinum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dogma; veritas autem non additamentum, sed explicatio, ut sæpe dictum est. Quod vero hortaris ut dicamus, quemadmodum initio dicebamus, quando non erat schisma inter nos, id sane e vestigio falsitatis arguitur : siquidem schisma centum post septimam synodum annis ortum est auctoribus Michaele imperatore et Photio patriarcha, Symbolum vero post secundam synodum Romana canebat Ecclesia, sicut hodie canit, teste Georgio Aristino, ut diximus. Nam et Maximus, qui fuit ante sextam synodum, testatur hoc in epistola ad Marinum presbyterum Cyprium, Romanam scilicet Ecclesiam ita sentire, sic scribens : Synodicarum sanctissimi papæ Martini, qui nunc præsidet, litterarum, non quot ipsi scripsistis, capita, Constantinopolitani notarunt, sed duo tantum, quorum unum ad divina spectat, quod dixerit, inquiunt, Spiritum sanctum a Filio quoque procedere, et quæ sequuntur, ne singula proferam. Quare non fuit origo schismatis, quod tu vocas additamentum, sed Romana Ecclesia Symbolum recitabat, ut hodie recitat ; et nos, scilicet Græci, recitabamus, ut nunc facimus, et schisma non erat in nobis. Possunt ergo etiam Latini iisdem ad te uti vocibus : Redeamus ad illa tempora, quibus juncti eramus, et nos Symbolum eo modo proferebamus, quo nunc proferimus, et vos similiter eo modo dicebatis, quo nunc dicitis, et unanimes eramus ; et neque vos de nobis conquerebamini, neque nos pariter de vobis. Miror autem quomodo synodi œcumenicæ non reprehenderint, si nos blasphemare sciebant, ut vos nunc dicitis et accusatis : tertia, inquam, quarta, quinta, sexta, et septima ; neque enim criminari cœpistis nisi post Photium. Itaque conveniamus, dicamusque quod ante schisma dicebamus, fietque ut idem utrique dicamus ; et tolletur schisma, pax autem subsequetur et concordia ; atque ita erimus Deo favente conjuncti.

μεν· προσθήκη γὰρ τὸ ἀλλότριον λέγοιτ' ἂν δόγμα· ἡ δ' ἀλήθεια οὐ προσθήκη, ἀλλ' ἀνάπτυξις, ὡς πολλάκις εἴρηται. Ὅτι δὲ παραινεῖς, ἵνα λέγωμεν ὥσπερ ἐλέγομεν κατ' ἀρχὰς, ὅτε οὐκ ἦν ἐν ἡμῖν σχίσμα, τούτου κατὰ πόδας ὁ ἔλεγχος· τὸ μὲν σχίσμα μετὰ τὴν ἑβδόμην σύνοδον ἑκατὸν ἔτη ἐγένετο αἰτίᾳ Μιχαὴλ βασιλέως καὶ Φωτίου πατριάρχου, τὸ δὲ Σύμβολον ἀπὸ τῆς δευτέρας συνόδου ἡ Ῥωμαϊκὴ οὕτως ἔψαλλεν Ἐκκλησία, ὡς ᾄδει καὶ σήμερον, καθὼς μαρτυρεῖ Γεώργιος ὁ Ἀριστινός, ὡς ἔφημεν· καὶ Μάξιμος δὲ ὁ πρὸ τῆς ἕκτης ὑπάρχων συνόδου μαρτυρεῖ τοῦτο ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Μαρῖνον πρεσβύτερον Κύπρου, ὡς ἡ Ῥωμαϊκὴ Ἐκκλησία ταύτην ἔχει τὴν δόξαν, λέγων ὧδε· Τῶν τοῦ νῦν ἁγιωτάτου πάππα Μαρτίνου συνοδικῶν οὐκ ἐν τοσούτοις ὅσοις γεγράφατε κεφαλαίοις οἱ τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων ἐπελάβοντο, δυσὶ δὲ μόνοις· ὧν τὸ μὲν ὑπάρχει περὶ θεολογίας, ὅτι τε, φησὶν, εἶπεν ἐκπορεύεσθαι καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τὰ λοιπὰ, ἵνα μὴ καθέκαστα λέγω. Ὥστε ἣν λέγεις προσθήκην, οὐκ ἦν αἰτία τοῦ σχίσματος, ἀλλ' ἡ Ῥωμαϊκὴ Ἐκκλησία ἔλεγε τὸ Σύμβολον, ὥσπερ λέγει καὶ σήμερον, καὶ ἡμεῖς ἐλέγομεν, οἱ Γραικοὶ δηλονότι, ὥσπερ καὶ σήμερον, καὶ σχίσμα οὐκ ἦν ἐν ἡμῖν. Οὐκοῦν δύνανται τὸ αὐτὸ καὶ οἱ Λατῖνοι πρός σε εἰπεῖν· Ἐπανέλθωμεν εἰς ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, καθ' ὃν ἡνωμένοι ἦμεν, καὶ ἡμεῖς ἐλέγομεν τὸ Σύμβολον ὥσπερ καὶ σήμερον, καὶ ὑμεῖς ὁμοίως ὥσπερ καὶ σήμερον λέγετε, καὶ ἦμεν ἐν ὁμονοίᾳ, καὶ οὔτε ὑμεῖς ἐνεκαλεῖτε ἡμῖν, οὔτε ἡμεῖς ὑμῖν. Θαυμάζω δὲ, πῶς αἱ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι οὐκ ἐνεκάλεσαν, εἰ ᾔδεσαν ἡμᾶς βλασφημοῦντας, ὥσπερ ὑμεῖς λέγετε νῦν καὶ ἐγκαλεῖτε ἡμῖν· λέγω δὲ ἡ τρίτη, ἡ τετάρτη, ἡ πέμπτη, ἡ ἕκτη, καὶ ἡ ἑβδόμη· οὐδ' ὑμεῖς ἐνεκαλεῖτε, ἀλλὰ μετὰ τὸν Φώτιον καὶ ἔτι. Συνέλθωμεν οὖν, καὶ εἴπωμεν ὅπερ ἐλέγομεν πρὸ τοῦ σχίσματος, καὶ εὑρεθησόμεθα τὰ αὐτὰ λέγοντες ἀμφότεροι, καὶ παύσεται τὸ σχίσμα, ἐπακολουθήσει δὲ ἡ εἰρήνη τε καὶ ὁμόνοια· καὶ οὕτως ἐσόμεθα σὺν Θεῷ ἡνωμένοι.

EPHES.

Hæc dicentes videbamur surdis auribus canere, aut lapidem coquere, aut semina saxis mandare, aut in aqua scribere, aut quidquid aliud adagiis significamus ad exprimenda impossibilia.

ΕΦΕΣ.

Ταῦτα λέγοντες κενὴν ἐῴκειμεν ψάλλειν, ἢ λίθον ἑψεῖν, ἢ κατὰ πετρῶν σπείρειν, ἢ καθ' ὑγρῶν γράφειν, ἢ ὅσα ἄλλα ἐπὶ τοῖς ἀδυνάτοις αἱ παροιμίαι φασίν.

RESP.

Possunt etiam Latini respondere tibi per adagia : Æthiops non dealbatur ; littori loquimur : neque enim tu auscultas ; fabula sine capite : imperfecta enim dicis ; et alia quæcunque in contumaces usurpantur et arrogantes. Inobsequentes enim nunquam obsequentur. Ita plane et tu : visum tibi est manere in schismate et sejunctione, seductione et pravitate ; et mansisti, permanebisque etiam post mortem in ipso. At vero qui suam expetunt salutem, non ita, neque aures aut oculos claudunt, sed audiunt et vident, et intelligere volunt quod melius et utilius est ad suam ipsorum salutem. Tu

ΑΠΟΛ.

Καὶ Λατῖνοι δύνανται ἐκ τῶν παροιμιῶν πρὸς σὲ ἀντερεῖν· Αἰθίοψ οὐ λευκαίνεται· αἰγιαλῷ λαλοῦμεν· ἀνήκοος γὰρ ὑπάρχεις· ἀκέφαλος μῦθος· ἀτελῆ γὰρ λέγεις· καὶ ὅσα ἄλλα ἐπὶ τῶν ἀνηκόων καὶ ἀλαζόνων αἱ παροιμίαι λέγουσιν· ἀπειθεῖς γὰρ οὐδέποτε πείσονται. Οὕτω καὶ σύ· ἔδοξέ σοι μένειν ἐν τῷ σχίσματι καὶ τῷ χωρισμῷ, τῇ πλάνῃ τε καὶ κακίᾳ, καὶ οὕτως ἔμεινας, ἐν ᾧ καὶ μετὰ τὸν θάνατον διαμενεῖς καὶ ἔσῃ ἀεί. Ἀλλ' οἱ τῆς ἑαυτῶν ὀρεγόμενοι σωτηρίας οὐχ οὕτως, οὐδὲ κλείουσι τὰς ἀκοὰς, οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς καμμύουσιν, ἀλλ' ἀκούουσι καὶ βλέπουσι καὶ συνιέναι θέλουσι τὸ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κρείττόν τε καὶ συμφέρον τῆς σωτηρίας αὐτῶν. Σὺ δὲ οὐκ ἠθέλησας, ἀλλὰ τῇ οἰήσει ἀπατηθεὶς, φρονιμώτερος καὶ σοφώτερος ὢν τῆς συνόδου εἶναί σε πάσης, ὅπερ τῆς ἄκρας μωρίας δεῖγμα ἦν, ἕνα ἄνθρωπον βέλτιστον εἶναι πάσης τῆς οἰκουμένης· ἕνα πρὸς ἕνα ἔχει καὶ λόγον, πάσης δὲ τῆς Ἐκκλησίας κοινῶς συνελθούσης ἕνα βέλτιστον εἶναι ἀδύνατον· παντελῶς· εἰ δὲ μή γε, καὶ Ἄρειος, καὶ Εὐνόμιος, καὶ οἱ ἕτεροι τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων ἐχθροὶ ταυτὸ τοῦτο φήσουσιν· ἀλλ' οὐκ ἔστιν. Ὅθεν ἔδει καὶ σὲ τὴν ἀλήθειαν γνόντα, καὶ τῶν πολλῶν ἀκούσαντα, τὴν διχόνοιαν ἐᾶσαι καὶ τὸ ἐπίμονον, καὶ τὴν ματαίαν πρόληψιν καὶ κακίαν, καὶ ἑνωθῆναι τῇ τῶν πολλῶν ἀποφάσει, μᾶλλον δὲ τῇ ἀποφάσει τῆς Ἐκκλησίας.

A vero noluisti, sed superba de te ipso opinione deceptus, putasti universa te synodo prudentiorem esse et doctiorem; quod extremæ stultitiæ argumentum est, unum scilicet hominem antecellere universis. Esto, si unum cum uno conferas, id enim credibile est; at universa Ecclesia congregata unum hominem esse præstantiorem omnino est impossibile: alioquin et Arius, et Eunomius, et reliqui generalium conciliorum hostes hoc ipsum dicent; verum id fieri non potest. Quare te etiam oportebat agnita veritate multos audire, dissensionemque et pervicaciam et vanam illam quam habebas animo anteceptam opinionem ac perversitatem deponere; et multorum, imo vero Ecclesiæ sententiam sequi.

B

ΕΦΕΣ.

Ἐκεῖνοι γὰρ τοῖς μὲν ἐλέγχοις στενοχωρούμενοι, διόρθωσιν δὲ οὐδαμῶς οὐδεμίαν παραδεχόμενοι, διὰ τὸ ἀνιάτως ἔχειν, ὡς ἔοικε, παρεκάλουν ἡμᾶς ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν μεταβῆναι τοῦ δόγματος, ὡς ἱκανῶν ἤδη ῥηθέντων τῶν ἐπὶ τῇ προσθήκῃ λόγων· οἰόμενοι δι' ἐκείνων τῶν λόγων ἐπισκιάσειν τὸ τοῦ Συμβόλου τόλμημα, τῆς δόξης ὑγιοῦς δεικνυμένης.

EPHES.

Illi enim argumentis convicti, et in angustias redacti, nullam vero prorsus emendationem admittentes, quod, ut apparet, morbo laborent insanabili, hortabantur nos, ut ad inquisitionem dogmatis transiremus, quod esset de additamento satis jam dictum: his verbis existimantes obtegi, quod in Symbolo sunt ausi, si opinio sana esse probaretur.

ΑΠΟΛ.

Οἱ τοῖς ἐλέγχοις στενοχωρηθέντες φαίνονται ἐν τοῖς Πρακτικοῖς τῆς συνόδου· ἐλέγετε γὰρ, καὶ πρῶτος ἁπάντων σὺ, ὅτι Διαζευχθῶμεν, διαιρεθῶμεν, ἀπέλθωμεν· οἱ Λατῖνοι σοφοὶ καὶ γενναῖοι ἄνδρες εἰσὶ, καὶ διαλεκτικοὶ ἐμπειρότατοι. Εἰ οὖν ἐν τοῖς περὶ τὴν προσθήκην λόγοις ἐφάνησαν οὕτω δεινοὶ, ὥστε μηδεμίαν ἀπολογίαν ὑπολειφθῆναι ἡμῖν, τίνες ἂν γένωνται, ὅταν περὶ τῆς δόξης τὴν ἐξέτασιν ποιησώμεθα, ὅπου καὶ διδασκάλους τῆς Ἐκκλησίας ἔχουσι δεῖξαι, τὴν ἐκπόρευσιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος καὶ τῷ Υἱῷ διδόντας; Λοιπὸν συμφέρει ἡμῖν ἀπελθεῖν, ἢ ἡττηθῆναι καὶ μετ' αἰσχύνης ἐπαναστρέψαι. Ταῦτα μὲν ἐλέγετε, ἀληθῶς τοῖς ἐλέγχοις ὑμεῖς στενοχωρούμενοι. Διόρθωσιν δὲ παρὰ σοῦ τὴν Ῥωμαϊκὴν δέξασθαι Ἐκκλησίαν οὐκ ἔδει· ἐκείνη γὰρ πασῶν κυβερνῆτις ἐστι, καὶ ταῖς νοσούσαις τῶν ἐκκλησιῶν ἰατρὸς ἐμπειρότατος, παρὰ τοῦ Χριστοῦ λαβοῦσα τὴν ἐξουσίαν τὰς ἄλλας ἰθύνειν καὶ κυβερνᾶν, ἐπιστηρίζειν καὶ διορθοῦν, οὐκ αὐτὴν δὲ διορθοῦσθαι παρὰ τῶν ἄλλων. *Καὶ σύ ποτε ἐπιστραφεὶς*, φησὶν ὁ Σωτὴρ πρὸς τὸν Πέτρον, *στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου*· οὐ γὰρ εἶπε, Στηρίχθητι ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν σου, ἀλλὰ, *Στήριξον*. Οὐκοῦν καὶ σὲ ἔδει στηριχθῆναι παρ' αὐτῆς ὡς καὶ οἱ σοφώτεροί σου καὶ λογιώτεροι ἐστηρίχθησαν. Ἐπὶ δὲ τὴν ἐξέτασιν μεταβῆναι τοῦ δόγματος οὐ παρεκάλουν Λατῖνοι· ἀλλ' ὅτι μῆνας εἴχετε δεκατέσσαρας διαλεγόμενοι περὶ τοῦ, Οὐ δεῖ προσθεῖναι, δυοῖν μόνοιν ὄντοιν τοῖν ζητημάτοιν, ἐν οἷς ἱκανὰς ἀπολογίας παρέσχον ὑμῖν αὐτοί· διὰ τοῦτο ἔδει καὶ πρὸς τὸ ἕτερον μεταθεῖναι τὸν λόγον· ἵνα, δειχθέντος τοῦ δόγματος ἀληθοῦς, ἀδίκως αὐτοὺς ἐπιδείξωσι παρ' ὑμῶν συκοφαν-

RESP.

Qui fuerint per argumenta coangustati, declarant Acta synodi. Dicebatis enim, et primus omnium tu: Disjungamur, dividamur, abscedamus; Latini viri docti et præstantes virtute sunt, et dialecticæ peritissimi. Quod si in disputatione de additamento visi sunt adeo acres ingenio, ut nullus apologiæ locus sit nobis relictus, qui erunt cum ipsam opinionem examinabimus, pro qua et doctores Ecclesiæ proferre habent, Spiritus sancti productionem Filio quoque tribuentes? Satius igitur est abire, quam vinci et cum ignominia reverti. Hæc dicebatis ipsi profecto convicti, et in angustias per argumenta redacti. A te porro emendari Romanam Ecclesiam nil opus erat; nam illa cunctarum est gubernatrix ecclesiarum, et ægrotantibus ecclesiis peritissime medetur, cum potestatem a Christo acceperit regendi alias et gubernandi, confirmandi et corrigendi, non ut ipsa confirmetur ab aliis: *Et tu*, inquit Salvator ad Petrum, *aliquando conversus confirma fratres tuos* [1]; non dixit: Confirmare a fratribus tuis, sed, *Confirma*. Oportebat igitur te etiam ab illa confirmari, quemadmodum sapientiores et doctiores te confirmati sunt. Ut transiretis autem ad inquisitionem dogmatis non hortabantur Latini; verum quia menses jam erant quatuordecim, cum illud agitabatur, nihil esse Symbolo adjiciendum, et ad quæsitorum alterum (nam duo tantum erant) jam satis illi vobis responderant, propterea opus erat ut ad alterum etiam pertractandum transiretur, quo dogmatis veritate patefacta probarent se a vobis injuria calumniis peti, quasi sacri Symboli depravatores. Osten-

[1] Luc. XXII, 32.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

derunt ergo nobis liquidissime, potestatem esse sanctæ illi sedi examinandi et corrigendi quæ spectant ad fidem. Quare non, ut dicis, ad obtegendum facinus, quod ausi sunt in Symbolo, cupiebant devenire ad dogmatis disquisitionem, sed ut vobis demonstrarent piam esse vocem illam, *Filioque*, in Symbolo positam, esseque doctorum et Ecclesiæ sententiam, et frustra se a vobis accusari et oppugnari: propterea ad perscrutationem dogmatis pervenire studebant.

A τουμένους ὡς παραχαράκτας τοῦ ἱεροῦ Συμβόλου. Ἔδειξαν οὖν ἡμῖν ἐμφανέστατα, ἐξουσίαν ἔχειν τὸν θεῖον θρόνον ἐκεῖνον ἐξετάζειν καὶ διορθοῦν τὰ περὶ τὴν πίστιν. Διὸ οὐκ ἐπὶ τὸ ἐπισκιάσαι τὸ τόλμημα, ὡς σὺ φῄς, τοῦ Συμβόλου ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν ἐπεθύμουν μεταβῆναι τοῦ δόγματος, ἀλλ' ἵνα δείξωσιν ὑμῖν, ὡς εὐσεβής ἐστιν ἡ, *Ἐκ τοῦ Υἱοῦ*, φωνὴ τεθεῖσα ἐν τῷ Συμβόλῳ, καὶ δόξα τῶν διδασκάλων καὶ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ὅτι μάτην αὐτοῖς ἐγκαλεῖτε καὶ μάχεσθε· διὰ τοῦτο πρὸς τὴν ἐξέτασιν τούτου ἔσπευδον μεταβῆναι.

EPHES.

Verum nostri id non ferebant, et nullo modo patiebantur de dogmate quæstionem haberi, ni prius corrigeretur additamentum.

ΕΦΕΣ.

Ἀλλ' οἱ ἡμέτεροι οὐκ ἠνείχοντο, καὶ ἀμεταθέτως εἶχον πρὸς τὴν τῆς δόξης ἐξέτασιν, εἰ μὴ διορθωθείη πρότερον ἡ προσθήκη.

RESP.

Non ferebant sane nostri alterius problematis quæstionem agitari, certamen paventes, illudque reformidantes, ne in secundo etiam idem illis eveniret. Etenim vos divisa in duas partes quæstione, quarum altera erat, nihil esse Symbolo addendum, ne dictionem quidem nec syllabam, altera vero, nec pium nec verum esse quod est additum Symbolo, rationes vestras protulistis. Cum vero Latini ad primum strenuos se præstitissent, veritatemque demonstrassent, ac ostendissent definitiones et decreta prohibentia nihil sibi obstare; alioquin futurum ut Patres etiam secundæ synodi subjecti omnino essent anathemati, quod aliud Symbolum ediderint ab illo diversum, quod antea prima tradiderat; nostri in hoc devicti secundum pertimescebant certamen. Si enim, aiebant, in eo quod fortius videbatur, tam validas et nervosas dedere Latini defensiones, quid dicemus, ubi sanctos Patres proferent consona huic dogmati locutos? Propterea nullo modo volebant ut ad disquisitionem veniretur, et fugam inde parabant. Attamen suum te defensorem constituerunt; tu vero, nempe ut devitares discussionem dogmatis, at certe clam assentiendo Latinorum dogmati, dixisti: Ut verum etiam examinando reperiatur dogma, nos certe vocem hanc in Symbolo admittere non possumus, quoniam Patres nostros veremur. Pugnabas ergo et tu contra veritatem, ut ille qui de umbra asini altercabatur; et emendationem faciendam hoc modo dicebas: Tollatur e Symbolo vox illa addita, et reponatur seorsum in peculiari decreto; quando hæc te dicente ridiculum quid passa est nostra natio. Si enim vox *Filioque* blasphema est, cur petis, ut in decreto peculiari reponatur, quemadmodum doctissimus cardinalis Julianus tibi objecit? Cum enim dixisses: Non possumus hanc vocem in fidei Symbolo recipere, quod sit blasphema, sed eam in alio separatim reponamus decreto, ut factum est ab antiquis de voce illa, *Semper virgo*, in hymno cujus initium: *Unigenitus Filius*, cardinalis respondit: Quæratur prius, venerande Pater, num vera sit, an falsa et blasphema vox. Et si quidem blasphema demonstrabitur, neque in Symbolo habeatur, neque

B

ΑΠΟΛ.

Ἀληθῶς οὐκ ἠνείχοντο μὲν οἱ ἡμέτεροι ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν τοῦ δευτέρου προβλήματος, τὸν ἀγῶνα δειλιῶντες καὶ τρέμοντες, μή πως τὰ αὐτὰ τῷ δευτέρῳ πάθωσιν. Εἰς δύο οὖν ὑμεῖς τὸ ζήτημα διαιρήσαντες, εἰς τὸ, Οὐ δεῖ προσθεῖναι τῷ Συμβόλῳ μήτε λέξιν μήτε συλλαβήν· τὸ δὲ, ὡς Ἡ προστεθεῖσα ἐν τῷ Συμβόλῳ προσθήκη οὐκ ἔστιν εὐσεβὴς οὐδὲ ἀληθὴς, προετείνατε τοὺς λόγους. Τῶν δὲ Λατίνων ἐπὶ μὲν τὸ πρῶτον γενναίων φανέντων, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐπιδειξάντων, καὶ ὡς οὐ προσίστανται αὐτοῖς οἱ ὅροι καὶ τὰ κωλύματα, εἰ δὲ μὴ, καὶ οἱ τῆς δευτέρας συνόδου Πατέρες πάντως ὑπῆρχον ὑπὸ τῷ ἀναθέματι, ἄλλο ἐκδεδωκότες Σύμβολον ἢ ὅπερ ἡ πρώτη φθάσασα παραδέδωκεν· οἱ ὑμέτεροι ἡττηθέντες ἐν τούτῳ, ἐδειλίων τὸν δεύτερον εἰσελθεῖν ἀγῶνα· εἰ ἐν αὐτῷ, ὅπερ αὐτοῖς ἰσχυρότερον εἶναι ἐδόκει, οὕτως ἰσχυρὰς καὶ γενναίας οἱ Λατῖνοι τὰς ἀπολογίας ἀπέδωκαν, τί ἂν εἴπωμεν, ἔλεγον, ὅταν τοὺς ἁγίους ἡμῖν ἐπιδείξωσι συμφωνοῦντας τῷ δόγματι; Διὰ τοῦτο ἀμεταθέτως εἶχον πρὸς τὴν ἐξέτασιν, καὶ ὥρμησαν ἐκεῖθεν φυγεῖν· ὅμως προὐβάλοντό σε ὑπὲρ αὐτῶν ἀπολογήσασθαι· καὶ εἶπες, φεύγων δῆθεν τοῦ δόγματος τὴν ἐξέτασιν, συγκαταβαίνων δ' ὅμως ἐγκεκαλυμμένως τῷ τῶν Λατίνων δόγματι, ὅτι Εἰ καὶ ἀληθὲς εὑρεθείη τὸ δόγμα ἐξεταζόμενον, ἀλλ' ἡμεῖς οὐ δυνάμεθα παραδέξασθαί ποτε τὴν φωνὴν ταύτην ἐν τῷ Συμβόλῳ, ἐπειδὴ τοὺς Πατέρας ἡμῶν εὐλαβούμεθα. Ἐμάχου οὖν τῇ ἀληθείᾳ καὶ σὺ, ὡς ἐκεῖνος ὁ ὑπὲρ τῆς ὄνου σκιᾶς· καὶ τὴν διόρθωσιν τρόπῳ τοιούτῳ γενέσθαι ἔλεγες· ὅτι Ἐκβληθήτω ἀπὸ τοῦ Συμβόλου ἡ προσθήκη αὕτη, καὶ τεθήτω ἐν ἰδίῳ ὅρῳ· ὅτε καὶ γελοῖόν τι προσετρίβη τῷ γένει, σοῦ ταῦτα λέγοντος. Εἰ γὰρ βλάσφημός ἐστιν ἡ, *Ἐκ τοῦ Υἱοῦ*, φωνὴ, διὰ τί ζητεῖς αὐτὴν ἐν ἰδίῳ ὅρῳ τεθῆναι; καθὼς Ἰουλιανὸς ὁ σοφώτατος καρδινάλις πρός σε ἔφη. Εἰπόντος γὰρ σοῦ, ὅτι Οὐ δυνάμεθα τὴν φωνὴν παραδέξασθαι ταύτην ἐν τῷ Συμβόλῳ τῆς πίστεως ὡς βλάσφημον αὐτὴν οὖσαν, ἀλλὰ θήσομεν ἐν ἰδίῳ ὅρῳ, ὥσπερ οἱ πάλαι τὴν τῆς *Ἀειπαρθένου* φωνὴν ἐν τῷ, *Ὁ μονογενὴς Υἱός*· ὁ καρδινάλις ἀντέφη· Ἐξετασθήτω πρότερον, Πάτερ αἰδέσιμε, ἡ φωνὴ αὕτη, εἰ ἀληθής ἐστιν, ἢ ψευδής τε καὶ βλάσφημος· καὶ εἰ μὲν βλάσφημος ἀποδειχθῇ, οὔτε ἐν

C

D

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τῷ Συμβόλῳ μενεῖ, οὔτε ἀλλαχοῦ τεθήσεται· τὰ γὰρ βλάσφημα οὐδαμοῦ χρὴ λέγεσθαι· εἰ δ' εὐσεβής, τί ἐν τῷ Συμβόλῳ, τί ἀλλαχοῦ; Μᾶλλον μὲν οὖν ἐν τῷ Συμβόλῳ δεῖ ὁμολογεῖν τὴν ἀλήθειαν. Ταῦτα ἀκούσαντα τρόμος ἐπελάβετό σε καὶ τοὺς μετὰ σοῦ ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν μεταβῆναι τοῦ δόγματος, καὶ ὡρμήσατε φυγεῖν, γλιχόμενοι τῆς ἐκεῖθεν ἐξελεύσεως.

ΕΦΕΣ.

Κἂν ἐνέμειναν διὰ τέλους τῇ ἐνστάσει ταύτῃ, κἂν διελύθησαν ἐκεῖθεν καλῶς ποιοῦντες, εἰ μὴ παραπεισθέντες ὑπό τινων αὖθις, ὡς ἀπρεπές ἐστι μηδὲν εἰπόντας περὶ τοῦ δόγματος ἀπελθεῖν, ἐδέξαντο τὴν μετάβασιν, τοῦτο μὲν τὴν ἀπὸ τῆς προσθήκης ἐπὶ τὴν δόξαν, τοῦτο δὲ τὴν ἀπὸ Φερράρας εἰς Φλωρεντίαν.

ΑΠΟΛ.

Ἤθελον μέν τινες ἀούνετοι διαμεῖναι τῇ ἐνστάσει, καὶ διαιρεθῆναι, καὶ διαλυθῆναι ἐκεῖθεν, ὧν σὺ πρῶτος ὑπῆρχες· οἱ δὲ τῆς σωτηρίας αὐτῶν ἐπιθυμηταί, καὶ τὸν κίνδυνον τῆς αἱρέσεως ὅσος ἐστὶ φοβηθέντες κατὰ τῶν διαιρουμένων ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας, οὐκ ἠθέλησαν τὴν μοχθηρίαν ταύτην νοσῆσαι· ἐξετασθῆναι δὲ τὸ δόγμα καὶ τὴν ἀλήθειαν διατρανωθῆναι, καὶ ταύτην ἀσπάσασθαι μετὰ χαρᾶς ὑπεδέξαντο. Ὅθεν τῷ τοῦ δικαίου λόγῳ καὶ τοὺς ἄλλους πείσαντες, ἐδέξαντο μεταβῆναι ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν τοῦ δευτέρου προβλήματος· ἐδέξαντο δὲ καὶ τὴν ἀπὸ Φερράρας εἰς Φλωρεντίαν μετάβασιν, ἐπειδὴ ὁ τῆς ὁσίας μνήμης Εὐγένιος ὁ Ῥώμης ἀρχιερεὺς ὁ θειότατος οὐκ εἶχεν ἔτι ἐν Φερράρᾳ, οὔτε μὴν εὕρισκε διδόναι ὑμῖν ἑκάστῳ τὸ σιτηρέσιον, καὶ τοῖς Φλωρεντίνοις μηνύσας δανεῖσαι αὐτῷ τεσσαράκοντα χιλιάδας χρυσίνων, ἀπέστειλεν αὐτοῖς τὴν μίτραν αὐτοῦ ἐνέχυρον· οἱ τὸ ἐνέχυρον λαβόντες, τὸ αἰτηθὲν ἀνεπλήρωσαν· σὺν ἐκείνοις δὲ καὶ ἄλλας τεσσαράκοντα ὑπέσχοντο χάριτι δοῦναι, εἰ εἰς τὴν πόλιν αὐτῶν μεταθήσοι τὴν σύνοδον, ἵνα δῆθεν ἡ πολιτεία αὐτῶν τὴν τοῦ ὅρου τιμὴν ἀπολάβοι. Διὰ τοῦτο οὖν ἡ μετάβασις ἀπὸ Φερράρας εἰς Φλωρεντίαν γέγονεν.

ΕΦΕΣ.

Ἔνθα γενόμενοι τῶν περὶ τῆς δόξης διαλέξεων ὀπηυξάμεθα, τῶν Λατίνων προενεγκόντων ῥητά, τὰ μὲν ἐξ ἀποκρύφων τινῶν καὶ ἀγνώστων βιβλίων, τὰ δὲ ἐκ νενοθευμένων τε καὶ διεφθαρμένων, ἐν οἷς ἰσχυρίζοντο τὴν ἑαυτῶν δόξαν συνίστασθαι. Πάλιν οὖν αὐτοῖς ἐγὼ συμπλεκόμενος, καὶ τὸ τῆς δόξης ἄτοπον διελέγχων, καὶ νενοθευμένας εἶναι τὰς βίβλους προφανῶς παριστῶν, οὐδὲν ἦνυον εἰς πειθώ, πλὴν ὅσον τὸν καιρὸν ἀναλίσκειν εἰκῇ καὶ μάτην.

ΑΠΟΛ.

Περὶ τῆς δόξης πρῶτος ὁ ἐν θεολογίᾳ ὑψίνους Ἰωάννης, ὁ τοῦ σχήματος τοῦ ἁγίου Δομινίκου ἔπαρχος, τὴν ἔναρξιν ἐποιήσατο· Μετὰ τῆς εὐλογίας τοῦ μακαριωτάτου Πατρὸς τὴν ἐξέτασιν, φήσας, ποιήσομαι πρὸς ὑμᾶς περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως· ὅτε οὐκ ἐξ ἀποκρύφων τινῶν βιβλίων καὶ ἀγνώστων ῥητὰ προήνεγκεν, οὐδὲ ἐκ νενοθευμένων

A alibi reponatur; blasphema enim nusquam dicenda sunt. Si vero pia, cur minus in Symbolo quam alibi? Imo potius Symbolo veritatem fateri oportet. His tu atque tui auditis disputationem de dogmate exhorruistis, et fugam parastis, abire illinc exoptantes.

EPHES.

Atque ii quidem ut instare cœperunt, perstitissent etiam in hac voluntate usque ad finem, et recessissent illinc bono sane consilio, ni dissuasum esset eis a quibusdam, rationem illam afferentibus, quod indecorum esset abscedere nulla habita de dogmate quæstione; ita suum præbuere assensum, tum ut a disputatione de additamento transiretur ad quæ-
B stionem dogmatis, tum ut ab urbe Ferraria Florentiam iretur.

RESP.

Volebant sane imprudentes quidam in ea voluntate persistere, qua cœperant instare, et disjungi, atque inde abscedere, quorum tu caput eras. Verum qui suæ salutis erant avidi, agnoscentes quantum sit hæreseos periculum in iis qui se ab Ecclesia secernunt, noluerunt timore perculsi hujus nequitiæ morbo affici; sed magna voluntate permiserunt et quæri de dogmate, et veritatem enucleari, ut eam amplecterentur. Quare persuasis etiam aliis ut æquitati acquiescerent, admiserunt secundi problematis disquisitionem; admiserunt
C etiam ut Florentiam e Ferraria iretur, quoniam Eugenius beatæ memoriæ sanctissimus pontifex Romanus Ferrariæ non habebat, nec aliunde facultas ei suppetebat, unde vobis alimenta subministraret. Idcirco mutuo petiit a Florentinis quadraginta nummum aureorum millia oppignerata mitra sua. Illi accepto pignore pecuniam numerarunt; tantumdem vero se dono etiam daturos promiserunt, si in eorum urbem transferret synodum, ut scilicet illorum respublica honore hoc augeretur, si inibi definitio fieret. Id fuit ergo causæ cur Ferraria Florentiam se conferrent.

EPHES.

Quo ubi pervenimus, disputationem de dogmate sumus aggressi; Latinis dicta proferentibus ex libris
D partim apocryphis et ignotis, partim depravatis et corruptis, quibus sententiam suam inniti asseverabant. Itaque rursum ego cum illis congressus, et sententiam absurdam esse aperte demonstravi, et libros depravatos perspicue probavi. Nihil tamen profeci, nec persuadere quidquam potui; tantum mihi frustra tempus conterebatur.

RESP.

Primus de dogmate Joannes ille in re theologica summi vir ingenii, atque in instituto sancti Dominici præfecti dignitate ornatus, disputationem instituit: Accepta, inquiens, benedictione Patris beatissimi, quæstionem de Spiritus sancti processione vobiscum habebo: quando non ex apocryphis ignotisque libris protulit textus, aut corruptis et depra-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vatis, ut ipse ais ; nisi apocrypha intelligas Basilii Magni et Athanasii opera, nec non Epiphanii et sancti Cyrilli, quorum dicta Joannes proferebat Latinorum nomine, per quæ demonstrare conabatur dogmatis veritatem. Noluerunt enim sacri illi viri Occidentalium auctoritate doctorum, sed Orientalium probare hoc dogma ; ne, quod etiam evenit, possetis contradicere. Tu vero cum ferre non posses veritatem, corruptos et depravatos vocabas doctorum libros : quando etiam magno tuo dedecore universa te synodus suggillavit ita dicentem, et præsertim ulterioris Franciæ præsules, ut audierunt Orientalium doctorum libros vocari a te corruptos, magna voce exclamarunt : Hæreticus est iste maledictus, æterna feriatur excommunicatione, doctores enim rejicit : et si suis Orientis doctoribus fidem non tribuit, quid de nostris Occidentalibus dixerit ? Hinc commotione excitata consurgentes nihil aliud egistis. Proxima vero sessione cum illi ex magni Cyrilli verbis argumenta duxissent, tu omnino sanctum Cyrillum negasti ita dicere. Cum vero Joannes Epiphanium eadem quæ Cyrillus dicentem protulisset, tu hæc ipsa etiam adulterata vocasti. Inde coactus profundæ illæ ac sublimis theologiæ vir Basilium Magnum attulit in libro contra Eunomium consimilia prioribus disserentem: tu vero illa quoque depravata dixisti. Ita libros omnes, qui producti sunt, corruptos vocando, stultissimus ab omnibus habitus es. Quando misistis etiam Nicomediensis præsulis ministrum, ut afferret codicem sancti Basilii, in quo dictum illud habetur : Cur enim necesse est, etc. Ille vero sive malitia sua permotus, sive etiam a vobis admonitus, voluit occulere veritatem atque accepto codice venit ad fenestram cogitans dictum illud abradere, signatoque folio, in quo sententia habebatur, cultellum quærebat, quo illam eraderet. At vero Spiritus veritatis non permisit id fieri, ne veritas exstingueretur ; excitat ergo flantem auram, per quam factum est ut folio, in quo dictum inerat, mutato, aliud se offerret : ille festinans aliud expunxit pro alio. Deinde celeri gressu reversus ad synodum audacter ibat ad convincendos Latinos. Ut vero pater ejus librum aperuit, et integram sententiam vidit, torve in ministrum intuens, rem commonstrabat, ut ille tremebundus clamavit : Ita mihi, Domine, tua prosit benedictio ; derasi illam, quomodo autem rursus integra sit, ignoro. Ita cum inventa esset sententia, confusi recessistis ; et jam non te pudet dicere, Latinorum dogma abs te demonstratum esse absurdum ? Erubescendum tibi erat hæc proloqui. Neque enim scribebas ad rudes, vel in regiones terræ desertas, ubi non essent, qui rerum conscii in tuas litteras inciderent. Siquidem Acta testantur veritatem, nihil aliud a te clamitatum, quam : Prolatus liber apocryphus est. Proferebant Cyrilli dictum, vocabas corruptum ; citabant Basilii sententiam, dicebas : Depravata est ; et in hoc sita erat responsionis tuæ

τε καὶ διεφθαρμένων, ὡς σὺ φῄς· εἰ μή που ἀπόκρυφα σὺ νοεῖς τὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου καὶ Ἀθανασίου βιβλία, Ἐπιφανίου τε καὶ Κυρίλλου τοῦ ἱεροῦ, ἐξ ὧν προέφερεν ὁ Ἰωάννης ὡς ἐκ προσώπου Λατίνων ῥητὰ, δι' ὧν ἰσχυρίζετο τὴν ἀλήθειαν τοῦ δόγματος παραστῆσαι. Οὐ γὰρ ἤθελον οἱ ἱεροὶ ἄνδρες ἐκεῖνοι διὰ δυτικῶν διδασκάλων τὸ δόγμα τοῦτο συστῆσαι, ἀλλ' ἐξ ἀνατολικῶν Πατέρων, ἵνα μὴ ἔχητε τοὐναντίον εἰπεῖν, ὅπερ καὶ γέγονε. Σὺ δὲ τὴν ἀλήθειαν μὴ δυνάμενος φέρειν, διεφθαρμένα τε καὶ νενοθευμένα τὰ τῶν διδασκάλων ἐκάλεις βιβλία· ὅτε καὶ μῶμος προσετρίβη σοι μέγας παρὰ τῆς συνόδου ἁπάσης λέγοντι οὕτως· καὶ μάλιστα οἱ τῆς ἐνδοτέρας Φραγκίας ἡγούμενοι ἀκούσαντες, ὅτι τὰ τῶν ἀνατολικῶν διδασκάλων βιβλία διεφθαρμένα ἀποκαλεῖς, μεγάλῃ φωνῇ ἐξεβόησαν· Αἱρετικὸς οὗτός ἐστιν ὁ κατάρατος· αἰωνίως ἀφορισθήτω· τοὺς διδασκάλους γὰρ ἀποσείεται· καὶ εἰ τοῖς αὐτοῦ διδασκάλοις τοῖς ἀνατολικοῖς οὐ πιστεύει, τί ἂν εἴποι περὶ τῶν δυτικῶν τε καὶ ἡμετέρων ; Ὅθεν συγχύσεως γενομένης ἀνέστητε μηδὲν ἄλλο πράξαντες. Τῇ δὲ ἐφεξῆς συνελεύσει ἐν τοῖς τοῦ μεγάλου Κυρίλλου ῥητοῖς τὸν λόγον ποιησαμένων ἐκείνων, παντελῶς ἠρνήσω τὸν ἅγιον οὕτω λέγοντα. Ὁ δὲ Ἰωάννης τὸν Ἐπιφάνιον ἔφερε συνηγοροῦντα Κυρίλλῳ· καὶ αὐτὰ νενοθευμένα ἐκάλεσας. Εἶτα ἀναγκασθεὶς ὁ βαθὺς ἐκεῖνος καὶ ὑψηλὸς θεολόγος, τοῦ μεγάλου Βασιλείου ῥητὸν ἀπὸ τῶν κατ' Εὐνομίου προσέφερε, συνηγοροῦν τοῖς πρότερον ἐνεχθεῖσι· σὺ δὲ καὶ τοῦτο νενοθευμένον ἐκάλεσας· καὶ πάσας τὰς προενεχθείσας βίβλους διεφθαρμένας ἀποκαλῶν, μωρία ἐνομίσθης τοῖς πᾶσιν· ὅτε καὶ τὸν ὑποταχτικὸν τοῦ Νικομηδείας ἀπεστείλατε τὸ βιβλίον κομίσαι τοῦ ἱεροῦ Βασιλείου, τὸ τὴν ῥῆσιν ἔχον τοιάνδε· Τίς γὰρ ἀνάγκη, καὶ τὰ ἑξῆς. Κἀκεῖνος οὖν τῇ κακίᾳ κινούμενος, ἢ καὶ παρ' ὑμῶν κινηθεὶς ἠβουλήθη τὴν ἀλήθειαν κρύψαι· καὶ λαβὼν ἀνὰ χεῖρας τὴν βίβλον, καὶ ἐλθὼν ἐπὶ τὸ θυρίδιον, ᾠκονόμησε τὸ ῥητὸν ἀποξέσαι. Καὶ στήσας τὸ φύλλον ὃ τὸ ῥητὸν εἶχεν, ἀπῆλθε λαβεῖν τὸ σιδήριον τοῦ ἀπαλεῖψαι αὐτό. Τὸ δὲ τῆς ἀληθείας Πνεῦμα οὐκ ἠθέλησε τοῦτο γενέσθαι, ἵν' μὴ σβεσθῇ ἡ ἀλήθεια, ἀλλὰ πνέει ἀέρα, ὁ δὲ ἀντιτρέπει τὸ φύλλον τὸ ῥητὸν ἔχον, καὶ ἕτερον ἵστησιν· ἐκεῖνος τῇ σπουδῇ ἐκκόπτει ἕτερον ἀνθ' ἑτέρου. Λαβὼν οὖν τὸ βιβλίον, καὶ σπουδαίως ἐν τῇ συνόδῳ ἐλθών, ἤρχετο μετὰ θάρσους τοὺς Λατίνους νικῆσαι. Ἀνοίξας δὲ τὸ βιβλίον ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ἰδὼν ἔτι τὸ ῥητὸν ὑγιὲς ὑπάρχον, στρεβλῷ τῷ ὀφθαλμῷ τὸν ὑποταχτικῷ ἐκβλέψας, ἐδείκνυεν· ὃς μετὰ δέους ἐβόησεν· Εἰς τὴν εὐχήν σου, Κύριε, ἔκοψα αὐτό· πῶς δὲ καὶ πάλιν ὑγιές ἐστιν, ἀπορῶ. Οὕτως οὖν τοῦ ῥητοῦ ὑγιοῦς εὑρεθέντος ἀνεχωρήσατε· καὶ νῦν οὐκ αἰσχύνῃ λέγων, ὅτι ἤλεγξας τὸ ἄτοπον τῆς τῶν Λατίνων δόξης ; Ἔδει οὖν σε αἰσχύνεσθαι ταῦτα λέγοντα· οὐ γὰρ πρὸς ἀμαθεῖς ἢ εἰς τὴν ἄοικον ταῦτα ἐπέστελλες, ὅπως μὴ ἐντύχωσι τοῖς εἰδόσι· τὰ Πρακτικὰ γὰρ δεικνύουσι τὴν ἀλήθειαν, ὅτι οὐδὲν ἄλλο ἐβόας, ἢ Ἀπόκρυφόν ἐστι τὸ προκομισθὲν βιβλίον. Ἕφερον τοῦ Κυρίλλου ῥητὸν, διεφθαρμένον ἐκάλεις· ἐκόμιζον τοῦ Βασιλείου, νενοθευμένον ὑπάρχειν ἔλε-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

γες· καὶ τοῦτο μόνον ὑπῆρχέ σοι τὸ γενναῖον τοῦ λόγου. Εἶτα εἰπόντων ἐκείνων, σὲ προκομίσαι τὸ ἀληθὲς, προθεσμίαν ἐζήτεις ἀπελθεῖν εἰς Κωνσταντινούπολιν καὶ εὑρεῖν. Τοιαῦτά σου τὰ γενναῖα ῥήματα καὶ ἡ τοῦ λόγου ἰσχὺς, ἅπερ ἐπ' ἀληθείας αἰσχύνη ἐστὶν ἀπαγγέλλειν αὐτά. Διὰ τοῦτο ἅλις ἐν τούτοις.

A præstantia. Deinde illis dicentibus, ut verum a te proferretur, quærebas spatium eundi Constantinopolim ad inveniendum. Hæc erant egregia tua verba, et robur tui sermonis, quæ profecto recensere pudeat. Quare de hoc satis.

ΕΦΕΣ.

Ἄλλων γὰρ ἄλλα ῥητῶν ῥητὰ διαδεχομένων, καὶ λόγου λόγον γεννῶντος, ὡς ἐν τοιούτοις εἰκὸς, οὐδέν τι μᾶλλον ἡ ἀλήθεια τὴν ἑαυτῆς ἰσχὺν ἐπεδείκνυτο, πολὺ τὸ μέλαν ἐμούντων ἐκείνων πρὸ ἑαυτῶν, καὶ ταῖς μακρολογίαις αὐτὴν ἐπισκιαζόντων.

EPHES.

Aliis enim alia dictis dicta excipientibus, et sermone sermonem pariente, ut in hisce assolet, non sinebatur veritas suas vires ostendere, multum illis atramentum præ se offundentibus, et prolixis sermonibus eam offuscantibus.

ΑΠΟΛ.

Ἐπειδὴ τὰ τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου ῥητὰ διεφθαρμένα ἔλεγες, ἀνάγκη ἦν ῥητὰ ἑτέρων ἁγίων προκομίσαι, καὶ προέφερον τοῦ Ἐπιφανίου τε καὶ Κυρίλλου· καὶ αὐτὰ ἀπόκρυφα, ἄγνωστά τε καὶ διεφθαρμένα ἐκάλεις. Ὅθεν ὁ λόγος τὸν λόγον γεννῶν, ὡς εἰωθεν ἐπὶ τούτοις ἀεὶ γίγνεσθαι, ἐχώρει εἰς ἄπειρον. Καὶ σοῦ μὲν ἓν καὶ γενναῖον ἦν ἀεὶ λέγοντος, ὅτι διεφθαρμένον τοῦτο, νενοθευμένον ἐκεῖνο· ἄγνωστον τοῦτο, ἀπόκρυφον τἄλλο. Οἱ δὲ προσδιαλεγόμενοι τῶν Λατίνων ἠγανάκτουν, καὶ θαυμάζοντες ἔλεγον· Αἰδέσιμε πάτερ Ἐφέσου, ἡμεῖς μὲν ὅσα τῶν ὑμετέρων ἁγίων βιβλία δείξομεν, ὅλα διεφθαρμένα λέγεις ἃ Ἑλληνικά εἰσιν. Εἰ μὲν οὖν τὰ Ἑλληνικὰ διεφθαρμένα καὶ νόθα εἰσὶ, Λατινικὰ δὲ ἡμεῖς οὐ θέλομεν ἐπιδεῖξαι διὰ τὸ ἀνύποπτον, πόθεν ἐπιδείξομεν τὴν ἀλήθειαν, ἵνα σὺ πιστωθείης; Δεῖξον σὺ, Πάτερ αἰδέσιμε, τὴν ἀλήθειαν. Σοῦ δὲ ἄλλο τι μὴ ἔχοντος λέγειν, ἢ ὅτι διεφθαρμένα καὶ νόθα εἰσὶν, ἀνάγκη ἦν ἐκείνους διὰ τῶν ἑπομένων τοῦ διδασκάλου ῥητῶν συμβιβάσαι τὸν νοῦν, καὶ μακροὺς ἀποτεῖναι λόγους εἰς ἀπόδειξιν καὶ ἐξήγησιν τοῦ ῥητοῦ. Μέλαν δὲ οὐκ ἐξέμεσαν ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἀποκρίσεσιν οἱ Λατῖνοι τὴν ἀλήθειαν ἐρευνῶντες, ἀλλ' ἢ σὺ πάντοτε μεθ' ὕβρεως λέγων καὶ γράφων, καὶ τὸν ἰὸν ἐν τοῖς χείλεσιν ἔχων, ὅθεν καὶ κατεγνώσθης ὡς δεισιδαίμων.

B Quandoquidem Athanasii Magni verba corrupta dicebas, afferenda tibi erant necessario aliorum sanctorum dicta, et allata sunt ex Epiphanio et Cyrillo. Tu vero illa etiam apocrypha, ignota et vitiata vocabas. Quapropter sermo sermonem pariens, ut semper in hujuscemodi rebus assolet, in infinitum protrahebatur. Et tu quidem unum semper et præclarum assidue repetebas : Hoc est corruptum, illud depravatum, ignotum hoc, apocryphum illud. Ex Latinis vero qui tecum disputabant, stomachabantur, et mirabundi, Reverende Pater Ephesine, aiebant, quoscunque nos sanctorum vestrorum libros Græcos ostenderimus, tu vocas corruptos ; si ergo Græci codices corrupti et adulterini sunt, Latinos vero nos proferre nolumus, ut omnis absit suspicio, unde veritatem demonstrabimus, ut fidem tibi faciamus ? Ostende tu, reverende Pater, veritatem. Te autem nihil aliud respondente, quam loca corrupta et adulterina esse, necesse erat Latinos per sequentia verba doctoris sensum cohærentem ostendere, et longos texere sermones ad demonstrandum et explanandum auctoris dictum. Nullum porro atramentum evomuere Latini in suis responsionibus, cum veritatem indagarent ; imo vero tu, qui semper et loquendo et scribendo contumelias jacis, et labra veneno perfusa habes, ex quo etiam condemnatus es ut superstitionibus imbutus.

ΕΦΕΣ.

Ἄχρις οὗ πάλιν ἀπαγορεύσας, ὑπό τε τῆς συνήθους ἐνοχλούμενος ἀσθενείας, καὶ τὸ τῶν λόγων ἄκαρπον καθορῶν, ἀπέτεινα λόγον διὰ μακροῦ πρὸς αὐτοὺς ὅσον ἴσχυον· ἐν ᾧ μαρτυρίαις πλείσταις ἀναντιῤῥήτοις παρέστησα τὴν ἀλήθειαν τοῦ ἡμετέρου δόγματος, ὅτιπερ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, οὐχὶ δὲ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται.

EPHES.

Donec iterum spe et viribus destitutus, tum quia consueto affligebar morbo, tum quia inania fundi verba videbam, sermonem ad eos habui quam potui longissimum ; quo plurimis irrefragabilibus testimoniis aperui nostri dogmatis veritatem, quo scilicet ex solo Patre, non etiam ex Filio, procedebat Spiritus sanctus.

ΑΠΟΛ.

Ἀπηγόρευσα; μὲν ἀληθῶς, ἔφης, μὴ δυνάμενος τοῖς γενναίοις τοῦ φρὰ Ἰωάννου συλλογισμοῖς ἀντιλέγειν, ὅτε σοι τὸ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ῥητὸν μετὰ συλλογισμῶν ἀντηρώτα, τὸ λέγον· Οὐ γάρ τινα λαμβάνομεν παρὰ τοῦ Πνεύματος, ὥσπερ παρὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα. Ἐν τούτῳ γὰρ τῷ ῥητῷ σε ἔδειξεν ἄπειρον θεολογίας τῆς ἱερᾶς· ὅτε καὶ ὡς ἀκροατὴν σε ἐδίδασκε, πῶς δεῖ νοεῖν τὴν ἐκπόρευσιν τοῦ παναγίου Πνεύματος· κατόπτρου γὰρ δίκην τὰ Πρακτικά εἰσι μαρτυροῦντα τὸ ἀληθές· οὐ γὰρ

RESP.

Verum est quod ais, fuisse te spe destitutum : quia contra validos fratris Joannis syllogismos dicere non valebas ; quando te per syllogismos vicissim interrogabat de illo magni Basilii dicto : Neque enim accipimus a Spiritu aliqua, sicut a Filio Spiritus. In qua te sententia ostendit sacræ theologiæ ignarum ; cum te etiam velut auditorem erudiebat, quomodo intelligenda sit Spiritus sancti processio ; Acta enim instar speculi sunt, et verum testantur. Neque vero tu illius verba vide-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

has inania, sed solida et nervosa. Quo porro vexa- A
ri morbo soleres, supra quidem diximus, sed et paulo post dicemus, ut qui fuerit, omnibus pateat. Cæterum adversus vim et robur argumentorum Joannis cum stare non posses, fugam parasti disputationis congressu perterritus : et longum quidem habuisti sermonem, sed qui nullum disputationis fructum haberet. Siquidem a Cabasila, et Palama, et similibus eorum schismaticis omnia mutuatus, nuda proponebas Evangelii dicta, putans te per ea probaturum quod ex solo Patre, non etiam ex Filio, procedat Spiritus sanctus; quod tu quidem certe probandum assumpsisti, at non probasti, neque tibi textus illi quidquam profuerunt. Dicere enim: *Qui a Patre procedit* [5], non modo non facit ad tuum finem, sed etiam aperte B
adversatur. Neque enim dicit : Qui ex solo Patre, vel, qui ex Patre, non autem ex Filio, procedit. Illud autem : *Cum venerit Paracletus, quem mittet Pater* [6], nullas tibi dat vires ; non enim sic ait : Quem mittet solus Pater; aut : Quem Filius non mittit. Præterea illud Pauli : *Nos non Spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est* [7], nihil tuo proposito suffragatur. Neque enim dicit, Spiritum solius Patris, et non Filii, sed, *Spiritum qui ex Deo est*, Deus autem Pater et Filius. Quibus ergo ex locis probasti in synodo Spiritum ex solo Patre, ut hic te jactas ? Num ex his quæ modo allata sunt ? At in iis non habetur Ex solo, sed simpliciter Ex Patre procedentem, quæ tibi omnia C
Latini concedunt : siquidem hic unus est longi illius tui sermonis sensus. At veritatis defensores tibi negabunt, dicta illa refragari affirmantibus Spiritum sanctum etiam ex Filio procedere. Nam si dicerent, Qui ex Patre non ex Filio, sive, Ex solo Patre non etiam ex Filio ; vel ita ; Pater solus producit Spiritum sanctum, non etiam Filius, aut similia, esset umbratilis hæc tibi rixæ et contentionis occasio. Verum, ut etiam ex solo Patre dicerent, ad probandum quod vis, tibi satis non esset. Quod certe perspicere licet ex aliis Evangelii dictis. Salvator inquit : *De die illa et hora nemo scit, neque angeli cœlorum, neque Filius, nisi Pater meus solus* [8]. Et rursus : *Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me* [9]. In his perspicue negavit D
Filius se scire, sed unum scire ait Patrem ; et doctrinam, inquit, suam non esse suam, sed Patris : attamen non recte et laudabiliter credimus omnino oppositum, dicimusque notam ipsi esse diem illam et horam æque ac Patri; et doctrinam ipsius esse asseveramus. Si ergo nos eorum quæ ille manifeste negavit contraria credimus (1), et recta fide tenemus, cur hic, ubi nullam negationem apposuit, non credamus ex ipso etiam esse Spiritum sanctum, quando hoc ipsum per alia sacri

ἀκαρπίαν ἐώρας ἐν τοῖς ἐκείνου λόγοις, ἀλλ' ἰσχύν τε καὶ δύναμιν. Ἣν δ' εἶχες ἐξ ἔθους ἀσθένειαν, εἴπομεν μὲν καὶ πρότερον, δηλώσομεν δὲ καὶ μετὰ μικρὸν, ἵνα γνῶσι πάντες τίς ἦν. Πρὸς δὲ τὴν δύναμιν καὶ ἰσχὺν τῶν τοῦ Ἰωάννου λόγων μὴ δυνάμενος ἀντιβλέψαι ἠβουλήθης ἀποδρᾶσαι, τὸν ἀγῶνα δειλιάσας τῆς διαλέξεως· καὶ ἐξέτεινας λόγον, μακρὸν μὲν, μηδένα δὲ καρπὸν ἔχοντα διαλέξεως, ἀλλὰ πάντα ἀπὸ τοῦ Καβασιλᾶ τε καὶ Παλαμᾶ, καὶ τῶν κατ' αὐτοὺς σχισματικῶν ἀναλαβὼν ἔλεγες γυμνὰ ῥητὰ τοῦ Εὐαγγελίου, οἰόμενος ἐξ ἐκείνων δεῖξαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, οὐχὶ δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἐκπορεύεσθαι· ὅπερ προέθου μὲν ὁμολογουμένως δεῖξαι, οὐκ ἔδειξας δὲ, οὐδὲ προὔργου τὰ ῥητὰ ἐκεῖνά σοι ἀπηντήκεσαν. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, *Ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται*, οὐ μόνον οὐ συνηγορεῖ τῷ σῷ λόγῳ, ἀλλὰ καὶ προδήλως ἐναντιοῦται· οὐ γὰρ φησιν, Ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς μόνου, ἢ παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται. Καὶ τὸ λέγειν, *Ὅταν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, ὃν πέμψει ὁ Πατὴρ*, οὐδεμίαν σοι ἰσχὺν δίδωσιν· οὐ γὰρ λέγει, Ὃν πέμψει ὁ Πατὴρ μόνος, ἢ Ὃν ὁ Υἱὸς οὐ πέμπει. Καὶ τοῦ Παύλου δὲ, ὃ λέγει· *Ἡμεῖς οὐ τὸ Πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ*, οὐ συνηγορεῖ τῷ σῷ βουλήματι· οὐ γὰρ λέγει, Τὸ Πνεῦμα μόνου τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλὰ, *Τὸ Πνεῦμα*, φησὶ, *τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ*, Θεὸς δὲ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱός. Ἐκ πο'ων οὖν ῥητῶν ἔδειξας ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα ἐν τῇ συνόδῳ, ὥσπερ λέγεις ἐνταῦθα ἐγκαυχώμενος; Ἐκ τῶν ἤδη ῥηθέντων; Καὶ αὐτὰ οὐκ ἐκ μόνου φασὶν, ἀλλ' ἁπλῶς ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τούτοις τοῖς λόγοις Λατῖνοι συνομολογήσουσιν. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νοῦς ἅπας ἐκείνου τοῦ λόγου ὅνπερ ἐξέτεινας. Ἀλλ' οὐκ ἀντίκεινται, φήσουσιν οἱ τῆς ἀληθείας συνήγοροι, τὰ ῥητὰ ταῦτα τοῖς λέγουσι καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι. Εἰ γὰρ ἔφασαν, Ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ· ἢ, Ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα, οὐχὶ δὲ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ· ἢ, Ὁ Πατὴρ μόνος προβάλλει τὸ Πνεῦμα, οὐ μὴν δὲ καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ ἄλλ' ὅμοια, εἶχες ἂν σκιὰν ἐρίζειν τε καὶ φιλονεικεῖν. Ἀλλ' οὐδὲ εἰ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἔλεγον, ἦν ἱκανὰ πρὸς ὃ σὺ βούλει· πάρεστι γὰρ εἰδέναι καὶ ἐξ ἄλλων εὐαγγελικῶν φωνῶν τοῦτο αὐτό. Φησὶ γὰρ ὁ Σωτήρ· *Περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι οἱ ἐν οὐρανῷ, οὐδὲ ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ ὁ Πατήρ μου μόνος*. Καὶ αὖθις· *Ἡ ἐμὴ διδαχὴ οὐκ ἔστιν ἐμὴ, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με*. Ἐν τούτοις οὖν σαφῶς μὲν ἀπηρνήσατο, ὅτι οὐκ οἶδεν αὐτὸς ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ μόνος ὁ Πατήρ· καὶ ἡ διδαχὴ αὐτοῦ οὐκ ἔστιν αὐτοῦ, ἀλλὰ τοῦ Πατρός. Ἡμεῖς δὲ καλῶς καὶ ἐπαινετῶς πιστεύομεν πᾶν τοὐναντίον, καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην καὶ ὥραν εἰδέναι αὐτὸν ὥσπερ καὶ τὸν Πατέρα λέγομεν, καὶ τὴν

[5] Joan. xv, 26. [6] ibid. [7] I Cor. ii, 12. [8] Matth. xxiv, 36. [9] Joan. vii, 16.

(1) Quoad verba scilicet, non quoad sensum contraria

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

διδαχὴν αὐτοῦ εἶναι τιθέμεθα. Εἰ οὖν ἐν οἷς φανερῶς ἀπηρνήσατο, ἡμεῖς τἀναντία πιστεύομεν, καὶ ὀρθοδόξως ποιοῦμεν, διὰ τί ἐνταῦθα, ἔνθα οὐδεμίαν ἄρνησιν τέθεικεν, οὐ πιστεύομεν ὅτι καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα ὑπάρχει, ὅπου γε ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις δι' ἄλλων ῥητῶν τὸ αὐτὸ ἡμῖν ὁ Σωτὴρ παρισταῖ; ὃς πού φησιν· *Ὅταν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν.* Οὗτός ἐστιν ὁ Παράκλητος ἐκεῖνος, ὃν ὁ Πατὴρ ἐκπορεύει· εἰ οὖν ὃν ὁ Πατὴρ ἐκπορεύει, ὁ Υἱὸς ἐκπέμπει, τί διαφέρει τὸ πέμπεσθαι τοῦ ἐξ αὐτοῦ ἐκπορεύεσθαι; Καὶ πάλιν· *Ὅταν ἔλθῃ ἐκεῖνος, ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν· πάντα γὰρ ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστι. Διὰ τοῦτο εἶπον, ὅτι Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει.* Καὶ ὁλλαχοῦ· *Ἐνεφύσησε, καὶ εἶπε τοῖς μαθηταῖς, Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον.* Ἅπερ πάντα δεικνύουσιν, ὅτι καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται. Πόθεν οὖν καὶ ἐκ ποίων ῥητῶν ἔδειξας σὺ τὸ Πνεῦμα ἐκ μόνου τοῦ Πατρός; Ἐκ τῶν διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας; Καὶ πῶς ἐστι δυνατὸν τοὺς αὐτοὺς ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ λέγειν; Εἰ γὰρ ἔλεγον οὕτως, ἑαυτοῖς περιέπιπτον, ἄλλα μὲν λέγοντες ἐν ἄλλοις, καὶ ἄλλα ἐν ἄλλοις. Δεῖ γὰρ ἢ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς λέγειν αὐτοὺς, ἢ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ· ἀλλὰ τὸ ἐκ μόνου οὐδεὶς τῶν ἁγίων εἴρηκεν, εἰ μὴ μόνον Νεστόριος ὁ αἱρετικὸς, τὸ δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ πάντες οἱ διδάσκαλοι διαῤῥήδην κηρύττουσιν. Αὐτίκα γὰρ ὁ μέγας τῆς Ἐκκλησίας στῦλος, ὁ μέγας τῷ ὄντι καὶ ἱερὸς Ἀθανάσιος ἐν τῇ ὁμολογίᾳ τῆς ἑαυτοῦ πίστεώς φησιν· Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ οὐ ποιητὸν, οὐ κτιστὸν, οὐ γεννητὸν, ἀλλ' ἐκπορευτόν. Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Κυρίου λόγῳ οὕτω φησίν· Μὴ ὑπονοείτω τις, ὅτι μὴ ἔχων αὐτὸς ἐλάμβανεν· αὐτὸς γὰρ αὐτὸ ἄνωθεν ἔπεμπεν ὡς Θεὸς, καὶ αὐτὸς αὐτὸ κάτωθεν ὑπεδέχετο ὡς ἄνθρωπος· ἐξ αὐτοῦ οὖν εἰς αὐτὸν κατῄει, ἐκ τῆς θεότητος αὐτοῦ εἰς τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ.

Βασίλειος δὲ ὁ θειότατος ἐν τῷ κατ' Εὐνομίου τρίτῳ φησίν· « Τίς γὰρ ἀνάγκη, εἰ τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ τάξει τρίτον ὑπάρχοι τὸ Πνεῦμα, τρίτον εἶναι αὐτὸ καὶ τῇ φύσει; Ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως τῆς αἰτίας ἐκείνης ἐξημμένον παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος. »

Ὁ δὲ Νύσσης θεῖος Γρηγόριος ὁ καὶ ἀδελφὸς τούτου ἐν πολλοῖς μὲν λόγοις αὐτοῦ τοῦτό φησι, μάλιστα δὲ ἐν τῇ εἰς τὸ, *Πάτερ ἡμῶν*, ὁμιλίᾳ τρίτῃ διατρανοῖ λέγων· « Ὁ γὰρ μονογενὴς Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς παρὰ τῆς ἁγίας Γραφῆς ὀνομάζεται, καὶ μέχρι τούτου ἵστησιν ὁ λόγος αὐτοῦ τὸ ἰδίωμα· τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι λέγεται, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται· *Εἴ τις γὰρ Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ*, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. »

Κύριλλος δὲ ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας φωστὴρ ὁ μακάριος, ἐν τῇ πρὸς Νεστόριον ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχὴ, Τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐναργῶς λέγοντος, Ὁ

A Evangelii verba Salvator nobis declarat? Alicubi enim dicit: *Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis* [10]. Hic est Paracletus ille, quem Pater producit: si ergo quem Pater producit, hunc Filius mittit, quid differt inter mitti et procedere? Et rursus: *Cum venerit ille docebit vos omnem veritatem; ille me clarificabit quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis: omnia enim quæcunque habet Pater, mea sunt, propterea dixi quia de meo accipiet* [11]. Et alibi: *Insufflavit et dixit discipulis: Accipite Spiritum sanctum* [12]. Quæ omnia ostendunt, etiam ex Filio procedere Spiritum sanctum. Unde igitur et per quos textus probasti tu Spiritum ex solo Patre? Num ex doctoribus Ecclesiæ? Sed qui fiat ut iidem et ex Patre solo, et ex Patre et Filio dicant? Si enim ita dicerent, B pugnantia sane loquerentur, alias alia docentes. Oportet enim ut vel ex solo Patre affirmet, vel ex Patre et ex Filio; verum ex solo Patre, nemo dixit sanctorum; unus id affirmavit Nestorius hæreticus; productionis vero etiam ex Filio doctores omnes clarissimi præcones sunt. Principio enim magnum Ecclesiæ columen, magnus revera et sacer Athanasius, in suæ fidei confessione: Spiritus, inquit, sanctus a Patre et Filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Idem, in sermone de incarnatione Domini, hæc habet: Nulli vero suspicio sit, ipsum non habentem accepisse; ipse enim desuper mittebat illum ut Deus, ut homo autem infra eumdem suscipiebat; ex ipso itaque C descendebat in ipsum, ex deitate ejus in ejus humanitatem.

Basilius quoque sanctissimus, libro tertio contra Eunomium: « Quæ enim, inquit, necessitas cogit, eo quod dignitate et ordine tertius est Spiritus sanctus, eumdem esse quoque tertium natura? Dignitate enim illum esse a Filio secundum, cum ab ipso sit, et ab ipso accipiat et annuntiet nobis, et omnino ab illa causa pendeat, sermo pietatis tradit. »

Hujus autem frater, divinus Gregorius Nyssenus, D in multis sane sermonibus hoc idem docet, præcipue vero tertia in Orationem Dominicam homilia declarat dicens: « Unigenitum Filium divina Scriptura ex Patre natum vocat, et proprietas ejus in sacris Litteris ultra non progreditur; Spiritus vero sanctus et ex Patre esse dicitur, et insuper ex Filio esse perhibetur: *Si quis enim Spiritum Christi non habet, hic non est ejus*, inquit divinus Apostolus [13].

Beatus quoque Cyrillus, Alexandrinæ lumen Ecclesiæ, in epistola ad Nestorium, cujus initium est: Cum Salvator noster aperte pronuntiet: *Qui*

[10] Joan. xv, 26. [11] Joan. xvi, 13-15. [12] Joan. xx, 22. [13] Rom. viii 9.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

diligit patrem aut matrem super me, non est me dignus[14], hæc habet : « Etsi Spiritus propriam habet subsistentiam, per quam esse per se intelligitur ut Spiritus et non Filius, haud tamen est a Filio alienus. Vocatus enim est Spiritus veritatis, veritas autem est Christus ; et effunditur ab ipso quemadmodum et ex ipso Deo Patre. » Illa porro vox, *effunditur*, posita est a doctore loco hujus vocis *procedit*, ut ipsemet ait in expositione Symboli his verbis : « Et effunditur, hoc est procedit. »

Idem commentariis in Joel prophetam, explanans verba illa : *Effundam de Spiritu meo*[15], hæc habet : « Nam Filius ut Deus et ex Deo naturaliter est, ex Deo namque Patre natus est, proprius ipsius, et in ipso, et ex ipso est Spiritus, eodem plane modo, quo Dei Patris esse intelligitur. »

Idem in commentariis quibus confutat Palladium sic ait : « Nulli vero mutabilitati obnoxius est Spiritus ; quod si mutabilitatis malo laborat, ipsi divinæ naturæ labes hæc aspergetur, cum sit Dei Patris, atque ipsius Filii, qui essentialiter ex utroque, scilicet ex Patre per Filium effunditur Spiritus. »

Idem in expositione anathematismi noni ait : « Proprium habens Filius Spiritum sanctum, qui ex ipso est, et ipsi essentialiter insitus est, divina operabatur miracula. »

Beatus quoque Chrysostomus, homilia in incarnationem Domini, ait : « Venit ad nos Christus, dedit nobis Spiritum, qui ex ipso est, et assumpsit corpus nostrum. » Quid porro sibi vult illud, Qui ex ipso est, nisi Spiritum, qui ab ipso procedit, esse nobis datum ?

A quam nos veneramur, et cum reverentia laudamus, ut quæ vera dogmata sanxit, et quæ promulgavit, ut recta et pia, non, ut ipse effutis, perversa, suscipimus et approbamus: confitemurque sanctam Trinitatem, Patrem et Filium et Spiritum sanctum, unum esse principatum, regnum unum, potentiam unam, deitatem unam, unam voluntatem et operationem: Patrem a nullo, ingenitum, initio carentem, omnipotentem: Filium ex Patre solo genitum, Patri coæternum et coomnipotentem: Spiritum sanctum pariter cointemporaneum, consempiternum, consubstantialem, et coomnipotentem, Patris et Filii Spiritum æqualiter ab utroque procedentem æternaliter tanquam ab uno principio et ab uno productore. Ita credimus, ita prædicamus, ita confitemur, atque ita B nobis est in votis usque ad extremum vitæ spiritum sentire ex hac vita decedentibus; et in tremendo Salvatoris adventu, cum venerit ad judicandum orbem, cum hac ei confessione in nubibus occurrere venienti. Quoniam ipsum decet gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΚΑΝΩΝ ΤΗΣ ΟΓΔΟΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ
ΤΗΣ ΕΝ ΦΛΩΡΕΝΤΙΑ ΓΕΝΟΜΕΝΗΣ

ΠΟΙΗΜΑ ΙΕΡΕΩΣ

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΠΛΟΥΣΙΑΔΗΝΟΥ

Οὗ ἡ ἀκροστιχίς·

Ἕπεσι τερπνοῖς τὴν σύνοδον γεραίρω Ἰωάννης.

—

CANON
IN OCTAVAM SYNODUM FLORENTIÆ HABITAM
AUCTORE JOANNE PLUSIADENO

Cujus acrostichis :

Suavibus verbis synodum celebro Joannes.

(Pasini, Codd. Taurin. Gr., p. 273. — Nullam hujus Canonis sive hymni mentionem fecerunt neque Fabricius neque Caveus, qui plura tamen Plusiadeni scripta recensent.)

—

Ex totius terræ finibus divino Spiritu in unum congregati hodie in præclara Florentinorum civitate sacri doctores duorum principiorum falsitatem, et commistionis exsecrandum dogma procul amoverunt.

Sursum a Christo rege manifeste ducti, tanquam infractæ columnæ facti apparuerunt Ecclesiæ præsules, Christi milites, impietatis hostes, et pietatis magistri.

Religiose, fideles, conveniamus, et communi plausu præclaram hanc sanctamque synodum hymnis concelebremus, quæ fideles omnes Jesum Christum prædicantes in ejusdem fidei consensionem adduxit.

Tu, Virgo casta, Jesu Mater, quæ dissitos apte conjungis, tu Domina, progenies David, Deipara Maria, angelorum splendor, terrigenumque gaudium.

Divinitus congregata sacra synodus, Ecclesiæque doctores omnes convenerunt in unionem, Christe, divini tui gregis, quem proprio redemisti sanguine, Domine.

Patrum omnium corona hodie, atque theologorum cœtus una concurrit, atque in occidentalibus partibus hic congregatus brevi omnes dissidii tenebras dispersit.

Religionis munimina, Ecclesiæ defensores, totiusque terræ pastores, ac magistri theologi insigni

Ἐκ τῶν περάτων θεαρχίῳ νευματι συναθροισθέντες εἰς ἓν ἐν τῇ λαμπρᾷ πόλει Φλωρεντίων σήμερον οἱ ἱεροὶ διδάσκαλοι, δυαρχίας τὸ ψεῦδος συναλοιφῆς τὸ παλίμφημον δόγμα ἐκποδὼν ἀπεδίωξαν.

Παρὰ Χριστοῦ τοῦ βασιλέως ἄνωθεν μεμνημένος σαφῶς. Ὡς ἀῤῥαγεῖς στῦλοι, γεγονότες ὤφθησαν οἱ Ἐκκλησίας πρόεδροι, οἱ Χριστοῦ στρατιῶται, τῆς ἀσεβείας ἀντίπαλοι, καὶ τῆς εὐσεβείας διδάσκαλοι.

Εὐσεβοφρόνως οἱ πιστοὶ συνδράμωμεν, χεῖρας κροτοῦντες πιστῶς, καὶ τὴν λαμπρὰν ταύτην, καὶ ἁγίαν σύνοδον, ὕμνοις ἀνευφημήσωμεν, τὸν συνάψαντα πάντας ἐν ὁμοίᾳ τῆς πίστεως, Ἰησοῦν Χριστὸν μεγαλύνοντες.

Συναπτικὴ τῶν διεστώτων ἕνωσις. Παρθενομήτωρ ἁγνή, τοῦ Ἰησοῦ Μήτηρ, σὺ ὑπάρχεις Δέσποινα, ἡ τοῦ Δαβὶδ ἀπόγονος, Θεοτόκε Μαρία, καὶ τῶν ἀγγέλων ἀγλάϊσμα καὶ τῶν γηγενῶν ἀγαλλίαμα.

Ἱερῶς ἀθροισθεῖσα ἡ ἱερὰ σύνοδος, καὶ τῆς Ἐκκλησίας λογάδες πάντες συνήχθησαν ἐν τῇ ἑνώσει, Χριστὲ, τῆς θειοτάτης σου ποίμνης ἣν τῷ σῷ ἐστήριξας αἵματι, Δέσποτα.

Τῶν Πατέρων ἁπάντων ἡ χορωνὶς σήμερον καὶ τῶν θεολόγων, ἀκρότης πᾶσα συνέδραμε, καὶ πρὸς δυσμὰς ἐν ταυτῷ συναθροισθεῖσα ἐν τάχει, σκότος ἐξηφάνισε τῆς διαστάσεως.

Εὐσεβείας οἱ πύργοι, ἐκκλησιῶν πρόμαχοι, καὶ τῆς οἰκουμένης ποιμένες τε καὶ διδάσκαλοι, οἱ θεο-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λόγοι λαμπρῶς, ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τε εὐσεβῶς ἐκήρυξαν τὸ Πνεῦμα σήμερον.

Ῥῦσαι πάσης ἀνάγκης καὶ πειρασμῶν ἅπαντας τοὺς προσκαλουμένους τὸ θεῖον ὄνομα, Δέσποινα, σοῦ τὸ πανάγιον νῦν Θεοτόκον κυρίως, εὐσεβῶς δοξάζοντας καὶ μεγαλύνοντας.

Παρὰ Χριστοῦ τὴν ἐξουσίαν εἰλήφατε τὰς αἱρέσεις πάσας καὶ τὰ σχίσματα ἐκ τῆς αὐτοῦ ποίμνης ἀληθῶς Πνεύματος ἰσχύϊ ἐκτέμνειν καὶ ἀποκρούεσθαι, Πατέρες θεοφόροι, συνελθόντες· διόπερ κατὰ χρέος ὑμᾶς μεγαλύνομεν.

Νέα Σιὼν ἡ Φλωρεντία ἐγένετο, τοὺς Πατέρας πάντοθεν συνάψασα πρὸς ἑαυτὴν καὶ τὸν ἱερὸν ὅρον θεοφρόνως εἰς πᾶσαν γῆν ἐξαπέστειλεν, πολλῇ θεολογίᾳ καὶ σοφίᾳ συνθεῖσα, τὴν ὀρθόδοξον πίστιν κηρύττοντα.

Ὁ ἱερὸς καὶ πανσεβάσμιος ὅμιλος τῶν Πατέρων πᾶσαν τὴν δυσχέρειαν τῶν πονηρῶν ἤλεγξε σαφῶς, καὶ τὸ θεῖον δόγμα τὸ τῆς Τριάδος ἐξέδωκεν, ὀρθῇ ὁμολογίᾳ καὶ σοφῇ διανοίᾳ τὸ τῆς πίστεως ἅγιον Σύμβολον.

Ἵνα τὴν σὴν θεολογῶμεν θειότητα ὀρθοδόξως, πάντας θείῳ νεύματι τοὺς ἀρχηγοὺς τῶν ἐκκλησιῶν ἐν τῇ Φλωρεντίᾳ συνάψας πάντα τὰ σκάνδαλα ἠφάνισας ἐκ μέσου· δι' αὐτῶν τὴν εἰρήνην, καὶ ὁμόνοιαν πᾶσιν ἐχώρισας.

Σὺ τῶν βροτῶν ὤφθης, Παρθένε, τὸ καύχημα, καὶ ἀγγέλων πέλεις ἀγαλλίαμα, ὡς τὸν Χριστὸν τέξασα σαρκὶ, τὸν παμβασιλέα, καὶ ποιητὴν πάσης κτίσεως. Διὸ, Παρθενομήτωρ, διὰ σοῦ οἱ σωθέντες εὐλογοῦμεν ἀπαύστως τὸν Τόκον σου.

Τὴν σεβάσμιον ταύτην καὶ ἁγίαν σύνοδον πιστῶς γεραίρομεν τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ ἱερῶς συναχθεῖσαν ἐν Πνεύματι, καὶ τὰς Ἐκκλησίας διερρηγμένας ἀνιάτως ἐν ἑνώσει αὐτὰς κατευθύνασαν.

Ἡ φωνὴ τοῦ Σωτῆρος ἀληθῶς πεπλήρωται, ἡ πάλαι φήσασα ἱερῶς τῷ Πέτρῳ· *Ἐπιστρέψας στηρίξεις εἰς ἕνωσίν σου τοὺς ἀδελφούς σου. Ἐγὼ γὰρ, Πέτρε, ἐδεήθην, ἵνα μήποτε λείψῃ ἡ πίστις σου.*

Νῦν ὁ Ῥώμης προστάτης, ὁ κλεινὸς Εὐγένιος, πάντας συνήθροισε ἐν τῇ Φλωρεντίᾳ ὡς τὴν πίστιν κατέχων ἀκλόνητον, καὶ στηρίξας πάντας, καὶ πρὸς αὐτὴν καθοδηγήσας, τοῦ Σωτῆρος τὸν λόγον ἐπλήρωσε.

Συνελθόντες ἐν πίστει, πάντες μακαρίζομέν σε τὴν πανάμωμον, τὴν τὰ διεστῶτα παραδόξως, Παρθένε, συνάψασαν τῷ σεπτῷ σου Τόκῳ, ἀλλὰ καὶ νῦν ταῖς ἐκκλησίαις τὴν εἰρήνην καλῶς προξενήσασαν.

Ὕψιστε Παμβασιλεῦ, τῶν ἁπάντων παντεπόπτα καὶ κτίστα· σὸν ἀληθῶς γὰρ ἔργον τὸ παρὸν, Παντοδύναμε, τοῦ ἑνῶσαι τὰ μακρὰ καὶ πρὸ πολλοῦ διεστῶτα δύο, Σωτήρ μου, γένη κάλλιστα.

Νῦν ἐπέλαμψε φαιδρῶς ἡ γαρμόσυνος ἡμέρα Κυρίου, ἐν ᾗ τὸν θεῖον ὅρον τῆς εἰρήνης τὸν σύνδεσμον, τῶν Πατέρων ὁ χορὸς συνέθετο ὀρθοδόξως, καὶ θεοφρόνως ἐπαγάλλεται.

Οἰήματα αἱρετικῶν καὶ κακία καὶ διάστασις πᾶσα θεολογούντων ἤρθη, ἐκ ποδῶν καὶ ἠφάνισται, τῶν

A hodie pietate procedentem ex Patre, Filioque Spiritum deprædicant.

Ab omni necessitate, ac tentatione libera invocantes divinum nomen, sanctissimumque ac divinum tuum natum pie glorificantes, ac prædicantes, Deipara.

Potestatem a Christo accepistis hæreses omnes, et schismata ab ejus grege virtute Spiritus sancti vere exscindendi, atque propulsandi, optimi Patres convenientes : quocirca jure meritoque vos prædicamus.

Nova Sion facta est Florentia, Patres undique ad se congregans, et sacrum decretum divino consilio in universas terræ partes misit, quo multiplici theologica doctrina, sapientiaque conjuncta orthodoxam fidem promulgat.

B

Sacer, et venerandus Patrum cœtus omnem impiorum difficultatem perspicue diluit, divinumque Trinitatis dogma, nec non sanctum fidei Symbolum recta confessione, aptaque intelligentia exposuit.

Ut de tua divinitate recto convenientique modo loquamur, divino nutu omnes Ecclesiarum præsules Florentiam congregans omnia scandala de medio eorum sustulisti, pacem et concordiam disseminans.

Tu Virgo, mortalium gloria, et Angelorum es gaudium, Christum in carne pariens omnium Regem, atque rerum creatarum factorem : idcirco, Virgo mater, per te servati indesinenter Filio tuo benedicimus.

C

Venerandam hanc, sanctamque synodum fideliter celebramus, quæ Sancto spiritu afflante Florentiam congregata est, quæve divisas insanabili ferme modo Ecclesias, ad unionem composuit.

Vere impletus est Servatoris sermo ad Petrum olim habitus : *Conversus confirma in unum fratres tuos : Ego enim, Petre, rogavi, ut non deficiat fides tua.*

Nunc Romanus pontifex celebris Eugenius omnes Florentiam congregavit, incorruptam fidem velut effundens, cunctosque confirmans, et viam ad ipsam monstrans, Servatoris dictum implevit.

D

Convenientes in fide universi laudamus te maculæ omnis expertem, quæ disjunctas Ecclesias præter opinionem venerabili Filio tuo concilias, et nunc pacem inter eas perbelle confirmas.

Altissime Rex, rerum omnium auctor, atque creator, omnipotens vere, tuum opus est duas partes eximias valde, longeque inter se dissitas, Servator mi, conjunxisse.

Nunc vere illuxit dies Domini lætitiæ plena, in qua Patrum cœtus divinum decretum, tanquam societatis vinculum, recte statuit, et cœlesti repletus sapientia exsultat.

Hæreticorum opinamenta, et impietas, atque divisio omnis sublata est, et procul abjecta, ac in

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

veræ, divinæque fidei unionem convenerunt fideles Patres.

Agite jam, fideles, canamus castissimam Domini matrem, splendidam nubem, cœlestem scalam, thalamum aureum, præstantius altissimi tabernaculum, in quo Verbum caro factum est.

Visus est Patrum cœtus ex terræ finibus Florentiam congregatus tanquam exercitus armis instructus adversus hostes, ipsorumque audaciam strenue dejecit.

Divino afflatu convenerunt undique Patres theologi ad consocianda, quæ prius nefarie divisa fuerant, jamque concinentes divinum canticum Domino persolvent.

Prodiit synodi decretum, statimque animum dimiserunt oblatrantes adversarii, et dogma nos perspicue docet venerari Spiritum ex Patre, Filioque procedentem.

Unum utrobique sentit divina synodus venerandum, sanctumque Christi corpus, sive azymo pane, sive fermentato perficiatur mysterium.

Ab omnibus periculis immunes serva, Deipara sanctissima, tuum natum celebrantes, omnibusque animi viribus hymnis ad te clamantes, et cantica tibi jugiter persolventes. . . . . .

Velut in sublimi posita terræ fines omnes lucis splendore conspersit hodie Florentina synodus, edocens animarum fruitionem non defuturam iis, qui Servatori alacri animo famulantur, et animarum sponso hymnum jugiter canunt.

Solutus est interjectus paries schismatis pessimus, et dissidii squalor evanuit, jamque unionis publica celebritas miro splendore illuxit, et pœnas animum expiantes prædicans, docet fideles synodi decretum, ut veritatis dogma accipere.

Ab inopia, seditionibus, aliisque periculis libera famulos tuos, qui sacrum verumque doctorem, successoremque Petri Ecclesiæ præsulem, totiusque terræ ducem, et pastorem, et divinum sacerdotum omnium Coryphæum toto animo colunt, sicut. . . .

Quam mirabilia sunt opera tua omnipotens Jesu, qui Deum colentibus mirabili sane modo dedisti videre sacræ unionis mysterium! Ante nos enim sapientes alii, et patriarchæ id vehementi desiderio cupiebant, sed non assecuti sunt. Nos vero præ oculis jam habentes, te celebramus. Servator noster.

Ut cœlestia omnia cum terrenis conciliaret, carnem assumpsit, et in tuum uterum descendit. Virgo mater casta, Unigenitus Patris ante sæcula; velut homo apparuit, atque ex te prodiens unigenitus appellatus est circa ullam mutationem, atque inordinationem.

O Creator omnium, tam visibilium, quam invisibilium factor, totiusque carnis Domine, gloriam tibi proferimus, Rex, qui conversionem nostram

A Πατέρων καὶ πιστοὶ συνήλθοσαν ἐν ἑνώσει τῆς ἀληθοῦς καὶ θείας πίστεως.

Δεῦτε ᾄσωμεν, πιστοὶ τὴν ὑπέραγνον μητέρα Κυρίου, τὴν φωταυγῆ νεφέλην, τὴν οὐράνιον κλίμακα, τὴν παστάδα τὴν χρυσῆν, σκήνωμα φέρτερον τοῦ Ὑψίστου, ἐν ᾧ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο.

Ὅμιλος ὤφθη τῶν Πατέρων, ἐκ περάτων ἀθροισθεὶς ἐν Φλωρεντίᾳ ὁπλοφόρος στρατὸς, κατὰ τῶν ἀντιπάλων, καὶ τούτων καταβέβληκε τὴν ὀφρὺν γενναιοφρόνως.

Νεύσει Κυρίου πανταχόθεν συνηθροίσθησαν Πατέρες θεηγόροι, τοῦ ἑνῶσαι τὰ πρὶν κακῶς διεῤῥωγότα καὶ μελῳδοῦντες ᾄσωσιν ᾆσμα θεῖον τῷ Δεσπότῃ.

B Γέγονεν ὅρος τῆς συνόδου, καὶ κατῄσχυνεν ἐχθρῶν τὰς φληναφίας· καὶ τὸ δόγμα σαφῶς ἐδίδαξε τοῦ σέβειν, τὸ Πνεῦμα ἐκπορευόμενον ἐκ Πατρὸς καὶ δι' Υἱοῦ τε.

Ἓν ἀμφοτέρωθεν ἡγεῖται. Τὸ γινόμενον ἡ σύνοδος ἡ θεία δι' ἀζύμου αὐτὸ ἄρτου καὶ δι' ἐνζύμου σῶμα σεπτὸν καὶ ἅγιον τοῦ Κυρίου παραδόξως.

Ῥῦσαι κινδύνων, Θεοτόκε, τοὺς ὑμνοῦντάς σου τὸν Τόκον, Παναγία· καὶ ἐξ ὅλης ψυχῆς βοῶσί σοι τὸν ὕμνον καὶ τὴν ᾠδήν σοι μέλπουσιν εἰς ἀεί. . . .

Ἐπ' ἄκρων γῆς εἰς πέρατα συνεξέλαμψε σήμερον ἡ ἐν Φλωρεντίᾳ παναγία σύνοδος πιστοὺς ἐκδιδάσκουσα τὴν τῶν ψυχῶν ἀπόλαυσιν νῦν τῶν ἐν τῷ παρόντι ἱκανῶς δουλευσάντων προθύμως τῷ Σωτῆρι
C καὶ αὐτῷ μελῳδούντων τῷ τῶν ψυχῶν νυμφίῳ, τὸν ὕμνον εἰς αἰῶνας.

Ἵνα λυθῇ μεσότοιχον, τὸ τοῦ σχίσματος κάκιστον, καὶ ἀφανισθῇ ἡ αὐχμηρὰ διάστασις, ἑνώσεως ἔλαμψεν ἡ φωταυγὴς πανήγυρις νῦν, καὶ τὴν τῶν ψυχῶν καθαρτικὴν τιμωρίαν δοξάζουσα διδάσκει τοὺς πιστῶς δεχομένους τὸν ὅρον τῆς συνόδου ὡς ἀληθείας τόμον.

Ῥῦσαι λιμοῦ καὶ στάσεως καὶ κινδύνων τοὺς δούλους σου, τοὺς τὸν ἱερὸν καὶ ἀληθῆ διδάσκαλον, τοῦ Πέτρου διάδοχον, τῆς Ἐκκλησίας καθηγητὴν, καὶ τῆς οἰκουμένης ὁδηγὸν καὶ ποιμένα, καὶ θεῖον κορυφαῖον ἱερέων ἁπάντων, ὅλῃ ψυχῇ τιμώντων, ὡς ἐπηγγείλω. . .

D Ὡς θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου, Ἰησοῦ παντοδύναμε, τοῖς θεοσεβέσιν θαυμασίως δέδωκας ἰδεῖν τὸ μυστήριον τῆς ἱερᾶς ἑνώσεως· καὶ γὰρ πρὸ ἡμῶν ἐπιθυμήσαντες ἄλλοι σοφοὶ, καὶ πατριάρχαι, ἀλλ' οὐκ ἔτυχον τούτου. Ἡμεῖς δὲ οἱ ἰδόντες δοξάσομέν σε, Σῶτερ.

Ἵνα συνάψῃ, Παναγία, τὰ οὐράνια ἅπαντα μετὰ τῶν γηΐνων, σάρκα ἀνελάβετο, καὶ μήτραν κατῴκησε τὴν σὴν, Παρθενομήτωρ ἁγνὴ, ὁ μονογενὴς ἐκ τοῦ Πατρὸς πρὸ αἰώνων. Ὡς ἄνθρωπος ἐφάνη, καὶ ἐκ σοῦ ἐπ' ἐσχάτων μονογενὴς ἐκλήθη ἀτρέπτως, ἀσυγχύτως.

Ὦ κτίστα τῶν ἁπάντων καὶ ποιητὰ ὁρατῶν ἀοράτων, καὶ Κύριε πάσης σαρκὸς, δόξαν σοι προσάγομεν, Βασιλεῦ, τὴν ἡμῶν μετάνοιαν καὶ τὴν σωτηρίαν

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐπιζητῶν καὶ θέλων ἡμᾶς εἶναι πιστοὺς ἐν ὁμονοίᾳ καὶ ἐν ἀλλήλοις εἰρηνεύοντας.

atque salutem expetis, et in concordia nos fideliter perstantes esse, nec non pacem invicem servare jubes.

Ἀνέβητε εἰς ὕψος τῆς ἱερᾶς καὶ ἁγίας καθέδρας Μακάριοι, τὸ ἱερὸν χρίσμα περικείμενοι εὐσεβῶς· καὶ τοὺς πιστοὺς διδάσκετε λόγον εὐσεβείας παναληθῆ, Πατέρες θεηγόροι· ὅθεν ὑμᾶς τιμῶμεν εὐσεβοφρόνως καὶ γεραίρομεν.

Ascendite super sacram sanctamque sedem, Beati sacro chrismate religiose circumliniti, atque fideles pium veritatis sermonem edocete, Patres digna Deo loquentes : quocirca vos magno honore atque veneratione prosequimur.

Νῦν, θεῖοι ἱεράρχαι, παρὰ Χριστοῦ ἐπαξίως τῶν πόνων εἰλήφατε τὰς ἀμοιβάς, ὧν εὐσεβοφρόνως ἐπὶ τῆς γῆς μεγάλως ἠγωνίσασθε, καὶ σκιὰν ἐκθέμενοι τῆς σαρκὸς οἰκεῖτε σὺν ἀγγέλοις, χορεύοντες ἀπαύστως περὶ τὸν θρόνον τοῦ παντάνακτος.

Nunc, divini sacerdotes, dignam laboris mercedem a Christo accepistis, propter quam pie et strenue certavistis et cum umbram corporis deposueritis, habitabitis cum angelis, exsultantes perenniter circa thronum Regis regum.

Νῷ κεκαθαρμένῳ τὸν εὐσεβῆ οἱ Πατέρες ἐξέθεντο σήμερον θρον σαφῶς, πάντοθεν κοσμούμενον ἱεροῖς καὶ ὀρθοδόξοις δόγμασι. Αἰσχυνέσθω δη . . . . σχισματικῶν τὸν τοῦτον μὴ τιμώντων μηδὲ ὁμολογούντων, ὥσπερ ἡ σύνοδος ἐκήρυξεν.

Mente pura sacrum hodie decretum posuerunt Patres, omnino conveniens sacris, et orthodoxis dogmatibus. Pudeat,... schismaticos, qui debitum huic honorem deferre recusant, atque confiteri, sicut definiit synodus.

Ἡλίου λαμπροτέρα ἡ ἑορτὴ τῆς συνόδου τῆς θείας ἐπέλαμψε πᾶσαν τὴν γῆν αἱρέσεως σκοτουμένην καὶ πονηροῦ σχίσματος τοῦ πρὶν ἐξαίρουσα τὴν πλάνην, καὶ πάντας διεγείρει πρὸς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως.

Sole spendidior divinæ synodi celebritas terram omnem hæreseos caligine obductam illustravit, pessimique schismatis errorem primum auferens, omnes in unionem fidei adduxit.

Sequitur tanquam hymni appendix, Συναξάριον τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου. *Synaxarium sanctæ et œcumenicæ synodi*, sive brevis narratio eorum quæ in concilio Florentino gesta sunt, ejusdem Joannis Plusiadeni, ut colligere est ex ipso Synaxario.

Hujusmodi autem est :

Ἡ ἁγία αὕτη καὶ μεγάλη σύνοδος γέγονεν τῷ ,αυλθ' ἔτει ἀπὸ τῆς τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰωάννου Παλαιολόγου τοῦ τελευταίου βασιλέως τῶν Ῥωμαίων καὶ Ἰωσὴφ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. Συνήθροισε δὲ αὐτὴν ὁ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἀρχιερεύς, ὁ μέγας Εὐγένιος, ἀνὴρ ὡς ἄλλος τις τῶν μακαρίων ἀνδρῶν, θεοφόρος τῷ ὄντι καὶ μέγας θεῖος ἱεράρχης, καὶ τὴν ἕνωσιν τῆς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας πνέων ἀπὸ ψυχῆς, ἐπὶ καθαιρέσει τῶν ἀρνουμένων τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ μὴ ἔχειν πάντα τὰ φυσικὰ τοῦ Πατρὸς ἀγαθά. Οἱ γὰρ ἀρνούμενοι τὸν Υἱὸν μὴ ἐκπορεύειν τὸ Πνεῦμα ἀρνοῦνται μὴ ἔχειν τὰ φυσικὰ τοῦ Πατρὸς ἀγαθά. Καὶ τοῦτο γὰρ φυσικόν ἐστι τοῦ Πατρὸς ἀγαθὸν, ἐκπορεύειν τὸ Πνεῦμα· ἔτι κατὰ τῶν ἀμαθῶς φλυαρούντων ὡς τὸ δι' ἀζύμου θυόμενον οὐκ ἔστι σῶμα Χριστοῦ· πρὸς δὲ καὶ τῶν εὐσεβῶς ἀρνουμένων μὴ ἔχειν τὰς ψυχὰς τῶν ἐν μετανοίᾳ κεκοιμημένων βοήθειαν μετὰ θάνατον μηδὲ καθαίρεσθαι αὐτάς· ἔτι μηδὲ τὰς τῶν ἁγίων ψυχὰς μὴ ἀπολαμβάνειν νῦν καθ' ὅσον εἰσὶ ψυχαί. Ἔτι καὶ πρὸς τοὺς μὴ βουλομένους κλῖναι τὴν κεφαλὴν, καὶ δοῦναι τῷ Ῥώμης ἀρχιερεῖ τὴν αἰδώ τε καὶ ὑποταγὴν, ὡς ἄνωθεν καὶ προπαραδότως ἐξεδόθη καὶ ἐτυπώθη ἐν τοῖς ἱεροῖς κανόσι. Συνήχθη μὲν οὖν ἡ εἰρημένη ἁγία σύνοδος ἐν Φεραρίᾳ καὶ Φλωρεντίᾳ, πόλεσιν ἀξιολόγοις τῆς Ἰταλίας. Παρῆσαν δὲ ἐν αὐτῇ πολλοὶ εὖ καὶ καλοὶ, σοφίᾳ καὶ ἀρετῇ διαλάμποντες ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν. Ἐπλήρουν γὰρ τὸν ἱερὸν τοῦτον θίασον πλείονες ἢ ω' ἄνδρες· ἀπὸ μὲν τοῦ μέρους τῶν Ἰταλῶν ὁ τῆς ὁσίας μνήμης Εὐγένιος ὁ Ῥώμης ἀρχιερεὺς μέγιστος σὺν πάσῃ τῇ κατ'

Sancta hæc, magnaque synodus facta est anno ab Incarnatione Domini 1439 in diebus Joannis Palæologi postremi Romanorum Imperatoris, et Josephi patriarchæ Constantinopolitani. Eam autem congregavit summus præsul senioris Romæ magnus Eugenius, vir, si quis alius, beatorum virorum divino numine plenus, et magnus divinusque pontifex, ad Ecclesiæ Christi unionem toto animo anhelans, ut condemnaret eos, qui negant Dei Filium habere omnem naturalem Patris virtutem. Nam qui sentiunt Filium haud producere Spiritum sanctum, iidem existimant eum non habere omnem naturalem Patris virtutem : hoc enim ad naturam Patris spectat producere Spiritum. Tum adversus eos, qui indocte garriunt, azymum panem consecratum haud fieri corpus Christi, et qui pio quodam affectu negant morientes in pœnitentia posse post mortem juvari suffragiis, aut ipsorum animas purgari, simulque sanctorum animas perfectam fruitionem adipisci, quatenus animæ sunt. Tandem adversus illos, qui caput inclinare nolunt, debitamque Romano Pontifici venerationem, et obedientiam testari, quemadmodum ex vetusta traditione habetur, atque in sacris canonibus statum fuit. Convenit igitur dicta sancta synodus in civitates Italiæ præstantissimas, Ferrariam, atque Florentiam ; aderantque multi optimi, ac præstantes viri sapientia, virtuteque celeberrimi ex utraque parte. Componebant enim ipsum cœtum plusquam octingenti viri. Ex parte quidem Italorum sanctæ memoriæ magnus Eugenius Romanorum pontifex Maximus cum omni

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ecclesia ipsi subjecta, nimirum sacerdotibus, cardinalibus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, hieromonachis, monachis, presbyteris, et diaconis plusquam sexcentum, omissis locorum præpositis, aliisque Italiæ præsulibus; ex parte vero Orientalium serenissimus Romanorum imperator Joannes Palæologus, Josephus intelligentissimus, reverendissimusque patriarcha cum omni sua Ecclesia, archiepiscopis, episcopis, aliisque ecclesiasticis viris crucis insignibus decoratis, præfectis, presbyteris, hieromonachis et monachis, simulque imperatoria cohors multis, nobilibusque viris constans. Secutus est enim eum imperatorius comitatus, uti par erat. Cum fuit itaque disceptandi tempus, convenerunt omnes, ut ex disputationibus partium discrimen observarent. Erant autem et ipsi supra ducentos absque principibus. Ac discrimen quidem quinque capitibus continebatur; de processione sancti Spiritus, de azymo, et fermentato, de igne purgatorii, de beatitudine animarum sanctorum, de potestate papæ. Hæc audiens Ephesinus, qui et ipse ad disputandum electus fuerat, non de omnibus, inquit, institui oportet disputationem, quoniam non in omnibus simpliciter differimus. Sed unum dantaxat sedulo investigandum est, atque de eo disputandum, nempe de processione Spiritus sancti; hoc enim præsertim dogma scire volo: cætera vero omnia unius horæ spatio expediri possunt. Quocirca de hoc institui cœpta est quæstio, atque parabatur certamen, et super hoc admodum vigilabat unusquisque ex parte sua, et vehemens studium in certando adhibebat. Cœpit igitur disputari in synodo Aprilis nona die, anno a Christi incarnatione 1438, atque disputatum est mensibus XIV nimirum usque ad diem sextum Julii, anni 1439, neque partes otio vacabant, sed magna utrinque contentione certabatur, atque certamen certamini, disputatio disputationi succedebat, donec Marcus Ephesinus, rebus jam in aperto positis, contradicere non valens, atque disceptando adhuc certare formidans aufugit. Cæteri autem Patres ab ipsomet sacro patriarcha, maximoque imperatore omnes in unionem fidei convenerunt. Investigantes enim sacros Ecclesiæ doctores, ipsisque dogmati consentientibus repertis, æquum existimarunt, se potius Ecclesiæ Dei conjungere, extra quam nulla fulget salutis spes, quam manere diutius in separatione, et schismate, in quo nulla est salus. Convenerunt igitur tam in hoc dogmate, quam in reliquis capitibus, omniaque doctorum Ecclesiæ testimoniis confirmantes decretum promulgarunt, quod lætitiæ multum attulit Ecclesiæ, dicentes, *Exsultent cœli, et lætetur terra*. Sic igitur decretum sanxerunt, et eodem declararunt processionem sancti Spiritus ex Patre, Filioque, atque azymi consecrationem perinde valere, ac fermentati, tum animarum purgationem, sanctorumque fruitionem, denique summum Pontificem Romanum successorem beati Pe-

A αὐτὸν ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ, δηλονότι ἱερεῦσι καρδινάλεσιν, ἀρχιεπισκόποις, ἐπισκόποις, ἀββάσιν, ἱερομονάχοις καὶ μοναχοῖς, ἱερεῦσι καὶ διακόνοις, πλείοις ἢ ἑξακοσίοις, χωρὶς τῶν τοποτηρητῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἀρχόντων τῆς Ἰταλίας· ἀπὸ δὲ τοῦ μέρους τῶν Ἀνατολικῶν ὁ γαληνότατος βασιλεὺς Ῥωμαίων Ἰωάννης ὁ Παλαιολόγος, Ἰωσὴφ ὁ φρονιμώτατος καὶ φοβερώτατος πατριάρχης σὺν πάσῃ τῇ κατ' αὐτὸν Ἐκκλησίᾳ, ἀρχιεπισκόποις ἐπισκόποις καὶ τοῖς ἄλλοις ἐκκλησιαστικοῖς σταυροφόροις, ἡγουμένοις, ἱερεῦσιν, ἱερομονάχοις καὶ μοναχοῖς· ἔτι δὲ καὶ ἡ τοῦ βασιλέως σύγκλητος πλεῖστοι καὶ εὐγενεῖς ἄνδρες· ἐκόσμει γὰρ καὶ αὐτὸν ἡ βασιλικὴ σύνταξις ὡς εἰκός. Ἦλθεν οὖν ὁ καιρὸς τῆς διαλέξεως, καὶ συνῆλθον ἅπαντες ἐν τῇ διαλέξει ἰδεῖν τὴν διαφοράν.

B Ἦσαν δὲ καὶ αὐτοὶ ὑπὲρ τοὺς διακοσίους, ἐκτὸς τῶν ἀρχόντων. Διεφέροντο γὰρ πέντε καὶ μόνοις κεφαλαίοις, ἤως. τὸ περὶ τῆς θείας ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὸ περὶ τοῦ ἀζύμου καὶ τοῦ ἐνζύμου περὶ τοῦ καθαρτηρίου πυρὸς, περὶ τῆς ἀπολαύσεως τῶν ψυχῶν τῶν ἁγίων, καὶ περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάππα. Ταῦτα γὰρ ἀκούσας ὁ Ἐφέσου, εἷς ὢν καὶ αὐτὸς τῆς ἱερᾶς ἐκείνης διαλέξεως, Οὐ περὶ πάντων ἡ διάλεξις γενήσεται, ἔφη, ἐπειδὴ οὐ διαφερόμεθα περὶ πάντων ἁπλῶς· ἀλλ' ἑνὸς καὶ μόνου ἡ ἔρευνα γενέσθω καὶ ὁ ἀγὼν, τὸ περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος, περὶ τούτου γὰρ βούλομαι εἰδέναι τοῦ δόγματος· τὰ δ' ἄλλα πάντα, μιᾶς ὥρας ἀρκέσει σπουδή. Ὅθεν καὶ περὶ τούτου ἡ διάλεξις ἤρξατο. Καὶ ὁ ἀγὼν ἠυτρεπίζετο· καὶ

C ἠγρύπνουν ἐπὶ τοῦτο πάνυ τε καὶ ἐσπούδαζον ἕκαστος ὑπὲρ τοῦ μέρους αὐτοῦ ἀγωνίζεσθαι. Ἤρξατο τοίνυν ἡ σύνοδος διαλέγεσθαι Ἀπριλλίῳ θ' τῷ ,ϋκη' ἔτει ἀπὸ Χριστοῦ. Καὶ διελέγοντο μῆνας ιδ' μέχρι καὶ τοῦ λθ' ἔτους Ἰουλίου ς'· καὶ οὐχ ἡσυχίαν εἶχον τὰ μέρη, ἀλλ' ἠγωνίζοντο ἀμφότεροι σπουδῇ μεγάλῃ· καὶ ὁ ἀγὼν τὸν ἀγῶνα διεδέχετο, καὶ ἡ διάλεξις τὴν διάλεξιν, ἕως οὗ ὁ Ἐφέσου Μάρκος μὴ δυνάμενος ἀντιλέγειν πρὸς τὰ φανότατα, ἀπέδρα τὸν ἀγῶνα δειλιάσας τῆς διαλέξεως. Οἱ δὲ λοιποὶ Πατέρες ἀρξάμενοι ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ἱεροῦ πατριάρχου, καὶ τοῦ μεγαλωτάτου κυρίου τοῦ βασιλέως, πάντες συνῆνεσαν ἐν τῇ ἑνώσει τῆς πίστεως. Ἐρευνήσαντες γὰρ τοὺς ἱεροὺς θεολόγους τῆς Ἐκκλησίας, καὶ εὑρόντες

D αὐτοὺς συμφωνοῦντας τῷ δόγματι, ἔκριναν δίκαιον εἶναι ἑνωθῆναι τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ, ἧς χωρὶς οὐκ ἔστιν ἐλπὶς σωτηρίας, ἢ μένειν ἐν τῷ χωρισμῷ καὶ τῷ σχίσματι, ἔνθα οὐδεμία ἐστὶ σωτηρία. Ἡνώθησαν τοίνυν ὥσπερ ἐν τῷ δόγματι οὕτω καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς κεφαλαίοις. Πάντα γὰρ διὰ μαρτυριῶν τῶν τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλων συστήσαντες, ὅρον ἐξεφώνησαν τῇ Ἐκκλησίᾳ χαρμόσυνον, « Εὐφρανέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ, » λέγοντες. Οὕτως οὖν τὸν ὅρον τελέσαντες ἐν αὐτῷ τὴν ἐκπόρευσιν τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ σαφηνίζουσι· καὶ τὴν δι' ἀζύμου θυσίαν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν εἶναι τὴν μετὰ τοῦ ἐνζύμου γινομένην, καὶ τὴν τῶν ψυχῶν κάθαρσιν, καὶ τὴν τῶν ἁγίων ἀπόλαυσιν καὶ τὸν ἄκρον ἀρχιερέα τῆς

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ῥώμης διάδοχον τοῦ μακαρίου Πέτρου εἶναι σαφῶς παριστᾶσι. Ὃν σημάναντες ἀποστολικοῖς τε καὶ ἐρυθροῖς γράμμασι εἰς ἅπασαν οἰκουμένην ἀπέστειλαν· καὶ πάντες ἐστήριξαν καὶ ὡμολόγησαν· καὶ συνεφώνησαν καὶ ἱερούργησαν ὁμοῦ μετὰ τοῦ Ῥώμης ἀρχιερέως. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Ἐφέσου συνεφώνησεν ἐν τῇ ἀναγνώσει τοῦ ὅρου. Οὐκ ἠθέλησε δὲ ἀπογράψαι, προφασιζόμενος διωρίαν. Ἠσχύνετο γὰρ ἀντιλέγειν οὕτω σφοδρῶς. Τῆς ἱερουργίας οὖν τελεσθείσης ἀνεγνώσθη ὁ ὅρος ἐν τῇ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ τῆς Φλωρεντίας Ῥωμαιστὶ καὶ Ἑλληνιστί· καὶ ἔδωκαν ἀμφότερα τὰ μέρη ὅρκον εἰς τοῦ Χριστοῦ τὸ σῶμα, ὅτι οὕτω στέργουσιν, ὥσπερ ὁ ὅρος διαλαμβάνει. Καὶ οὕτως ἔλαβε τέλος ἡ σύνοδος. Ἀλλ' ὑποστρέψας ἐν Κωνσταντινουπόλει, συνέχεε καὶ συνετάραξε πᾶσαν τὴν Ἀνατολὴν γράφων καὶ λέγων ἐναντία κατὰ τῆς ἱερᾶς συνόδου. Ἀλλ' οὐκ ἠμέλησε καὶ περὶ τούτου ἡ Ἐκκλησία τῆς Ῥώμης φροντίσαι. Ἀπέστειλε τὸν Κορώνης ἐπίσκοπον ἄνδρα πάσης σοφίας πεπαιδευμένον καὶ θεολόγον ἄριστον ἐν Κωνσταντινουπόλει διαλεχθῆναι μετὰ τοῦ Ἐφέσου, ἵνα μὴ ἔχῃ λέγειν ὅτι διὰ φόβον τινὰ οὐκ ἠδύνατο λέγειν ἐν Ἰταλίᾳ· ἀλλὰ κἀκεῖσε μίαν καὶ δευτέραν διάλεξιν ποιήσας προστάξει τοῦ βασιλέως, ἐξέφυγε τὴν διάλεξιν. Ἔνθα γὰρ ἐζητεῖτο, οὐκ ἤθελε διαλέγεσθαι, καὶ κατὰ μόνας ἐν ταῖς γωνίαις συνετάραττε πᾶσαν τὴν πόλιν, ἔτι γε μὴν καὶ τὰς νήσους· καὶ ἀπ' ἐκείνου μέχρι τοῦ νῦν ἡ ἐκείνου λύμη πολλοὺς διέφθειρε, καὶ μάλιστα τὴν περίφημον ταύτην νῆσον. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἐπίχειρα τῆς αὐτοῦ δεισιδαιμονίας τε καὶ ἀλαζονείας ἔλαβεν ἐπαξίως τῆς αὐτοῦ βλασφημίας καὶ ἀναιδείας· ὅτι εἷς ὢν τῇ οἰκουμενικῇ συνόδῳ ἐμάχετο· τῇ γὰρ ὥρᾳ τῆς αὐτοῦ ἀναλύσεως ἕλκῳ τὸν βίον κατέστρεψε. Οἱ δὲ ἐκείνου μεμηταί τε καὶ ὀπαδοί, εὐχόμενοι ὁμοίῳ τέλει ἐκείνου χρήσασθαι, ὦ τῶν κριμάτων σου, Χριστὲ Βασιλεῦ! καθ' ἑκάστην ὁρῶμεν αὐτοὺς τούτῳ τῷ τρόπῳ τοῦ τῇδε βίου ἀπερχομένους. Ἡμεῖς δὲ, τοῖς αὐτοῦ λόγοις ἀποστραφέντες, τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ ἡνώθημεν, καὶ εὐχόμεθα ἵνα μέχρι τέλους διαμείνωμεν οὕτω. Ταῖς τῶν θεοφόρων σου Πατέρων πρεσβείαις, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐλέησον ἡμᾶς.

A tri aperte definierunt. Quod quidem decretum apostolicis, rubrisque litteris signatum, in omnia terrarum loca missum est, atque omnia pacis amore, communique consensu eamdem fidem confessi sunt, peractis sacris una cum Romano Pontifice. Ipse etiam Ephesinus consensit lectioni decreti, noluit tamen subscribere, dilationem temporis prætendens; pudebat enim eum nimia anxietate adhuc contradicendo impietatem suam aperire. Sacris igitur peractis, lectum est decretum in magna Ecclesia Florentiæ, Latino Græcoque sermone, et utraque pars jurejurando in sacrosanctum Christi corpus sese obstrinxit, fore ut ea omnia complecteretur, quæ in decreto statuta fuerant. Constantinopolim autem reversus, commovit, perturbavitque Orientalem Ecclesiam, scribens, ac loquens contraria synodi statutis. Curam et in id suam convertit Romana Ecclesia, misso Coronensi episcopo, viro omni sapientia instructo, theologo optimo Constantinopolim, ut cum Marco Ephesino disputaret, ne ullum amplius subterfugium haberet, dicens se propter metum quemdam causam defendere haud potuisse in Italiæ partibus; sed facta ibi una, et altera disceptatione ex imperatoris mandato, certamen vitavit, et quamvis requisitus, noluit amplius disputare: verum privatim, occulteque commovebat omnem civitatem, simulque insulas, et ab illo usque ad præsens tempus orta ab ipso pernicies multos pervasit, præsertim vero celeberrimam hanc insulam. Ast ille quidem promptam subiit pœnam suæ ostentationis, dignam sane impietate, et impudentia, qua solus œcumenicæ synodo adversari ausus est. Cum enim resolutionis ejus tempus advenisset, convolvulo correptus e vita migravit. Ipsius autem imitatores et asseclæ similem huic finem habere precantes, justo tuo judicio, Christe Rex, singulis diebus videmus eodem prorsus modo interire. Nos autem, ab ipsius dictis recedentes, sanctæ Dei Ecclesiæ unionem amplexi sumus, atque obsecramus, ut ad finem usque in ea permanere possimus. Sanctis Patribus intercedentibus miserere nostri, Deus noster.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

MONITUM EDITORUM.

Sub nomine Gennadii Scholarii, patriarchæ Constantinopolitani, Romæ edita est Græce, anno 1577, simul cum actis Græcis concilii Florentini, *Defensio quinque capitum quæ in sancta et œcumenica Florentina synodo continentur*, videlicet, *De processione Spiritus sancti, De sacrificio in azymo et fermentato, de Purgatorio, De fruitione sanctorum*, et *De primatu Papæ*.

Sed quia egregius iste libellus scriptus est in defensionem doctrinæ catholicæ, in synodo Florentina definitæ; dum aliunde constat Gennadium Scholarium, statim post reditum Græcorum in patriam, denuo ab unione defecisse et cum schismaticis fecisse, satis liquet Gennadium Scholarium etsi unioni duarum Ecclesiarum ante concilium Florentinum et in eodem concilio fautor fuerit, tamen hujus libelli auctorem non esse, siquidem eo tempore quo libellus scriptus est, doctrinæ concilii Florentini infensus evaserat.

Res in ambiguo versabatur, quando perspicacissimus Bollandista, R. P. Cuperus, in *Historia Patriarcharum Constantinopolitanorum*, quæ *Actis sanctorum Augusti*, tomo I, præficitur, et anno 1733 Antverpiæ in publicam lucem emissa est, pag. 193*, asseruit *Defensionem quinque capitum concilii Florentini*, Josepho Methonensi ascribendam esse; et ibidem p. 197, ipsius Josephi Methonensis verba recitat, quibus testatur se ex industria propugnasse *quinque capita concilii Florentini*. Verba Josephi, quæ leguntur apud Labbe, in *Collect. Concilior.* t. XIII, col. 707, hæc sunt: Τὸ δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα οὐ λέγομεν... ἐλύσαμεν ἐν τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ τοῦ ὅρου, ὑπεραπολογούμενοι τῶν πέντε κεφαλαίων. *Illud autem, « Ex Filio non dicimus Spiritum »... jam solvimus in primo definitionis capite, dum pro quinque capitibus apologiam scriberemus.* Quæ cum ita sint, jam a nemine ambigendum est, quin Josephus Methonensis hujus nostri libelli auctor sit.

Textus Græcus libelli, nullibi, quod sciam, impressus est, nisi Romæ a Zanetti, inter Acta Concilii Florentini Græca, quæ anno 1577 in urbe sancta prodierunt.

Translatio Latina quam Fabius Benevolentius, Senensis, confecit, prodiit Romæ in Ædibus populi Romani 1579, 4°. Deinde quo libellus magis prodesset Orientalibus, in linguam Græco-Barbaram seu vernaculam translatus est a doctissimo et piissimo viro D. Joan Matthæo Caryophylo, Iconiensi archiepiscopo, et typis S. Congregationis de propaganda fide, Romæ, anno 1628, forma in 4° editus.

Hæc, et non alia, hic monenda occurrebant. Opus nunc exhibemus ut in editione Romana inscribitur.

B... 17 Januarii 1863.

J.-B M.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΓΕΝΝΑΔΙΟΥ
ΤΟΥ ΣΧΟΛΑΡΙΟΥ
ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΥΠΕΡ

ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗΣ ΕΝ ΦΛΩΡΕΝΤΙΑ ΣΥΝΟΔΟΥ
ΟΤΙ ΟΡΘΩΣ ΕΓΕΝΕΤΟ,
ΥΠΕΡΑΠΟΛΟΓΟΥΜΕΝΟΥ ΤΩΝ ΤΩ ΟΡΩ ΑΥΤΗΣ ΠΕΝΤΕ ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ.

—

GENNADII SCHOLARII

CPOLITANI PATRIARCHÆ

EXPOSITIO PRO SANCTA ET ŒCUMENICA SYNODO FLORENTINA

QUOD LEGITIME CONGREGATA EST,

ET DEFENSIO QUINQUE CAPITUM QUÆ IN DECRETO EJUS CONTINENTUR.

—

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Τὸ τῆς εὐσεβείας μέγα μυστήριον, μετὰ καθαρᾶς γνώμης καὶ εἰλικρινοῦς διαθέσεως ἐρευνώμενον, ἐξαπλοῖ καὶ διανοίγει τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, καὶ φανερωτέρους τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ἐργάζεται. Καὶ καθάπερ ἐκεῖναι ἄνωθεν ἐπὶ τὴν γῆν προκύπτουσαι οὐ μόνον τὰς λείας ὁδοὺς, ἀλλὰ καὶ τὰς κεκρυμμένας καὶ σκοτεινὰς γωνίας φωτίζουσιν, οὕτω καὶ οἱ τῆς διανοίας ὀφθαλμοὶ ἀληθείας ἐχόμενοι, καὶ μὴ ἐζοφωμένοι τῇ τῶν διεστραμμένων προλήψει, οὐ μόνον τὰ εὐθῆ καὶ εὐδιάλυτα γινώσκουσι τῆς Γραφῆς, τῇ τοῦ θείου χειραγωγούμενοι βοηθείᾳ, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ ἐν τῷ βάθει τῆς λέξεώς τε καὶ τοῦ νοήματος κείμενα ἀτεχνῶς ἐξακριβοῦσι, καὶ εἰς τὸ εὐθὲς ταῦτα προάγουσι, καὶ νοεῖσθαι ποιοῦσι· καθὰ καὶ ἡ Σοφία φησὶ, « Πάντα εὐθέα ἐστὶ τοῖς νοοῦσι, καὶ ὀρθὰ τοῖς εὑρίσκουσι γνῶσιν· » καὶ οὐδὲν ἐν αὐτοῖς σκολιὸν οὐδὲ στραγγαλιῶδες.

Καὶ ἡμεῖς οὖν τὴν ἡμετέραν δόξαν πᾶσι καταφανῆ ποιῆσαι βουλόμενοι, τῇ ἀληθείᾳ θαρροῦμεν, καὶ τῇ εὐσεβείᾳ τοῦ δόγματος ἑαυτοὺς ἐπιρρίπτομεν. Παρακαλοῦμεν δὲ καὶ ὑμᾶς μὴ μετὰ πανουργίας καὶ βασκανίας ἀνιχνεύειν τοὺς ἡμετέρους λόγους, ἀλλὰ μετὰ καθαρᾶς γνώμης καὶ συνειδήσεως. Οὐ γὰρ περὶ μικρῶν ὁ λόγος, ὦ φίλοι, ἀλλὰ περὶ μεγάλων καὶ θείων· εἰ καὶ ὁ ἀπαγγελεὺς ἀδυνατὸς

PROŒMIUM.

Si magnum religionis mysterium pura mente et sincera dispositione adhibita fuerit perquisitum, mentis oculos et corporis explanat atque aperit, solaribusque radiis clariores reddit : ac velut ii desuper in terram procumbentes, non planas tantum vias, sed etiam abditos et obscuros angulos illustrant, sic et mentis oculi, veritate subnixi, nec rerum distortarum præsumptione obtenebrati, non solum quæ sunt recta et facilia Scripturæ percipiunt (divino præeunte auxilio); sed etiam quæ in intimis sensibus orationis absconduntur, exacte intelligunt, et ad rectum sensum perducunt, atque ut percipiantur efficiunt, quemadmodum Sapientia dicit : « Omnia recta sunt intelligentibus, et æqua invenientibus scientiam [1] ; » nec est in eis quid pravum neque perversum.

Nos igitur sententiam nostram omnibus declarare cupientes, veritati confidimus, et religionis dogmati nos ipsos committimus. Hortamur autem vos ne subdole et invidiose orationem nostram perscrutemini, sed pura mente et conscientia. Non enim de minimis agitur, o amici, verum de magnis rebus ac divinis : quanquam internuntius imbecillis est et infirmus, ut ecclesiasticam proponat concor-

[1] Prov. VIII, 9.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

diam quæ contigit diebus nostris, quam multi mortales ante nos videre exoptarunt, nec viderunt. Quid igitur? « Quoniam litteraturam non cognovi, ingrediar in potentias Domini [1], et ego cum David exclamabo: « Et lingua mea meditabitur justitiam ejus [2]. Sed quamvis a quibusdam oppugnemur, dicentibus, nos non divino ductos zelo Florentinam synodum amplexari, imo potius temporaria ductos gloria in eam transfigurari, quodque muneribus et pollicitationibus suasi eam induimus, aliaque multa dicenda tacenda conviciantur (o tuam patientiam, omnium Rex! vulgi temeritas insolens verba effundit adversum Deum blasphemiæ plena, in nostram fidem et in Deum contumeliosa, ac si ethnici essemus), non tamen, ut sileamus, nobis persuadebunt: sed ad oculum qui omnia videt convertemur, et ad illud incorruptum tribunal mentis aciem dirigemus, ubi nobis non oberit temere hic effusa accusatio: ibi enim accusatoribus non est opus: quemadmodum neque eorum qui inconsulte gratificantur, conjuratio proderit; non enim ibi est opus advocatis. In illud igitur, cui nihil est occultum, tribunal inspicientes, omnes contumelias floccifacimus: imo vero sententiam nostram nudo capite et audacter prædicabimus. Id tantum de nobis omnes scire velim, quod omne si quid a nobis dictum aut factum est, et quæ in præsentia instituo, Dominus scit, si id pro ecclesiastica concordia constituenda gestum est, non ut aliquid ex nostris consuetudinibus vel dogmatibus abrogaremus; sed quicunque ad hanc ecclesiasticam pacem descendit, et decretum Florentini concilii recipit, quasi consuetudines et dogmata nostra damnavit, Ecclesiamque Romanam Orientali et nostræ præposuerit, nec utrique eumdem honorem exhibere voluerit (cum una tantum sit Ecclesia, unamque fidem et religionem prædicet), decidat is a Christi regno, Judæque proditori et crucifixoribus ejus annumeretur: quandoquidem nostra Ecclesia eamdem prædicat fidem quam Romana Ecclesia confitetur et tenet, nec unquam a solo Patre procedere Spiritum sensit, neque in pulpitis prædicavit, neque in azyme sacrificium est asperna ta; absit: neque animarum purgationem utcunque abnuit; sed neque sanctorum fruitionem reprobat, neque Romanum pontificem rejicit quasi non sit totius Ecclesiæ caput, ut postea declarabitur, capitibus singulis suam assignando responsionem. Sed a quibusdam litigii et contentionis studiosis ea dicta sunt et scripturæ mandata; quos vulgi temeritas sequens, convicia et contumelias adversus Romanam effundunt Ecclesiam, et adversus nos qui eam sequimur. At nos, prædictum jusjurandum quasi orationis nostræ fundamentum præstruentes, orationem resumamus, asserendo nos divino zelo, et quia vera est, synodum hanc integre tenere: non autem humanæ gloriæ gratia eam

[1] Psal. LXX, 15, 16. [2] Psal. XXXIV, 28.

A καὶ ἀνίσχυρος, πρόθεσιν ἔχων περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης τῆς ἐν ταῖς ἡμέραις ἡμῶν γενομένης, ἣν πολλοὶ τῶν πρὸ ἡμῶν ἐπεθύμησαν ἰδεῖν, καὶ οὐκ εἶδον. Τί οὖν, « Ὅτι οὐκ ἔγνων γραμματείας, εἰσελεύσομαι ἐν δυναστείᾳ Κυρίου; » Κἀγὼ μετὰ τοῦ Δαβὶδ ἀνακράξω, « Καὶ τὸ στόμα μου μελετήσει τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. » Ἀλλ' εἰ καὶ μάχονταί τινες καθ' ἡμῶν, λέγοντες ὡς ἡμεῖς οὐ κατὰ τὸν θεῖον ζῆλον τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ σύνοδον στέργομεν, ἀλλὰ δόξης προσκαίρου γλιχόμενοι, ταύτην μεταμορφούμεθα, καὶ ὅτι ἕνεκα δώρων καὶ ὑποσχέσεων ταύτην ἐνστερνιζόμεθα, καὶ πολλὰ ῥητά τε καὶ ἄῤῥητα ἡμῖν λοιδοροῦσιν· ὦ τῆς ἀνοχῆς σου, παμβασιλεῦ! ἡ ἀλογία τοῦ πλήθους οὐ κόρον λαμβάνουσι, ἀλλὰ καὶ λόγους ἀπορρίπτει βλασφήμους κατὰ τοῦ Θεοῦ, τὴν πίστιν ἡμῶν καὶ τὸν Θεὸν ἐξυβρίζουσα. ὥσπερ εἰ ἐθνικοὶ ἦμεν· ὅμως οὐ διὰ τοῦτο πείσουσιν ἡμᾶς σιωπῆσαι, πρὸς ἐκεῖνον ὁρῶντες, τὸν παντεπίσκοπον ὀφθαλμὸν, καὶ πρὸς τὸ ἀδέκαστον ἐνατενίζοντες ἐκεῖνο δικαιωτήριον, ἐν ᾧ οὐδὲν ἡμᾶς βλάψει ἡ ἀλόγως ἐνταῦθα χεομένη κατηγορία. Οὐ χρεία γὰρ κατηγόρων ἐκεῖ, ὡς οὐδὲ ἡ τῶν παραλόγως χαριζομένων βοηθήσειε σύστασις· οὐ χρεία γὰρ συνηγόρων ἐκεῖ. Πρὸς γοῦν τὸ ἀλάθητον ἐκεῖνο δικαιωτήριον ἀποβλέποντες, ἥκιστα τῶν λοιδοριῶν φροντίζομεν· ἀλλὰ μᾶλλον τὴν δόξαν ἡμῶν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ καὶ παῤῥησίᾳ κηρύξομεν. Τοῦτο δὲ μόνον πάντας εἰδέναι θέλω περὶ ἡμῶν, ὡς πᾶν εἴ τι παρ' ἡμῶν ἐπράχθη ἢ ἐῤῥέθη, καὶ τὰ παρόντα, ἐπὶ συστάσει τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης πέπρακται· Κύριος οἶδε· καὶ οὐκ ἐπ' ἀθετήσει οὐδενὸς τῶν ἡμετέρων ἐθῶν καὶ δογμάτων. Ἀλλ' ὅστις ἐπὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ταύτην ἦλθεν εἰρήνην, καὶ τὸν τῆς ἐν Φλωρεντίᾳ συνόδου ὅρον ἐδέξατο, ὡς τῶν ἡμετέρων ἐθῶν καὶ δογμάτων κατεγνωκὼς, καὶ ὡς τὴν Ῥωμαϊκὴν Ἐκκλησίαν πρεσβεύειν διεγνωκὼς εὐσεβέστερόν τι τῆς ἀνατολικῆς τε καὶ ἡμετέρας, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἐγνωκὼς τὸ αὐτὸ σέβας ἀπονέμειν ἀμφοτέραις ὡς μιᾷ οὔσαις Ἐκκλησίᾳ, καὶ μίαν κηρυττούσαις πίστιν τε καὶ εὐσέβειαν, ἔκπτωτος εἴη τῆς Χριστοῦ βασιλείας, καὶ τῷ προδότῃ Ἰούδᾳ καὶ τοῖς κοινωνοῖς αὐτοῦ καὶ σταυρωταῖς τοῦ Σωτῆρος συνταταγμένος· καὶ γὰρ ἡ ἡμετέρα Ἐκκλησία τὴν αὐτὴν πίστιν κηρύττει ἣν καὶ ἡ Ῥωμαϊκὴ Ἐκκλησία ὁμολογεῖ καὶ κατέχει, καὶ οὐδέποτε ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα ἐδόξασεν, οὔτε μὴν ἐπ' ἄμβωνος ἀνεκήρυξεν, οὐδὲ τὴν δι' ἀζύμου θυσίαν ἐμυκτηρίσατο· ἄπαγε, οὐδὲ τὴν τῶν ψυχῶν κάθαρσιν ὁπωσοῦν ἀρνεῖται· ἀλλ' οὐδὲ τὴν τῶν ἁγίων ἀπόλαυσιν ἀθετεῖ· προσέτι δὲ οὐδὲ τὸν τῆς Ῥώμης ἀπωθεῖται ἀρχιερέα ὡς μὴ εἶναι κεφαλὴν πάσης τῆς Ἐκκλησίας, ὡς δειχθήσεται, ἐφ' ἑνὶ ἑκάστῳ λόγον ἀποδιδοῦσιν· ἀλλὰ παρά τινων ἐριζόντων τε καὶ φιλονεικούντων ταῦτα ἐῤῥέθη, καὶ γραφῇ παρεδόθη. Οἷς ἡ τοῦ πλήθους ἀλογία ἑπομένη, ἐκχέουσιν ὕβρεις καὶ λοιδορίας κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας καὶ ἡμῶν τῶν εὐσεβῶς ἑπομένων αὐτῇ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἀλλὰ τὸ προρρηθὲν φοβερὸν ὅρκιον ὥσπερ τι τοῦ λόγου θεμέλιον προκατεβαλλόμενοι, τὸν λόγον ἐπαναλάβωμεν· ὡς ἡμεῖς κατὰ θεῖον ζῆλον καὶ ὡς ἀληθῆ τὴν σύνοδον ταύτην ὁλοσχερῶς κατέχομεν· καὶ ὅτι οὐχ ἕνεκεν δόξης ἀνθρωπίνης ταύτην ἐνστερνιζόμεθα· ἀλλ' οὐδὲ δώρων ἕνεκα ὡς αὐτοὶ λέγουσι, ταύτην ἐγκολπωσάμενοι βεβαίως κρατοῦμεν, ἀλλ' ὡς δόξαν Χριστοῦ καὶ τῶν διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας. Αὐτοὶ δὲ ἀμαθίαν καὶ μοχθηρίαν νοσοῦντες, τολμῶσι λέγειν ὡς οὐκ ἔστι τὰ τῇ συνόδῳ πραχθέντα δόξα καὶ γνώμη τῶν διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας. Ἔστι δὲ τοὐναντίον ἅπαν· καὶ βροντῆς γεγωνότερον φαίνονται οἱ ἱεροὶ διδάσκαλοι ταῦτα θεολογοῦντες· καὶ ἀπ' αὐτῶν ἡμεῖς τὴν τοιαύτην πίστιν καὶ δόξαν μαθόντες ὁμολογοῦμεν, καὶ κηρύττοντες, ταύτῃ ὑπερασπίζομεν· ἣν καὶ μέχρι τελευταίας ἀναπνοῆς εὐχόμεθα φυλάττειν ἀμώλυντον, ᾗ καὶ συναποθανεῖν δεόμεθα, καὶ πρὸς τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ μετ' αὐτῆς ἐν τῇ κρίσει σταθῆναι, καὶ μετ' αὐτῆς αἰωνίως παραπεμφθῆναι ἔνθα δοίη Θεὸς, ὃς πάντα μὲν θεωρεῖ, λέληθε δὲ αὐτὸν οὐδέν· καὶ ὅτι οὐ πρὸς ἀνθρώπους, ἀλλὰ πρὸς Θεὸν ἀφορῶντες, τὴν εἰρήνην ταύτην καὶ τὴν τῆς Ἐκκλησίας ἕνωσιν δεῖν ᾠήθημεν ἐνστερνίσασθαι. Εἰ δέ τισι μὴ δοκεῖ, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· ὃ γὰρ ὀφείλομεν ἡμεῖς, τοῦτο καὶ ποιοῦμεν. Ὑμεῖς δὲ τί φατε, οἱ τὴν ἱερὰν μὴ σπέργοντες σύνοδον; Οὐκ ἔστιν ὁ τούτης ὅρος δόξα τῶν διδασκάλων. Ἀλλ' ἡμεῖς ἀποδείξομεν τοὐναντίον, οὐκ ἀφ' ἡμῶν αὐτῶν, ἵνα μὴ ἀπίθανα δόξωμεν λέγειν· καὶ γάρ τίς ὑμᾶς πείσειε φθεγγόμενος τὰ αὐτοῦ; ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν τῶν θείων καὶ ἱερῶν Πατέρων καὶ διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας, οὐ μόνον τῶν δυτικῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀνατολικῶν· ὧν τοὺς λόγους αἰδεσθείη ἂν καὶ ὁ καταχθόνιος, ὡς ἐλλαμπομένων παρὰ τοῦ θείου καὶ τελεταρχικοῦ Πνεύματος. Καὶ πρῶτον μὲν πέντε τινὰ ἐγκαλοῦσιν ἡμῖν· μᾶλλον δὲ οὐχ ἡμῖν, ἀλλὰ τῇ Ἐκκλησίᾳ. Ἡ γὰρ Ἐκκλησία, ἐν τῷ ἑαυτῆς ὄρῳ, Στέντορι ἐοικυῖα, μετὰ ἰσχύος βοᾷ. Πρῶτον, ὅτι Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ· καὶ τοῦτο αὐτὸς ὁ Υἱὸς παρὰ τοῦ Πατρὸς λαβὼν ἔχει. « Πάντα γάρ, φησὶν, ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ ἐν' τῷ γεννᾷν δέδωκε τῷ Υἱῷ, πλὴν τοῦ εἶναι Πατέρα. » Δεύτερον, ὡς Ἡ δι' ὀζύμου καὶ ἐνζύμου θυσία μία καὶ ἡ αὐτή ἐστι· καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ πανάγιον σῶμα ἐν ἀμφοτέροις τελεῖται τοῖς μέρεσι. Τρίτον, ὅτι Αἱ ψυχαὶ τῶν ἐν μετανοίᾳ τελευτησάντων καθαρτικαῖς τιμωρίαις καθαίρονται μετὰ θάνατον διὰ τῆς τῶν ζώντων πιστῶν ἐπικουρίας· καὶ τοῦτο, ἐπεὶ οὐκ ἔφθασαν ἱκανοποιῆσαι περὶ τῶν ἡμαρτημένων αὐτοῖς. Τέταρτον, ὅτι Οἱ ἅγιοί εἰσιν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Θεοῦ καθὸ ψυχαί· καὶ τὸν Θεὸν καθορῶσιν εἰς πρόσωπον. Καὶ εὐφραίνονται τούτῳ τῇ θεωρίᾳ· καὶ αὖθις τοὺς ἁμαρτωλοὺς εἰς τὴν γέενναν εἶναι βοᾷ καὶ ὥσπερ ἐκείνους ἡ μακαριότης εὐφραίνει. Οὕτω καὶ τούτους ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς ἐξόδου αὐτῶν τὸ πῦρ καταφλέγει. Πέμπτον, ὅτι Ὁ πάππας, ἤτοι ὁ ἄκρος ἀρχιερεὺς τῆς ἐν Ῥώμῃ ἀποστολικῆς καθέδρας ἐστὶ κεφαλὴ πάσης τῆς Ἐκκλησίας, διάδοχος τοῦ μακαρίου Πέτρου τοῦ

A amplectimur, neque muneribus corrupti, ut ipsi dicunt, eam suscipiendo firmiter apprehendimus, sed veluti Christi sententiam et doctorum Ecclesiæ. Ii vero, ignorantiæ et pravitatis morbo ægrotantes, dicere audent, quod quæ a synodo gesta sunt, non secundum mentem et sententiam doctorum Ecclesiæ gesta sunt: imo contra se habet, magisque quam si tonitruum ederent, videntur sacri doctores hæc scriptis tradere; ab iisque nos hanc sententiam et fidem didicisse confitemur, ac pro ea prædicando pugnamus, eamque usque ad extremum spiritum inviolatam servare exoptamus, et una cum ea occumbere speramus, et coram Salvatore Christo Deo cum ea in judicio sisti, et cum ea in sempiternum,

B quocunque dabit Deus (qui omnia conspicit, nihilque ei absconditum est) mitti: nec ad homines, sed ad Deum respiciendo, hanc concordiam, et Ecclesiæ unionem amplexari oportere existimavimus. Quod si aliquibus non videtur, nihil ad nos, quia nos quod debemus, efficimus. Vos vero quid dicitis, qui sacram synodum non recipitis? Non est ejus decretum secundum doctorum sententiam. At nos contrarium demonstrabimus, non ex nostro sensu, ne absurda dicere videamur (quis enim persuadere vobis aliquid possit, si sua tantummodo argumenta in medium attulerit?), sed ex divinorum Patrum et Ecclesiæ doctorum, non Occidentalium tantum, verum etiam Orientalium, quorum dicta etiam infernus reveretur, tanquam a sacro et

C divino Spiritu illustratorum. Ac primum quidem quinque ex nostris criminantur, imo non ex nostris, sed ex Ecclesia: nam Ecclesia in suo decreto, veluti Stentor, omnibus viribus clamat: Primum, quod sanctus Spiritus ex Patre et Filio procedit, idque ipse Filius a Patre accipit. Cuncta (inquit) enim quæ habet Pater, in generando tribuit Filio, præterquam esse Patrem. Secundum, quod sacrificium per azymum vel fermentatum unum et idem est; quodque sanctissimum Christi corpus in utrisque conficitur partibus. Tertium, quod animæ illorum qui in pœnitentia moriuntur, purgatoriis pœnis post mortem purgantur, et fidelium vivorum

D suffragiis juvantur, idque propterea quod antea peccatis suis satisfacere non potuerunt. Quartum, quod sancti sunt in gloria Dei quatenus animæ, Deumque ad faciem vident, et ejus lætantur visione; et rursus in gehennam peccatores ire clamat, et quemadmodum illos beatitudo lætificat, sic et hos a die exitus eorum ignis comburit. Quintum, quod papa, sive summus pontifex Romanæ sedis apostolicæ, caput est totius Ecclesiæ, beati Petri principis apostolorum successor, et verus vicarius Domini nostri Jesu Christi. Ecclesiæ vero adversarii Ecclesiam reprehendunt quod ea quæ vera non sunt, senserit, et decreto prolato apostolicis et rubris litteris ea sibi arrogaverit: nobis autem, Ecclesiæ ab iis oppugnatæ, neque patrocinari convenit neque possibile est, cum fortem advocatum secum habeat Christum Jesum et suam

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

veracem promissionem firmiter obtineat, id est, quod « portæ inferi non prævalebunt adversus eam [1], » quodque cum ea erit usque ad mundi hujus consummationem, et quod solida petra est, in quam, qui offendunt, peribunt : sine qua salutis nulla spes est. Cum igitur sponsum ipsum secum habeat, illi non est opus advocatis. Nobis magis opus est, qui ab iis (quasi male gesserimus unionem cum Latinis recipiendo) incusamur, et quia nos tanquam ignorantes reprehendunt, et veluti perditos damnant, et (proh dolor!) nos lugent et ut hæreticos aversantur.

A κορυφαίου τῶν ἀποστόλων, καὶ ἀληθὴς τοποτηρητὴς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οἱ δὲ τῆς Ἐκκλησίας ἀντίπαλοι τῆς Ἐκκλησίας κατηγοροῦσιν, ὡς τὰ μὴ ὄντα ἀληθῆ ἐδόξασε· καὶ δρον ἐξήνεγκε τούτων ἀντιποιουμένη, ἀποστολικοῖς τε καὶ ἐρυθροῖς γράμμασιν. Ἡμῖν δὲ συνηγορῆσαι τῇ Ἐκκλησίᾳ πολεμουμένῃ παρ' αὐτῶν, οὔτε εἰκός ἐστιν οὔτε μὴν ἐφικτὸν, τὸν ἰσχυρὸν συνήγορον μετ' αὐτῆς ἐχούσῃ Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, καὶ τὴν αὐτοῦ ἀψευδῆ ἐπαγγελίαν βεβαίως κατεχουσῃ, τὴν, πύλας ᾅδου οὐ κατισχύσειν αὐτῆς, καὶ τὸ μετ' αὐτῆς εἶναι ἄχρι καὶ τῆς τοῦ κόσμου τούτου συμπερατώσεως· καὶ ὅτι πέτρα ἐστὶν ἀρραγής, εἰς ἣν οἱ προσκόπτοντες ἀπολοῦνται· ἧς ἄνευ οὐκ ἔστι σωτηρίας ἐλπίς. Αὐτὸν τοίνυν ἐχούσῃ μετ' αὐτῆς ὡς νυμφίον, οὐ δεῖ συνηγόρων· ἡμῖν δὲ μᾶλλον δεῖ ἐγκαλουμένοις παρ' αὐτῶν ὡς κακῶς ποιήσασι τὴν μετὰ Λατίνων ἕνωσιν δέξασθαι, καὶ ὅτι ὡς ἀγνοοῦντας ἡμᾶς μέμφονται, καὶ ὡς ἀπολωλότων καταψηφίζονται, καὶ ταλανίζουσι, φεῦ! ἡμᾶς, καὶ ὡς αἱρετικοὺς ἀποστρέφονται.

Ab his igitur coacti hæc conscribimus ut nos inculpatos, et hac reprehensione et calumnia indignos et gratia Dei orthodoxos ostendamus : imo eos majoris pœnæ et damnationis reos, quam cujus nos illi temere et superbe condemnant. Ac primum quidem Dei gratiam perquiramus, perinde ac nihil proferre valeamus nisi ante nobis os aperuerit; ipse est enim qui dicit : « Et sine me nihil potestis facere [2] ; » postea (quantum nostræ mentis exiguitas patitur) in medium proferentes, criminibus objectis respondebimus, non syllogismos adhibendo (quippe et illi vere dicunt fidem nostram syllogismis non constare, neque nos id efficere valemus), sed sanctorum Ecclesiæ doctorum testimoniis utemur. Cæteris ergo omissis a primo theologo exordiar Domino Jesu Christo, in primo capite in quo nos accusant, quod Spiritus sanctus non procedit etiam a Filio, sed a Patre tantum. Sic utique hi dicunt, et (ut aiunt) rectissime tradunt, ac vera credunt. At quia nos etiam a Filio procedere dicimus, adversari nos sanctis dicunt et Christo dicenti, « Qui a Patre procedit [3]. » Hoc ipsi asserendo se justificari putant; nos vero cum charitate et pace, Deo opitulante, ostendemus, etiam à Filio Spiritum sanctum procedere, quemadmodum sane et a Patre; non in ira contumeliosi, sed discipuli ejus qui dicit : « Pacem sequimini, nec irascamini cum loquimini [4] »

B Τούτοις οὖν ἀναγκαζόμενοι γράφομεν ταῦτα, ἵνα δείξωμεν ἡμᾶς μὲν ἀθώους καὶ ἀνεγκλήτους τῆς αὐτῶν μέμψεως καὶ διαβολῆς· καὶ ὀρθοδόξους τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι· αὐτοὺς δὲ μᾶλλον ἐνόχους ἰσχυροτέρας ποινῆς τε καὶ καταδίκης, ἢ ἣν ἐκεῖνοι τολμηρῶς τε καὶ αὐθαδῶς ἅμα ἡμῶν γε καταψηφίζονται. Καὶ πρῶτον μὲν ζητήσομεν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ θείαν χάριν, ὡς μὴ δυνάμενοί τι εἰπεῖν εἰ μὴ πρῶτον ἐκεῖνος ἀνοίξῃ τὸ στόμα ἡμῶν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ εἰπὼν, ὅτι « Χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. » Ἔπειτα δὲ καὶ ὅσον ἐγχωρεῖ ἡ σμικρότης τῆς διανοίας ἡμῶν, εἰς μέσον προθέμενοι, ἐν οἷς ἐγκαλοῦσιν ἡμῖν ἀποκρινούμεθα, οὐκ ἀπὸ συλλογισμῶν ποιούμενοι τὴν ἀπόκρισιν· ἐν οἷς ἂν δικαίως ἐροῦσιν ὡς ἡ πίστις ἡμῶν ἀσυλλόγιστός ἐστιν· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ
C ἡμεῖς πρὸς τοῦτο ἰσχύομεν, ἀλλὰ διὰ μαρτυριῶν τῶν τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλων ἁγίων. Ἵνα οὖν τὰ πολλὰ παραλείψωμεν, ἀπὸ τοῦ πρώτου ἄρξομαι θεολόγου, τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, πρὸς τὸ πρῶτον τῶν παρ' αὐτῶν ἐγκαλουμένων ἡμῖν· ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἔχει τὴν ὕπαρξιν καὶ ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Πατρὸς μόνου. Οὕτω μὲν οὗτοι λέγουσι· καὶ, ὥς φασιν, ὀρθότατα δογματίζουσι, καὶ ἀληθῶς δοξάζουσιν· ἐπεὶ δὲ ἡμεῖς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ λέγομεν ἐκπορεύεσθαι, ἐναντίοι, φασὶ, τοῖς ἁγίοις ἐσμὲν, καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, « Ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. » Τοῦτο μὲν οὗτοι λέγοντες οἴονται δικαιοῦσθαι. Ἡμεῖς δὲ μετὰ ἀγάπης τε καὶ εἰρήνης ἐπιδείξομεν τῇ συνεργείᾳ τοῦ Θεοῦ, ὅτι καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται Πνεῦμα, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ Πατρός· οὐχ ὑβρίζοντες ὀργιζόμενοι, ἀλλὰ μαθηταὶ τοῦ φήσαντος, « Εἰρήνην διώκετε καὶ μὴ ὀργίζεσθε ἐφ' οἷς ἂν λέγητε. »

[1] Matth. xvi, 18. [2] Joan. xv, 5. [3] Ibid. 26. [4] Hebr. xii, 4.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ

Ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, καὶ οὐκ ἐκ μόνου τοῦ Πατρός, ὡς οἱ μὴ τὴν σύνοδον στέργοντες λέγουσιν.

CAPUT PRIMUM

Spiritum sanctum procedere et ex Filio, non ex Patre tantum, ut aiunt qui synodum non sequuntur.

B pauca : « Quomodo Filius qui oriendo est tibi, o Pater, de quo oritur subsequens non est? et quomodo Spiritus amborum, qui per processionem proditur a vobis proferentibus non præitur? quomodo et unum divisibiliter tria, et tria indivisibiliter estis unum? Ejusdem in lib. Soliloquiorum (1). « Cognovi te Deum, unum Spiritum sanctum Patris et Filii, ab utroque pariter procedentem, consubstantialem et coæternum Patri et Filio, paracletum et advocatum nostrum, qui super eumdem Deum et Dominum nostrum Jesum Christum in columbæ specie descendisti, et super apostolos in linguis igneis apparuisti, qui et omnes sanctos et electos Dei a principio tuæ gratiæ munere docuisti : et ora
C prophetarum, ut enarrarent mirabilia regni Dei, aperuisti : qui ab omnibus sanctis Dei cum Patre et Filio simul adoraris et glorificaris : inter quos et ego filius ancillæ tuæ toto corde meo glorifico nomen tuum, quia illuminasti me. Tu es vera lux, lumen veridicum ignis Dei, et magister spirituum, qui unctione tua doces nos omnem veritatem, spiritus veritatis, sine quo impossibile est placere Deo, quoniam tu ipse Deus es ex Deo, et lux de lumine procedens a Patre luminum ineffabiliter a suo Filio Domino nostro Jesu Christo. » Idem in eodem : « Unus est Deus Pater, qui solus essentialiter de se unum Filium genuit : et unus Filius ex uno Patre solus essentialiter genitus, et unus Spiritus sanctus, qui solus essentialiter ex Patre
D Filioque procedit. » Idem in eodem cap. : « Neque enim in illa Trinitate proprium erit solius Patris, quia ipse genitus non est, sed quia solum Filium genuit; neque proprium Filii solius, quia ipse non genuit, sed ex Patris substantia genitus est; neque proprium Spiritus sancti, quia neque ipse genitus est, neque genuit, sed solum ex Patre Filioque procedere. » Idem ad Orosium : « Spiritum neque ingenitum esse, neque genitum, quæ in confesso fides est manifestat : nam si dixerimus, ingenitum, duos Patres asserere videbimur; si genitum, duos Filios credere nos accusabunt; sed ut ea quæ in confesso fides est tenet, neque ingenitus, neque genitus est, sed ex utroque procedit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

scilicet ex Patre et Filio. Et ut id testibus ostendam, Dominum nostrum Jesum Christum discipulos suos docentem audi : « Quando venerit, inquit, Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testificabitur de me. » Et rursus idem Dominus noster Jesus Christus post resurrectionem suam, ut ostenderet ex eo procedere Spiritum sanctum, sicut ex Patre, insufflavit in discipulos suos, et dixit : « Accipite Spiritum sanctum. » Unus ergo Spiritus est Patris et Filii, unus Spiritus utriusque. » Idem in libro adversus Maximum lib. III (1) : « Quæris a me si de substantia Patris est Filius, de substantia Patris est etiam Spiritus sanctus, cur unus Filius sit, et alius non est Filius? Ecce respondeo, sive capias, sive non capias, de Patre est Filius, de Patre est Spiritus sanctus : sed ille genitus, iste procedens; ideo ille Filius est Patris de quo genitus, iste autem Spiritus utriusque, quoniam de utroque procedit. Sed ideo cum de illo Filius loqueretur, ait, de Patre procedit, quoniam Pater processionis ejus est auctor, qui talem Filium genuit, et gignendo ei dedit ut etiam de ipso procederet Spiritus sanctus : nam nisi procederet et de ipso, non diceret discipulis : « Accipite Spiritum sanctum, » cumque insufflando daret, ut a se quoque procedere significans, aperte ostenderet flando, quod spirando dabat occulte. Quia ergo si nasceretur non tantum de Patre, nec tantum de Filio, sed de ambobus utique nasceretur, sine dubio filius diceretur amborum, ac per hoc quia filius amborum nullo modo est, non oportuit nasci eum de ambobus. » Idem in eodem : « Satis sit ergo nobis, quia non est a seipso Filius, sed ab illo de quo natus est; non a seipso Spiritus, sed ab illo de quo procedit; et quia de utroque procedit, sicut jam ostendimus; unde et Spiritus Patris et Filii dictus est, » et reliqua. Idem in eodem libro : « Quod sit Spiritus sancti fons Filius, » ergo quantum bonitatis ipse habet, tantum Filio dedit. Et quia natura est non gratia Filius, nascenti non indigenti dedit, et plenus plenum, fons bonitatis fontem genuit bonitatis; ac per hoc nec hausit in se hic quod accipit, nec minuit in se ille quod dedit, quia non habet immutabilitas unde deficiat, non habet plenitudo quo crescat. Quid est autem ipsa bonitas, nisi vita vivificans? Proinde quia fons fontem genuit, sicut Pater suscitat mortuos et vivificat, sic et Filius quos vult vivificat. Hoc ipse Filius dixit, non ego. Unde merito Deo Patri dicitur : « Quoniam apud te est fons vitæ. » Quis est autem iste fons vitæ apud Deum Patrem, nisi de quo dicitur : « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum? » de quo etiam paulo post dictum est : « Et vita erat lux hominum : » hæc vita fons vitæ est, et lux ista, lux lucis est. Unde cum dictum esset, Apud te est fons vitæ,

(1) Cap. 14.

A Πατρὸς Υἱοῦ τε ἐκπορευόμενον. » Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ κεφαλαίῳ· « Οὐδὲ γὰρ ἐν ἐκείνῃ τῇ Τριάδι ἴδιον ἂν εἴη τοῦ Πατρὸς μόνου, ὅτι αὐτὸς οὐ γεγέννηται· ἀλλ' ὅτι ἕνα Υἱὸν ἐγέννησεν· οὔτε ἴδιον τοῦ Υἱοῦ μόνου, ὅτι αὐτὸς οὐκ ἐγέννησεν, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας γεγέννηται· οὔτε ἴδιον τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὅτι οὔτε ἐγεννήθη αὐτὸ, οὔτε ἐγέννησεν· ἀλλὰ τὸ μόνον ἐκ Πατρὸς Υἱοῦ τε ἐκπορεύεσθαι. » Ὁ αὐτὸς πρὸς Ὁρώσιον· « Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὔτε ἀγέννητον οὔτε γεννητὸν ἡ ὁμολογουμένη πίστις δεικνύει· καὶ γὰρ ἂν εἴπωμεν ἀγέννητον, δύο Πατέρας διισχυρίζεσθαι δόξομεν· εἰ δὲ γεννητὸν, δύο Υἱοὺς πιστεύειν ἡμᾶς αἰτιάσονται. Ἀλλ' ὡς ἡ ὁμολογουμένη πίστις κατέχει, οὔτε ἀγέννητον οὔτε γεννητόν ἐστιν, ἀλλ' ἐξ ἀμφοτέρων ἐκπορευόμενον· τουτέστιν ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ. Καὶ ἵνα τοῦτο διὰ μαρτυριῶν ἀποδείξω αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ διδάσκοντος, ἄκουσον· « Ὅταν δὲ ἔλθῃ, φησὶν, ὁ Παράκλητος ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρὸς, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ. » Καὶ αὖθις αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ, ἵνα δείξῃ ἐξ αὐτοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθάπερ ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἐνεφύσησεν εἰς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ εἶπε· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. » Ἓν ἄρα Πνεῦμά ἐστι Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἓν Πνεῦμα ἀμφοῖν. » Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ κατὰ Μαξίμου δευτέρῳ βιβλίῳ· « Ζητεῖς παρ' ἐμοῦ, εἰ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρός ἐστιν ὁ Υἱὸς, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· διὰ τί; ὁ μὲν εἷς ἐστιν Υἱὸς, τὸ δὲ ἕτερον οὐκ ἔστιν Υἱός. Ἰδοὺ ἀποκρίνομαι κἂν τε λάβῃς κἂν τε μὴ λάβῃς. Ἐκ τοῦ Πατρός ἐστιν ὁ Υἱός· ἐκ τοῦ Πατρός ἐστι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἀλλ' ἐκεῖνος γεννητός· τοῦτο ἐκπορευόμενον. Διὸ ἐκεῖνος μὲν Υἱός ἐστι τοῦ Πατρὸς, ἀφ' οὗ ἐγεννήθη· τοῦτο δὲ, Πνεῦμα ἑκατέρου, ὅτι ἐξ ἀμφοτέρων ἐκπορεύεται. Ἀλλὰ διὰ τοῦτο περὶ ἐκείνου λέγω, ὁ Υἱὸς ἔφυ ἐκ τοῦ Πατρός· τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκπορεύεται, ὅτι ὁ Πατὴρ τῆς ἐκπορεύσεως αὐτοῦ ἐστιν ἀρχηγός· ὃς τοιοῦτον Υἱὸν ἐγέννησε· καὶ ἐν τῷ γεννᾷν δέδωκεν αὐτῷ, ἵνα καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύηται. Καὶ γὰρ εἰ μὴ ἐξεπορεύετο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐξ αὐτοῦ, οὐκ ἂν εἶπε τοῖς μαθηταῖς, Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον· καὶ τοῦτο ἐδίδου ἐμφυσῶν, ἵνα καὶ παρ' ἑαυτοῦ ἐκπορεύεσθαι παραδηλῶν, ἀποκεκαλυμμένως ἐδίδου. Ἐπειδὴ οὖν εἴπερ ἐγεννᾶτο, οὐ μόνον ἐκ τοῦ Πατρὸς, οὐ μόνον ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλ' ἐξ ἀμφοῖν δήπουθεν ἂν ἐγεννᾶτο, ἀναντιῤῥήτως Υἱὸς ἀμφοῖν ἂν ἐλέγετο. Καὶ διὰ τοῦτο, Υἱὸς γὰρ ἀμφοῖν οὐδαμῶς εἶναι δύναται, οὐκ ἔξεστι γεννηθῆναι αὐτὸ ἐξ ἀμφοῖν. » Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ· « Ἀρκείτω τοίνυν ἡμῖν, ὅτι ὁ Υἱὸς οὐκ ἔστιν ἐξ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἐξ οὗ ἐγεννήθη. Οὐκ ἔστιν ἐξ ἑαυτοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ἐξ οὗ ἐκπορεύεται. Καὶ ἐπεὶ παρ' ἀμφοτέρων ἐκπορεύεται, ὡς ἤδη ἀπεδείξαμεν, ὅθεν Πνεῦμα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ εἴρηται· » καὶ τὰ λοιπά. Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ, ὡς εἴη τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου πηγὴ ὁ Υἱός· « Τοίνυν ὅσον

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀγαθότητος ὁ Πατὴρ ἔχει, τοσοῦτον δέδωκε τῷ Υἱῷ. Καὶ διότι φύσει, οὐ χάριτί ἐστιν ὁ Υἱὸς, γεννωμένῳ δέδωκεν, οὐ δεομένῳ· καὶ ὁ πλήρης, πλήρη· ἡ πηγὴ τῆς ἀγαθότητος, πηγὴν ἐγέννησεν ἀγαθότητος· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἀπέβαλεν ἐν ἑαυτῷ οὗτος, ὅπερ ἔλαβεν, οὔτε ἠλάττωσεν ἐν ἑαυτῷ ἐκεῖνος ὃ δέδωκεν. Οὐδὲ γὰρ ἔχει ἡ ἀτρεψία, ὅθεν ἂν ἐκλείψῃ, οὐκ ἔχει τὸ πλήρωμα, ὅθεν ἂν αὐξῇ. Τί δέ ἐστιν ἡ ἀγαθότης αὕτη, ὅτι μὴ ζωοποιοῦσα ζωή; κἀντεῦθεν, ἐπειδὴ πηγὴν ἐγέννησεν ἡ πηγὴ, καθάπερ ὁ Πατὴρ ἐγείρει νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ. Τοῦτ' αὐτὸς εἴρηκεν ὁ Υἱὸς, οὐκ ἐγώ. Ὅθεν εἰκότως λέγεται τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ὅτι Παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς ἐστι. Τίς δέ ἐστιν ἡ πηγὴ αὕτη τῆς ζωῆς παρὰ τῷ Πατρὶ, εἰ μὴ περὶ οὗ λέγεται, « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· καὶ οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν; » Περὶ οὗ καὶ μετ' ὀλίγον εἴρηται· « Καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων. » Αὕτη ἡ πηγὴ, πηγὴ ζωῆς ἐστι· καὶ τὸ φῶς τοῦτο, φωτός ἐστι φῶς. Ὅθεν μετὰ τὸ λεχθῆναι, « Παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς ἐστιν, » ἐφεξῆς συνῆπται, « Καὶ ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς· » τουτέστιν ἐν τῷ Υἱῷ σου, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὃν καὶ σὺ φωτιστὴν εἶναι τῆς ἡμετέρας συμμορίας ἐν τῷ πρώτῳ καθωμολόγησας μέρει. Πηγὴ τοίνυν ἐκ πηγῆς, ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός· καὶ ὁμοῦ ἄμφω μία πηγή· φῶς ἐκ φωτός· ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός· καὶ ὁμοῦ ἄμφω φῶς ἕν. Ὥσπερ Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ ὁμοῦ ἄμφω δήπουθεν, εἷς Θεός. Καὶ ὅλον τοῦτο, οὐκ ἄνευ τοῦ ἀμφοῖν Πνεύματος, ἐκ ταύτης τῆς πηγῆς τῆς ζωῆς. » Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πέμπτῳ τῷ περὶ Τριάδος, ἐν κεφαλαίῳ τετάρτῳ φησίν· « Εἰ τοίνυν καὶ ὃ δ δοται, ἀρχὴν ἔχει τοῦτον, ἀφ' οὗ δίδοται, καὶ γὰρ οὐκ ἄλλοθεν ἔλαβεν ὃ παρ' αὐτοῦ ἐκπορεύεται, ὁμολογητέον ἐσχὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν ἀρχὴν εἶναι τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Οὐ δύο ἀρχαὶ, ἀλλὰ καθάπερ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς εἷς Θεὸς, καὶ πρὸς τὴν κτίσιν ἀναφορικῶς εἷς Κτίστης, καὶ εἷς Κύριος, οὕτως ἀναφορικῶς καὶ πρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, μία ἀρχή. Πρὸς τὴν κτίσιν μέντοι ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, μία ἀρχὴ, καθάπερ εἷς Δημιουργὸς, καὶ εἷς Κύριος. » Τὰ αὐτὰ καὶ ὅμοια τούτων, καὶ ἐν τῷ ἑπομένῳ, καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς λόγοις τε καὶ βιβλίοις θεολογεῖ οὗτος ὁ μακάριος Πατήρ. Καὶ τίς ἂν ἱκανὸς πάντα τὰ αὐτοῦ συνάξαι, ἃ φησιν ἐν ταύτῃ τῇ ὑποθέσει; Ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἀρκετά εἰσι πᾶσαν ψυχὴν μαλάξαι καὶ πεῖσαι φρονεῖν· ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, ὥσπερ καὶ ἀπὸ τοῦ Πατρός.

A continuo subjunctum est : « In lumine tuo videbimus lumen, » hoc est in Filio tuo Spiritum sanctum, quem tu quoque esse illuminatorem in collationis nostræ prima parte professus es. Fons ergo de fonte, Filius de Patre, et simul ambo fons unus, lux de luce, Filius de Patre, et simul ambo lux una : sicut Deus de Deo, et simul ambo utique Deus unus, et hoc tantum non sine Spiritu amborum ex hoc fonte vitæ. » Idem in quinto de Trinitate, cap. 14, inquit : « Si ergo, et quod datur principium habet eum a quo datur, quia non aliunde accipit illud quod ab ipso procedit, fatendum est Patrem et Filium principium esse Spiritus sancti, non duo principia, sed sicut Pater et Filius unus Deus, et ad creaturam relative unus creator et unus Dominus, sic relative ad Spiritum sanctum, unum principium. Ad creaturam vero Pater, Filius, et Spiritus sanctus unum principium, sicut unus creator, et unus Dominus. » Eadem et horum similia et in sequenti et in aliis plerisque tractatibus et libris theologicis scribit beatus hic Pater. Sed quis poterit unquam in unum colligere quæ de hoc argumento conscripsit? Verum hæc satis sunt ad cujusque animum emolliendum, et ut sentiat suadendum, quod Spiritus sanctus et a Filio procedat quemadmodum et a Patre.

B

ΙΗ'.

Ἀλλ' ἐρεῖ τις ἴσως τῶν ἐναντίων, ὡς οὐκ ὀφείλομεν τούτῳ προσέχειν, οὔτε μὴν ἕπεσθαι τοῖς αὐτοῦ λόγοις, δυτικῷ ὄντι διδασκάλῳ τε καὶ Λατίνῳ, εἰ καὶ σὺ ἐφόρτωσας ἡμῶν τὰς ἀκοὰς, ἐκ τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων. Πρὸς ὃν ἀπολογητέον. Εἰ μὲν καὶ τὰ συγγράμματα τούτου οὐκ ἐδοκιμάσθησαν παρὰ οἰκουμενικῆς συνόδου, καλῶς ἂν εἶχεν ὅπερ σὺ φῄς· ἐπεὶ δὲ οἰκουμενικὴ σύνοδος προστάττει ταῦτα φυλάττειν, καὶ μάλιστα μετὰ ἀρῶν τε καὶ ἀναθέματος, οὐ καλῶς λέγεις. Ὅτι δὲ οὕτως ἔχει, ἄκουσον ἐκ τῶν Πρακτικῶν τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου· « Ἀκόλουθον μὲν ἐν ἅπασι καὶ τοῖς ἁγίοις Πατράσι καὶ διδασκάλοις τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, Ἀθανασίῳ, Ἱλαρίῳ, Βασιλείῳ, Αὐγουστίνῳ, Θεοφίλῳ, Κυρίλλῳ, Ἰωάννῃ τῷ Κωνσταντινουπόλεως, Λέοντι, Πρόκλῳ, καὶ πάντα τὰ παρ' αὐτῶν συγγραφέντα περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ πρὸς κατάκρισιν τῶν αἱρετικῶν, δεχόμεθα. » Ὁμοίως καὶ ἡ ἑβδόμη· « Τοῖς ἀποβαλλομένοις τὰς τῶν ἁγίων Πατέρων φωνὰς, τὰς ἐπὶ συστάσει τῶν ὀρθῶν

C

VIII.

At quis adversariorum fortasse dicet, nos huic adhærere non opus esse, neque ipsius scripturas sequi, cum Occidentalis sit doctor et Latinus, etsi aures nostras multitudine librorum ejus onerasti. Ad quos respondendum, si opera ejus ab œcumenica synodo comprobata non fuissent, bene se haberet quod dicis : sed quoniam œcumenica synodus ea servari jubet, idque cum imprecationibus et anathemate, non recte dicis. Quod ita se res habeat, audi ex actis sanctæ et œcumenicæ sextæ synodi. Consentit sane in omnibus, sanctis Patribus, et doctoribus sanctæ Dei Ecclesiæ, Athanasio, Hilario, Basilio, Augustino, Theophilo, Cyrillo, Joanni Constantinop., Leoni, Proclo, cunctaque eorum scripta de recta fide et ad hæreticorum damnationem recipimus. » Similiter et ex septima : « Rejicientibus sanctorum Patrum sententias, pro dogmatibus Dei Ecclesiæ constituendis promulgatas, Athanasii, Cyrilli, Ambrosii, Amphilochii, divini Leonis sanctissimi antiquæ Romæ archiepi-

D

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

scopi, Augustini, et reliquorum, præterea et œcumenicorum acta conciliorum, quarti dico et sexti non amplectentibus, anathema.» Audis ut anathemati subjicitur, qui Augustini sententias non recipit? Non ergo in posterum ambigas pro sancto et doctore habere Augustinum, cujus gloria magna est in Ecclesia Dei. Nosti ergo quomodo et Occidentales doctores in omnibus Orientalibus consentiunt, quasi eodem spiritu afflatis, et quod etiam ex Filio Spiritus sanctus procedit, datur, mittitur, immittitur, profluit, infunditur, prodit, scaturit, emanat, et spirat: quæ omnia sempiternam ejus processionem demonstrant, ex Patre similiter et Filio, quodque apertius Occidentales Orientalibus clamant clare, ex utroque procedere, Patre videlicet et Filio: neque differunt inter se, sed præclare et divine consentiunt: nec potes eos rejicere, synodis palam clamantibus adversus eos, qui sententias illorum non recipiunt, Anathema esto. Unde igitur ex solo Patre Spiritum sanctum potestis ostendere? doctoribus omnibus clamantibus, et ex Filio, et reliqua, ne singula enumerem. Credite igitur his doctoribus, et acquiescite nobis qui recte vobis consulimus.

A δογμάτων τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ἐκφωνηθείσας, Ἀθανασίου, Κυρίλλου, Ἀμβροσίου, Ἀμφιλοχίου, τοῦ θεηγόρου Λέοντος τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, Αὐγουστίνου, καὶ τῶν λοιπῶν· ἔτι τε καὶ τὰ τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων Πρακτικά, τῆς τετάρτης φημὶ καὶ τῆς ἕκτης, μὴ κατασπαζομένοις, ἀνάθεμα.» Ἀκούεις, ὡς ἀναθέματι καθυποβάλλεται ὁ μὴ τὰς φωνὰς Αὐγουστίνου δεχόμενος; Οὐκοῦν τοῦ λοιποῦ μὴ ἀμφίβαλλε Αὐγουστῖνον ἔχειν ἅγιον καὶ διδάσκαλον· οὗ τὸ κλέος πολὺ ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ. Οἶδας ἄρα καὶ τοὺς δυτικοὺς διδασκάλους πῶς κατὰ πάντα συμφωνοῦσι τοῖς Ἀνατολικοῖς, ὡς τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος λαλήσαντος ἐν αὐτοῖς· καὶ ὅτι ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ δίδοται, καὶ πέμπεται, καὶ ἀποστέλλεται, καὶ προχεῖται, καὶ ἐνίησι, καὶ πρόεισι, καὶ ἀναβλύζει, καὶ πηγάζει, καὶ πνέει· ἃ πάντα τὴν ἀΐδιον αὐτοῦ σημαίνουσι πρόοδον ἐκ τοῦ Πατρὸς ἅμα καὶ τοῦ Υἱοῦ· καὶ ὅτι οἱ Δυτικοὶ σαφέστερα τῶν Ἀνατολικῶν βοῶσι διαῤῥήδην ἐκπορευόμενον εἶναι ἐξ ἀμφοτέρων, Πατρὸς δηλονότι καὶ Υἱοῦ· καὶ οὐ διαφέρονται ἀπ' ἀλλήλων, ἀλλὰ συμφωνοῦσι κάλλιστά τε καὶ ἐνθουσιαστικώτατα· καὶ οὐ δύνασαι αὐτοὺς παραγράψασθαι, τῶν συνόδων βοώντων ἀναφανδὸν τοῖς μὴ δεχομένοις τὰς τούτων φωνὰς, Ἤτω ἀνάθεμα. Πόθεν οὖν ὑμεῖς ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἔχετε δεῖξαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; τῶν διδασκάλων ἁπάντων βοώντων καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τὰ λοιπὰ, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον λέγω. Πείσθητε τοιγαροῦν τούτοις τοῖς διδασκάλοις, καὶ ὑπακούσατε ἡμῖν καλῶς ὑμῖν συμβουλεύουσι.

B

IX

His igitur a nobis expositis, a divinisque et sacris Ecclesiæ doctoribus collectis, operæ pretium esse existimavimus et de nostro alia quædam adjungere, quæ a multis audiendo, et intra nos examinando, investigavimus, quibus suasi huic sanctæ synodo nos subjecimus. Audite sane et vos. Spiritum præterea Filii dici Spiritum sanctum, ipse Filius dicit, Spiritum veritatis vocando eum; est autem ipse veritas, et magnus Paulus pluries id fecit. «Misit enim, inquit Deus, Spiritum Filii sui in corda vestra.» Et: «Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.» Hoc verbum, et solum, fratres, ad omnia ostendenda satis est: nam Spiritum Filii dici, nihil aliud denotat quam quod ex eo est. Quod enim quidam dicunt veritatem devitantes, quod Filii Spiritum dici esse Spiritum, consubstantialitatem ostendit, aranei tela est. Quippe cum si propter consubstantialitatem diceretur Spiritus ejus, propter eamdem ipsam Filius etiam diceretur ipsius Spiritus, Pater quoque et Filii et Spiritus sancti; at id nusquam reperies. Restat igitur ut emittentis et producentis Patris sit, quod producitur, nam aliud cogitare fas non est. Præterea Spiritus sanctus vel ex solo procedit, vel non ex solo Patre; nihil enim medium est in contradictoriis, at non ex solo Patre procedit; si non ex solo, ergo et ex Filio. Quod vero non ex solo Patre procedat, hinc manifestum est; primum nullibi apud sacram Scripturam, neque apud doctores invenitur id dictum. Quod vero a nemine sanctorum

Θ'.

C Ταῦτα τοίνυν τὰ προτεθέντα ἐκ τῶν ἱερῶν καὶ θείων τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλων ἐρανισάμενος, δεῖν ᾠήθημεν καὶ ἐκ τῶν ἐνόντων ἡμῖν ἕτερά τινα προσθεῖναι· ἃ τῶν πολλῶν ἀκούσαντες ἡμεῖς, καὶ καθ' ἑαυτοὺς συνδιασκεψάμενοι εὕρομεν· οἷς πεισθέντες, τῇ ἱερᾷ ταύτῃ συνόδῳ ὑπετάγημεν. Ἀκούσατε δὴ καὶ αὐτοί. Πνεῦμα Υἱοῦ λέγεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, αὐτός τε ὁ Υἱός φησι, Πνεῦμα καλῶν αὐτὸ ἀληθείας· ἔστι δὲ αὐτὸς ἡ ἀλήθεια. Παῦλός τε ὁ μέγας πολλαχοῦ τοῦτο λέγει· «Ἐξαπέστειλε γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν·» καὶ, «Εἴ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ.» Τοῦτο τὸ ῥῆμα καὶ μόνον, ἀδελφοὶ, ἀρκεῖ τὸ πᾶν ἀποδεῖξαι. Τὸ γὰρ λέγεσθαι Πνεῦμα Υἱοῦ, οὐδὲν ἄλλο δηλοῖ, ἢ ὅτι ἐξ αὐτοῦ ἐστιν. Ὅ γάρ φασί τινες, τὴν ἀλήθειαν ἀποφεύγοντες, ὡς τὸ Υἱοῦ Πνεῦμα λέγεσθαι εἶναι τὸ Πνεῦμα, τὴν ὁμοουσιότητα παριστάνει, ἀράχνης νῆμά ἐστιν. Εἰ γὰρ διὰ τὸ ὁμοούσιον ἐλέγετο Πνεῦμα αὐτοῦ, διὰ τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ ὁ Υἱὸς ἐλέγετο ἂν τοῦ Πνεύματος, καὶ ὁ Πατὴρ, τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος· ἀλλ' οὐκ ἂν εὕροις οὐδαμοῦ τοῦτο. Λείπεται τοίνυν τὸ τοῦ ἐκπορευόντός τε καὶ τοῦ προβάλλοντος Πατρὸς τὸ προβαλλόμενον εἶναι· ἄλλο γάρ τι οὐδὲ ἐννοεῖν θέμις. Ἔτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ ἐκπορεύεται ἐκ μόνου, ἢ οὐκ ἐκ μόνου τοῦ Πατρός· ἀντίφασεως γὰρ οὐδὲν μεταξύ· ἀλλὰ μὴν οὐκ ἐκπορεύεται ἐκ μόνου τοῦ Πατρός· εἰ δὲ οὐκ ἐκ μόνου, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἄρα. Ὅτι δ' οὐκ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, δῆλον ἐντεῦθεν· πρῶτα μὲν οὐδα-

D

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μοῦ, οὔτε τῆς θείας Γραφῆς, οὔτε τῶν διδασκάλων εὕρηται εἰρημένον. Ὃ δὲ ὑπό τινός γε τῶν ἁγίων οὐκ εἴρηται, οὐδενὶ τολμητέον εἰπεῖν. Ἔπειτα τὸ προβάλλειν ἐνέργεια τοῦ Πατρὸς οὐσιώδης οὖσα, οὐ πρώτη καὶ ἄμεσος ἐπιτελεῖται, ἀλλὰ διὰ τῆς πρώτης, ἥτις ἀπεδείχθη οὖσα τὸ γεννᾷν καὶ ἡ γέννησις. Ὥστε καὶ τὸν Υἱὸν ταύτης ἀνάγκη τῆς ἐνεργείας κοινωνεῖν, καὶ δι' αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι. Ἔτι κοινῶς παρὰ πάντων ὁμολογεῖται τῶν διδασκάλων, ὡς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον πρόεισιν ἐξ Υἱοῦ. Εἰ οὖν πρόεισιν ἐξ αὐτοῦ, πρόεισι πάντως φυσικῶς· οὐδὲν γὰρ ἐν τῷ Θεῷ παρὰ φύσιν, οὔτε ἐπίκτητον. Τῶν γὰρ κτισμάτων ἐστὶ τὸ μὴ φύσει ἐκ Θεοῦ προϊέναι. Εἰ τοίνυν κατὰ φύσιν ἐξ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα πρόεισιν, ἡ δὲ κατὰ φύσιν πρόοδος ἐν τοῖς θείοις διχῶς ἐνδέχεται εἶναι, ἢ κατὰ γέννησιν, ἢ κατ' ἐκπόρευσιν· κατὰ γέννησιν δὲ οὐ πρόεισιν ἐξ αὐτοῦ· ἢ γὰρ ἂν ἦν Υἱὸς τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, πρόεισιν ἄρα κατ' ἐκπόρευσιν· ὥστε καὶ ἡ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Πνεύματος πρόοδος εἴη ἂν ὡς ἐκπορευομένου ἐξ αὐτοῦ. Ἔτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι καὶ τοῦ Υἱοῦ, πάντες οἱ διδάσκαλοι βοῶσιν Ἀνατολικοί τε καὶ Δυτικοί· ἀλλὰ τό, Ἐκ τῆς οὐσίας τινὸς ὂν ἐν τῇ Τριάδι, καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ ἐστι. Τὸ Πνεῦμα ἄρα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ λεγόμενον εἶναι, καὶ ἐκ τῆς αὐτοῦ ἐστιν ὑποστάσεως. Εἰ δέ τις τολμήσειε λέγειν, διὰ τὸ ὁμοούσιον ταῦτα εἰρῆσθαι, καὶ ἵνα τὸ Πνεῦμα δειχθῇ τῆς αὐτῆς οὐσίας, Πατρὶ καὶ Υἱῷ, τοῦτο μὲν ἀληθές· ὅσῳ δὲ ἀληθὲς, τοσοῦτον συνηγορεῖ μᾶλλον ἡμῖν. Οὕτω γὰρ ὁμοούσιον Πατρὶ καὶ Υἱῷ μᾶλλον τὸ Πνεῦμα, ὡς ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῶν καὶ ἐξ αὐτῶν προϊὸν, ἤγουν ἐκπορευόμενον. Εἰ γὰρ τὴν ὁμοουσιότητα ἁπλῶς δηλοῖ μόνον, ὡς αὐτοὶ βούλονται, ἔδει καὶ τὸν Πατέρα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, καὶ τὸν Υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πνεύματος λέγεσθαι. Ἀλλὰ τοῦτο οὐδεὶς ἐτόλμησε μέχρι καὶ νῦν, οὔτε τολμήσει εἰπεῖν, εἰ μόνον χριστιανίζειν βούλεται. Ἔτι ὑπό τε τοῦ μεγάλου Βασιλείου, καὶ τῶν πλείστων ἁγίων, ὁ μὲν Υἱὸς εἰκὼν τοῦ Πατρὸς λέγεται· τὸ δὲ Πνεῦμα, εἰκὼν τοῦ Υἱοῦ· καὶ ὁ μὲν Υἱὸς, ἐνέργεια τοῦ Πατρός· τὸ δὲ Πνεῦμα, ἐνέργεια τοῦ Υἱοῦ· καὶ ὁ μὲν Υἱὸς, Λόγος τοῦ Πατρός· τὸ δὲ Πνεῦμα, ῥῆμα τοῦ Υἱοῦ· καὶ ὁ μὲν Υἱὸς, εὐῳδία τοῦ Πατρός· τὸ δὲ Πνεῦμα, εὐῳδία τοῦ Υἱοῦ. Ἀλλ' ἐκεῖνα πάντα ὁ Υἱὸς λέγεται τοῦ Πατρὸς, ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς ὤν· καὶ τὸ Πνεῦμα ἄρα τὸ ἅγιον, ταῦτα λέγεται τοῦ Υἱοῦ εἶναι ὡς ἐκ τοῦ Υἱοῦ ὄν. Ἔτι εἰ μὴ τὸ Πνεῦμά ἐστιν ἐξ Υἱοῦ, οὐκ ἂν αὐτοῦ προσωπικῶς διακρίνοιτο· ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον λέγειν· οὕτω γὰρ ἡ Τριὰς ὁρισθήσεται εἰς δυάδα· ἔστιν ἄρα ἐξ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, εἰ μέλλοι προσωπικῶς αὐτοῦ διακρίνεσθαι. Ἔτι φησὶν ὁ Χριστὸς τοῖς μαθηταῖς· « Ὅταν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν· » καὶ, « Ἐὰν πορευθῶ πέμψω αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς· » Τὸ γὰρ πέμπεσθαι ἐπὶ Θεοῦ, τὸ ἀπ' αἰτίας εἶναι δηλοῖ. Καὶ μάρτυς ὁ θεῖος Χρυσόστομος,

A dictum est, nemini dicere fas est. Deinde cum producere operatio Patris essentialis sit, non prima et immediata fit, sed per primam, quæ generare et generatio antea dicta est. Quamobrem etiam Filium hujus operationis esse consortem necesse est, et per eum Spiritum sanctum procedere. Præterea apud omnes doctores in confesso est, Spiritum sanctum prodire ex Filio. Si ergo prodit ex eo, omnino naturaliter prodit: nihil enim in Deo præter naturam et adventitium est, nam creaturarum est non prodire ex Deo natura. Si ergo secundum naturam ex Filio prodit Spiritus, processionem vero secundum naturam in divinis dupliciter oportet esse, vel per generationem, vel per productionem: per generationem autem non prodit ex eo: profecto enim
B esset filius Filii Spiritus, prodit ergo per processionem: itaque Spiritus ex Filio processio erit tanquam ejus qui procedit ex eo. Præterea Spiritum sanctum ex substantia Patris esse et Filii, omnes doctores, Orientales pariter et Occidentales, clamant; sed quod in Trinitate ex essentia alicujus est, etiam ex hypostasi ejus est. Cum ergo Spiritus sanctus dicatur esse ex substantia Filii, est etiam ex ipsius hypostasi. Quod si quis audeat dicere ea propter consubstantiale esse prolata, ac ut Spiritus ejusdem essentiæ ostendatur esse cum Patre et Filio, id quidem verum est, et quanto magis verum est, tanto magis adjuvat nos: nam sic magis est consubstantialis Patri et Filio Spiritus, quasi
C ex eorum essentia, et ex iis prodiens, sive procedens: quia si consubstantialitatem tantum simpliciter denotat, ut ipsi volunt, necesse esset, etiam Patrem ex essentia Filii, et Spiritus, et Filium ex essentia Spiritus dici. Sed id hucusque nemo dicere ausus est, neque audebit, si Christianus esse voluerit. Præterea a magno Basilio; et plerisque sanctis Filius imago Patris dicitur, Spiritus imago Filii, et Filius operatio Patris, Spiritus operatio Filii, et Filius Patris Verbum, Spiritus Filii eloquium, et Filius flagrantia Patris, Spiritus flagrantia Filii. Sed omnia Filius Patris dicitur tanquam de Patre procedens, ergo et Spiritus sanctus ea dicitur Filii esse, ut qui ex Filio sit (1). Præterea si
D Spiritus non est ex Filio, ab eo nunquam personaliter distinguitur; at id absurdum dictu est: nam ita Trinitas in dualitatem terminabitur. Est ergo ex Filio Spiritus, si personaliter ab eo distingui oportuerit. Item dicit Christus discipulis, « Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis. » Et, « Si abiero mittam eum ad vos, » quia mitti in Deo a causa esse demonstrat. Testis est D. Chrysostomus ad Arianos, qui dubitabant, quomodo ejusdem essentiæ sit qui mittit et qui mittitur, 39 homilia, cum dicit: Rursus ad humana orationem traducis, nec intelligis omnia hæc ob nihil aliud dicta esse, nisi ut causam sciamus, neque in Sabellii morbum incidamus: sed Spiritus ex Filio mittitur, ex eo

(1) Citat hunc locum Thomas c. 52.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ergo est. » Item quod alicujus est natura, et ex eo est secundum id quod ejus est, dicitur ejus esse : sed Spiritus sanctus est Filii, et omnino natura ; non est enim præter naturam, neque ut servus : est ergo Spiritus sanctus, quatenus Spiritus sanctus, id est, quatenus divina persona in Trinitate ex Filio. Ad hæc Spiritus sanctus relativum est, clarumque est Spiritum Patris et Spiritum Filii dici, et refertur tanquam ad spirantem vel producentem: spirantes vero sunt Pater et Filius, est ergo Spiritus ex Patre et Filio tanquam spirantibus et producentibus eum. Præterea Spiritus sanctus a Filio accipit : is enim dicit, « De meo accipiet. » Quod autem accipit, essentia ejus est, neque aliud est essentia ejus, aliud quod accipit : esset enim sane compositum : sed est in summo simplicitatis excessu, tanquam Deus, essentiam ergo suam et esse accipit, etiam ex Filio. Sunt et alia multa testimonia ex divina Scriptura, veluti id : « Quem ego mittam vobis a Patre ; » ut illud, « De meo accipiet, et annuntiabit vobis ; » ut illud : « Quæcunque audiverit loquetur ; » et illud : « Spiritum meum et Patris mittam, in quo confirmabimini, » et alia similia, quæ partim late declaravimus, partim propter prolixitatem prætermittimus. Sed ad hujus conclusionem ostendendam, quod Spiritus sanctus ex Patre et Filio procedat, cum multa sint quæ adduci possent, satis hæc in præsentia sint.

πρὸς Ἀρειανοὺς ἀπορροῦντας, πῶς τῆς αὐτῆς οὐσίας ὁ πέμπων καὶ ὁ πεμπόμενος, ἐν τῇ τριακοστῇ ὁμιλίᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην, λέγων· « Πάλιν ἐπὶ τὰ ἀνθρώπινα καταφέρεις τὸν λόγον καὶ οὐκ ἐννοεῖς ὅτι ταῦτα πάντα δι' οὐδὲν ἕτερον εἴρηται, ἀλλ' ἵνα καὶ τὸν αἴτιον εἰδῶμεν, καὶ εἰς τὴν Σαβελλίου μὴ ἐκπέσωμεν νόσον· ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα πέμπεται ἐξ Υἱοῦ, ἔστιν ἄρα καὶ ἐξ αὐτοῦ. » Ἔτι ὅ τινός ἐστι φύσει καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐστι, κατὰ τοῦτο ὅ ἐκείνου λέγεται εἶναι· τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστι τοῦ Υἱοῦ, καὶ πάντως φύσει· οὐ γὰρ παρὰ φύσιν, οὐδὲ ὡς δοῦλον, ἔστιν ἄρα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἡ Πνεῦμα ἅγιον, τουτέστιν ἡ θεῖον πρόσωπον ἐν τῇ Τριάδι, ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Ἔτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστιν ἀναφορικόν· καὶ δῆλον ὅτι λέγεται Πνεῦμα Πατρὸς καὶ Πνεῦμα Υἱοῦ· καὶ ἀναφέρεται ὡς προσπνέοντα ἢ προβάλλοντα· πνέοντες δέ εἰσιν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱός, ἔστιν ἄρα Πνεῦμα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ὡς πνεόντων καὶ προβαλλόντων αὐτό. Ἔτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λαμβάνει παρὰ τοῦ Υἱοῦ, ἐκεῖνος γάρ φησιν, « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, » ὃ δὲ λαμβάνει ἔστιν ἡ οὐσία αὐτοῦ· οὐδὲ γάρ ἐστιν ἄλλο μὲν ἡ οὐσία αὐτοῦ, ἄλλο δὲ τὸ ὃ λαμβάνει· ἦ γὰρ ἂν εἴη σύνθετον, ἀλλὰ μήν ἐστιν ἐν ἄκρᾳ ἁπλότητος ὑπεροχῇ ὡς Θεός· τὴν οὐσίαν αὐτοῦ ἄρα καὶ τὸ εἶναι λαμβάνει καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Εἰσὶ δὲ καὶ πολλὰ ἄλλα μαρτύρια τῆς θείας Γραφῆς· ὡς τό, « Ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρός· » ὡς τό, « Παρ' ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν· » ὡς τό, « Ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει· » καὶ ὡς, « Τὸ Πνεῦμα τὸ ἐμόν τε καὶ Πατρὸς ἀποστελῶ, ἐν ᾧ στερεωθήσεσθε. » Καὶ ἄλλα ὅμοια· ἐξ ὧν μέρος μὲν εἰς πλάτος ἐσαφηνίσαμεν, μέρος δὲ διὰ τὸ μῆκος εἰάσαμεν. Ἀλλὰ πρὸς μὲν τὸ δεῖξαι τὴν ἀλήθειαν τοῦ συμπεράσματος τούτου, ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, πολλῶν ὄντων οἷς ἄν τις χρήσαιτο, καὶ ὅθεν ἂν ἐπιχειρήσειεν, ἀρκείτω ἐν τῷ παρόντι καὶ ταῦτα.

X.

Sed quoniam contradictiones quasdam in medium afferunt adversus eos qui veritatem hanc præseferunt, etiam ad eas pro viribus respondebimus, eorum sophismata dissolvendo, secundum doctrinam a doctoribus traditam. Primum dicunt, Quo pacto Dominus dicens Spiritum veritatis, qui ex Patre procedit, non addidit etiam seipsum ? Sed neque negavit de se, respondebimus nos, sicut in aliis facit ; nam id forte coactus fuerit, quamvis nec id satis ad id comprobandum, quod ii intendunt, quippe qui de die et hora illa nemo scit, inquit, neque angeli, neque Filius, nisi solus Pater[32] ; et rursus : « Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me Patris[33]; nos tamen recta ratione contrarium credimus, diemque illum et horam sic aperte ipsum scire sicuti Patrem, eumque cognoscere, et doctrinam ejus super omnia ejus esse decernimus. Si ergo quæ manifesto negavit, nos cum laude ils contraria credimus, quo pacto non etiam hic quæ non negavit pie credimus ? Præterea Patrem et Filium arbitrantur vel in unam conjungi personam, si quis ex ambobus dixerit Spiritum sanctum procedere ; vel si non id, duo tamen prin-

Ι'.

Ἐπεὶ δὲ καί τινας ἀντιφάσεις προάγουσι κατὰ τῶν τὴν ἀλήθειαν ταύτην πρεσβευόντων, καὶ πρὸς ταύτας ὡς ἐφικτὸν ἡμῖν ἀποκριθησόμεθα· τὰ ἐκείνων σοφίσματα λύοντες, παρὰ τῶν διδασκάλων καὶ ταῦτα λαβόντες. Πρῶτον μέν φασι, Πῶς ὁ Κύριος λέγων τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, οὐ προσέθηκε καὶ ἑαυτόν, ἀλλ' οὐδ' ἠρνήσατο ἑαυτόν ; Ἡμεῖς εἴποιμεν ἄν, ὥσπερ ἐν ἄλλοις ποιεῖ· τοῦτο γὰρ ἂν ἴσως βιαιότερον ἦν, κἂν μηδὲ τοῦτο ἱκανὸν πρὸς ὃ αὐτοὶ βούλονται. Καὶ γὰρ ὁ αὐτὸς περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ ὥρας, « Οὐδεὶς οἶδε, φησίν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι, οὐδὲ ὁ Υἱός, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ μόνος· » καὶ αὖ, « Ἡ ἐμὴ διδαχὴ οὐκ ἔστιν ἐμή, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με Πατρός· » καὶ, « Οὐδεὶς ἔγνω τὸν Υἱὸν εἰ μὴ ὁ Πατήρ. » Καὶ ὅμως ἡμεῖς, καλῶς γε ποιοῦντες, τοὐναντίον πιστεύομεν· καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην καὶ ὥραν οὕτω σαφῶς αὐτὸν εἰδέναι, ὡς καὶ ὁ Πατήρ, καὶ ἑαυτὸν ὁμοίως τῷ Πατρὶ γινώσκειν· καὶ τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ, παντὸς μᾶλλον αὐτοῦ εἶναι τιθέμεθα. Εἰ οὖν ὧν σαφῶς ἀπηρνήσατο, ἡμεῖς ἐπαινετῶς τἀναντία πιστεύομεν, διὰ τί οὐ κἀνταῦθα ἃ μὴ ἠρνήσατο εὐσεβῶς πιστεύσομεν ; Ἔτι οἴονται τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν ἢ εἰς ἓν

[32] Matth. xxiv, 36. [33] Joan. vii, 16.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

συναλείφεσθαι πρόσωπον, εἴ τις ἐξ ἀμφοῖν λέγοι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι, ἢ εἰ μὴ τοῦτο, δύο γοῦν τὰς ἀρχὰς, καὶ δύο ἀκολουθήσειν τὰ αἴτια· ὃ καὶ αὐτὸ οὐ μεῖον ἄτοπον τοῦ προτέρου. Ἡμεῖς δὲ πρὸς μὲν τὸ τῆς συναλοιφῆς, οὕτω φαμέν· ὡς εἰ μὲν προσωπικὸν εἴη ὑποστατικὸν τοῦ προσώπου τοῦ πατρικοῦ, τὴν τοῦ προβάλλειν ἐνέργειαν ἐτιθέμεθα, τότ' ἂν τὸ ἄτοπον εἴπετο τοῦτο· καὶ ἦν ἀληθῶς ὁ Υἱὸς ἓν μετὰ τοῦ Πατρὸς πρόσωπον, τοῦ συστατικοῦ αὐτῷ κοινωνῶν ἰδιώματος. Ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν συστατικὸν τοῦ προσώπου, τοῦ πατρικοῦ ἰδίωμα, ἡ πατρότης καὶ τὸ γεννᾷν εἴρηται ὄν, τὸ δὲ προβάλλειν ἰδίωμα εἴτουν γνώρισμα τῷ προσώπῳ αὐτοῦ συστάντι ἑπόμενον, τίς ἡ ἀνάγκη, τὸν κοινωνοῦντα αὐτῷ τούτου τοῦ ἰδιώματος ὃ μὴ συστατικόν ἐστι τοῦ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἓν εἶναι πρόσωπον μετ' αὐτοῦ; Ὥσπερ γὰρ κοινωνῶν τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς, τοῦ τὸ Πνεῦμα εἶναι αὐτοῦ, ὥσπερ καὶ τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ παρ' αὐτοῦ ὥσπερ καὶ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἀποστέλλεσθαι, ὅμως οὐ καὶ τοῦ προσώπου αὐτοῦ κοινωνεῖ, διότι τὸ, τὸ Πνεῦμα λέγεσθαι τοῦ Πατρὸς, ἢ παρ' αὐτοῦ ἀποστέλλεσθαι, οὐκ ἔστι τοῦ πατρικοῦ προσώπου συστατικὸν, οὕτως οὐδὲ τοῦ προβάλλειν κοινωνῶν τῷ Πατρὶ, εἰς ἓν μετ' αὐτοῦ συναλείφεται πρόσωπον· διότι τὸ προβάλλειν, οὐ συστατικὸν τοῦ προσώπου τοῦ πατρικοῦ. Ὥστε ἕως ἂν μὴ δείξῃ τις τὸ προβάλλειν συστατικὸν ὂν τοῦ προσώπου τοῦ πατρικοῦ, οὐδὲ συναλοιφὴν τῶν προσώπων δύναιτ' ἂν δεῖξαι. Εἰ δὲ θαῦμα δοκεῖ τὰς δύο ὑποστάσεις μίαν ἀρχὴν εἶναι καὶ μὴ συναλείφεσθαι, μεῖζον ἂν εἴη θαῦμα, ὅτι αἱ τρεῖς ὑποστάσεις μία εἰσὶν ἀρχὴ καὶ οὐ συναλείφονται. Εἶτα δυαρχίαν ἡμῖν προσάπτουσι, λέγοντες· Οὐ δύνανται φυγεῖν τὴν δυαρχίαν, οἱ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν ἀρχὴν ποιοῦντες τοῦ Πνεύματος· ἀλλὰ πρῶτον μὲν Λατῖνοι οἱ παρ' αὐτῶν ἐγκαλούμενοι, δυαρχίαν οὐ τολμῶσι λέγειν· ἢ πρώτην καὶ δευτέραν ἀρχὴν, ἢ μίαν ἐκ δύο συνιοῦσαν ἀρχῶν. Μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἀνεθέματι τοὺς οὕτω φρονοῦντας ὑποβάλλουσιν. Ἀλλ' εἰ μέν τις αὐτοὺς ἔροιτο εἰ ἀρχὴν φασι καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐροῦσι, ναί· καὶ εἰ τὸν Πατέρα, ναί· εἰ δ' ἐπὶ τούτοις ἐπαγάγοι, Οὐκοῦν δύο λέγετε τοῦ Πνεύματος ἀρχὰς; οὐ φασι. Σὺ γὰρ τοῦτο συμπεραίνεις· ἡμεῖς δὲ τοῦτο τὸ ῥῆμα, τὸ δύο, οὐδαμῶς προστίθεμεν. Εἶτα καὶ ἡμεῖς ὅταν μετὰ τοῦ Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου λέγωμεν, ἡ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἀρχὴ, δύο ἀρχὰς νοοῦμεν; καὶ Θεὸν ἐκ Θεοῦ, δύο θεοὺς νοήσωμεν; οὐμενοῦν. Ὁ δ' Αὐγουστῖνος ὁ θεῖος, ὁ Πατὴρ, φησὶ, καὶ ὁ Υἱὸς, οὐ δύο ἀρχαὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἀλλὰ μία ἀρχὴ αὐτοῦ καὶ ἀμφότεροι· καὶ οὐ καθὸ δύο, προβάλλουσι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· οὐδὲ καθὸ δύο, εἰσὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀρχαί· ὥσπερ καὶ τῆς κτίσεως, οὐ τρεῖς ἀρχαὶ, ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἀλλὰ μία αὐτῆς ἀρχὴ, ἡ Τριὰς ὁ Θεός. Ἔτι τε καὶ διὰ τὸ μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἀριθμῷ δυνάμει δημιουργεῖν αὐτοὺς, ἐκ τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς κοινῆς θεότητος προϊούσῃ, διὰ τοῦτο εἰκότως εἷς Θεὸς καὶ Δημιουργὸς λέγεται εἷς, καὶ οὐ τρεῖς. Τοῦτο οὖν καὶ ἐπὶ τῆς ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τοῦ Πνεύματος

A cipia, vel duas causas inde consequi; quod quidem non minus inconveniens est priore. Nos vero ad id quod afferunt de conjunctione, ita respondebimus: quod si personale, sive hypostaticum personæ Patris, actum producendi poneremus, tunc utique id inconveniens sequeretur, vereque esset Filius una cum Patre persona constitutivæ proprietatis cum eo communicans; sed quia personæ Patris constitutiva proprietas, paternitas et generatio dicta est esse: producere vero proprietas, sive notio quæ sequitur personam constitutam ipsius, quæ necessitas est, eum qui cum illo communem habet eam proprietatem, quæ personæ ejus constitutiva non est, unam esse cum eo personam? Nam sicuti communicans cum Patre Filius, scilicet Spiritum ejus esse,
B quemadmodum et Patris, et mitti ab eo quemadmodum et a Patre, tamen non cum eo persona communicat, quia Spiritum dici Patris, vel ab eo mitti, non est paternæ personæ constitutivum; sic neque qui productionem cum Patre communem habet, in unam personam conjungitur, quia producere non est paternæ personæ constitutivum. Quamobrem, quousque ostensum non fuerit, producere esse personæ paternæ constitutivum, neque conjunctionem personarum poterit demonstrare. Quod si mirum est duas personas unum esse principium et non conjungi, magis mirum erit quod tres personæ sint unum principium, nec conjungantur. Post hæc duo principia nobis attribuunt, dicendo duo principia non posse eos vitare, qui Patrem et Filium
C principium Spiritus sancti faciunt. Sed primum Latini qui ab iis accusantur, duo principia dicere non audent: vel primum vel secundum principium, vel unum ex duobus constans principium, imo anathemati ita sentientes subjiciunt. Ac si quis eos interrogaverit, an Filium etiam faciant principium Spiritus, utique dicent: Quod si Patrem, maxime. Quod si quis hinc induxerit, ergo duo dicitis Spiritus principia. Nequaquam illi dicent, sed ex te id concludis, nam nos hanc dictionem, «duo,» non apponimus. Deinde cum nos una cum Gregorio Theologo dicimus principium de principio, duo principia intelligimus? et Deum de Deo, duos Deos intelligimus? nequaquam. D. autem Augustinus,
D Pater et Filius, dicit, non duo sunt principia Spiritus sancti, sed ambo unum principium ejus: neque quatenus duo, producunt Spiritum sanctum, nec quatenus duo Spiritus sancti principia sunt: sicuti creaturæ non tria principia Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, sed unum ejus principium, Trinitas Deus. Præterea quia una et eadem numero virtute ipsi creant, ex una et eadem communiter deitate prodeunti, idcirco jure unus Deus et auctor dicitur unus, non tres. Hocque satis ad declarandum iis qui dubitant de processione Spiritus ex Patre et Filio: nam quia una et eadem virtute simul Pater et Filius Spiritum producunt, et quia a Patre accipit Filius hanc virtutem processionis causativam, ideo proprie et vere una causa et unum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

principium est processionis Spiritus sancti. Itaque nulla ex parte consentanea est ratio eorum qui nos de duobus principiis reprehendunt. Sed opponunt, Vel perfecta est ex Patre processio, et inanis ea quæ est ex Filio : vel si necessaria ea quæ est ex Filio, imperfecta ea quæ est ex Patre. Sed contra interrogentur a nobis qui hæc afferunt, an perfecta sit mundi ex Patre creatio, vel non : si perfecta, cur Filius et Spiritus causa ejus sunt; at si imperfecta, et ideo Filius et Spiritus assumuntur, animadvertant quid afferunt : sed perfecta, ut arbitror, est ex Patre entium productio, una et eadem numero Filii et Spiritus ad ea producenda operatio; neque alia est illius, alia horum : nam tum hæ pueriles quæstiones locum habuissent. Sic ergo et hic evenit, perfecta est, et magis quam perfecta est ex Patre Spiritus sancti processio, una et eadem numero est quæ est ex eodem Filio processio, non alia et alia, et aliter, nec interdum ea quæ est ex Filio, interdum ea quæ est ex Patre : sed simul, et eadem æque, cum una et eadem numero potestate uterque producat. Postea divini Joannis Damasceni dico verba sursum deorsum ut insolubilia objiciunt, cum ille beatus dicit : « Ex Filio Spiritum non dicimus, nec nos negamus sanctum id dicere, neque hoc omnino in dubium revocamus : hoc enim dixit ille divinus Doctor, non quia non sit, sed quia non dicitur, propter hæreticos. » Huic simile dicit 77 cap.: « Christi genitricem Virginem sanctam non dicimus. » In alio tractatu dicit : « Ideo Dei Genitricem Virginem sanctam prædicamus, perinde ac Deum proprie et vere incarnatum ex ea genuerit : nam Christum peperisse non ignoramus, quia Christum genuit. Sed quia impius Nestorius ad evertendum id verbum, quo eam Deum perperisse exprimimus, ea dictione abusus est, non Christi Genitricem, sed ex præstantiori eam appellamus. »

A ἐκπορεύσεως, ἱκανὸν πρὸς τοὺς ἀπορροῦντας. Ὅτι γὰρ μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ δυνάμει, ὁ Πατὴρ ἅμα καὶ ὁ Υἱὸς, τὸ Πνεῦμα προβάλλουσι, καὶ ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς ἔχει λαβὼν ὁ Υἱὸς τὴν ἐκπορευτικὴν δύναμιν ταύτην, διὰ τοῦτο κυρίως καὶ ἀληθῶς, εἷς αἴτιος καὶ μία ἀρχὴ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐκπορεύσεως. Ὥστε οὐδαμόθεν εὔλογος ὁ λόγος, τοῖς δυαρχίαν ἐγκαλοῦσιν ἡμῖν. Ἀλλά φασιν, ἢ τελεία ἐκ τοῦ Πατρὸς ἡ ἐμπόρευσις, καὶ ματαία ἡ ἐξ Υἱοῦ· ἢ εἰ ἀναγκαία ἡ ἐξ Υἱοῦ, ἀτελὴς ἡ ἐκ τοῦ Πατρός. Ἀλλ' ἀντερωτάσθωσαν παρ' ἡμῶν οἱ ταῦτα λέγοντες, εἰ τελεία ἡ ἐκ Πατρὸς τοῦ κόσμου δημιουργία, ἢ οὔ. Εἰ μὲν γὰρ τελεία, διὰ τί καὶ ὁ Υἱὸς αἴτιος, καὶ τὸ Πνεῦμα· εἰ δ' ἀτελὴς, καὶ διὰ τοῦτο παραλαμβάνεται ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα, σκεψάσθωσαν ὅ τι φασίν. Ἀλλ', οἶμαι, τελεία μὲν ἡ ἐκ Πατρὸς τῶν ὄντων παραγωγὴ, μία δὲ καὶ ἡ αὐτὴ ἀριθμῷ, Υἱοῦ τε καὶ Πνεύματος εἰς τὴν αὐτῶν πρόοδον ἡ ἐνέργεια· καὶ οὐκ ἄλλη μὲν ἐκείνου, ἄλλη δὲ τούτων· τότε γὰρ ἂν εἶχε χώραν ταῦτα τὰ παιδαριώδη ζητήματα. Οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ προκειμένου, τελεία μὲν καὶ ὑπερτελὴς ἡ ἐκ Πατρὸς ἐκπόρευσις τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, ἡ αὐτὴ δὲ καὶ μία τῷ ἀριθμῷ καὶ ἡ ἐξ Υἱοῦ τοῦ αὐτοῦ ἐστιν ἐκπόρευσις· οὐκ ἄλλη καὶ ἄλλη, οὐδ' ἄλλως καὶ ἄλλως, ἀλλ' οὐδ' ἄλλοτε ἡ ἐκ Πατρὸς, καὶ ἄλλοτε ἐξ Υἱοῦ, ἀλλ' ἅμα καὶ ἡ αὐτὴ ὁμοίως· μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἀριθμῷ δυνάμει προβαλλόντων ἀμφοῖν. Εἶτα τὸ τοῦ θείου Ἰωάννου, τοῦ Δαμασκηνοῦ φημι, ἄνω καὶ κάτω προβάλλονται, ὡς ἀναντίῤῥητον· λέγοντος ἐκείνου τοῦ μακαρίου, « Ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα οὐ λέγομεν. » Καὶ ἡμεῖς οὐκ ἀρνούμεθα τὸν ἅγιον, λέγοντα τοῦτο· ἀλλ' οὐδ' ἀμφιβάλλομεν τὸ παράπαν πρὸς τοῦτο. Τοῦτο γὰρ εἶπεν ὁ θεῖος ἐκεῖνος διδάσκαλος, οὐ διὰ τὸ μὴ εἶναι, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ λέγεσθαι, διὰ τοὺς αἱρετικούς. Λέγει ὅμοιον τούτῳ ἐν τῷ ἑβδομηκοστῷ ἑβδόμῳ κεφαλαίῳ· « Χριστοτόκον οὐ λέγομεν τὴν ἁγίαν Παρθένον. » Ἐν ἑτέρῳ δὲ αὐτοῦ λόγῳ, φησί· « Διὸ καὶ Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Παρθένον κηρύττομεν, ὡς Θεὸν κυρίως καὶ ἀληθῶς ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντα γεννήσασαν, Χριστοτόκον γὰρ αὐτὴν ἴσμεν· Χριστὸν γὰρ ἐγέννησεν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἐπ' ἀναιρέσει τῆς Θεοτόκου φωνῆς ὁ θεοβλαβὴς Νεστόριος ταύτῃ κατεχρήσατο, οὐ Χριστοτόκον, ἀλλ' ἐκ τοῦ κρείττονος ταύτην κατονομάζομεν. »

B

C

XI.

Vides ut Christi Genitricem Virginem sanctam agnoscit, non dicit tamen, non quia Christum non genuerit, sed quia non dicitur. Nam rerum quædam non sunt, sed dicuntur; quædam sunt, at non dicuntur; quædam vero nec sunt, nec dicuntur; quædam utraque sunt, et dicuntur : quippe cum, sicuti hic apertissime declaravit, propter Nestorium et ejus sectatores Christi Genitricem non dicimus non quia non sit. Sic et propter Macedonium, qui ex solo Filio Spiritum esse dicebat : « Ex Filio, inquit, Spiritum non dicimus, neque ex Spiritu. » Præterea dictio *ex* apud Græcos principalem causam significat, qualem esse Filium vel mundi vel Spiritus sancti causam non est dicere. Idcirco Patres devitant in eo dictionem *ex* proferre, ne principalis esse causa credatur; sed dictione *per* libentius utuntur, quæ ordinem denotat. Idcirco

ΙΑ'.

Ὁρᾷς ὅπως Χριστοτόκον οἶδε μὲν τὴν ἁγίαν Παρθένον, οὐ λέγει δὲ, οὐ διὰ τὸ μὴ εἶναι Χριστοτόκον, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ λέγεσθαι· καὶ γὰρ τῶν πραγμάτων, τὰ μὲν οὐκ ἔστι, λέγεται δέ· τὰ δὲ ὄντα, οὐ λέγεται· τὰ δὲ, οὔτε ἐστὶν, οὔτε λέγεται· τὰ δὲ, ἄμφω καὶ ἔστι καὶ λέγεται. Ὥσπερ γὰρ ἐνταῦθα σαφέστατα ἐδήλωσε, διὰ τὸν Νεστόριον καὶ τοὺς κατ' αὐτὸν, τὸ Χριστοτόκον οὐ λέγομεν, οὐ διὰ τὸ μὴ εἶναι, οὕτω καὶ διὰ τὸν Εὐνόμιον λέγοντα ἐκ μόνου τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα, Ἐκ τοῦ Υἱοῦ, φησὶ, τὸ Πνεῦμα οὐ λέγομεν. Εἰ γὰρ ᾔδει ὅτι οὐκ ἔστιν, ἔλεγεν ἂν καὶ περὶ τούτου, ὥσπερ λέγει καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ· τὸν δὲ Υἱὸν, οὔτε τοῦ Πνεύματος λέγομεν, οὔτε μὴν ἐκ τοῦ Πνεύματος. Ἄλλως τε καὶ ἡ ἐκ ἐπὶ τῆς Ἑλληνικῆς φωνῆς, τὴν προκαταρκτικὴν αἰτίαν σημαίνει· ὁποίαν εἶναι τὸν Υἱὸν, ἢ τοῦ κόσμου αἰτίαν, ἢ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐκ ἔστιν

D

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

εἰπεῖν. Διὰ τοῦτο φεύγουσιν οἱ Πατέρες ἐπ' αὐτοῦ τὴν ἐκ ὀνομάσαι, ἵνα μὴ προκαταρκτικὴ αἰτία ὑποπτευθῇ, τῇ διὰ δὲ μᾶλλον χρῶνται, ὡς τάξιν δηλούσῃ. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος οὗτος, διὰ τοῦ Υἱοῦ, μᾶλλον πρὸς τὴν τάξιν ἀπιδὼν φησι, τὴν ἐκ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς τιθεὶς, ἵνα μίαν ἡμῖν δηλώσῃ προκαταρκτικὴν αἰτίαν θεότητός τε καὶ κτίσεως, τὸν Πατέρα. Εἶτα τὸ τοῦ θείου Διονυσίου ῥητὸν προσφέρουσι, τὸ, « Μόνη πηγὴ τῆς ὑπερουσίου θεότητος, ὁ Πατὴρ » λέγων, μεγαλαυχοῦντες πῶς καὶ ὁ Υἱὸς δειχθείη πηγὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, εἰ μόνην πηγὴν τὸν Πατέρα ὁ ἅγιος ἔφησεν. Ἀλλ' ἐν τούτῳ πρῶτα μὲν ἐγκαλείτωσαν τοῖς διδασκάλοις τῆς Ἐκκλησίας, Ἀθανασίῳ καὶ Βασιλείῳ λέγουσι προφανῶς καὶ τὸν Υἱὸν πηγὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ὁ μὲν γὰρ ἱερὸς Ἀθανάσιος ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν, ἐξηγούμενος τὸ ψαλμικὸν ἐκεῖνο, ὅτι « Παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς, » « Ἤδει γὰρ, φησὶν, ὁ Πατὴρ δηλονότι, παρ' ἑαυτῷ ἔχων τὸν Υἱὸν, πηγὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Βασίλειος δὲ ἐν τῷ κατ' Εὐνομίου δευτέρῳ φησί· « Τί οὖν ἡμεῖς, πῶς καὶ ἀγέννητον τὸν Πατέρα, καὶ γεννητὸν τὸν Υἱὸν ὁμολογοῦντες, τὴν κατ' αὐτὸ τὸ εἶναι ἐναντίωσιν διαφεύγωμεν; τί λέγοντες; ὅτι ἀγαθοῦ μὲν Πατρὸς, ἀγαθὸς ὁ Υἱὸς, ἐκ φωτὸς δὲ τοῦ ἀγεννήτου, φῶς ἐξέλαμψε τὸ ἀΐδιον· καὶ ἐκ τῆς ὄντως ζωῆς, ἡ ζωοποιὸς προῆλθε πηγή. Καὶ ἐκ τῆς αὐτοδυνάμεως ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις ἐξεφάνη. » Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς, « Πηγὴ ζωῆς ὁ Υἱὸς, φησί· λέγει γὰρ ὁ Δαβὶδ πρὸς τὸν Πατέρα, ὅτι « Παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς· » καὶ πάλιν ἕτερος προφήτης λέγει περὶ τῶν Ἰουδαίων, « Ἐμὲ ἐγκατέλιπον, πηγὴν ὕδατος ζῶντος. » Ὕδωρ δὲ ζῶν ὀνομάζεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἔπειτα δὲ οὐδ' ἡμεῖς λέγομεν τὸν Υἱὸν, πηγὴν ἀρχικὴν, ἢ ἀφ' ἑαυτοῦ ἔχειν τὸ εἶναι πηγὴν, ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρός. Μόνη γὰρ πηγὴ τῆς ὑπερουσίου θεότητος ὁ Πατὴρ, ὅτι οὐ πρόεισιν ἐξ ἄλλης πηγῆς. Οὐδὲ γὰρ ἐξ ἄλλου τοῦ ἔχει τὸ εἶναι πηγήν. Ἔστι γὰρ τῷ μὲν Πατρὶ οὐδὲν αἴτιον τοῦ εἶναι πηγήν· τῷ δὲ Υἱῷ, ὁ Πατήρ. Καὶ ὁ μὲν Πατὴρ, πηγή ἐστι καὶ ὡς γεννήτωρ καὶ ὡς προβολεύς· ὁ δὲ Υἱὸς, ὡς προβολεὺς μόνον. Ἔνθεν ὁ μὲν Πατὴρ, πάσης ἐστὶν ἁπλῶς πηγὴ τῆς πηγαζομένης θεότητος· ὁ δὲ Υἱὸς, τῆς τοῦ Πνεύματος μόνης. Καὶ ὁ μὲν Πατὴρ, οὐ πρὸς τόδε μὲν πηγὴ, πρὸς τόδε δὲ, ἐκ πηγῆς· ὁ δὲ Υἱὸς, πρὸς μὲν τὸ Πνεῦμα πηγὴ, πρὸς δὲ τὸν Πατέρα, ἐκ πηγῆς. Καὶ οὕτως ἡμῖν καὶ τοῦτο ὥσπερ καὶ τὰ λοιπὰ καλῶς ἐννοεῖται.

A beatus hic « per Filium, » magis ad ordinem respiciens, dicit, dictione *ex* in Patre utendo, ut unam ostenderet causam principalem deitatis, et creaturæ Patrem. Postea divi Dionysii auctoritatem adducunt, « Solus fons superessentialis deitatis Pater est, » inquit, jactantes. Quomodo Filius Spiritus sancti fons esse demonstrabitur, si Patrem tantum fontem esse sanctus id dixit? Sed in hoc Ecclesiæ doctores primum incusent Athanasium et Basilium qui dicunt aperte Filium etiam Spiritus sancti fontem esse; nam sacer Athanasius in lib. adversus Arianos illud Psalmi enarrans: « Apud te fons est vitæ: » « Sciebat, inquit, Pater videlicet, apud se habens Filium fontem Spiritus sancti. » Basilius vero lib. II adversus Eunomium, scribit: « Quid igitur nos, quomodo ingenitum Patrem, genitum Filium confitendo, secundum ipsum esse contradictionem vitabimus? quid dicemus? quod boni Patris bonus est Filius, ex lumine vero ingenito lumen effulsit sempiternum: et ex vere vita vivificans profluxit fons: et ex virtute, quæ per se est, Dei virtus deprompta est. » Et rursus: « Idem fons vitæ Filius inquit; nam ad Patrem dicit David: « Apud te est fons vitæ, » et rursus alter propheta de Judæis dicit: « Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, » viva vero aqua Spiritus sancti appellatur. Deinde neque nos Filium dicimus fontem esse principalem, vel ex seipso habere ut fons sit, sed ex Patre: Pater enim solus fons est superessentialis deitatis, quia ex alio fonte non profluit; quippe qui ex alio non habet ut sit fons, quia prima ei nulla causa est ut sit fons, sed Filio Pater est. Ac Pater fons est, et ut genitor, et ut productor, inde Pater simpliciter omnis emanantis deitatis fons est, Filius ipsius, Spiritus tantum: et Pater non ad hoc fons est, ad illud autem ex fonte; Filius ad Spiritum fons est, ad Patrem autem ex fonte. Itaque a nobis hoc sicuti reliqua recte intelligitur.

ΙΒ'.

Ἐπίλογος τοῦ πρώτου κεφαλαίου.

Τούτοις οὖν τοῖς λόγοις πεισθέντες ἡμεῖς, τῇ ἀληθείᾳ ὑπεχωρήσαμεν· πολλὰ τοῖς κατ' ἔριν τε καὶ φιλονεικίαν λέγουσι, χαίρειν εἰπόντες· εὖ εἰδότες ὡς οὐκ ἔσται ἡμῖν ἄλλοθεν σωτηρίας ἐλπὶς, ἢ τῷ ἑνοῦσθαι τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τοῖς κρείττοσιν ἕπεσθαι. Δεόμεθα δὲ καὶ ὑμῶν μετὰ τῆς αὐτῆς ἀγάπης ἰδεῖν καὶ συνιέναι τὰ εἰρημένα, μεθ' ἧς καὶ ἡμεῖς ταῦτ' ἔφαμεν. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλα, ἃ φασιν οἱ τῇ ἀληθείᾳ ἀντικαθιστάμενοι· οὐδὲν δ' ὅμως ὅτι καὶ ἄξια λόγου. Πολλῷ δὲ πλείω τε καὶ βελτίονα οἱ ταύτης ἀντιποιούμενοι λέγουσι. Καὶ ἡμεῖς εἴχομεν μὲν καὶ ἄλλα πολλά τε καὶ ἀναγκαῖα εἰπεῖν, καὶ συνηγορῆσαι τῇ ἀληθείᾳ, καὶ ἀποσκορακίσαι τὰ παρ' αὐτῶν, ὡς ἄτοπα, συμπερανόμενα κατ' ἡμῶν· ἀρκεῖν δ' ἡγούμεθα

XII.

Epilogus primi capitis.

Nos igitur, his suasi rationibus, veritati cessimus; multum valere dicentes eis qui litigandi et contradicendi studio loquuntur; bene gnari quod non aliunde spes nobis salutis emicabit, quam uniendo nos veritati et melioribus parendo. Rogamus autem vos ut eadem charitate, quæ a nobis conscripta sunt videatis atque intelligatis, qua nos ea exposuimus. Restant etiam alia, quæ dicunt ii qui veritati repugnant, nullius tamen digna existimationis. Sed multo plura et meliora ab iis qui eam asserunt afferuntur: nosque etiam alia multa et necessaria addere potuissemus, veritati patrocinantes, et absurda quæ ab eis adversus nos conclusa sunt, reprobare. Sed hæc satis esse arbitra-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τῆς διὰ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης διαβάσεως, καὶ τῆς ἐλευθερίας τῆς ἐν Αἰγύπτῳ αὐτῶν δουλείας. Αὕτη δὲ ἡ θεία καὶ ἱερὰ τράπεζα μνήμην ἄγει τοῦ σωτηρίου ἀμνοῦ, τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· ὃς διεβίβασεν ἡμᾶς οὐκ ἀπ' Αἰγύπτου πρὸς τὴν ἐπίγειον Ἱερουσαλὴμ, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ θανάτου πρὸς τὴν ζωὴν, καὶ ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὸν οὐρανὸν, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν χαριζόμενος. Καὶ τούτου μάρτυς ὁ αὐτὸς Χρυσόστομος ἐξηγούμενος τοῦτο αὐτὸ, ἐν τῇ αὐτῇ ὁμιλίᾳ· φησὶ γὰρ, « Οὐκ ἐθορυβήθησαν οἱ μαθηταὶ, ἀκούοντες λέγοντος αὐτοῦ, Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου· ἐπειδὴ πολλὰ καὶ μεγάλα περὶ τούτου ἔμπροσθεν αὐτοῖς ἦν διαλεχθεὶς, καθὼς ἐν διαφόροις τόποις ὁ Ἰωάννης φησί· λέγει δὲ τὴν αἰτίαν τοῦ πάθους, τῶν ἁμαρτημάτων εἶναι τὴν ἄφεσιν. Αἷμα δὲ Καινῆς Διαθήκης καλεῖ, ὡς τὴν Καινὴν Διαθήκην συνέχον. Ὥσπερ γὰρ ἡ Παλαιὰ πρόβατα καὶ μόσχους εἶχεν, οὕτω καὶ αὕτη τὸ αἷμα τὸ Δεσποτικόν. Δείκνυσι δὲ κἀντεῦθεν ὅτι μέλλει ἀποθνήσκειν· διὸ καὶ Διαθήκης μέμνηται. Ἀναμιμνήσκει δὲ καὶ τῆς Παλαιᾶς, ἐπειδὴ κἀκείνη δι' αἵματος ἐγκεκαίνιστο. Καὶ πάλιν λέγει τοῦ θανάτου τὴν αἰτίαν, Ὑπὲρ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Τί διδάσκων ἔλεγε, « Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· καθάπερ ἐκεῖνο, φησὶν, ἐποιεῖτε εἰς ἀνάμνησιν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θυμάτων, οὕτω καὶ τοῦτο εἰς τὴν ἐμήν. Ἐκεῖνο τὸ αἷμα ἐξεχύθη εἰς σωτηρίαν τῶν πρωτοτόκων, τοῦτο εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. » Καὶ καθάπερ Μωϋσῆς φησι, « Τοῦτο μνημόσυνον ὑμῖν αἰώνιον, οὕτω καὶ αὐτὸς, Εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, ἕως ἂν παραγένωμαι· Πάσχα γὰρ παραδίδωμι, δι' οὗ μέλλω πνευματικοὺς ὑμᾶς ποιεῖν. » Ἤκουσας τί τοῦτο δηλοῖ τὸ, « ἐφ' ἑτέραν τράπεζαν φρικωδεστάτην; » Ὅτι ἐκεῖνα μὲν σαρκικὰ καὶ τῆς τραπέζης ἐκείνης ὑπῆρχον, ταῦτα δὲ πνευματικά· ἐκεῖνα ὁρατὰ, ταῦτα ἀόρατα καὶ ἄχραντα μυστήρια· εἰ καὶ χερσὶν ἱερέων δι' ἄκραν αὐτοῦ ἀγαθότητα μεταχειρίζονται. Καὶ ὅτι ἐκεῖνα, οὐ μυστήρια, ἀλλὰ τύπος μόνον· ὅτι ὅπερ ὀφθαλμοῖς ἐβλέπετο, ἐκεῖνο μόνον ἦν. Ταῦτα δὲ, μυστήρια καὶ οὐ τύπος, ἀλλ' αὐτὴ ἡ ἀλήθεια. Καὶ ὅτι ἄλλο τὸ εἶδος τὸ ὁρατὸν, καὶ ἄλλο τὸ νοούμενον ἐν αὐτοῖς. Ἐν γὰρ τῷ ὁρατῷ ἄρτῳ, ἐμπεριέχεται τὸ ἀληθὲς τοῦ Κυρίου σῶμα, τὸ καὶ ἀγγέλοις αὐτοῖς περίβλεπτόν τε καὶ τίμιον. Διὰ τοῦτο φρικωδεστάτη λέγεται, καὶ ἑτέρα τράπεζα· καὶ οὐ διὰ τὰ ἄζυμα ἢ ἔνζυμα ὑπάρχειν· οὐδὲ γὰρ φροντὶς ἦν Ἰησοῦ τῷ Χριστῷ τότε περὶ ζυμωτοῦ ἢ ἀζυμώτου, ἀλλὰ περὶ ἄρτου μόνον ἁπλῶς· ἵνα παραδώσῃ αὐτοῦ τὸ μυστήριον. Ἐννοήσατε, ἀδελφοὶ, ἐννοήσατε. Ἀλλ' οὐκ ἄν ποτε δυνηθείητε, ἂν μὴ καὶ αὐτοὶ πιστεύσητε· « Ἐὰν μὴ πιστεύσητε, φησὶν, οὐδ' οὐ μὴ συνῆτε. » Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς πιστεύσαντες, ἐνοήσαμεν, καὶ λέγομεν ταῦτα ἅπερ βλέπετε καὶ ἀκούετε. Οὐ γὰρ ἐκ μαθήσεως, ἀλλ' ἐκ πίστεως λέγομεν ὅσα δὴ καὶ λέγομεν. Ἵνα δὲ γνῶτε ὡς οὐ πάντα τὰ τοῦ παλαιοῦ νόμου κατέπαυσεν ὁ Κύριος ἐλθὼν, ἀλλ' ἄλλα μὲν ἠμέρωσεν, ἄλλα δὲ ηὔξησεν, ἄλλα δ' ἀπέκοψεν, ἄλλα δ' ἐμόρφωσεν, καὶ ταῦτα προσθῶμεν.

riam revocabat, et ab Ægyptiaca servitute liberationem. Hæc autem divina et sacra mensa salutarem agnum in memoriam revocat, qui Dei Filius est et tollit peccata mundi: qui non eduxit nos ab Ægypto in terrenam Jerusalem, sed a morte ad vitam, sed a terra in cœlum, remissionem donans peccatorum. Hujus rei testis idem Chrysostomus enarrans hoc idem in eadem homilia; inquit enim: « Non conturbati sunt discipuli audientes eum, qui dicebat: Hoc est corpus meum, » quoniam multa et magna de hoc antea cum ipsis disseruerat, ut in diversis locis Joannes ait; dicit enim: « Passionis causam, peccatorum esse remissionem: sanguinem vero Novi Testamenti vocat, quasi quod Novum Testamentum contineat. Nam quemadmodum Vetus oves et vitulos habuit, ita et hoc Domini sanguinem. Hinc etiam quod moriturus est patefacit, ideo et Testamenti meminit; antiquum etiam in memoriam revocat, quia et id per sanguinem innovatum est. » Et rursus causam mortis exponit, « Quod pro multis effundetur in remissionem peccatorum, » quod docens dicebat: « Hoc facite in meam commemorationem: ut illud in commemorationem Ægypti miraculorum fiebat, sic et hoc in meam, is sanguis in primogenitorum salutem effusus est, hic in remissionem peccatorum. » Ac ut Moyses dicit, « Hoc erit vobis in memoriam sempiternam: » sic et ipse, In meam commemorationem donec veniam; Pascha enim trado, per quod vos spirituales facturus sum. » Audis quid hoc significat, « ad aliam mensam formidabilissimam; » quia carnea illa illius mensæ erant, hæc spiritualia; illa visibilia, hæc invisibilia et intemerata mysteria, quanquam sacerdotum manibus propter summam ejus bonitatem tractentur. Et quia illa non mysteria, sed figuræ tantum; quia id erat tantum quod oculis cernebatur. Hæc vero mysteria, non figura, sed ipsa veritas. Et quia aliud est visibilis species, aliud quod per eam intelligitur. Nam in visibili panem verum Christi corpus continetur, quod angeli tantum vident et venerantur, idcirco formidabilissima et alia mensa dicitur; non quia azyma vel fermentata sint, tunc enim Christus Jesus de fermentato vel azymo non curabat; sed simpliciter tantum de pane, ut suum mysterium traderet. Percipite, fratres, percipite, at nunquam poteritis nisi et ipsi credideritis. « Si non credideritis, inquit, non intelligetis, » quia et nos cum credidimus, intelleximus: dicimusque hæc quæ vos videtis et auditis; non enim ex doctrina, sed ex fide dicimus quæcunque dicimus. Ut autem cognoscatis, non totam legem veterem suo adventu Christum sustulisse; sed alia ad mitius traduxisse, alia abscidisse, alia immutasse in aliam formam, et hoc adjungamus.

E'.

Τέσσαρα γάρ τινα περιεῖχεν ὁ παλαιὸς νόμος,

V.

Nam quatuor quædam lex antiqua continebat,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

judicialia, mysteria, moralia, et adumbrata. Judicialia ad mitius traduxit: nam cum in adulterio deprehensam, et eos qui de adulterio damnati essent, lex juberet lapidari, Dominus dixit, « Qui ex vobis est sine peccato primus lapidem jaciat adversus eam. » Et iterum, « Dentem pro dente, oculum pro oculo, » et reliqua; « Qui tibi dexteram maxillam percusserit, verte ei et alteram. » Moralia auxit Dominus, quæ sunt mandata et præcepta ejus, non furtum facias, ne facias hæc et hæc. Quæ divini apostoli pro fundamento habentes, evangelica doctrina mundum illuminarunt, ubi dicunt: Ne diligatis mundum hunc, neque quæ mundi sunt, quia mundus transit, et gloria ejus, et reliqua, ne singula enumerem. Figuralia et mystica (nam idem hæc duo significant) sustulit Dominus, circumcisionem scilicet, Sabbatum, animalium immolationes, Pascha et agnum. Adumbrata in aliam formam commutavit Dominus, pro umbra veritatem formans, pro ardenti rubo, virgo, quæ non comburitur; pro columna ignis, sol ipse justitiæ; pro Mose, Christus; pro virga, crux; pro arca, immaculata ejus Ecclesia: pro transitu Rubri maris, Pascha, in quo novum figurabatur; et hoc superveniente, sustulit illud; pro agno, Christus; pro sanguine, Salvatoris sanguis; pro nube et igne, sanctum baptisma. Sed quid opus est cuncta enumerare, cum omnes optime noscant, legis adimplendæ, non solvendæ, auctorem fuisse Christum? Habes igitur ex his, non de azymo dicere qui dicit, Occisus cessare fecit quæ a lege afferebantur; sed de agnorum, hædorum, ovium et boum sacrificio, quod verum Dei agnum significabat et figurabat, qui tollit peccata mundi, et illo immolato, sublata ea sunt quæ ipsum figurabant; azymum enim neque sacrificium erat, neque eum Salvator sustulit. Si vero dixerit quis illud umbram fuisse, respondebimus, immutatum in aliam formam fuisse a Christo volente suum corpus in eo confici.

His igitur quantum satis est explanatis, redeamus eo unde disgressi sumus: quod possibile non erat fermentatum panem in illa mensa adesse tempore Azymorum jam cœpto; nam si rescisset Judas Magistrum fermentatum esitasse, nullam proditionis causam majorem invenisset, quam legis transgressionem, cum in Azymorum die fermentatum panem servaret; quærebat enim causam et occasionem Judæis illum prodendi. Attamen ii Pilato non dixissent, cum percunctaretur ab iis quid mali fecisset, Quia nos legem habemus, et secundum legem debet mori; sed sic utique dixissent (quæ etiam rationi consentanea et justa erat causa) quod legem transgressus esset. Aliud Pascha lex nostra jubet, aliud ipse fecit; post Pascha panem fermentatum lex vetat, ipse vero deprehensus est in Azymorum diebus fermentatum panem servare quem lex eximi ex numero filiorum Israel jaerte

A κριτικὰ, μυστικὰ, ἠθικὰ, καὶ σκιώδη. Καὶ τὰ μὲν κριτικὰ, ἡμέρωσε· τὴν γὰρ ἐπὶ μοιχείᾳ κατειλημμένην, τοῦ νόμου κελεύοντος λιθοβολεῖσθαι, καὶ τοὺς ἁλόντας ἐπὶ μοιχείᾳ, ὁ Κύριος εἴρηκεν· « Ὁ ἀναμάρτητος ἐξ ὑμῶν, πρῶτος βαλλέτω λίθον ἐπ' αὐτήν. » Καὶ πάλιν, « Ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, καὶ ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, » καὶ τὰ λοιπά· ὁ δὲ Κύριος, « Ὅστις σὲ ῥαπίσει, φησὶν, εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. » Τὰ δὲ ἠθικὰ, ηὔξησεν ὁ Κύριος· ἅπερ εἰσὶν αἱ ἐντολαὶ καὶ τὰ προστάγματα αὐτοῦ· τὸ, Μὴ κλέψῃς· μὴ ποιήσῃς τάδε καὶ τάδε. Ἅπερ οἱ θεῖοι ἀπόστολοι θεμέλιον ἔχοντες, τὸν κόσμον ἐφώτισαν διὰ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας· ἔνθα φασί· Μὴ ἀγαπᾶτε τὸν κόσμον μηδὲ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ, ὅτι ὁ κόσμος παράγεται καὶ B ἡ δόξα αὐτοῦ· καὶ τὰ λοιπά, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον λέγω. Τὰ δὲ τυπικὰ ἢ καὶ μυστικὰ, ἀμφότερα γὰρ ἓν δηλοῦσιν, ἀπέκοψεν ὁ Κύριος· τὴν περιτομὴν δηλονότι, τὸ Σάββατον, τὰς ζωοθυσίας, τὸ Πάσχα καὶ τὸν ἀμνόν. Τὰ δὲ σκιώδη, ἀνεμόρφωσεν ὁ Κύριος, ἀντὶ τῆς σκιᾶς τὴν ἀλήθειαν μορφώσας· ἀντὶ τῆς καιομένης βάτου, ἡ μὴ φλεχθεῖσα Παρθένος· ἀντὶ στύλου πυρὸς, αὐτὸς ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης· ἀντὶ Μωσέως, ὁ Χριστός· ἀντὶ τῆς ῥάβδου, ὁ σταυρός· ἀντὶ τῆς κιβωτοῦ, τὴν ἄμωμον αὐτοῦ Ἐκκλησίαν· ἀντὶ τῆς διαβάσεως τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, τὸ Πάσχα, ἐν ᾧ τὸ νέον ἐτυποῦτο· καὶ τούτου ἐλθόντος, κατέπαυσεν ἐκεῖνο· ἀντὶ τοῦ ἀμνοῦ, ὁ Χριστός· ἀντὶ τοῦ αἵματος, τὸ τοῦ Σωτῆρος αἷμα· ἀντὶ νεφέλης καὶ πυρὸς, τὸ ἅγιον βάπτισμα. Καὶ τί δεῖ πάντα C καταλέγειν; πάντων εἰδότων ἀκριβῶς, ὅτι οὐ καταλυτὴς τοῦ νόμου ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἦν, ἀλλὰ πληρωτής. Ἔχεις οὖν καὶ ἀπὸ τούτων, ὅτι οὐ περὶ τοῦ ἀζύμου φησὶν ὁ λέγων, Σφαγιασθεὶς κατέπαυσε τὰ κατὰ νόμον προσφερόμενα, ἀλλὰ περὶ τῆς θυσίας τῶν ἀμνῶν, τῶν ἐρίφων, τῶν προβάτων, τῶν βοῶν· ἥτις ἐσήμαινε καὶ ἐτύπου τὸν ἀληθινὸν ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· καὶ τυθέντος ἐκείνου, ἐπαύθη ταῦτα ἃ ἐτύπουν αὐτόν· τὸ γὰρ ἄζυμον, οὔτε θυσία ἦν, οὔτ' ἔπαυσεν αὐτὸ ὁ Σωτήρ. Εἰ δὲ εἴπῃ τις ὅτι σκιὰ ἦν, ἐροῦμεν ὅτι ἐμόρφωσεν αὐτὸ ὁ Χριστὸς, τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ γίνεσθαι θελήσας.

Ταῦτα οὖν ἱκανῶς εἰπόντες, ἐπανέλθωμεν ὅθεν ἐξήλθομεν, ὅτι οὐκ ἦν δυνατὸν ἐν τῇ τραπέζῃ ἐκείνῃ ἔνζυμον ἄρτον ὑπάρχειν, ἤδη τῶν Ἀζύμων ἠργμένων. Καὶ γὰρ εἰ ᾔδει ὁ Ἰούδας τότε ἔνζυμον τὸν διδάσκαλον φαγόντα, οὐκ ἂν ἦν εὑρηκὼς μείζονα τῆς προδοσίας αἰτίαν, ἢ ὅτι παρέβη τὸν νόμον, φυλάττων ἔνζυμον ἄρτον, τῶν Ἀζύμων ἡμέρᾳ· ἦν γὰρ ζητῶν αἰτίαν καὶ εὐκαιρίαν προδοῦναι αὐτὸν τοῖς Ἰουδαίοις. Οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ κἀκεῖνοι οὐκ ἂν εἶπον πρὸς Πιλᾶτον ἐρόμενον αὐτοὺς, « Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; » Ὅτι ἡμεῖς νόμον ἔχομεν, καὶ μετὰ τὸν νόμον ἡμῶν ὀφείλει ἀποθανεῖν, ὅτι ἑαυτὸν Υἱὸν Θεοῦ ἐποίησεν· ἀλλ' εἶπον ἂν οὕτως, ἥπερ καὶ αἰτία ἦν εὔλογος καὶ δικαία, ὅτι παραβάτης ἐστὶ τοῦ ἡμετέρου νόμου. Ἄλλο Πάσχα ὁ νόμος ἡμῶν προστάττει, ἄλλο δ' αὐτὸς ἔπραξε· μετὰ τὸ Πάσχα μὴ εὑρεθῆναί D που ἔνζυμον ἄρτον ὁ νόμος κελεύει, αὐτὸς δὲ εὑρέθη φυλάττων ἔνζυμον ἄρτον ἐν ταῖς τῶν Ἀζύμων ἡμέ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὃν ὁ νομος ἐξολοθρευθῆναι ἐξ υἱῶν Ἰσραὴλ
ᾔδην βοᾷ. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ εἶπον. Διὰ τί
ιότι οὐκ εἶχον εἰπεῖν. Εἰ οὖν ἀπείρων πρεσβυ-
ων ψευδομαρτύρων, ἐν ἄλλοις μὲν μαρτυρούν-
καὶ ταῦτα ψευδέσιν, ὧν ἴση ἡ μαρτυρία οὐκ
ἀ τί τοῦτο οὐκ εἶπον ἢ ἐμαρτύρησαν, ὅπερ
ιεβόλως θάνατον ἀπειλεῖ τοῖς παραβάταις αἰ-
ατον. Θαυμάζω οὖν τὰ πλεῖστα, πῶς οἱ Ἰουδαῖοι
ὄντες αἰτίαν οὐχ εὗρον, οὐδ' ὁ Ἰούδας, πολλὰ
τες, καὶ νῦν οἱ ἡμέτεροι ἀδελφοὶ προχειρίζου-
τίαν καὶ πρόφασιν δικαιοτάτην Ἰούδᾳ τε καὶ
Ἰουδαίοις. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἐρωτώμενοι παρὰ
λάτου, τίνα φέρουσι κατὰ τοῦ δικαίου αἰτίαν,
ἰπεῖν οὐκ εἶχον, ἢ ὅτι Θεὸν ἑαυτὸν καὶ Υἱὸν
ὀνομάζει· καὶ πολλῶν ἐπὶ τοῦτο ψευδομαρτύ-
λθόντων, οὐχ εὗρον εἰπεῖν· νῦν δ' οὗτοι πα-
ην προδήλως ποιοῦσι τὸν Χριστόν· καὶ δικαίως
κατακριθέντα παρὰ τῶν Ἰουδαίων, ἄκοντές τε
ἢ βουλόμενοι, μάλα γενναίως ἀποδεικνύουσιν.
ς θρήνου εἰσὶν ἄξιοι καὶ ἐλέους οἱ τὰ τοιαῦτα
ντες. Ἀλλ' εἰ καὶ κατὰ τὸν ὑμέτερον σκοπὸν
ος ἦν, οὐδ' οὕτω δικαίως ἔχοιτε ἂν ἐγκαλεῖν
Ῥωμαϊκῇ Ἐκκλησίᾳ, διὰ τὸ ἄζυμα θύειν,
ρ οὐδὲ ἐκείνη μέμφεται τὴν ἀνατολικὴν διὰ τὸ
α θύειν. Καίτοι γε κεφαλὴ οὖσα τῆς Ἐκκλη-
ἠδύνατο ἐγκαλεῖν καὶ κατακρίνειν τοὺς μὴ
ντας ὡς ἐκείνη ποιεῖ· ἐπειδὴ βεβαίως αὐτὴ
ἄζυμον ἄρτον ἱερουργήσαντα τὸν Χριστὸν, ὅτε
ὑπερῴῳ συνεδείπνει τοῖς μαθηταῖς· καὶ οὕ-
ποιεῖν αὐτοὺς εἰς μνήμην αὐτοῦ ἐκέλευσεν.
δὲ καὶ ἐν ἑπτὰ ἡμέραις τοῦ Πάσχα, οὐ δεῖ εὑ-
ναι ἔνζυμον, τοῦ Χρυσοστόμου πάλιν Πατρὸς
πωμεν, ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτῃ ἐπιστολῇ·
γάρ· « Πρότερον εἴπωμεν, διὰ τί ἐκ τῶν ὁρίων
ον ἀπελαύνεται ἡ ζύμη. Τί οὖν ἐστι τὸ αἴ-
ι; πάσης πονηρίας ἀπηλλάχθαι δεῖ τὸν πιστόν.
ερ γὰρ ἐκεῖνος ἀπόλλυται ὅπου ἂν εὑρεθῇ πα-
ζύμη, οὕτω καὶ παρ' ἡμῖν, ἔνθα ἂν εὑρεθῇ
ρία· οὐ γὰρ δήπου ἐπὶ μὲν τῆς σκιᾶς πολλὴ ἡ
ις, ἐπὶ δὲ ἡμῶν, οὐ πολλῷ μείζων. Εἰ γὰρ
ἰκίας οὕτω καθαίρουσιν, ὡς καὶ μυῶν ὀπὰς
ργάζεται, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς τὴν ψυχὴν διε-
ίσθαι δεῖ. » Ἐπεὶ οὖν μυῶν ὀπὰς περιεργά-
ι, πολλῷ μᾶλλον περιεργάσαιντο ἂν, εἰ ὁ Χρι-
ἐνζύμῳ ἐχρήσατο τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ. ὡς ἐναντίον
νόμου ποιήσας. Ὁ δὲ χρυσορρήμων θεῖος Ἰωάν-
ν τῇ ὀγδοηκοστῇ πρώτῃ ὁμιλίᾳ τοῦ εὐαγγελι-
Ματθαίου φησὶν, ὅτι « Μέχρι τῆς ἐσχάτης
ας, ἵνα μὴ ἐναντίος γένηται τοῦ νόμου, τὸ
ρα ἐπετέλει. Ἡ δὲ ἐσχάτη ἡμέρα, ἡ ἐπὶ τοῦ
ροῦ ἦν, ἐν ᾗ φωνῇ μεγάλῃ εἶπε, Τετέλεσται·
ιεσται δηλαδὴ λέγων, ὅσα οἱ προφῆται καὶ ὁ
ς προέγραψάν τε καὶ εἶπον. » Ὃ εἰ οὐκ ἐτέλε-
ὡς φασιν, ἐναντίος μᾶλλον δείκνυται τοῦ νόμου·
πάσχα τὸ νομικὸν τελῶν οὐ κατὰ τὸν νόμον, ἀλλὰ
ν ἔνζυμον φυλάττων· καὶ ταῦτα τοῦ Ἰούδα
ὄντος ἐκεῖ, καὶ ζητοῦντος τρόπον προδοσίας,
ι προδοῦναι αὐτὸν τοῖς Ἰουδαίοις. Ἀλλ' οὐκ
τοῦτο, οὐκ ἔστι. Πληρωτὴς δὲ ὢν τοῦ νόμου

A clamat. At hoc quidem non dixerunt. Quanam de causa? Quia dicere non potuerunt. Si igitur cum multi falsi testes accessissent de aliis criminibus testificantes, et præterea falsis, quorum testimonium non erat conveniens, cur id non dixerunt, vel testimonium non tulerunt, quod sine dubio turpissimam minatur mortem iis qui transgrediuntur? Admiror igitur admodum quomodo Judæi causam sedulo quærentes, non invenerunt, cum multum insudassent, neque Judas. Et nunc fratres nostri causam et prætextum justissimum Judæ subministrant, simul ac Judæis. Etenim ii a Pilato interrogati quam causam erga justum hominem afferrent, aliud dicere non potuerunt quam quod
B Deum seipsum et Dei Filium appellaret, cumque ad hoc testificandum multi falsi testes accessissent, id non invenerunt. Ipsi vero nunc trangressorem Christum aperte faciunt, jureque ipsum a Judæis damnatum, volentes nolentes egregie comprobant. Hi profecto fletu et misericordia digni sunt, qui hæc dicunt. Præterea si secundum vestram intentionem fermentatus erat, neque sic jure potestis Romanam insimulare Ecclesiam, quod in azymo sacrificat; quemadmodum et ea Orientalem non reprehendit, si in fermentato sacrificat. Atqui cum caput Ecclesiæ sit, incusare poterat, et damnare qui eam non sequuntur: nam ipsa firmiter novit in azymo Christum sacrificasse, cum in cœnaculo una cum suis discipulis cœnavit, et similiter eos
C in suam commemorationem jussit facere. Quod autem in iis septem Paschæ diebus, fermentatum esset vetitum, Chrysostomum Patrem rursus audiamus, in primam ad Corinthios Epistolam; dicit enim: « Antea exposuimus cur ab omnibus finibus pellatur fermentum. Ænigma hoc quid ostendit? Ab omni pravitate oportet fidelem discedere: nam quemadmodum morte moritur is, apud quem vetus fermentum repertum fuerit, sic et nos, ubi malitia reperta est. Non enim magna pœna statuitur in umbra, in nobis vero non multo major. Si enim domos ita perpurgant, ut in murium foraminibus anxie versentur, multo magis nos animam excutere oportet. Cum igitur murium foramina anxie disquirant, multo illi magis solliciti ad excutiendum
D fuissent, an Christus ea nocte fermento fuisset usus, ut legi adversus. » Aurea verba effundens Joannes in 81 homilia in Evang. Matthæi dicit: « Quod usque extremam diem ne legi contrarius videretur, Pascha peregit. Ultima vero dies fuit, quando cruci affixus est, in qua voce magna dixit, Consummatum est. Consummata sunt, scilicet intelligens quæcunque prophetæ et lex præscripserunt et dixerunt. » Quod si non fecisset, ut isti dicunt, magis legi adversus ostenderetur, non secundum legem Pascha legale peragendo, sed panem fermentatum servando: præsertim cum Judas tunc adesset, et rationem prodendi perquireret, ut eum Judæis proderet.» At hoc nullo pacto est; sed cum auctor legis esset adimplendæ et servandæ, ut di-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ctum est antea, secundum legem peregit omnia, ac ex necessitate fuerunt Azyma, et azymum præbuit. Quid igitur petitis? Interrogamus : azymumne erat quod Christus præbuit, an fermentum? Si azymum, pro nobis id est; si fermentum, Christum legis transgressorem esse vel inviti ostenditis, cum in Azymorum die fermentatum panem servasset.

καὶ ποιητὴς ὡς προείρηται, κατὰ τὸν νόμον ἐτέλεσεν ἅπαντα· καὶ ἄζυμα ἦσαν ἀναγκαίως, καὶ ἄζυμον παρέδωκεν. Τί οὖν ὑμεῖς βούλεσθε; ἐρωτῶμεν. Ἄζυμον ἦν ὃ παρέδωκεν ὁ Χριστὸς, ἢ ἔνζυμον; εἰ μὲν ἄζυμον, πρὸς ὑμῶν ὁ λόγος· εἰ δ' ἔνζυμον, παραβάτην τοῦ νόμου τὸν Χριστὸν ἀποφαίνεσθε, κἂν μὴ βούλησθε· ὅτι τῇ τῶν Ἀζύμων ἡμέρᾳ ἐφύλαττεν ἔνζυμον ἄρτον.

VI.

Sed quid dicit Xanthopulus (1)? Præcedenti die id fecit. Hoc apud eos qui mentis compotes sunt stultum et sine sensu existimabitur; nam si præcedenti die fecisset, in tempore non fecisset; si vero non in tempore, nec illa hora effecisset, transgressor legis ex necessitate Christus convincitur, quia lex quartadecima die mensis vespere jubet Pascha immolari. Quod si die præcedenti, ut vos dicitis, effecit, tertiadecima die apparet effecisse. Si vero tertiadecima, adversus legis mandatis ostenditur, quæ jubet quartadecima fieri. Si adversus, ergo et' legis transgressor. Reliquum igitur est ut credatis eum non anticipasse, sed in tempore fecisse. Præterea si dicit lex, vespere Pascha celebrari oportere, et Christus vespere peregit, non transgressus est secundum evangelistam Lucam, qui dicit, « Et quando venit hora, discubuit; » nam si media die fecisset, dici poterat eum anticipasse vel tempus, vel horam, et ideo fermentatum fuisse. At non ita factum est. Discipuli præterea, ut sæpe dictum est, cum Judæi essent, aliter quam præstituto tempore agere non debuerunt. Præstituta igitur a lege die fecit, et quando Azyma erant, ut divinus dixit Lucas, id est prima die Azymorum, quo Pascha immolari oportebat. Quomodo igitur anticipavit, si prima die Azymorum discipuli accesserunt, petentes ubi vellet parari Pascha? Ostensum enim est quod legale tum Pascha parabant, et die præstituta peregerunt; nam qui vel prius vel post effecit, transgreditur. Quamobrem, uti vos existimatis, et Christus transgreditur, quoniam tempus anticipavit. Sed nemo mentis compos id unquam percipiet, vel dixerit unquam; sed unusquisque magis in tempore et secundum legem fecisse dicet. Id testabitur aurea lingua. Sed omnia audentes Judæi, tempus præverterunt; dicit enim hic magnus Pater 84 homilia in Joannis Evangelium super ea verba : « Adducunt Jesum a Caipha in prætorium : » Cur eo ipsum abduxerunt, ubi omnes erant congregati? Ut ex pontificum sententia cuncta peragerent; nam is tunc erat pontifex, et omnes eum exspectabant. Ita ob hoc pernoctabant et vigilabant, quia tum Pascha non comederant, inquit, sed propterea vigilabant. Dicens enim «quod mane erat,» Joannes subjunxit, « Non sunt ingressi prætorium ut non contaminarentur, sed ut Pascha manducarent.» Quid igitur dicemus? quod altera die comederunt, et legem violaverunt,

ϛ'.

Τί δέ φησιν ὁ Ξανθόπουλος; Προλαβὼν, ἤγουν πρὸ μιᾶς ἡμέρας ἐποίησε. Τοῦτο οὖν τοῖς εὖ φρονοῦσι, μάταιον καὶ ἀδιανόητον· εἰ γὰρ πρὸ μιᾶς ἡμέρας ἐποίησεν, οὐκ ἐν τῷ καιρῷ ἐποίησεν· εἰ δὲ οὐκ ἐν τῷ καιρῷ καὶ τῇ ὥρᾳ ἐποίησε, παράνομος ἐξ ἀνάγκης δείκνυται ὁ Χριστός. Ὁ γὰρ νόμος τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ μηνὸς πρὸς ἑσπέραν κελεύει τὸ Πάσχα θύεσθαι. Εἰ δὲ πρὸ μιᾶς ἡμέρας καθ' ὑμᾶς ἐποίησε, τῇ τρισκαιδεκάτῃ φαίνεται ποιήσας. Εἰ δὲ τῇ τρισκαιδεκάτῃ, ἐναντίως δείκνυται τῷ τοῦ νόμου προστάγματι, προστάττοντος τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ποιεῖν. Εἰ δὲ ἐναντίος, καὶ παράνομος ἐξ ἀνάγκης. Λοιπὸν δεῖ πιστεύειν ὑμᾶς ὅτι οὐ προέλαβεν, ἀλλὰ κατὰ τὸν καιρὸν ἐποίησεν. Ἔτι εἰ ὁ νόμος φησὶ πρὸς ἑσπέραν τὸ Πάσχα γίνεσθαι, καὶ ὁ Χριστὸς ἑσπέρας γενομένης ἐτέλεσεν, οὐ παρέβη, κατὰ τὸν εὐαγγελιστὴν Λουκᾶν, λέγοντα· « Καὶ ὅτε ἐγένετο, ἡ ὥρα ἀνέπεσεν.» Εἰ γὰρ ἔπραξε μέσης ἡμέρας, ἐξῆν ἂν εἰπεῖν ὅτι προέλαβεν ἢ καιρὸν ἢ ὥραν· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἔνζυμον. Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐγένετο. Εἶτα καὶ οἱ μαθηταὶ, ὡς πολλάκις εἴρηται, Ἰουδαῖοι ὄντες, οὐκ ὤφειλον ἄλλως, ἢ ἐν τῷ ἀποδεδειγμένῳ καιρῷ, ποιῆσαι. Ἐνδέχεται οὖν ἐν τῷ τεταγμένῳ τοῦ νόμου καιρῷ καὶ τῇ ὥρᾳ ἔπραξε, καὶ τὰ Ἄζυμα ἦσαν, ὡς ὁ θεηγόρος ἔφη Λουκᾶς, ὅτι τῇ πρώτῃ τῶν Ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ Πάσχα. Πῶς οὖν προλαβὼν ἐποίησεν, εἰ τῇ πρώτῃ τῶν Ἀζύμων προσῆλθον οἱ μαθηταὶ αἰτοῦντες, Πῇ βούλει τὸ Πάσχα ἡμᾶς ἑτοιμάσαι; Δέδεικται γὰρ ὅτι καὶ τὸ νομικὸν ἡτοίμασαν τότε Πάσχα, καὶ ἐν τῷ τεταγμένῳ καιρῷ ἐτέλεσαν· καὶ γὰρ καὶ ὁ προλαβὼν, καὶ ὁ μεταβὰς, παράνομος. Ὥστε καθ' ὑμᾶς καὶ ὁ Χριστὸς παράνομος, ἐπεὶ προέλαβε τὸν καιρόν. Ἀλλὰ τοῦτο οὐδεὶς τῶν εὖ φρονούντων νοήσει, ἢ εἴποι ἂν· ἀλλὰ μᾶλλον, ἐν τῷ καιρῷ καὶ κατὰ τὸν νόμον ἐποίησε, πᾶς τις ἂν εἴπῃ. Καὶ τοῦτο μαρτυρήσει ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν. Οἱ δὲ τὰ πάντα τολμῶντες Ἰουδαῖοι παρέβησαν τὸν καιρόν. Φησὶ γὰρ ὁ μέγας οὗτος Πατὴρ ἐν τῇ ὀγδοηκοστῇ τετάρτῃ ὁμιλίᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου, εἰς τὸ, « Ἄγουσι τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τοῦ Καϊάφα εἰς τὸ πραιτώριον· » Διὰ τί ἐκεῖ ἀπήγαγον αὐτὸν, ἔνθα ἅπαντες ἦσαν συνηγμένοι; Ἵνα μετὰ γνώμης πάντα ποιήσωσι τῶν ἀρχιερέων· ἐκεῖνος γὰρ ἦν τότε ἀρχιερεὺς, καὶ πάντες ἦσαν αὐτὸν ἀναμένοντες· οὕτω διενυκτέρευον καὶ ἠγρύπνουν ἐπὶ τούτῳ· οὐ γὰρ ἔφαγον τότε τὸ Πάσχα, φησὶν, ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἠγρύπνουν. Εἰπὼν γὰρ ὅτι « πρωΐα ἐστὶν,» ὁ Ἰωάννης ἐπήγαγεν, « Οὐκ εἰσῆλθον

(1) Nicephorus Xanthopulus, auctor *Historiæ ecclesiasticæ*.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ Πάσχα. » Τί οὖν ἔστιν εἰπεῖν; Ὅτι ἐν ἑτέρᾳ ἔφαγον, καὶ τὸν νόμον ἔλυσαν διὰ τὴν ἐπιθυμίαν τὴν περὶ τὴν σφαγὴν ταύτην. Οὐδὲ γὰρ ἂν ὁ Χριστὸς παρέδη τὸν καιρὸν τοῦ Πάσχα φαγὼν αὐτὸ πρὸς ἑσπέραν· ἀλλ' ἐκεῖνοι οἱ πάντα τολμῶντες, καὶ μυρίους καταπατοῦντες νόμους· ἐπειδὴ γὰρ σφόδρα ἔζεον τῷ θυμῷ, καὶ πολλάκις ἐπιχειρήσαντες ἀνελεῖν, οὐκ ἴσχυσαν, τότε λαβόντες αὐτὸν ἀπροσδοκήτως, προείλοντο καὶ τὸ Πάσχα ὀφεῖναι, ὑπὲρ τοῦ τὴν φονικὴν αὐτῶν ἐμπλῆσαι ἐπιθυμίαν. » Ἀκούεις ὅτι ἐκεῖνοι μὲν παρέδησαν τὸν καιρὸν καὶ τὸν νόμον, ὁ δὲ Χριστὸς οὐ παρέδη; Ποῦ εἰσιν οἱ λέγοντες ὅτι προλαβὼν ἐποίησεν;

Τούτων τοίνυν οὕτως ἐχόντων, καὶ ἀποδεικνυμένων φανερῶς οὕτως, ὅτι ἄζυμον παρέδωκεν ὁ Χριστὸς τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ μαθηταῖς ἐν τῇ τῶν Ἀζύμων ἡμέρᾳ· οἶμαι γάρ, οἶμαι, ὡς εἰ οὐκ ἐνεστῶσα ἦν τότε ἡ τῶν Ἀζύμων ἡμέρα, ἐν ἐνζύμῳ παρεδίδου ἂν τὸ μυστήριον, βουλόμενος ὅλως τοῦτο παραδοῦναι· μηδαμῶς λόγον ποιούμενος ἐνζύμου τε καὶ ἀζύμου, ὡς εἰδὼς τὴν ὕλην τε καὶ οὐσίαν τοῦ ἄρτου εἶναι ἐκ σίτου, πῶς κατηγορήσωμεν τοὺς μετὰ ἀζύμων τὴν θυσίαν ποιοῦντας; ἢ πῶς ἐναντιωθῶμεν, τῆς ἱερᾶς συνόδου κελευούσης ἐν τῷ αὐτῆς ὅρῳ, ὅτι ἐν ἀμφοτέροις τοῖς μέρεσι τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα τελεῖται, καὶ ἐν ἀζύμῳ καὶ ἐν ἐνζύμῳ; ὃ παρέλαβεν ὄντως ἡ ἱερὰ Ἐκκλησία παρὰ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων. Οἱ γὰρ ἱεροὶ ἀπόστολοι, ὅτε οὐκ ἦν ὁ τῶν Ἀζύμων καιρὸς, κατ' οἶκον ὄντες, κλῶντες ἄρτον τὴν θυσίαν ἐπετέλουν, καὶ οὐδαμοῦ φαίνεται τούτους αἰτεῖν ἄζυμον. Καὶ πάλιν ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν Ἀζύμων, ἐν Ἱερουσαλὴμ μὴ εὑρισκομένου ἐνζύμου, οὐκ ἔνζυμον αἰτοῦντες τὴν θυσίαν εἰργάζοντο. Ἤδεισαν γὰρ ἀκριβῶς ὅτι ἀρκεῖ πρὸς τοῦτο, ἐκ σίτου εἶναι. Οὐ γὰρ διὰ τὸ μὴ ἔχειν μικρὰν ζύμην, ἣν πάντα τὰ τελούμενα ἀργά· καὶ μάλιστα τὰ τοῦ Σωτῆρος ῥήματα· ἃ τινα μεταποιοῦσι τὸν ἄρτον καὶ τὸν οἶνον σὺν τῷ ὕδατι, εἰς σῶμα καὶ αἷμα αὐτοῦ· ἀλλὰ καὶ τοῦτο οἱ μὴ τῇ συνόδῳ ἑπόμενοι, ἀρνοῦνται· καὶ οὐ πείθονται πιστεύειν ὡς ἡ Ἐκκλησία νομοθετεῖ, ὅτι ἐν τῇ Κυριακῇ φωνῇ ἐκείνῃ, τῇ λεγούσῃ· « Λάβετε, φάγετε, τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα, καὶ τοῦτό μού ἐστι τὸ αἷμα, » τὸ μυστήριον τελεῖται· ἀλλὰ μετὰ ταῦτα, ἐν τῷ λέγειν, φασὶ, « Καὶ ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον, τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου· » μὴ συνιέντες ὅτι τὸ μυστήριον τοῦτο τῆς ἱερᾶς τελετῆς, ὁ Χριστὸς παρέδωκε· καὶ ἄλλους λόγους οὐκ εἶπεν, ἢ τούτοις καὶ μόνον, τὸ, « Λάβετε, φάγετε· » καὶ τὸ, « Πίετε πάντες. » Καὶ οὔτε ποίησον εἶπεν, οὔτε τἄλλα ὅσα ἡμεῖς λέγομεν. Οὗτοι γὰρ οἱ λόγοι καὶ μόνοι τὴν ἰσχὺν ἔχουσι· τὰ δ' ἄλλα πάντα ὅσα δῆτα καὶ λέγομεν εὐχόμενοι, ὑπὲρ ἡμῶν ταῦτα λέγονται· ἵν' ὅπως ἀξιωθῶμεν τοιούτου αἵματος κοινωνῆσαι, καὶ τοιούτου σώματος ἅψασθαι. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῇ παραδόσει τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος, ἄλλους λόγους οὐκ εἶπεν, ἢ, « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· » καὶ οὗτοι οἱ λόγοι ἐνεπέμειναν τύπος τοῦ μυστηρίου, ὡς

A ut cupiditati qua ardebant inservirent cædem hanc perpetrandi, nam tempus Christus non transgressus est Paschatis, cum vespere id comedisset. Sed ii cuncta audebant, omnesque leges conculcabant: nam quia vehementer ira æstuabant, nec eum interficere poterant, quamvis id sæpe aggressi essent, tunc cum ipsum inopinato comprehendissent, maluerunt Pascha omittere, ut cupiditatem eum jugulandi explerent.» Audis eos tempus et legem transgressos esse, Christum non transgressum esse? Ubi sunt qui dicunt eum anticipasse?

His igitur ita se habentibus, et ita liquido comprobatis, Christum sacris apostolis azymum in die B Azymorum tradidisse (existimo enim quod si tunc Azymorum hora non institisset, in fermento mysterium tradidisset, volens omnino illud tradere, nihili faciens utrum in fermento vel azymo id faceret, sciens materiam et substantiam esse panis ex tritico constantis), quo pacto reprehendemus eos qui in azymo sacrificant? qua ratione adversabimur, cum sacra synodus in suo decreto jubeat utroque modo Christi corpus confici posse, in azymo scilicet et fermentato? quod Ecclesia sacra profecto a sacris accepit apostolis; sacri enim apostoli extra tempus Azymorum fracto pane sacrificium peragebant, nec ullibi apparet eos azymum postulasse. Et rursus in diebus Azymorum, cum Jerusalem fermentatum non reperiretur, omisso fermentato sacrificium peragebant: nam certo sciebant satis esse si ex tritico constaret, nec quia parum fermenti haberent, quæ fiebant idcirco fuissent omnia irrita, potissimum vero Domini verba, quæ panem et vinum cum aqua in corpus et sanguinem ejus transmutant. Cæterum et hoc abnegant qui synodum non sequuntur: nec suaderi volunt, nec credere quod sancit Ecclesia, quod in Dominica ea voce, quæ dicit, « Accipite, comedite, hoc est corpus meum,» et «Hic est sanguis meus,» mysterium peragitur; sed post hæc, cum dicitur (aiunt), « Et panem hunc effice venerabile corpus Christi tui, » non percipientes, quod hoc sancti sacrificii mysterium Christus tradidit: nec alia præter ea verba D dixit, nisi, « Accipite, comedite, et bibite omnes,» non effice dixit, neque cætera quæ nos dicimus, quippe cum hæc tantum verba vim haberent; cætera omnia quæ dicimus, pro nobis orantes dicimus, ut huic sanguini communicare atque hoc corpus tangere mereamur. Quemadmodum enim cum baptisma traderet salutare, alia verba non dixit quam, « Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti: » et ea verba manserunt forma sacramenti, quippe quibus prolatis baptisma perficiatur, reliqua, quæ dicimus pro nobis, pro baptizato simul et pro susceptore dicimus, ita et ibi dicit ad discipulos Christus, « Accipite, comedite, etc., hoc facite in meam commemorationem: » nihilque aliud dixit,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

eaque sunt quæ panem in Christi corpus transmutant et vinum in sanguinem. Id mecum rursus testabitur aurea lingua præditus Joannes, homilia in mysticam Salvatoris cœnam, et in mysteriorum traditionem : in quo, et contra Judæos, principium sermonis, « Pauca, inquit, hodie necessaria sunt, » in hac homilia post multa dicit : « Christus ipse adest, qui mensam hanc exornat. Nam qui mensam illam ornavit, idem nunc etiam hanc exornat, quia homo non est, qui ea quæ proponuntur efficit sanguinem et corpus Christi, sed ipse Christus pro nobis crucifixus. Astat sacerdos figuram tantum adimplens, adhibetque preces, ea verba proloquens ; gratia et vis Dei est, quæ cuncta operatur. « Hoc est corpus meum, » dicit. Hoc verbum quæ in manibus habemus transmutat. Ac ut ea vox quæ dicit, « Crescite, et multiplicamini, et replete terram, » semel prolata, in omne tamen ævum peragitur, ad filiorum procreationem nostræ naturæ vires subministrans : ita et hæc vox ab ea divina lingua semel prolata, id est, « Hoc est corpus meum, » in singulis Ecclesiæ altaribus illius verbi vis, usque ac hanc diem et adventum ipsius sacrificium perfectum operatur. » Si hoc verbum igitur ea quæ proposita sunt in corpus et sanguinem Christi transmutat, et tremenda mysteria efficit, mirandum utique erit, si non possunt ea esse perfecta quia exiguo fermento carent, præsertim cum hac materia Christus mysterium peregerit, ut ante probatum est.

τούτων λεγομένων, τὸ βάπτισμα τελειοῦσθαι· τὰ δὲ λοιπὰ ὅσα λέγομεν, ὑπὲρ ἡμῶν καὶ τοῦ βαπτιζομένου ἅμα καὶ ἀναδόχου ταῦτα λέγομεν, οὕτω καὶ φησιν ὁ Χριστὸς πρὸς τοὺς μαθητὰς, « Λάβετε, φάγετε, » καὶ τὰ ἑξῆς· « τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· » καὶ οὐδὲν ἄλλο ἔφη· καὶ οἱ λόγοι εἰσὶν οὗτοι οἱ μεταρρυθμίζοντες τὸν ἄρτον εἰς σῶμα Χριστοῦ, καὶ τὸν οἶνον εἰς αἷμα. Τοῦτο δ' αὖ συμμαρτυρήσει μοι καὶ ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς Ἰωάννης, ἐν τῇ ὁμιλίᾳ αὐτοῦ τῇ εἰς τὸν μυστικὸν δεῖπνον τοῦ Σωτῆρος, καὶ εἰς τὴν παράδοσιν τῶν μυστηρίων· ἐν ᾧ καὶ κατὰ Ἰουδαίων· ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ λόγου, « Ὀλίγα φησὶν ἀνάγκη σήμερον· » ἐν ταύτῃ δὲ τῇ ὁμιλίᾳ, μετὰ πολλὰ φησι, « Πάρεστι Χριστὸς ἐκεῖνος τὴν τράπεζαν ταύτην κοσμῶν. Ὁ γὰρ τὴν τράπεζαν ἐκείνην κοσμήσας, οὗτος καὶ ταύτην διακοσμεῖ νῦν. Οὐ γὰρ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ ποιῶν τὰ προκείμενα γενέσθαι σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ, ἀλλ' αὐτὸς ὁ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν Χριστός. Σχῆμα πληρῶν μόνον, ἔστηκεν ὁ ἱερεὺς καὶ προσφέρει τὴν δέησιν, τὰ ῥήματα φθεγγόμενος ἐκεῖνα· ἡ δὲ χάρις καὶ ἡ δύναμις ἐστι τοῦ Θεοῦ, ἡ πάντα ἐργαζομένη. Τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα, φησί· τοῦτο τὸ ῥῆμα, τὰ προκείμενα μεταρρυθμίζει. Καὶ καθάπερ ἐκείνη ἡ φωνὴ ἡ λέγουσα, « Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, » ἐρρέθη μὲν ἅπαξ, διὰ παντὸς δὲ τοῦ χρόνου γίνεται ἔργον, δυναμοῦσα τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν πρὸς παιδοποιΐαν, οὕτω καὶ αὕτη ἡ φωνὴ, ἅπαξ λεχθεῖσα παρὰ τῆς θείας γλώττης ἐκείνης, τὸ, « Τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα, » καθ' ἑκάστην τράπεζαν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις καὶ ἄχρι τῆς αὐτοῦ παρουσίας, τὴν θυσίαν ἀπηρτισμένην ἐργάζεται. » Εἰ οὖν τοῦτο τὸ ῥῆμα εἰς σῶμα Χριστοῦ καὶ αἷμα τὰ προκείμενα μεταποιεῖ, καὶ φρικτὰ μυστήρια ἀπεργάζεται, ἀδυνατεῖ δὲ ταῦτα εἶναι τέλεια, διὰ τὸ μὴ ἔχειν μικρὰν ζύμην, θαῦμα ἂν εἴη· καὶ ταῦτα τῇ ὕλῃ ταύτῃ τοῦ Χριστοῦ τελέσαντος τὸ μυστήριον ὡς προαποδέδεικται.

ἐκείνου τοῦ ῥήματος ἡ δύναμις, μέχρι τῆς σήμερον,

VII.

Ut autem intelligant quæ ad hoc mysterium necessaria sunt, et quid necessarium ad hoc sacrificium sit, ne in disquirendo de azymo vel fermentato laborent, etiam hæc adjungemus. Materiam primum panis ex tritico, et vinum scilicet ex vite. Secundum, Christi verba, id est: « Hoc est corpus meum, » et, « Hic est sanguis meus. » Tertium, sacerdos : nam qui sacerdos non est, id est, qui gradum sacerdotalem non habet, sacrificium nunquam conficiet. Quartum, scientia, id est, sacerdotem in primis intentionem habere ad ea dona quæ proponuntur, non alio mentem deflectere. Quintum, altare, id est, mensa a pontifice consecrata. Hæc necessaria sunt et sola, quamvis ultimum non sit ut cætera necessarium. Sin autem hæc omnia otiosa sunt quia exiguo, sed acido fermento carent, maxima utique admiratione dignum est, cum altare, intentio, sacerdos, materia, et quod maximi præcipue momenti est, Christi verba, quæ proposita in sanguinem et corpus transmutant, per quæ cœlum constructum est, terra fundata et omnia constituta, sine fermento nihil possint, hoc non est, sanæ mentis commentum, sed mentis prorsus dementis. Admiror etiam qua de causa vinum non

Ζ'.

Ἵνα δὲ μάθωσιν ἃ εἰσὶν ἀναγκαῖα πρὸς τὸ μυστήριον, καὶ τί ἀναγκαῖον πρὸς τὴν θυσίαν ἐστὶ, καὶ μὴ ἐρευνᾷν ἔχωσιν ἄζυμον καὶ ἔνζυμον, καὶ ταῦτα προσθήσομεν. Πέντε ὀφείλει εἶναι ἐν τῇ θυσίᾳ. Πρῶτον ἡ ὕλη, ἄρτος ἐκ σίτου· καὶ οἶνος, δηλαδὴ ἐξ ἀμπέλου. Δεύτερον, οἱ τοῦ Χριστοῦ λόγοι· τὸ, « Τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα· » καὶ, « Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου. » Τρίτον, ὁ ἱερεὺς, οὐ γὰρ ἀνίερος, θυσίαν ποιήσει ποτέ· τουτέστι, μὴ ἔχων βαθμὸν ἱερωσύνης. Τέταρτον, εἴδησις· τουτέστι, προηγουμένως ἔχειν τὸν σκοπὸν τὸν ἱερέα πρὸς τὰ προκείμενα δῶρα, καὶ μὴ ἀλλαχοῦ τὸν νοῦν ἀναφέρειν. Πέμπτον, τὸ θυσιαστήριον, τουτέστι, καθιερωμένη τράπεζα παρὰ ἀρχιερέως· ταῦτα γὰρ εἰσιν ἀναγκαῖα καὶ μόνα, εἰ καὶ μὴ οὕτως ἀναγκαῖον τὸ ἔσχατον ὡς τὰ ἄλλα. Εἰ δὲ ταῦτα πάντα ἀργὰ, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ὀξώδη μικρὰν ζύμην, θαῦμα ἂν εἴη μέγιστον· ὅτι καὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ ὁ σκοπὸς, καὶ ὁ ἱερεὺς, καὶ ἡ ὕλη, καὶ μάλιστα τὸ καιριώτερον, οἱ τοῦ Χριστοῦ λόγοι, οἵτινες μεταποιοῦσι τὰ προκείμενα εἰς σῶμα καὶ αἷμα, δι' ὧν ὁ οὐρανὸς ἤδρασται, γῆ ἐθεμελιώθη, καὶ τὰ πάντα συνίστανται, οὐδὲν ἰσχύουσιν ἐκτὸς τῆς ζύμης· τοῦτο οὐ διανοίας ἐστὶν ὑγιοῦς εὕρημα, ἀλλὰ διανοίας, πάσης ἀνοίας. Πῶς δὲ οὐκ ἐγκαλεῖτε

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἡμῖν καὶ διὰ τὸν οἶνον, θαυμάζω, ὅτι ἐρυθρὸν πολλάκις προσφέρομεν, ἢ λευκὸν, ἢ ἡδὺν, ἢ αὐστηρὸν, ἀλλὰ μόνον περὶ τοῦ ἄρτου. Ὥσπερ γὰρ εἴρηκεν, ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου, καὶ οὐ διεῖλε λευκὸν, ἢ ἐρυθρὸν, οὕτω καὶ περὶ τοῦ ἄρτου· εἰπὼν ἄρτον, οὐ διεῖλεν, ἔνζυμον ἢ ἄζυμον, ἢ λευκὸν ἢ μέλανα, ἢ ἡδὺν ἢ ὀξώδη· διὰ τοῦτο ἡ Ἐκκλησία στέργει ἀδιαφόρως ἀμφότερα· ἰδοῦσα γὰρ ἡ ἱερὰ σύνοδος ἀκριβῶς, ὅτι ἄρτος ἐστὶν ἀμφότερον, ἀναμφιβόλως ἱερουργεῖ· καὶ οὐ μέμφεται θάτερον· καὶ ταῦτα μᾶλλον ὡς προαποδέδεικται, τοῦ Χριστοῦ τελέσαντος ἄζυμον. Οὐκοῦν ἀδίκως ἐγκαλεῖτε τῇ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, τῇ οὕτως κελευσάσῃ· καὶ ἀδίκως ἡμᾶς τοὺς αὐτὸ στέργοντας καὶ ὁμολογοῦντας, συκοφαντεῖτε καὶ διασύρετε.

A improbatis, cum rubrum sæpe offeramus, aut album, vel dulce, vel austerum, sed panem tantum. Nam quemadmodum de genimine vitis dixit, nec album distinxit a rubro, ita et de pane dicens, panem non distinxit fermentatum ab azymo: vel album, vel nigrum, vel dulcem, vel acidum; propterea utraque sine ullo discrimine amplectimur. Noscens enim plane sacra synodus utrumque panem esse, promiscue sacrificat, nec alterutrum reprehendit, præsertim cum Christus in azymo confecerit, ut antea ostensum est. Ergo injuria œcumenicam insimulatis synodum, quæ sic jubet, et injuria nos, qui eam sequimur et confitemur, calumniamini et suggillatis.

Ὡς ἂν δὲ καὶ Νικηφόρου Καλλίστου, τοῦ Ξανθοπούλου μνησθῶ, ἔπεισί μοι καὶ σφόδρα γελᾷν· ὃς ἐφιλοτιμήθη μὲν συγγράψαι τὰ ἐν τῷ Τριῳδίῳ νῦν εὑρισκόμενα συναξάρια· τῇ ῥύμῃ δὲ τῆς κακίας τοῦ σχίσματος κινηθεὶς, ἔγραψε καὶ περὶ τῆς προκειμένης ἡμῖν ὑποθέσεως, μεγάλα καὶ θαυμαστά. Ὅτι δὲ ταῦτα ἐν Κωνσταντινουπόλει οὐκ ἀνεγινώσκοντο, πάντες ἴσασι· καὶ οὐ δεῖ με περαιτέρω προβαίνειν· ἐν ταύτῃ μόνον τῇ πόλει τινὲς κατέταξαν ἐν τῷ τριῳδίῳ ὡς εὑρίσκονται. Ὅτι δὲ λίαν ἀσυλλόγιστα, ὁ βουλόμενος ἀναλεξάσθω τὰ αὐτῷ εἰρημένα, καὶ εὑρήσει αὐτὸν ἐν πολλοῖς ἑαυτῷ ἀντιλέγοντα. Τί δὲ τὸ φοβερὸν αὐτοῦ λόγιον, καὶ ὡς αὐτῷ δοκεῖ, ἀναντίῤῥητον; Τῇ μεγάλῃ Πέμπτῃ, εἰς τὴν παράδοσιν τῶν μυστηρίων, μετὰ πολλὰ καὶ ἄλλα, φησίν. « Ὅρα ὅπως ἄρτον λέγει τὸ σῶμα αὐτοῦ, οὐ μὴν ἄζυμον· αἰσχυνέσθωσαν οἱ τῇ θυσίᾳ ἀζύμους προσφέροντες. » Τοῦτο δ' ὡς φοβερώτατα παρ' αὐτοῦ εἰρημένον, ἄνω καὶ κάτω προβάλλονται οἱ ἐκείνῳ ἑπόμενοι, ἐκεῖνός γε μὴν δοκεῖ λέγειν τι· οὐδὲν δὲ, ὡς δειχθήσεται. Καὶ γὰρ ἡμεῖς μαθηταὶ ὄντες τοῦ φήσαντος, « Εἰρήνην διώκετε, » οὐχ ὑβρίζομεν αὐτὸν, ὡς ἐκεῖνος ἡμᾶς· ἀλλ' ἡ ἀπολογία ἣν ποιησόμεθα πρὸς τοὺς αὐτοῦ λόγους, αὐτὴ καὶ μόνη ὕβρις πρὸς αὐτὸν λογισθήσεται· ὅτι διδάσκαλος οἰόμενος εἶναι, ἐξελέγχεται παρ' ἡμῶν, ἀμαθῶν ὄντων· καὶ δή φαμεν, ὡς ἐκεῖνος καθ' ἑαυτὸν λογιζόμενος συγγράψαι ἐναντίον τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ, διολισθήσας ἐπιτηδείως, κατωφερεῖ βόθρῳ κατὰ κεφαλῆς ἔπεσε. Εἰπὼν γὰρ, « Ὅρα ὅπως ἄρτον λέγει τὸ σῶμα αὐτοῦ, οὐ μὴν ἄζυμον, » ἐπελάθετο ὅτι καὶ ὁ ἄζυμος, ἄρτος καλεῖται. Ἔδοξε γὰρ αὐτῷ, ὡς ὅταν λέγῃ τις ἄρτον, τὸν ἔνζυμον δεῖ νοεῖν· ἀλλ' οὐ δύναται τοῦτο δεῖξαι· ὅτι πολλαχοῦ τῆς Γραφῆς, καὶ ὁ ἄζυμος, ἄρτος λέγεται. Φησὶ γὰρ ἡ ἱερὰ Γραφή· « Καὶ λαβὼν τοὺς ἄρτους τοὺς ἀζύμους. » Καὶ ἔτι ἐν τῇ Ἐξόδῳ, « Λήψῃ μοσχάριον ἐκ βοῶν ἕν, καὶ κριοὺς ἀμώμους δύο, καὶ ἄρτους ἀζύμους πεφυραμένους ἐλαίῳ, καὶ λάγανα ἄζυμα κεχρισμένα ἐν ἐλαίῳ· σεμίδαλιν ἐκ πυρῶν ποιήσεις αὐτὰ, καὶ ἐπιθήσεις αὐτὰ ἐπὶ κανοῦν ἕν. » Καὶ μετ' ὀλίγα, « Καὶ λήψῃ ἄρτον ἕνα ἐξ ἐλαίου, καὶ λάγανον ἓν ἀπὸ τοῦ κανοῦ τῶν ἀζύμων τῶν προ-

B Ut autem Nicephori Callisti Xanthopuli mentionem faciam, subit mihi admodum ridere: qui ambitiose contendit, ea quæ nunc in Triodio synaxaria reperiuntur, conscribere; impetu vero pravitatis motus, do proposito nobis argumento magna et admirabilia scripsit. Sed quod ea Constantinopoli non legerentur, omnibus est compertum: nec oportet me ulterius procedere. In hac urbe tantum quidam in Triodio quemadmodum inveniuntur collocaverunt, esse autem ea valde irrationabilia si quis scire desiderat, legat quæ ipse composuit, reperietque eum in plerisque sibi ipsi pugnantem esse. Sed quodnam est tremendum ejus oraculum, et, ut sibi videtur, insolubile? In quinta magna feria in mysteriorum traditionem C post alia multa dicit: « Vide, ut panem vocet corpus suum, non tamen azymum. Erubescant qui in sacrificio azymos adhibent. » Id ut terribile admodum ab eo dictum, sursum deorsum ejus sectatores objectant; atque is aliquid videtur dicere, nil autem dicit, ut demonstrabitur. Etenim nos cum discipuli ejus simus, qui dicit, Pacem sequimini, injuria eum non afficimus (1), ut ille nos: sed responsio tantum, quam adversus ejus sermones afferemus, pro injuria reputabitur: qui cum magistrum se esse opinetur, a nobis, qui docti non sumus, convincitur. Ideo dicimus quod ille secum versans adversus catholicam Ecclesiam scribere, apertissime lapsus in præcipitem foveam pronus D cecidit. Nam cum dixisset, « Vide quod panem corpus suum dicit, non azymum, » oblitus est quod et azymus panis appellatur. Visum est enim ipsi oportere cum quis panem dicit, de fermentato tantum intelligi; at hoc probare non potest, quia in multis Scripturæ locis azymus etiam panis dicitur. quia sacra Scriptura dicit, « Tolle azymos panes; » et in Exodo, « Tolle vitulum ex armento unum, et arietes duos immaculatos, panesque azymos oleo conspersos, lagana quoque azyma oleo lita, de simila triticea cuncta facies; et posita in canistro offeres. » Et post pauca: « Tolles panis unius crustulam conspersam oleo, laganum unum de canistro

(1) Contra Ephesium

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

azymum, quod positum est in conspectu Domini.» Ac Theodoritus in expositione in prophetam Daniel dicit, «Panis dicitur fermentatus, et azymus.» Vides ut et azymus vocatur panis? Quomodo hujus oblitus es, bone Nicephore? Jure Nicephorus vocatus es, quia in foro sedentes plebeios homines vicisti (1), non qui in excelso sedent et rationis participes sunt. Sed aliquis fortasse dicet, imo pro nobis hoc est : nam ubi apponitur adjectivum, ibi cognoscitur et res : ubi quidem cum adjectivo ponitur panis, id est azymus, tunc est et intelligitur azymus; ubi vero adjectivum non ponitur, id est azymus, tunc necessario intelligitur fermentatus. Hic igitur Christus cum nil aliud nominaverit nisi simpliciter panem, aperte protulit esse fermentatum. Juste ergo apud Xanthopulum scriptum est quod panem dicit corpus suum, non tamen azymum. At nos facile contrarium demonstrabimus, id est, quod cum panis simpliciter dicitur sine adjectivo, azymus esse reperitur, nec effugere poteris responsionem, cum sit apertissima. Dies resurrectionis Domini tertia dies erat legalis Paschatis, ut evangelista dicit cum Jesu colloquens : « Et nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie quod hæc facta sunt.» « In hac igitur die ibant duo ex discipulis ejus in castellum, quod aberat spatio stadiorum sexaginta ab Jerusalem, nomine Emaus.» Et paulo post dicit : «Ac coegerunt eum, Jesum scilicet, dicentes, Mane nobiscum ; quoniam advesperascit, et inclinata est jam dies. Eorum igitur precibus cum assensisset, intravit, ut maneret simul cum eis. Et factum est dum recumberet cum eis, accepit panem, et benedixit, et fregit, et porrigebat illis.» Et post pauca : «Et cognoverunt, ait, ipsum in fractione panis [46],» Quodnam candidius hoc vel purius afferetur argumentum iis qui contendere nolunt, nec scandala amplectuntur? Panem simpliciter hic dicit D. Lucas, neque fermentatum, neque azymum. Quodnam igitur erat cogitemus, nec oculos ita adversus clarissima occludamus; nam ut cognitus ab illis est in fractione panis, sic et a nobis dignoscetur, si disquirere voluerimus, quia non ita hebetes sumus, ut veritatem non videamus. Quamvis enim in philosophorum et rhetorum litteris versati non simus, at naturam ipsam pro doctore nobis comparavimus, quæ optime veritatem dignoscere potest et falsum coarguere, et quod melius est a pejore discernere. Quid ergo dicemus? Fermentatum erat. Absit. Quonam modo? Tertia erat dies legalis Paschatis, nec poterant qui cum Jesu simul ibant Cleophas et Lucas, nisi azymum ferre ab urbe Jerusalem profecti. « Septem diebus, inquit lex, azyma comedetis, et nequaquam fermentata. » Nam subdit, « Quicumque comederit fermentatum, peribit anima illa ex Israel. » Si ergo hæc vera sunt, quo pacto ibi potuit fermentum reperiri, lege vetante id confici a quartadecima die usque ad vicesimam primam

[46] Luc. xxiv, 21 seqq.

(1) Nicephorus, quasi *vincens forum*.

A τεθειμένων ἐναντι Κυρίου. » Καὶ Θεοδώριτος ἐν τῇ ἐξηγήσει τῇ εἰς τὸν προφήτην Δανιὴλ, φησίν· « Ἄρτος γὰρ λέγεται, καὶ ὁ ζυμίτης καὶ ὁ ἄζυμος. » Ὁρᾷς, πῶς καὶ ὁ ἄζυμος ἄρτος καλεῖται; Πῶς ἐπελάθου τούτου, ἀγαθὲ Νικηφόρε ; Εἰκότως ἐκλήθης Νικηφόρος· ὅτι τοὺς καθημένους ἐπὶ τοὺς φόρους, ἰδιώτας ἀνθρώπους ἐνίκησας, οὐ μὴν δὲ τοὺς προκαθημένους ἐν ὑψηλοῖς, καὶ τοὺς μετόχους τοῦ Λόγου. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις, ὅτι ὑπὲρ ἡμῶν ἐστι τοῦτο· ἔνθα γὰρ τίθεται καὶ τὸ ἐπίθετον, ἐκεῖ γνωρίζεται καὶ τὸ πρᾶγμα· ἔνθα μὲν τίθεται ἄρτος μετὰ τοῦ ἐπιθέτου, ἤτοι τοῦ ἄζυμος, τότ' ἐστὶ καὶ νοεῖται ἄζυμος· ἔνθα δὲ οὐ τίθεται τὸ ἐπίθετον, τουτέστιν ἄζυμος, τότ' ἀναγκαίως νοεῖται ὁ ἔνζυμος. Ἐνταῦθα τοίνυν καὶ ὁ Χριστὸς μὴ ἐπονομάσας ἄλλο εἰ μὴ B ἁπλῶς ἄρτον, διαῤῥήδην εἶπεν ὡς ἔνζυμός ἐστιν. Οὐκοῦν καλῶς εἴρηται παρὰ τῷ Ξανθοπούλῳ, ὅτι ἄρτον λέγει τὸ σῶμα αὐτοῦ, οὐ μὴν ἄζυμον. Ἀλλ' ἡμεῖς δείξομεν ῥᾳδίως τὸ ἐναντίον· ὡς ὅταν λέγηται καὶ ἁπλῶς ἄρτος χωρὶς τοῦ ἐπιθέτου, εὑρίσκεται ἄζυμος εἶναι, καὶ οὐ δυνήσῃ φυγεῖν τὴν ἀπολογίαν, φανερωτάτην οὖσαν. Ἡ ἡμέρα τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου, ἦν τρίτη ἡμέρα τοῦ Πάσχα τοῦ νομικοῦ, ὥς φησιν ὁ εὐαγγελιστής, διαλεγόμενος μετὰ τοῦ Ἰησοῦ, τὸ, « Ἀλλά γε σὺν πᾶσι τούτοις, τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον, ἀφ' οὗ ταῦτα ἐγένετο. » Ἐν αὐτῇ οὖν τῇ ἡμέρᾳ ἦσαν πορευόμενοι δύο ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, εἰς κώμην ἀπέχουσαν σταδίους ἑξήκοντα ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, ᾗ ὄνομα Ἐμμαούς. » Καὶ C μετὰ μικρόν φησι· « Καὶ παρεβιάσαντο αὐτὸν, δηλονότι τὸν Ἰησοῦν, λέγοντες, Μεῖνον μεθ' ἡμῶν, ὅτι πρὸς ἑσπέραν ἐστὶ, καὶ κέκλικεν ἡ ἡμέρα. Ἐπινεύσας οὖν τῇ αἰτήσει αὐτῶν, εἰσῆλθε τοῦ μεῖναι σὺν αὐτοῖς. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακλιθῆναι αὐτὸν μετ' αὐτῶν, λαβὼν τὸν ἄρτον εὐλόγησε· καὶ κλάσας ἐπεδίδου αὐτοῖς. » Καὶ μετ' ὀλίγα, « Καὶ ὡς ἐγνώσθη, φησὶν, αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου. » Τούτου τί ἂν γένοιτο λευκότερον ἢ καθαρώτερον γνώρισμα, τοῖς μὴ φιλονεικεῖν ἐθέλουσι, καὶ τοῖς τὰ σκάνδαλα μὴ ἀγαπῶσιν ; Ἁπλῶς ἄρτον λέγει ἐνταῦθα ὁ θεῖος Λουκᾶς· καὶ οὔτε ἔνζυμον λέγει, οὔτ' ἄζυμον. Τί ἄρα ἦν, ἐννοήσωμεν, καὶ μὴ τοὺς ὀφθαλμοὺς καμμύσωμεν οὕτω πρὸς τὰ φανότατα· καὶ γὰρ ὡς ἐγνώσθη αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, οὕτω καὶ ἡμῖν D γνωσθήσεται, εἰ θελήσομεν ἐξετάσαι· οὐ γὰρ ἐσμεν τοσοῦτον ἀσύνετοι, ὥστε μὴ ἰδεῖν τὴν ἀλήθειαν. Εἰ γὰρ καὶ μὴ φιλοσόφοις ἢ ῥήτορσιν ἐνετρυφήσαμεν λόγοις, ἀλλὰ τὴν φύσιν αὐτὴν διδάσκαλον ἐπλουτήσαμεν· ὅτι μάλιστα ξυνιδεῖν τἀληθὲς δυναμένην, καὶ διελέγξαι τὸ ψεῦδος, καὶ διακρῖναι τὸ κρεῖττον ἀπὸ τοῦ χείρονος. Τί οὖν ἐροῦμεν ; Ἔνζυμον ἦν, ἄπαγε. Πῶς γάρ ; Τρίτη ἦν ἡμέρα τοῦ νομικοῦ Πάσχα, καὶ οὐκ ἠδύναντο οἱ συμπαραπορευόμενοι τῷ Ἰησοῦ, Κλεώπας τε καὶ Λουκᾶς, βαστάζειν, εἰ μὴ ἄζυμον, ἐρχόμενοι ἀπὸ Ἱερουσαλήμ. « Ἑπτὰ ἡμέρας, φησὶν ὁ νόμος, ἔδεσθε ἄζυμα, καὶ μηδαμῶς ἔνζυμα. » Καὶ γὰρ ἐπάγει· « Ὃς ἂν φάγῃ ζυμωτὸν, ἐξολεθρευ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

θήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ συναγωγῆς υἱῶν Ἰσραήλ. » A
Εἰ οὖν ταῦτ' ἀληθῆ, πῶς ὤφειλεν ἐκεῖ εὑρεθῆναι ἔνζυμον, τοῦ νόμου κελεύοντος, μηδ' ὅλως εὑρίσκεσθαι ἀπὸ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης, ἕως τῆς εἰκάδος καὶ μιᾶς. τοῦ μηνός ; Ὥστε ἄζυμος ἦν. Εἰ μὲν γὰρ ἔνζυμος, κἀκεῖνοι παρανόμως ἐποίησαν προσφέροντες ἔνζυμον τῇ τῶν Ἀζύμων ἡμέρᾳ· καὶ ὁ Χριστὸς παραβάτης ἐδείκνυτο, κλάσας ἔνζυμον, καὶ ἐπιδοὺς αὐτοῖς· εἰ δ' ἄζυμος, ὥσπερ καὶ ἦν, μάτην ἐγκαλεῖτε ἡμῖν λοιπόν· καὶ γὰρ πληρωτὴς τοῦ νόμου ὑπάρχων ὁ Χριστὸς, οὐκ ἂν ἔκλασεν αὐτὸν, εἰ ᾔδει ὅτι ἔνζυμος ἦν· ἐπεὶ ἐν ταῖς ἀπηγορευμέναις ἡμέραις παρὰ τοῦ νόμου ἐποίει τοῦτο. Κἀκεῖνοι δὲ τὰ Ἰουδαϊκὰ ἔτι ἐφρόνουν, καὶ τὸν νόμον, ὡς ἔδει ἐτήρουν, οὐ μόνον τότε, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν τοῦ Κυρίου ἀνάληψιν. Οὐκοῦν ἕπεται διὰ τούτων ἁπάντων ἄζυμον εἶναι τὸν παρὰ τοῦ Ἰησοῦ κλασθέντα καὶ δοθέντα τοῖς δυσὶ μαθηταῖς.

mensis? Itaque erat azymus. Si enim fermentatus, ii legem violassent fermentatum in die Azymorum offerendo, et Christus transgressor evaderet, si fermentatum fregisset ac tradidisset. Si azymus (ut erat), temere tandem nos incusatis : nam cum auctor legis adimplendæ Christus esset, eum non fregisset, si fermentatum esse scisset, nam in diebus a lege vetitis id effecisset ; ii vero sicut Judæi sentiebant, et legem, ut oportebat, servabant, non eo tempore tantum, sed et post resurrectionem et Domini assumptionem. Ergo ex his omnibus sequitur, azymum exstitisse, qui a Jesu fractus duobus discipulis traditus est.

Η'.

Εἰ δέ τις ἀνοήτως καὶ τοῦτο εἴπῃ, ὅτι ἔξω τῆς Ἱερουσαλὴμ ἦσαν, καὶ ἠδύναντο ἔνζυμον φαγεῖν ἄρτον, ἐνθυμηθήτω ὅτι ὁ νόμος φησὶν, « Ἐν πάσαις ταῖς γειώραις καὶ αὐτόχθοσι τῆς γῆς· καὶ ἐν παντὶ κατοικητηρίῳ ὑμῶν, ἔδεσθε ἄζυμα καὶ οὐ ζυμωτόν· ὃς δ' ἂν φάγῃ, ἐξολοθρευθήσεται ἐξ Ἰσραήλ· » ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ δείπνῳ ἐν τῇ ἑσπέρᾳ τοῦ μυστηρίου, λαβὼν τὸν ἄζυμον ἐκεῖνον ἄρτον, καὶ κλάσας ἐπεδίδου τοῖς μαθηταῖς, εἰπὼν, « Λάβετε, φάγετε, » οὕτω κἀνταῦθα ἔπραξε. Διὰ τοῦτο καὶ ἔγνωσαν αὐτὸν, μεμνημένοι τοῦ τότε πραχθέντος· ὡσανεὶ μελετῶντες ἠρέμα, Ὁ διδάσκαλός ἐστιν, ὁ καὶ τῇ προλαβούσῃ τὸν ἄρτον κλάσας τοιουτοτρόπως, καὶ δεδωκὼς τοῖς ἀδελφοῖς. Βουλόμενοι δὲ ἅψασθαι αὐτοῦ, ἄφαντος ἀπ' αὐτῶν ἐγένετο. Ἢ πῶς ἐννοήσωμεν τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως, περὶ ὧν ὁ Χριστὸς λέγει, ἐν κεφαλαίῳ εἰκοστῷ τετάρτῳ τοῦ εὐαγγελιστοῦ Μάρκου ; Φησὶ γὰρ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, ὀνειδίζοντας τοὺς ἀποστόλους τίλλοντας τοὺς στάχυας, « Οὐκ ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαβὶδ, ὅτε χρείαν ἔσχε· καὶ ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ; Πῶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ ἐπὶ Ἀβιάθαρ ἀρχιερέως, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγεν, οὓς οὐκ ἔξεστι φαγεῖν εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι μόνοις, καὶ ἔδωκε καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ οὖσιν ; » Ἐρωτῶμεν οὖν ὑμᾶς· οἱ ἄρτοι οὗτοι οἱ τῆς προθέσεως, ἔνζυμοι ὑπῆρχον, ἢ ἄζυμοι ; Εἰ μὲν ἔνζυμοι, Ἰουδαΐζομεν καὶ ἡμεῖς καθ' ὑμᾶς ἐνζύμους ἄρτους θυσίαν ποιοῦντες· εἰ δ' ἄζυμοι ἦσαν, ἄρα καὶ οἱ ἄζυμοι, ἄρτοι καλοῦνται. Ἔτι εἰ μὲν ἔνζυμοι ἦσαν οἱ ἄρτοι ἐκεῖνοι τῆς προθέσεως, ἔδει τὸν Χριστὸν παῦσαι τὴν θυσίαν τὴν δι' ἐνζύμων, ὡς παλαιάν τε καὶ νόμιμον, ἵνα μὴ τὰ ὅμοια τοῖς Ἰουδαίοις ποιῶμεν, καὶ ταύτην διδάξαι γίνεσθαι δι' ἀζύμων· εἰ δ' ἄζυμοι ἦσαν, καὶ ὁ ἄζυμος, ἄρτος καλεῖται. Ἐδείχθη οὖν ἱκανῶς, ἀγαθὲ Νικηφόρε, ὅτι καὶ ὁ ἄζυμος ἄρτος λέγεται, καὶ ἔστι, καὶ νοεῖται, χωρὶς τοῦ ἐπιθέτου. Ὥστε οὐδεὶς ἂν εὖ φρονῶν εἴποι, ὡς οὐ δυνάμεθα ἐννοῆσαι ἄζυμον δι' οὗ τὴν θυσίαν ἐποίησεν ὁ Χριστὸς, διὰ τὸ τὸν εὐαγγελιστὴν εἰπεῖν χωρὶς τοῦ ἐπιθέτου, ἄρτον λαβεῖν τὸν Χριστὸν τῇ τῶν Ἀζύμων ἡμέρᾳ καὶ τῇ ὥρᾳ τοῦ Πάσχα. Ἄζυμος ἦν ἄρα ὡς ἐδείχθη, καὶ ἄζυμον ἐννο-

VIII.

Si vero stolide quis dixerit, eos extra Jerusalem fuisse, et ita fermentatum comedere panem potuisse, reputet quod lex dicit : « In omnibus advenis et indigenis terræ, et in omni habitaculo vestro comedetis azyma, non fermentatum. Quicunque comederit, peribit ex Israel. » Nam veluti in cœna vesperi mysterii tempore azymo sumpto pane et fracto discubuit, discipulis dicens, « Accipite, comedite, » sic et hoc loco fecit. Idcirco cognoverunt eum, in memoriam revocando quæ tum gesta sunt, quasi tacite secum meditantes, Hic magister est qui die superiori panem fregit, eodem modo et fratribus tradidit, et cum voluissent eum tangere evanuit. Sed quomodo intelligamus de panibus propositionis, de quibus dicit Christus capite secundo apud Marcum evangelistam ; dicit enim ad Judæos objurgantes apostolos quod spicas vellebant : Nunquam legistis quid fecerit David quando necessitatem habuit, et esuriit ipse, et qui cum eo erant ? quomodo introivit in domum Dei sub Abiathar principe sacerdotum, et panes propositionis manducavit, quos non licet nisi sacerdotibus manducare, et dedit eis qui cum eo erant ? Percontamur igitur vos, panes propositionis fermentatine erant an azymi ? Si fermentati, nos etiam judaizamus, ut vos existimatis, in fermentatis panibus sacrificantes. Si vero azymi, ergo et azymi panes vocantur. Præterea si fermentati erant panes illi propositionis, sacrificium in fermentato Christum tollere oportebat, tanquam veterem et legalem, ne Judæos imitaremur, et in azymo sacrificium instituere et præcipere. Si azymi erant, ergo panis etiam azymus appellatur. Sufficienter igitur ostensum est, o bone Nicephore, quod et panis dicitur azymus, et est, intelligitur sine adjectivo. Quamobrem nemo prudens unquam dixerit nos nequaquam posse intelligere azymum, in quo sacrificium fecit Christus ; et quod sine adjectivo dixit evangelista, panem accepisse Christum in die Azymorum, et Paschatis tempore. Azymus ergo erat, et azymum intelligimus, ut jam ostensum est. His igitur ita expositis, argumentatiuncula a te adducta, quod na-

A adhibemus, et illi magna commoda et utilitates afferimus. Ubi sunt qui animarum post mortem purgationem non inveniri dicunt? Ecce Chrysostomus dicit, nec potest ei contradici. Sed sapientissimus iterum Nyssæorum episcopus, veluti cum his verbis decertans ait: « Nihil inconsulto neque absque emolumento a Christi præconibus et discipulis traditum est, sed res plena utilitatis est Deoque accepta, » commemoratio videlicet quæ habetur in divino et admirabili sacrificio pro his qui in fide obdormierunt. Audis Patrem hunc, quod nihil inconsulto, sed omni cum animadversione et ex traditione sanctorum apostolorum agit Ecclesia, quodque in divinis officiis de fidelibus mortuis commemorationem facere est utile admodum ac Deo gratum? B Vult enim omnium salutem animarum, et bonorum amator et dilector et misericors Deus. Nam quod dicit propheta, quod unicuique reddet secundum opera ejus, et metet quisque quod seminavit, et quæ sequuntur, de adventu omnino Conditoris, et de eo tremendo judicio dictum est, et de hujus mundi consummatione, quia tunc auxilii tempus præteriit, et omnis advocatio inutilis; nam dimisso conventu tollitur negotiationis commercium. Ubi tunc pauperes? ubi sacrificia? ubi psalmodiæ? ubi bona opera? Idcirco ante illud tempus mutuo nobis opitulemur, et Christo Deo, fratrum, hominum et animarum amatori, fraternæ charitatis officia præstemus; nam libenter admodum recipit, cupitque ut petamus, ut nostri amans Dominus; C is vero veluti dator munificus exhibebit quæ pro alterius salute postulantur eoque tempore plenissime flectitur, non solum quando quis de sua anima sollicitus est, verum etiam quando pro proximi anima omni studio laborat.

Δ'.

Τί δὲ καὶ ἡ μετὰ τὸν Μακάριον ἱστορία δηλοῖ· ὅταν τὸ ξηρὸν κρανίον ἠρώτησεν ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων, εἰ αἰσθάνωνται ὅταν τις ὑπὲρ αὐτῶν προσεύχηται· οὐκ ἀπελογήθη τὸ ξηρὸν ὀστοῦν, ὅτι μεγάλην ἄνεσιν καὶ ἀνακωχὴν ἔχουσιν, ὅταν ὑπὲρ αὐτῶν μνεία γίνηται; Ἔτι δὲ καὶ ἐν τοῖς τῶν ἁγίων γερόντων βίοις, σὺν πολλοῖς ἄλλοις, καὶ τοῦτο εὕρομεν· « Τίς τῶν θεοφόρων ἐκείνων ἀνδρῶν, μαθητὴν ἔχων ἐν ἀμελείᾳ βιοῦντα, καὶ τοῦτον πρὸς τὸ τοῦ βίου πέρας ῥᾳθύμως φθάσαντα, ὁ πανοικτίρμων καὶ φιλόψυχος Κύριος, μετὰ δακρύων αἰτησαμένου τοῦ γέροντος, ὡς τὸν κατὰ Λάζαρον πλούσιον, ἐν τῇ φλογὶ καυσούμενον μέχρι τραχήλου ὑπέδειξεν; Ὡς ἐντεῦθεν πολλὰ τοῦ ἁγίου πονήσαντος, καὶ σὺν δάκρυσι τὸν Θεὸν λιπαρήσαντος, μέχρι τῆς ζώνης πάλιν ὑπέδειξεν. Εἶτα καὶ αὖθις κόποις τοὺς κόπους τοῦ ἁγίου προσθήσαντος, παντελεύθερον καὶ τοῦ πυρὸς λελυτρωμένον ἐν ὀπτασίᾳ τῷ γερόντι δέδειχεν. Διὰ γὰρ τῆς ἀμελείας, τὴν κόλασιν ὑπέμεινες· διὰ τοῦτο καὶ εὐίλατος ἡ τοιαύτη ἁμαρτία. » Καὶ

IV.

Quid autem et historia quæ de Macario narratur ostendit, quando aridam calvariam percontatus est, an sit sensus mortuis cum pro iis oramus? Nonne respondit aridum os, magnum levamen et requiem sentire, quando pro iis fit commemoratio? Præterea D in Vitis Patrum una cum aliis multis et hoc inveni. Cum quidam ex his divinis hominibus discipulum haberet negligentius viventem, et in extremo vitæ in eadem inertia deprehensum, misericors et animarum amator Deus, multis cum lacrymis petente sene, tanquam divitem illum, de quo Lazari refert historia, eum ostendit, qui in igne cervice tenus tenebatur. Sed cum is vehementius instaret, et cum lacrymis Deum obsecraret, usque ad cinctum rursus ostendit: deinde iterum preces precibus addendo et impensius augendo, penitus liberum et ab igne solutum per visionem seni commonstravit: nam propter negligentiæ peccatum plectebatur, idcirco id facile expiari potest. At quis ordine poterit harum rerum testimonia recensere, quæ in sancto-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rum Vitis continentur, divinas dico revelationes, quæ liquido comprobant mortuis admodum prodesse oblatas pro iis preces, sacrificia et eleemosynas? Nihil enim deperit eorum quæ Deo mutuo dantur, sed magno cum fœnore nobis retribuuntur. Nunc igitur est tempus auxilii præstandi, nunc etiam sanctos nobiscum habemus, qui una legatione funguntur pro mortuis ac pro iis deprecantur: nam de futuro non datur legatio, quando conventus dimittetur, et omnis subsidii spes tolletur; nunc tempus negotiationis et commercii, tempus laboris et pœnitentiæ. Et beatus qui emollitus non est, spe delinitus et precibus; beatior qui pro se et proximo suo decertaverit; id enim magis oblectat misericordem Dominum et lætificat, festinare scilicet unumquemque ad subsidium proximo ferendum: hoc namque expetit misericors et vult, ut mutuo beneficia dum vivimus et post mortem præstemus. Ad hæc per sanctos apostolos incruentum sacrificium pro mortuis nobis tradidit, tertias, et nonas, et quadragesimas, anniversarias et commemorationes, et sacra, quæ absque controversia catholica et apostolica Ecclesia, ejusque in Deo congregatus et religiosissimus populus tenet inconcussa et firma. Solum schismaticorum sectatores eorumque nefarium concilium hæc non recipiunt; idcirco ea sustulerunt et decreverunt ne conventus agerentur, nec preces pro defunctis offerrentur, ac si omnis labor frustra post mortem insumeretur. At de his quidem satis, quoniam oportet et aliarum rerum ad fidelium ædificationem mentionem facere, in ignominiam vero eorum qui non recipiunt animarum post mortem purgationem et suffragia.

τίς ἂν δυνηθείη καθ' εἱρμὸν τὰς περὶ τούτων μαρτυρίας ἐκδιηγήσασθαι; τὰς ἐν τοῖς ὁσίων βίοις ἐντεταγμένας θείας ἀποκαλύψεις· ἐναργῶς παριστώσας καὶ μετὰ θάνατον μέγιστα τοὺς κατοιχομένους εὐεργετεῖν τὰς ὑπὲρ αὐτῶν γινομένας εὐχάς τε καὶ λειτουργίας καὶ ἐλεημοσύνας; Οὐδὲν γὰρ τῶν δανεισθέντων Θεῷ, ἀφανίζεται ὅλως· ἀλλὰ σὺν τόκῳ μεγίστῳ ὁ φιλάγαθος ἀνταμείβεται. Νῦν τοίνυν βοηθείας καιρός· νῦν καὶ τοὺς ἁγίους ἔχομεν μεθ' ἡμῶν συμπρεσβευτὰς ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων, καὶ δεομένους ὑπὲρ αὐτῶν. Ἐν γὰρ τῷ μέλλοντι πρεσβεία οὐκ ἔστιν, ὅτε ἡ λύσις τῆς πανηγύρεως ἥξει· καὶ βοηθείας οὐκ ἔστιν ἐλπίς· νῦν καιρὸς πραγματείας καὶ συναλλάγματος, καιρὸς κόπου καὶ μετανοίας. Καὶ μακάριος ὁ μὴ χαυνωθεὶς τῇ ἐλπίδι τε καὶ δεήσει· μακαριώτερος δὲ ὁ καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ ὑπὲρ τοῦ πλησίον ἀγωνισάμενος. Τοῦτο γὰρ μᾶλλον καὶ τέρπει καὶ κατευφραίνει τὸν φιλοικτίρμονα Κύριον· τὸ σπεύδειν ἕκαστον εἰς τὴν τοῦ πέλας βοήθειαν· τοῦτο καὶ θέλει ὁ ἐλεήμων καὶ βούλεται, ἵνα ὑπ' ἀλλήλων οἱ πάντες εὐεργετώμεθα, καὶ ζῶντες καὶ μετὰ θάνατον. Διὰ τοῦτο καὶ ἔδωκεν ἡμῖν διὰ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων καὶ τῶν μετ' αὐτοὺς θείων Πατέρων, ἀναιμάκτους θυσίας ὑπὲρ τῶν προλαβόντων ποιεῖν· καὶ τρίτα· καὶ ἕνατα· καὶ τεσσαρακοστά, καὶ ἐτησίους μνήμας, καὶ τελετάς. Ἃ πάσης ἀντιλογίας ἄνευ, ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία, καὶ ὁ ταύτης θεοσύλλεκτος καὶ πανευσεβὴς λαὸς ἀπαρασάλευτα κατέχει καὶ εὐδιάγνωστα. Μόνον οἱ τοῖς σχισματικοῖς ἑπόμενοι καὶ τῷ αὐτῶν συνεδρίῳ τῷ μιαρῷ, ταῦτα οὐκ ἀποδέχονται. Διὸ καὶ ἔπαυσαν ταῦτα, καὶ ἐθέσπισαν μὴ γίνεσθαι συνάξεις, μηδὲ δεῖσθαι ὑπὲρ τῶν προλαβόντων, ὡς ὅλως μὴ οὔσης ὠφελείας τινὸς μετὰ θάνατον. Τούτων μὲν ἅλις. Δέον δὲ καὶ ἄλλων ἱστοριῶν μνησθῆναι, εἰς θεραπείαν μὲν τῶν πιστῶν, εἰς αἰσχύνην δὲ τῶν μὴ δεχομένων τὴν τῶν ψυχῶν μετὰ θάνατον κάθαρσιν καὶ ὠφέλειαν.

Magnus igitur et vehemens Athanasius in oratione elegantissima in eos qui obdormierunt, hæc inquit: « Licet is qui religiose vita functus est, positus in cœlo fuerit, ne respuas cereos et oleum Deum deprecando, ad illius sepulcrum accendendum: quippe cum Deus hæc recipiat, quasi ex eo magna accedat retributio, quia oleum et cera est holocaustum, incruentum vero sacrificium, propitiatio: benefacere pauperibus est additamentum omnis probæ retributionis. » Audis holocaustum et propitiationem, et quodcunque aliud bonum pro defunctis salutare evadere adhibitis a nobis precibus? Rursus aurea lingua et aurea verba fundens Joannes, « Nisi, inquit, ante providisti in vita ea quæ ad animam pertinent ordinare, quanquam in exitu vitæ constitutus, jube tamen hæredibus tuis ut tua ad te transmittant, et tibi opitulentur bonis operibus adhibitis, eleemosynis dico et oblationibus, ut his tibi redemptionem concilies, nam is ea recipit et utilia sunt. »

Intellexisti aurea verba quid soneni. Quod si non ante providisti dum viveres Deo reconciliari, et

Ὁ μέγας τοίνυν καὶ πολὺς Ἀθανάσιος, ἐν τῷ εἰς τοὺς κοιμηθέντας αὐτοῦ παναρμονίῳ λόγῳ, τάδε φησίν· « Ὅτι κἂν εἰς ἀέρα ὁ ἐν εὐσεβείᾳ τελειωθεὶς κατετέθη, μὴ ἀπαναίνου κηροὺς καὶ ἔλαιον, Χριστὸν τὸν Θεὸν ἐπικαλούμενος, τῷ τάφῳ προσάψαι. Δεκτέα γὰρ ταῦτα Θεῷ καὶ πολλὴν ἐξ αὐτῶν φέροντα τὴν ἀντίδοσιν. Τὸ γὰρ ἔλαιον καὶ ὁ κηρὸς, ὁλοκαύτωσις· ἡ δέ γε ἀναίμακτος θυσία, ἐξιλασμός· ἡ πρὸς τοὺς πένητας εὐποιΐα, προσθήκη πάσης ἀγαθῆς ἀντιδόσεως. » Ἀκούεις ὅτι ὁλοκαύτωσις καὶ ἱλασμὸς καὶ πᾶν εἴ τι ἀγαθὸν ἄλλο καὶ σωτήριον, ὑπὲρ τῶν τεθνεώτων γίνεται, ἡμῶν προσευχομένων ὑπὲρ αὐτῶν; Εἶτ' αὖθις ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς καὶ χρυσόῤῥειθρος Ἰωάννης, « Εἰ οὐκ ἔφθασας, φησὶν, ὧν ἐν τῷ βίῳ, τὰ τῆς ψυχῆς σου πάντα διευθετῆσαι, κἂν ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου, ἐντείλαι τοῖς σοῖς μετὰ θάνατον παραμεταπέμψαι τὰ σὰ πρὸς σέ· καὶ βοήθειαν δοῦναί σοι δι' ἔργων ἀγαθῶν ἐλεημοσυνῶν λέγω, καὶ προσφορῶν κάντεῦθεν τὸν λυτρωτὴν καταλλάξειας· δεκτέα γὰρ αὐτῷ ταῦτα καὶ πρόσφορα. »

Ἐνόησας ἄρα καὶ τὸν χρυσοῤῥήμονα τί φησιν; Ὅτι εἰ οὐκ ἔφθασας ἐπὶ ζωῆς σου καταλλαγῆναι

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Θεῷ, καὶ ἱκανοποιῆσαι δια τῆς μετάνοίας, καὶ διὰ χρηστῶν ἔργων καθαρθῆναι, καὶ τῆς ἄνω μοίρας ὁλοσχερῶς γενέσθαι, κἂν ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου μετανοήσας, ἔντειλαι τοῖς σοῖς ἵνα προσφέρωσι θυσίας καὶ προσφορὰς καὶ ἐλεημοσύνας ὑπὲρ σοῦ· καὶ οὕτως ὀνήσουσί σε· δεκτέα γὰρ καὶ μάλα ταῦτα Θεῷ. Εἰ οὖν δεκτέα τὰ προσφερόμενα ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων, καὶ ὠφέλιμα ἄρα· οὐδεὶς γὰρ τὸ τῷ Θεῷ δεκτὸν, εἴποι ἂν ἀλυσιτελὲς ὑπάρχειν. Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς, « Γράψον, φησὶν, ἐν τῇ σῇ διατυπώσει, μετὰ τῶν τέκνων καὶ συγγενῶν, συγκληρονόμον καὶ τὸν δεσπότην· ἐχέτω σου ὁ χάρτης, τοῦ δικαστοῦ τὸ ὄνομα· καὶ μνήμης μὴ ἀμοιρείτω τῆς τῶν πτωχῶν· κἀγὼ τούτων ἐγγυητής. » Τί οὖν ἰσχύουσι ταῦτα πάντα εἰς βοήθειαν ψυχῶν, εἰ οὐκ ἔστι καθ' ὑμᾶς μετὰ θάνατον; διατί δὲ καὶ οἱ ἅγιοι ταῦτα παρέδωκαν; Ἄρα πλανῶνται; Μὴ οὕτω μανείημεν ὥστ' εἰπεῖν· ἀλλὰ λίαν ὀνησιφόρα καὶ θεάρεστα καὶ δεκτὰ Θεῷ· ὅτι πάντας θέλει σωθῆναι· καὶ πάντων τὴν σωτηρίαν βούλεται καὶ προνοεῖ συμφερόντως παντὶ τρόπῳ· καὶ καθ' ἑκάστην ἀμηγέπη διεγείρει τινὰς πρὸς τὴν τῶν ἄλλων ὠφέλειαν, ἵνα ὡς φιλάνθρωπος κἀν τούτῳ σώσῃ τινὰς πάντως. Ταῦτα ἀκούων τις τῶν ἐναντίων ἐρεῖ μάλα γαυριῶν καὶ τὴν ὀφρὺν ἐπαίρων, ὅτι τούτου τεθέντος ὅτι καθαίρονται μετὰ θάνατον, οἱ πάντες σωθήσονται, καὶ οὐδεὶς ἀστοχήσει. Καὶ εἰ οὐκ ἐγένετό τις ἅγιος ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ, ἄρα σώζεται μετὰ θάνατον, διὰ τῆς παρ' ὑμῶν λεγομένης καθάρσεως. Εὖγε τοῦτο, καὶ εἴθε ἐροῦμεν καὶ ἡμεῖς. Τοῦτο διψᾷ καὶ ἐφίεται ὁ φιλάνθρωπος καὶ φιλόψυχος καὶ φιλάγαθος Κύριος· καὶ ἐν τούτῳ χαίρει καὶ εὐφραίνεται, ἵνα μή τις τῶν αὐτοῦ δωρεῶν ἐκπέσῃ. Μὴ γὰρ διὰ τὸ σῶσαι τοὺς οὐρανίους νοῦς, ἐπὶ τῆς γῆς παραγέγονε; καὶ ἐκ τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας καὶ Θεοτόκου ἀδιαφθόρως σάρκα λαβὼν, βροτὸς ἐχρημάτισε καὶ θανάτου ἐγεύσατο; μὴ δι' αὐτοὺς τὰ γέρα καὶ τοὺς στεφάνους ἡτοίμασεν; μὴ τοῖς ἀγγέλοις ἐρεῖ, « Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν κληρονομήσατε βασιλείαν; » Οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν· οὐδείς ἐστιν οὕτως ἀνόητος ὥστ' εἰπεῖν· ἀλλὰ διὰ τὸν ἄνθρωπον πάντα εἰργάσατο. Διὰ τοῦτο καὶ πάντας θέλει σωθῆναι. Τίς γάρ ἐστιν ἐξ ἡμῶν, ὃς ποιήσας ἄριστον καὶ καλέσας τοὺς φίλους αὐτοῦ, οὐ θέλει πάντας ἐλθεῖν, καὶ τῶν αὐτοῦ καλῶν ἀπολαῦσαι; ἢ διὰ τί ἐκοπίασε ποιήσας τὴν πανδαισίαν, ἀλλ' ἢ διὰ τοὺς φίλους αὐτοῦ; Ἂν δὲ μὴ πάντες, ἤ τις, ἔλθωσι, πολλὴν ὁ φίλος τὴν ἀγανάκτησιν κέκτηται. Εἰ οὖν ἐν ἡμῖν τοῖς βροτοῖς ταῦτα, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ παναγάθου καὶ πανοικτίρμονος, πλουσιοδώρου τε καὶ ἀφθονοπαρόχου καὶ ἐλεήμονος Θεοῦ νομίσοι τις ἄν· ὃς θέλει πάντας σωθῆναι, καὶ τῆς αὐτοῦ ἀπολαύειν θείας εὐφροσύνης καὶ τέρψεως. Τοῦτο οὖν σκοπείτω πᾶς τις, ὅτι οὐ περὶ πάντων λέγομεν τῶν κεκοιμημένων ταῦτα ποιεῖσθαι, ὡς πολλάκις εἴρηται· καὶ νῦν τελεώτερον. Περὶ τῶν ἁγίων οὐκ ἔστι χρεία· περὶ τῶν ἀπηλπισμένων τε καὶ ἀπεγνωσμένων, οὐκ ὠφέλιμον· ἕπεται ὑπὲρ ἐκείνων τῶν μὴ φθασάντων ἱκανοποιῆσαι· ὥσπερ ἕκα-

per pœnitentiam satisfacere, et bonorum operum beneficio purgari, et cœlestis omnino evadere, quanquam in exitu vitæ constitutus, jube tuis ut pro te sacrificia offerant, oblationes et eleemosynas, quæ tibi proderunt: nam ea Deo valde accepta sunt. Si ergo recipienda quæ pro mortuis offeruntur, ergo et utilia, quia nemo dicere audebit, inutile esse quod Deo acceptum est. Et idem rursus: « Scribe, inquit, in tuis tabulis una cum liberis et cognatis cohæredem etiam Dominum: contineatur in testamento judicis nomen, nec pauperes oblivioni tradas: nam ego pro his ero fidejussor. » Sed quam vim habent hæc omnia, si subsidium post obitum animabus non remanet, ut vos arbitramini? Quanam de causa hæc tradiderunt sancti? Num decepti sunt? at non ita licet insanire, ut id dicamus. Imo valde prosunt Deoque grata et accepta sunt. Vult enim salvos omnes fieri, omniumque salutem expetit, et omni ratione commode providet; quotidie excitat ab omni parte aliquos qui illis auxilium afferant. At quis ex adversariis ea audiendo admodum exsultans, et supercilium attollens dicet, Hoc supposito quod omnes expientur post mortem, omnes ergo salvabuntur, et nemo frustrabitur; et si nemo sanctus dum viveret exstitit, ergo salvatur post obitum beneficio ejus, quod purgatio appellatur. Recte id quidem. et utinam vere id dicere valeremus; hoc sitit et exoptat hominum, animarum et bonorum amator Deus, et in hoc se præcipue oblectat et lætatur, ne quis muneribus suis frustretur. Num in mundum venit ut cœlestes salvaret intelligentias, et ex semper Virgine Deique Genitrice Maria incorruptibili carne suscepta mortalis voluit esse mortemque gustare? Num propter ipsas præmia et coronas paravit? Num angelis dicit: « Venite, benedicti Patris mei, hæredes estote cœlestis regni quod pro vobis paratum est? » Neutiquam id, nullo pacto: nemo reperietur tam stultus ut id dicat, sed propter hominem fecit omnia, et idcirco vult omnes homines salvos fieri. Quis enim ex nobis est qui prandio instructo, et convocatis amicis nolit omnes accedere ac suis frui bonis? vel laborem suscepit tam magnifici apparatus nisi propter amicos? sed si non omnes vel aliquis tantum advenerit, vehementer hospes irascitur. Si hæc in nobis usu veniunt, multo magis in Deo optimo maximo, misericordiæ pleno, divitiarumque profuso datori ac pientissimo, qui vult omnes salvos fieri, et sua divina frui lætitia et voluptate. Unusquisque animadvertat, quod non pro omnibus mortuis hæc fieri dicimus, ut sæpe dictum est, et nunc exactius dicimus; quod pro sanctis non opus est, pro desperatis ac damnatis inutile, sequitur ut pro iis qui non ante satisfecerint, ut omnibus evenit qui pro conficienda virtute exiguam fermenti portionem obtinent; nec ante provident ex eo panem conficere, volentes quidem, sed non valentes id perficere, vel inertia, vel ignavia ducti, vel propter de die in diem procrastina-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tionem, et præter spem de medio sublati, horum non obliviscetur justus judex et Dominus : sed in eorum opem affines post mortem suscitabit, eorumque mentes diriget, et corda trahet, et animum inflectet, ut subsidium et auxilium huic afferant, ac festinabunt Deo instigante et tangente corda eorum, et adimplebunt quæ a defuncto omissa sunt, ut multis usu venit.

A στος τῶν ἀνθρώπων, ὁ μικρὰν ἀρετῶν ζύμην κτησάμενος, μὴ πεφθακὼς δὲ ταύτην ἀρτοποιῆσαι· ἀλλὰ βουληθεὶς μὲν, μὴ δυνηθεὶς δὲ τοῦτο, ἢ ῥᾳθυμίας ἢ ἀνανδρείας ἕνεκα, ἢ τῆς ἐξ ἡμέρας εἰς ἡμέραν ἀναβολῆς. Ἁρπαγεὶς δὲ παρ' ἐλπίδα, τούτου οὐκ ἐπιλησθήσεται ὁ δίκαιος κριτὴς καὶ δεσπότης· ἀλλ' ἐγερεῖ αὐτῷ μετὰ θάνατον τοὺς οἰκείους· καὶ τούτων τὰς γνώμας ἰθυνεῖ· καὶ τὰς καρδίας ἑλκύσει· καὶ τὰς ψυχὰς ἐπικάμψει πρὸς ἀρωγὴν καὶ βοήθειαν τούτου· καὶ σπεύσουσι κινηθέντες θεόθεν, καὶ ἁψαμένου τοῦ δεσπότου τῶν καρδιῶν αὐτῶν, ἀναπληρώσουσι τοῦ οἰχομένου τὰ ὑστερήματα· ὥσπερ ἐπὶ πολλῶν γέγονε.

V.

Hujusce rei testis Trajanus imperator et imaginum oppugnator Theophilus, quorum alter beati Gregorii Dialogi papæ, alter divinorum et sanctorum virorum et Augustæ servatus est precibus. Nunquam enim hi salutem fuissent consecuti, nisi et aliqua ipsis virtus inesset, quam Dei justitia noluit intercidere ; vel si non virtus, at saltem confessio. Neque enim aut sanctorum virorum preces, aut Augustæ studium pro Theophilo valuissent, nisi prius ille suum peccatum esset confessus (1), sanctasque imagines colere et honorari justum esse asseruisset : quoniam is valde virtute illustris exstitit, sed cum in hæresim delapsus esset eorum qui imagines oppugnabant, ut de eo conscripta docet historia, os ejus admodum diductum est, ita ut viscera conspicerentur ; post cum ipsa re venerabilium imaginum adorationem sanctam esse comprobasset, arreptam ex sinu cujusdam eorum qui aderant cum torque imaginem reverenter osculabatur, paulloque post ad tribunal inde raptus est : pro quo cum assidue preces a sanctis iis viris et a regina effunderentur, ei venia data est. Nam Theophilum in somnis regina conspexit vinctum tractumque ab innumerabili præcedentium et subsequentium multitudine ; ante illum ferebantur diversa instrumentorum genera ad torquendum accommodata, ipsaque sibi videbatur eos sequi, qui ad pœnam adducebant, quousque ad conspectum terribilis judicis pervenerunt, Theophilumque ante ipsum statuerunt. Provoluta igitur ad judicis illius tremendi pedes, enixe multis cum lacrymis Augusta pro viro suo deprecabatur ; ad quam terribilis ille judex dixit : Mulier, magna est fides tua : propter te sacerdotumque meorum preces conjugi tuo do veniam ; tunc ministris suis dixit, Solvite eum uxorique ejus tradite. Similiter et sacer patriarcha, omnium hæreticorum Theophilique ipsius adnotatis et scriptis nominibus, hæc eadem sub sacra mensa collocavit, eademque nocte qua regina visionem aspexit, vidit et ipse divinum angelum magnum templum ingredientem, qui dixit : Episcope, exauditæ sunt preces tuæ, et veniam Theophilus impetravit. Somno ergo experrectus ad sacram mensam devenit, ibique cum legeret paulo ante conscriptum libellum, invenit (o Dei judicia !) Theophili

(1) Vide Zonaram.

Ε'.

Καὶ τούτου μάρτυς Τραϊανὸς ὁ βασιλεὺς, καὶ Θεόφιλος ὁ Εἰκονομάχος· ὧν τὸν μὲν ἔσωσεν ἡ τοῦ B μακαρίου Γρηγορίου τοῦ Διαλόγου πάππα Ῥώμης δέησις· τὸν δὲ, τῶν θεοφόρων καὶ ἁγίων ἀνδρῶν, καὶ τῆς βασιλίσσης. Οὐ γὰρ ἄν ποτε οὗτοι ἐσώθησαν, μὴ καὶ αὐτοί τινα ἀρετὴν ἔχοντες, ἣν ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνη οὐκ ἠθέλησεν ἀπολέσθαι· ἢ εἰ μὴ ἀρετὴν, ἀλλ' ἐξομολόγησίν γε. Οὐ γὰρ ἂν ἴσχυσεν ἡ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν ἐκείνων δέησις, καὶ ἡ τῆς βασιλίσσης σπουδὴ ὑπὲρ Θεοφίλου, εἰ μὴ ἐκεῖνος πρῶτον ὡμολόγησε τὸ οἰκεῖον πταῖσμα, καλὸν εἶναι φήσας τὰς ἁγίας εἰκόνας τιμᾶσθαι καὶ σέβεσθαι· ἦν γὰρ ἐνάρετος, ὁ ἀνὴρ σφόδρα, διὰ δὲ τὸ νοσεῖν τὴν τῶν Εἰκονομάχων αἵρεσιν, ὡς ἡ κατ' αὐτὸν ἱστορία δηλοῖ, τὸ στόμα αὐτοῦ ὑπερλίαν ἀνέῳκτο, ὥστε τὰ ἔγκατα αὐτοῦ φαίνεσθαι. Εἶτα καὶ ἔργῳ δείξας τὴν C τῶν σεβασμίων εἰκόνων προσκύνησιν ἁγίαν εἶναι, ὡς ἐπελάβετο ἐγκολπίου τινὸς τῶν παρεστώτων, εὐλαβῶς κατεφίλει; καὶ μετ' ὀλίγον ἁρπαγεὶς, πρὸς τὰ ἐκεῖθεν δικαιωτήρια κατεῤῥίφη. Ὑπὲρ οὗ δεήσεις ἐκτενεῖς γενόμεναι παρὰ τῶν θεοφόρων καὶ ἁγίων ἐκείνων ἀνδρῶν, καὶ αὐτῆς τῆς βασιλίσσης, συγχώρησις αὐτῷ δέδοται. Ἡ γὰρ βασίλισσα κατεῖδεν ἐν ὀνείρῳ τὸν Θεόφιλον δεδεμένον, συρόμενον ὑπὸ πλήθους ἀπείρου, προηγουμένου καὶ ἑπομένου· καὶ ἔμπροσθεν αὐτοῦ, διάφορα κολαστηρίων ὄργανα φερόμενα· ἅτις ἔδοξεν ἀκολουθεῖν τοῖς ἀπάγουσιν, ἕως οὗ ἐλθόντες πρός τινα κριτὴν φοβερὸν, ἔστησαν ἔμπροσθεν αὐτοῦ τὸν Θεόφιλον· προσπεσοῦσα οὖν εἰς τοὺς πόδας τοῦ φοβεροῦ ἐκείνου κριτοῦ ἡ βασί- D λισσα, ἐκτενῶς ἠντιβόλει σὺν δάκρυσιν ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς. Πρὸς ἣν ὁ φοβερὸς ἔφη κριτὴς, Ὦ γύναι, μεγάλη σου ἡ πίστις· διὰ σὲ, καὶ διὰ τὴν δέησιν τῶν ἱερέων μου, συγγνώμην δίδωμι τῷ ἀνδρί σου. Τότε καὶ τοῖς ὑπηρέταις ἔφη, Λύσατε αὐτὸν καὶ δότε τῇ γυναικὶ αὐτοῦ. Ὁμοίως καὶ ὁ ἱερὸς πατριάρχης γράψας πάντων τῶν αἱρετικῶν τὰ ὀνόματα, καὶ αὐτοῦ τοῦ Θεοφίλου, ἔθηκεν ὑποκάτω τῆς ἁγίας τραπέζης· καὶ ἐν αὐτῇ τῇ νυκτὶ ἐν ᾗ ἡ βασιλὶς τὴν ὀπτασίαν ἑώρακεν, ὁρᾷ καὶ αὐτὸς θεῖον ἄγγελον, τὸν μέγαν εἰσιόντα ναόν· καὶ πρὸς αὐτὸν ἔφη, Ὦ ἐπίσκοπε, εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου· καὶ συγγνώμης ἔτυχε Θεόφιλος. Ἔξυπνος οὖν γενόμενος, τὴν ἱερὰν τράπεζαν καταλαμβάνει· καὶ ἀναλεξάμενος τὸν πρὸ μικροῦ γραφέντα χάρτην, εὗρεν, ὦ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Θεοῦ κριμάτων! τὸ τοῦ Θεοφίλου ὄνομα ἀπηλειμμένον θεόθεν. Ἀπὸ τούτου οὖν τοῦ λόγου, τὸ προτεθὲν τοῦ καθαρτηρίου δόγμα διαῤῥήδην ἐμφαίνεται· ὅτι εἰ ἦν ἅγιος, οὐκ ἂν δεδεμένος καὶ ὡς κατάδικος ἐπορεύετο· εἰ δὲ παντελῶς ἀπεγνωσμένος, καὶ μετανοίας καρποὺς οὐκ ἐκέρδησεν, οὐκ ἂν ἔτυχε συγγνώμης. Ὥςτε τῆς μέσης μερίδος τυχὼν, καὶ ἐν μετανοίᾳ εὑρεθεὶς, ὠφελήθη διὰ τῆς τῶν θεοφόρων καὶ ἁγίων ἀνδρῶν δεήσεως. Περὶ δὲ τῶν ἀπεγνωσμένων, εἰ τὸν κόσμον ὅλον δώσεις ὡς πολλάκις εἴρηται, οὐ βοηθήσεις αὐτῷ οὐδ' ὅλως.

Μάρτυς ἐν τούτῳ ὁ προμνημονευθεὶς ἱερὸς Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς, ἐν τῷ προμνημονευθέντι λόγῳ· ἔνθα φησίν· « Ὁ δ' αὖ γε βίον πονηρὸν κεκτημένος, συμπεφυρμένον ὅλον ἐν ταῖς ἀκάνθαις, καὶ πλήρης πέλων ὑλῶν τῶν ἀκαθάρτων, ὃς οὐδέποτε συνειδήσει διῆξεν, ἀλλ' ἀδεῶς ὁμοῦ καὶ ἀδιαφόρως, ταῖς τῶν ἡδονῶν ἔκειτο δυσωδίαις, πράττων ἁπάσας τὰς τῆς σαρκὸς ὀρέξεις, καὶ μηδὲν ὅλως περὶ ψυχῆς φροντίζων, ἔχων τε τὸ φρόνημα σαρκικὸν ἅπαν, εἶθ' οὕτως φθασθεὶς ἐκδημήσει τοῦ βίου, τούτῳ παντελῶς οὐδεὶς ὀρέξει χεῖρα· ἀλλ' οὕτω πάντα τὰ κατ' αὐτὸν διαπραχθήσεται, ὡς μήτε ὑπὸ συνεύνου, ἢ τέκνου, ἢ ἀδελφῶν, ἢ συγγενῶν, ἢ φίλων ἐπικουρίας τυχεῖν· ὅτι μηδὲ ἔχει Θεὸς ἐν μέτρῳ τοῦτον. Ὁρᾷς πῶς φησιν ὁ ἅγιος οὗτος, ὅτι περὶ τῶν τοιούτων ματαιάζει ὁ δεόμενος· ὅτι οὐκ ἔχει ὁ Θεὸς αὐτὸν ἐν μέτρῳ. Περὶ τούτων γέγραπται, «Οὐκ ἔστιν ἐν τῷ ᾅδῃ μετάνοια· » καὶ τὰ λοιπά. Περὶ δὲ τῶν μέσων τουτέστι τῶν ἐν μετανοίᾳ τελευτησάντων, καὶ μάλα ἐπικερδὲς τὸ πρᾶγμα, καὶ ὄντως ὠφέλιμον. Οὐ δίδομεν οὖν ἀφορμὰς καὶ προφάσεις, τοῦ ζῶντά τινα μὴ ποιεῖν ἐλεημοσύνας, ἀλλὰ φυλάττειν αὐτὰς μετὰ θάνατον· ἄτοπον γὰρ τοῦτο καὶ βέβηλον, καὶ τῆς θείας νομοθεσίας ἀλλότριον· ἀλλὰ κάλλιστον καὶ θεάρεστον καὶ εἰς ἅπαν εὐπρόσδεκτον, τὸ πάντα ἄνθρωπον, θεοσεβῆ καὶ φιλόχριστον εἶναι· καὶ καθαίρειν ἑαυτὸν δι' ἀγαθοεργίας παντοίας, ἀπεχόμενον πάσης ἀκαθαρσίας· ἐχόμενον δὲ τῶν τοῦ Θεοῦ φαεινῶν προσταγμάτων, ὡς ἂν πρὸς τὸ τέλος ἐλθὼν ἀκῶς, μετὰ παῤῥησίας λέξῃ πρὸς τὸν δεσπότην· « Ἑτοίμη ἡ καρδία μου. » Καὶ οὕτως ἡδέως προσυπαντήσει τοῖς σπουδαίοις ἐπείκταις ἀγγέλοις. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὀλίγοι ποιοῦσι, καὶ ὀλιγάκις, κατὰ τὸν τοῦ Δεσπότου λόγον· ὅτι « Ὀλίγοι, φησὶν, οἱ σωζόμενοι. » Τοῦτο λοιπὸν ἐπιστάμενοι, ὅτι ἐργῶδες λίαν τινὰ εὑρεθῆναι τῆς πρώτης μερίδος, ἐξ ἀνάγκης ἐπάγομεν τὴν δευτέραν, ἀποστολικοῖς τε καὶ πατρικοῖς ἑπόμενοι ῥήμασιν. Ἐπειδὴ ὄντως οἱ κατοιχόμενοι, τῇ τοῦ Θεοῦ ἀγαθότι ὠφελοῦνται· καὶ ἡ φιλαδελφία ἐπαυξάνεται· καὶ ἡ τῆς ἀναστάσεως ἐλπὶς βεβαιοῦται· καὶ ἡ πρὸς τοὺς θείους ναοὺς συνδρομὴ θερμοτέρως πληθύνεται, καὶ ἡ πρὸς τοὺς πένητας εὐποιΐα πλατύνεται. Ἴδε κατὰ πόσους τρόπους τὸ πρᾶγμα ἐπικερδὲς καὶ ὠφέλιμον· καὶ ἐν πόσοις τρόποις ἡ τῶν κατοιχομένων ὠφέλεια, ἀφορμὴ γίνεται τῆς τῶν ἁπάντων καταλλαγῆς. Τοῦτο οἱ μὴ

A nomen abolitum. Ex hoc igitur loco propositum de purgatorio dogma aperte convincitur; nam si sanctus exstitisset, vinctus veluti damnatus non incessisset: si vero penitus desperatus et pœnitentiæ fructu orbatus, veniam non esset consecutus. Itaque mediæ classis cum esset et pœnitentiæ beneficio sibi præsidium comparasset, divinorum et sanctorum virorum precibus auxilium impetravit. Pro desperatis enim si totum mundum tradideris, ut sæpe dictum est, incassum laborabis.

Hujus rei testis antedictus sacer Joannes Damascenus in oratione antea commemorata, ubi dicit: « Qui vitam flagitiose traducit, et sentibus semper involutam, et sordium fœditate respersam, nec B suam unquam conscientiam introspexit, sed intrepide simul nullo habito discrimine voluptatum se fœditatibus contaminaverit, omnibus cupiditatibus carnis subsequendo, omnino animæ cura despecta, nihilque aliud quam carnem sentiens, in iisque cogitationibus deprehensus e vita discesserit, huic nemo manum porrexerit, sed ita secum agetur, ut nec ab uxore, vel liberis, fratribus, cognatis, vel amicis ei omnino subveniri possit, quod eum in mensura Deus non habeat. » Vides quomodo sanctus hic vir dixit, quod qui pro his deprecatur, insanit, veluti extra Dei mensuram collocatis? De his scriptum est, «Non est in inferno pœnitentia [50],» et reliqua. De media classe, id est, de his qui sub pœ- C nitentia moriuntur esse sollicitos, lucrosa res est admodum et plane fructuosa. Nolimus igitur vivis ansam et prætextum præbere eleemosynas non exhibendi, sed post obitum reservare, quippe cum absurdum id et profanum, et a divina lege alienum; sed præstantissima res Deo grata et in totum acceptabilis, omnem hominem religiosum Christique amantem esse, seque ipsum multiplicibus ac bonis operibus purgare, et omni ab impuritate abstinere, Dei speciosis præceptis obsecundando, ut cum ad exitum vitæ devenerit, cum fiducia Domino dicat, « Paratum est cor meum [51],» itaque jucunde bonis angelis instigatoribus occurrat. At hoc quidem pauci faciunt, et minus sæpe secundum verbum Domini, quia pauci, inquit, salvantur. Id pro com- D perto habentes, arduum esse multos ex primo ordine reperiri; necessarioque secundum inducimus ordinem, apostolorum et Patrum vestigiis insistentes, quoniam defuncti Dei bonitate juvantur, et charitas fraterna augetur, et resurrectionis spes stabilitur, et ad sacras ædes concursus ardentius augetur, et erga pauperes beneficentia magis extenditur. Vide quotupliciter hæc res proficua est et utilis, et quot modis occasio reconciliationis inter omnes oboritur. Hoc qui nolunt, neque amplectuntur, ecclesiasticum ordinem tollunt, et mortuorum sacrificia abdicant et impediunt, quæ non incassum a doctoribus excogitata sunt. Sed absit ut hoc

[50] Psal. VI, 6. [51] Psal. LVI, 8.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

unquam fidelium quis credat vel omnino recipiat. Sed hoc admodum utile existimantes, ne cessemus unquam, fratres, pro mortuis commemorationem facere : nam ii magnum levamen et subsidium sentiunt ex orationibus, precibus, eleemosynis aliisque piis operibus quæ nobis opem ferentibus præstantur. De hoc igitur sacri et divini apostoli in suis Constitutionibus præcipiunt, ubi scriptum est (1) : « Celebrentur tertiæ mortuorum in psalmis, lectionibus atque orationibus propter eum qui tertia die resurrexit; et nonæ in commemorationem superstitum et defunctorum, et quadragesimæ secundum veterem formam. Moysem enim ita populus flevit. Et anniversaria pro eorum memoria, et tradatur de eorum facultatibus aliquid pauperibus in commemorationem eorum. » Hæc de piis dicimus. Nam de impiis si totum orbem tradiderimus, nihil proderit : cui enim viventi fuit Deus adversus, apertum est, futurum ei etiam adversum esse mortuo, quippe cum non sit iniquitas apud Deum. Nam justus est Dominus et justitias diligit, et ecce homo et opus ejus, et tu retribues unicuique secundum opera sua. »

A θέλοντες, μηδὲ στέργοντες, τὴν ἐκκλησιαστικὴν τάξιν ἀναιροῦσιν· παύουσι καὶ τὰς τῶν νεκρῶν λειτουργίας, ὥς τε μὴ γίνεσθαι· αἵτινες οὐκ εἰς μάτην παρὰ τῶν διδασκάλων ἐπενοήθησαν. Ἀλλὰ μὴ γένοιτο τοῦτο δοξάσαι τινὰ τῶν πιστῶν καθόλου ἢ παραδέξασθαι· ἀλλὰ πιστεύοντες λίαν ὠφέλιμον εἶναι, μὴ παυώμεθα ἀεὶ μνείας ποιεῖν ἀδελφοὶ ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων· διότι μεγάλην ἄνεσιν καὶ βοήθειαν ἔχουσιν, ἡμῶν ἐπικουρούντων αὐτοῖς διὰ προσευχῆς ὁμοῦ καὶ δεήσεως ἐλεημοσύνης τε καὶ τῆς ἄλλης ἁπάσης εὐποιΐας. Περὶ τούτου οὖν καὶ οἱ θεῖοι καὶ ἱεροὶ ἀπόστολοι προστάττουσιν ἡμῖν, ἐν ταῖς αὐτῶν διατάξεσιν ἔνθα φασίν· « Ἐπιτελείσθω τρίτα τῶν κεκοιμημένων ἐν ψαλμοῖς καὶ ἐν προσευχαῖς, διὰ τὸν διὰ τριῶν ἡμερῶν ἐγερθέντα· καὶ
B ἕνατα εἰς ὑπόμνησιν τῶν περιόντων καὶ τῶν κεκοιμημένων· τεσσαρακοστὰ κατὰ τὸν παλαιὸν τύπον· Μωσῆν γὰρ ὁ λαὸς οὕτως ἐπένθησεν· καὶ ἐνιαύσια ὑπὲρ μνήμης αὐτῶν. Καὶ διδόσθω ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῶν τοῖς πένησιν, εἰς ἀνάμνησιν αὐτῶν. Ταῦτα μὲν περὶ εὐσεβῶν λέγομεν. Περὶ δὲ ἀσεβῶν, ἐὰν καὶ τὰ τοῦ κόσμου δῷς πένησιν, οὐδὲν ὀνήσεις αὐτόν· ᾧ γὰρ περιόντι ἐχθρὸν ἦν τὸ θεῖον, δηλονότι καὶ μεταστάντι. Οὐ γάρ ἐστιν ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ, δίκαιος γὰρ Κύριος καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησε· καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ· καὶ σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. »

Audis de sacris apostolis qua ratione pro mortuis fidelibus sacrificia et preces sanciunt adhiberi ? Id est quod sæpe diximus, quod pro puro et contrito corde in hac vita pœnitentibus, sed non secundum præscriptas leges id perficere valentibus mortuis deprecamur. Pro his Deum placare conamur et invocamus, precamurque aliquid, unde ipsis allevatio
C et utilitas accedat; hocque est quod in decreto ejus Ecclesia purgatorium vocat, in quo post obitum purgantur animæ, orationibus precibusque a vivis fidelibus pro eorum semper subsidio susceptis. Nam ut id in gratiam sanctorum vel improborum fiat, nemo sanæ mentis æstimabit : sed nec pro Christianis impœnitentibus; idem enim peccatoribus et impœnitentibus Christianis continget quod iis eveniet qui verum Deum Christum non cognoverunt; iisque etiam multo deterius quam illis. «Qui non cognovit, dicit Evangelium, voluntatem Domini sui, et fecerit digna plagis, vapulabit paucis ; qui autem cognovit voluntatem Domini sui, et non præparavit et non fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis [52].» Pro his, si verba sacrorum apostolorum audisti, dicta sunt, cum dicunt : Hæc de piis dicimus, id est de pœnitentibus ; pro impiis vero si totum mundum tradideris, nihil profeceris. Hoc idem asserit etiam lingua aurea Joannes. «Nemo, inquit, hinc eo digrediens, nisi sua solverit peccata, quin rationem gestorum reddat, valebit effugere. Sed quemadmodum de carcere hoc catenati ad tribunal rei ducuntur, sic et animæ omnes,

Ἀκούεις τῶν ἱερῶν ἀποστόλων· πῶς νομοθετοῦσι προσάγειν θυσίας τε καὶ δεήσεις ὑπὲρ τῶν πιστῶς κοιμηθέντων, τοῦτό ἐστιν ὃ πολλάκις ἔφημεν ὑπὲρ τῶν μετανοησάντων μὲν ἐνταῦθα μετὰ καθαρᾶς καὶ συντετριμμένης καρδίας, μὴ φθασάντων δὲ τελειῶσαι τοὺς δοθέντας αὐτοῖς κανόνας· ὑπὲρ τούτων εὐ
C χόμεθα μεταστάντων· ὑπὲρ τούτων ἐξιλεούμεθα τὸ θεῖον, καὶ παρακαλοῦμεν καὶ δεόμεθα. Ὅθεν αὐτοῖς δίδοται ἄνεσις καὶ ὠφέλεια. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὅπερ ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία ἐν τῷ ἑαυτῆς ὅρῳ καλεῖ καθαρτήριον· ἐν ᾧ καθαίρονται μετὰ θάνατον αἱ ψυχαὶ, διὰ τῆς τῶν ζώντων πιστῶν ἐπικουρίας, προσευχῶν καὶ δεήσεων συνεχῶς ὑπὲρ αὐτῶν γινομένων. Ὁ ὑπὲρ τῶν ἁγίων, οὐδεὶς εὖ φρονῶν ἐννοήσει, οὐδὲ ὑπὲρ τῶν ἀσεβῶν, ἀλλ' οὐδ' ὑπὲρ τῶν ἀμετανοήτων Χριστιανῶν. Ταυτὸ γὰρ πείσονται ἁμαρτωλοὶ καὶ ἀμετανόητοι Χριστιανοὶ, ὃ πείσονται καὶ αὐτοὶ οἱ μὴ γνόντες τὸν ἀληθινὸν Θεὸν Ἰησοῦν Χριστόν· καὶ ἐπὶ πολλῷ χεῖρον οὗτοι ἐκείνων. « Ὁ γὰρ μὴ γνοὺς, φησὶ τὸ Εὐαγγέλιον, τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου αὐτοῦ,
D ποιήσας δὲ ἄξια πληγῶν, δαρήσεται ὀλίγας· ὁ δὲ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου αὐτοῦ, καὶ μὴ ἑτοιμάσας, μηδὲ ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ, δαρήσεται πολλάς. » Ὑπὲρ τούτων γὰρ εἰ ἤκουσας τῶν ἱερῶν ἀποστόλων λεγόντων ἐστὶ, τὸ, Ταῦτα μὲν ὑπὲρ εὐσεβῶν λέγομεν, τουτέστι μετανοησάντων· περὶ δὲ ἀσεβῶν οὐδὲ εἰ τὰ τοῦ κόσμου δώσεις ὑπὲρ αὐτῶν, ὠφελήσεις αὐτούς. Τὸ αὐτὸ καὶ ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς Ἰωάννης· « Οὐδεὶς, φησὶν, ἐντεῦθεν μὴ διαλυσάμενος τὰ ἁμαρτήματα αὐτοῦ, ἀπελθὼν ἐκεῖ,

[52] Luc. XII, 47, 48.

(1) Lib. VIII, Const. 4.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δυνήσεται τὰς ἐπὶ τούτοις εὐθύνας διαφυγεῖν. Ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἀπὸ τῶν δεσμωτηρίων τούτων, μετὰ τῶν ἁλύσεων προσάγονται ἐπὶ τὸ δικαστήριον, οὕτως καὶ αἱ ψυχαὶ πᾶσαι, ὅταν ἐντεῦθεν ἀπέλθωσιν ἀμετανόηται τὰς ποικίλας περικείμεναι σειρὰς τῶν ἁμαρτημάτων, ἐπὶ τὸ φοβερὸν ἄγονται βῆμα. Ὁρᾷς κἀνταῦθα, πῶς αἱ ἀνετοίμως τῶν ἐντεῦθεν ἀποδημοῦσαι ψυχαὶ, οὐκ ἔχουσι βοήθειαν μετὰ θάνατον· ἀλλ' οὕτως καθὼς ἐξέρχονται, τουτέστι μετὰ τῶν φορτίων τῶν ἁμαρτημάτων ἐπὶ τὸ φοβερὸν ἄγονται βῆμα. Αἱ δὲ μετανοήσασαι, καὶ θερμοῖς τοῖς δάκρυσι τὸν Θεὸν ἐξιλεώσασαι, μεγάλως βοηθοῦνται διὰ τῶν ὑπὲρ αὐτῶν γινομένων ἱερῶν θυσιῶν τε καὶ τελετῶν.

A si hinc impœnitentes decesserint, variis peccatorum circumdatæ vinculis, et ad tremendum judicium rapiuntur. » Aspicis et hic quomodo hinc imparatæ decedentes animæ post mortem auxilium suscipere non possunt? sed eo modo quo exeunt, cum peccatorum oneribus ad tremendum tribunal trahuntur. Sed quæ pœnitentiam subierint, et fervidis cum lacrymis Deum placaverint, adhibitis pro iis sacrificiis et expiationibus, valde juvantur.

ϛ'.

Οὗ φησιν ὁ τοῖς νέοις βωμολόχοις ἑπόμενος· οὐδεμία ὠφέλειά ἐστι τοῖς κατοιχομένοις οὐδὲ βοήθεια. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἤργησαν τὰς τούτων μνήμας· εἰ δέ ἐστιν, ἐῶμεν αὐτὸ, φασὶ, τῇ εὐσπλαγχνίᾳ τοῦ Θεοῦ. Ἡμεῖς δὲ πρὸς αὐτοὺς ἐροῦμεν· Τί δηλοῦν βούλεται τὰ τεσσαρακοστά· αἵ τε κατὰ πᾶν Σάββατον μνεῖαι· αἵ τε προσφοραὶ, καὶ αἱ κατ' ἔτος γινόμεναι μνῆμαι καὶ τελεταὶ τῶν κεκοιμημένων· τίνος ἕνεκεν; ὑπὲρ τίνων; καὶ διὰ τί ποιεῖται; εἰ μὲν γὰρ ὑπὲρ τῶν ἁγίων εἴπῃς, ψευδὴς ὁ λόγος· προφανὴς γενήσεταί σοι ὁ ἔλεγχος, καὶ κατὰ πόδας· Γρηγόριος ὁ Διάλογος ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν Διαλόγων πρὸς Πέτρον φησί· « Τετελειωμένων ἁγίων αἱ ψυχαὶ, εὐθὺς ἡνίκα τῶν τῆς σαρκὸς κλείθρων ἐξέλθωσιν, ἐν ταῖς οὐρανίαις καθέδραις ὑποδέχονται, φανερώτεραι τοῦ φωτὸς καθεστηκυῖαι. » Εἰ οὖν ἐν ταῖς οὐρανίαις καθέδραις καὶ μετὰ τοῦ Χριστοῦ εἰσιν, οὐ χρεία ὑπὲρ ἐκείνων προσφορᾶς, κόλλυβα, καὶ θυσίας ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσφέρειν Θεῷ· εἰ δὲ ὑπὲρ τῶν ἐν ᾅδῃ κατεχομένων εἴποις ἄν, καὶ οὐδὲ τοῦτο ἀληθές· μᾶλλον δὲ οὐδὲ σὺ τοῦτο φήσεις, εἰ μὴ σφόδρα μανείης· εἰ δὲ μὴ, καὶ ὁ πλούσιος ἔτυχεν ἂν σταγόνος ὕδατος, ἐν τῇ φλογὶ καιόμενος. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστι. Ὥστε ὑπὲρ τῶν μέσων, ἄκων καὶ μὴ βουλόμενος ὁμολογήσεις γίνεσθαι ταῦτα. Ὑπὲρ τίνων δέ; Ὑπὲρ πιστῶν, ὑπὲρ τῶν μετανοησάντων· ὑπὲρ ὧν πολλάκις εἴπομεν. Τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί; Ἵνα ἐξιλεώσῃς τὸ θεῖον ὑπὲρ αὐτῶν· καὶ ὅπερ οὐκ ἔφθασαν ἐκεῖνοι ζῶντες ἱκανοποιῆσαι, σὺ ὑπὲρ αὐτῶν ἀναπληρώσεις. Οὗ φησιν ὁ ἐναντίος, οὐ διὰ τοῦτο· ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ἱερέων τοῦτο ἐτάχθη, ἵνα καὶ αὐτοὶ ζῶσιν, ἐλεημοσύνας καὶ προσφορὰς λαμβάνοντες. Ὦ τῆς μανίας! ὦ τῆς ἀνοίας! Ἢ οἰκειότερον εἰπεῖν, ὦ τῆς ἀναιδείας καὶ βλασφημίας! Ἡ τοῦ Θεοῦ ἄσπιλος νύμφη, ἡ μώμου παντὸς ἀνωτέρα Ἐκκλησία, τοῦ πανοικτίρμονος καὶ ἀληθινοῦ Θεοῦ, κηρύττει πλάνην; Ἄλαλα γενηθήτω τὰ δόλια χείλη, τὰ κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας λαλοῦντα. Οὐ γὰρ διὰ τὸ τοὺς ἱερεῖς ζῆν ἡ Ἐκκλησία προσέταξε τοῦτο γίνεσθαι· τοῦτο γὰρ καὶ νοῆσαι μόνον ἀσεβές ἐστι, καὶ ἀνόητον παντελῶς· ἀλλὰ πρὸς ὠφέλειαν τῶν κεκοιμημένων νενομοθέτηται, ὡς πολλάκις εἴρηται. Καὶ οὐ δεῖ πολυλογεῖν. Μιᾶς μόνης ἢ καὶ δύο μνησθέντα μαρτυριῶν, ἃς τελευταῖον ἐταμιευσάμην· εἶθ' οὕτω πρὸς τὰ προτεινόμενα παρ' ὑμῶν ἀποκριθήσομαι, καὶ οὕτω κατα-

VI.

Non, inquit novorum scurrarum assecla, emolumenti aliquid vel subsidii mortuis accedit, idcirco eorum commemorationes otiosas reliquerunt. Si vero aliquid accedit, id divinæ misericordiæ, inquiunt, permittamus. At nos illis respondebimus, quid significare quadragesimas volunt, et per singula Sabbata commemorationes, oblationes, anniversaria, monumenta et sacrificia mortuorum. Quanam de causa, pro quibus, cum fiunt? Si pro sanctis dixerit, falsus est sermo: manifesta est et parata confutatio. Gregorius Dialogus in Dialogorum libro ad Petrum, ait: « Et tamen luce clarius constat, quia perfectorum animæ mox ut hujus carnis claustra exeunt, in cœlestis regni sedibus recipiuntur. » Si igitur in cœlestium sedibus et una cum Christo sunt, pro iis non opus est oblationes, vel placentas, et pro peccatis sacrificia offerre Deo. Si vero pro iis qui in inferno detinentur dixeris, nec id verum est, imo nec tu ipse dices nisi penitus insanieris; si vero non, et dives dum in igne torretur, stillam aquæ obtinuisset. At hoc nequaquam est. Quamobrem invitus et nolens pro mediis id fieri confiteberis. At pro quibus? Pro fidelibus, pro pœnitentibus, pro quibus jam sæpe diximus. Quanam de causa et cur? Ut Deum in eorum gratiam places, et quod illi dum viverent præstare non potuerunt, tu pro illis adimpleas. Non, inquit adversarius, non propter hoc, sed in gratiam sacerdotum id institutum est, ut et ipsi præsidia vitæ sibi comparent, oblationes et eleemosynas accipiendo. O insaniam, o stoliditatem! vel, ut magis proprie dicam, o impudentiam et blasphemiam! Dei sponsa immaculata, omnique reprehensione superior Ecclesia, misericordis et veri Dei prædicat errores. Muta fiant dolosa labia quæ adversus Dei loquuntur Ecclesiam. Non enim ut inde sibi victum pararent sacerdotes, id Ecclesia constituit; nam id cogitatu solum impium ac penitus stultum est, sed in utilitatem mortuorum sancitum est, ut sæpe diximus; nec pluribus verbis est opus, si unum vel alterum testimonium addidero, quæ ultimo loco reservavi; deinde vestris objectionibus respondebimus, et orationi finem imponemus. Gregorius Dialogus, Ecclesiæ Dei præses, cujus antea fecimus mentionem, in oratione et libro Dialogorum prædicto sic ait: « A te peto, beatissime Pater, quidnam esse pote-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rit, quod mortuorum valeat animabus prodesse. » Gregor. : « Si culpæ post mortem insolubiles non sunt, multum poterit salutaris sacrificii oblatio animas adjuvare. » Audis quod animæ post mortem adjuvantur? Oportet igitur scire de quibus intelligat. De sanctis nemo mentis compos dicere audebit : at neque de desperatis : sequitur ut iis qui pœnitentes moriuntur hæ purgationes et auxilia prosint. Non enim sola confessio et pœnitentia sufficit ut ipsum in regna cœlorum perducat, quemadmodum indocti quidam et insensati sæpenumero nobis objiciunt, sed necesse est antea satisfacere de peccatis, opere simul et omissione commissis. Pœnitentia namque fervidaque confessio occasio est viam inveniendæ salutis. Si vero præventus ex hac vita et sæculo decesserit, ab æterna damnatione redimitur, quam subiisset, si eum non pœnituisset : at deliciarum et lætitiæ paradisi non fit hæres nisi sufficienter seipsum purgarit, et dignum se illius hæreditatis ostenderit. Unde animarum bonique amator Dominus Deus, de omnium salute sollicitus et omnes fieri salvos cupiens, ei quem toto corde suorum criminum pœnituerit, si satisfacere præventus morte nequiverit, pœnam purgationis tribuit, ut temporario et purgatorio igne purgatus, a sempiterno et sine fine igni liberetur : nec ut a damnatione tantum liberetur, sed et cœlestis habitationis capax evadat, secundum oraculum, « Tanquam aurum in fornace probavit illos : et quasi holocausti hostiam accepit illos. »

A παύσω τὸν λόγον. Γρηγόριος ὁ Διάλογος ὁ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας προστάτης, οὗ καὶ πρότερον ἐμνήσθην, ἐν τῷ προμνημονευθέντι λόγῳ τε καὶ βιβλίῳ τῶν Διαλόγων πρὸς Πέτρον οὕτω φησί· « Πέτρε, Ἐρωτῶ σε, φησὶ, Πάτερ μακαριώτατε, τί λοιπὸν δύναται τὰς τῶν τελευτώντων ψυχὰς μετὰ θάνατον ὠφελῆσαι. » Γρηγόριος. « Ἐὰν τὰ πταίσματα, Πέτρε, μετὰ θάνατον ἀσυγχώρητα οὐκ εἰσὶ, πολὺ δύναται τὰς ψυχὰς ἡ ἱερὰ προσφορὰ τῆς σωτηριώδους θυσίας βοηθῆσαι. » Ἀκούεις ὅτι μετὰ θάνατον ὠφελοῦνται αἱ ψυχαί; δεῖ οὖν γνῶναι ποῖαι. Αἱ μὲν τῶν ἁγίων, οὐδεὶς ἂν ὑγιᾶ ἔχων τὸν νοῦν εἴποι. Ἀλλ' οὐδὲ αἱ τῶν ἀπεγνωσμένων· ἕπεται τοῖς ἐν μετανοίᾳ τελευτήσασι ταύτην γίνεσθαι τὴν ὠφέλειαν, τὴν κάθαρσίν τε καὶ τὴν βοήθειαν. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ τῷ ἀνθρώπῳ

B μόνη ἡ ἐξομολόγησις καὶ ἡ μετάνοια, κομίσαι αὐτὸν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ὡς οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀνόητοι πολλάκις ἡμῖν προφέρουσιν· ἀλλὰ δεῖ καὶ ἱκανοποιῆσαι περὶ τῶν ἡμαρτημένων ὁμοῦ καὶ ἡμελημένων· ἡ γὰρ μετάνοια καὶ ἡ θερμὴ ἐξομολόγησις, ἀφορμὴ γίνεται τῷ ἀνθρώπῳ τῆς πρὸς σωτηρίαν ὁδοῦ· εἰ δὲ φθασθεὶς ἐκδημήσῃ τοῦ βίου καὶ τῆς παρούσης ζωῆς, λύτρωσις γίνεται αὐτῷ τῆς ἀτελεύτητου κολάσεως, ἣν ἂν ὑπέστη ἀναμφιβόλως μὴ μετανοήσας· τῆς τρυφῆς δὲ καὶ τῆς ἀγαλλιάσεως τοῦ παραδείσου, οὐ γίνεται κληρονόμος, ἂν μὴ ἱκανῶς ἑαυτὸν καθάρῃ, καὶ ἄξιον ἀποδείξῃ τῆς κληρονομίας ἐκείνης. Ὅθεν ὁ φιλόψυχος καὶ φιλάγαθος Κύριος προνοούμενος πάντων τὴν σωτηρίαν, καὶ θέλων πάντας σωθῆναι, μετανοήσαντι τῷ ἀνθρώπῳ ὁλοψύχως ἐφ' οἷς ἑαυτῷ σύνοιδε πταίσμασι, καὶ μὴ φθάσαντι ἱκανοποιῆσαι ἐν τῷ παρόντι, τὴν διὰ καθάρσεως αὐτῷ δίδωσι τιμωρίαν· ἵνα διὰ τοῦ προσκαίρου ἐκείνου καὶ καθαρτικοῦ πυρὸς καθαρθεὶς, λυτρωθείη τοῦ αἰωνίου ἐκείνου καὶ ἀτελευτήτου πυρός· καὶ οὐ μόνον λυτρωθείη τῆς καταδίκης, ἀλλὰ καὶ δεκτὸς γένηται τῆς οὐρανίου κατοικίας, κατὰ τὸ λόγιον, « ὡς χρυσὸν ἐν χωνευτηρίῳ ἐδοκίμασεν αὐτούς· καὶ ὡς ὁλοκάρπωμα θυσίας προσεδέξατο αὐτούς. »

Exemplum purgationis hujus tradidit ipse idem Gregorius in eodem loco ad Petrum, eumdem sequendo sermonem. Dicit enim : « Unde hanc utilitatem nonnunquam ipsæ defunctorum animæ expetere videntur, quemadmodum prædictus Felix episcopus a quodam vitæ venerabilis presbytero cognovisse se asserit, qui presbyter usque ante biennium vixit et in diœcesi Centumcellensis urbis habitabat, atque ecclesiæ beati Joannis, quæ in loco qui dicitur Tauriana sita est, præerat. Idem igitur presbyter in eodem loco in quo calidæ aquæ sunt, quoties necessitas corporis exigebat, lavare consueverat. Die vero quadam cum eo fuisset ingressus, invenit quemdam cognitum virum ad suum obsequium præparatum qui sibi de pedibus calceamenta abstraheret, vestimenta susciperet et exeunti de thermis sabana præberet, et omne ministerium cum magno famulatu perageret. Cumque hoc sæpius fieret, die quadam idem presbyter ad balnea iturus intra semetipsum cogitans dixit : Viro illi qui mihi solet tam sincere ad lavandum obsequi, ingratus apparere debeo, sed aliquid mihi necesse est ei pro munere portare. Duabus ergo oblationibus sumptis profectus est. Qui mox ut perve-

C Καὶ παράδειγμα τῆς καθάρσεως ταύτης δίδωσιν ὁ αὐτὸς Γρηγόριος ἐν τῇ αὐτῇ προρρηθείσῃ ῥήσει πρὸς τὸν αὐτὸν Πέτρον κατὰ συνέχειαν τοῦ αὐτοῦ λόγου· φησὶ γάρ· « Ὅθεν, Πέτρε, ταύτην τὴν ὠφέλειαν πολλάκις καὶ αὗται αἱ τῶν τεθνεώτων ψυχαὶ, ὤφθησαν ἐπιζητοῦσαι· καθὼς ὁ προλεχθεὶς Φῆλιξ ὁ ἐπίσκοπος. Παρά τινος πρεσβυτέρου, πάνυ τῇ ζωῇ εὐλαβεστάτου, ἀκηκοέναι ἔλεγεν· ὅστις πρεσβύτερος ἕως πρὸ τῆς διετίας ταύτης, ζῶν ὑπῆρχε· καὶ ἐν τῇ περιοικίδι τῆς πόλεως Κεντουμκελλῶν κατῴκει· τῆς δε ἐκκλησίας τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τῆς ἐν τῷ τόπῳ τῷ λεγομένῳ Ταυριάνα πρότερον προΐστατο· ὁ οὖν αὐτὸς πρεσβύτερος εἰς τὰ θερμὰ τὰ ὄντα ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ, ὁσάκις ἡ τοῦ σώματος ἠνάγκαζε χρεία, λούεσθαι εἰώθει· ἔν τινι δὲ ἡμέρᾳ ἐκεῖσε ἐπὶ

D τὸ λούσασθαι εἰσελθὼν, εὗρεν ἄνδρα τινὰ ἀγνώριστον, ἕτοιμον εἰς τὴν αὐτοῦ ὑπουργίαν ὅστις ἐκ τῶν ποδῶν αὐτοῦ τὰ ὑποδήματα ἔσυρε· καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ὑπεδέξατο. Ἐξερχομένου δὲ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν θερμῶν, τὰ σάβανα αὐτοῦ ἐπιδέδωκε· καὶ πᾶσαν ὑπουργίαν μετὰ μεγάλης τιμῆς ἐξετέλεσεν. Ἐν δὲ τῷ πολλάκις τοῦτο γενέσθαι, ὁ αὐτὸς πρεσβύτερος ἐν μιᾷ εἰς τὰ θερμὰ ἀπερχόμενος, ἐν ἑαυτῷ λογιζόμενος εἶπε· Τῷ ἀνδρὶ ἐκείνῳ τῷ οὕτω μοι γνησίως

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐν τῷ λούεσθαι ὑπουργεῖν εἰωθότι, οὐκ ὤφειλον κενὸς ὀφθῆναι· ἀλλά τι οὖν δῶρον, βαστάσαι χρεία. Δύο οὖν προσφορὰς λαβὼν, ἐπορεύθη. Ἐν τῷ τόπῳ οὖν παραγενόμενος, αὖθις τὸν ἄνθρωπον εὗρε· κατὰ δὲ τὸ εἰωθὸς, ἐν ἅπασι τὴν λειτουργίαν ἐπετέλεσε. Λουσαμένου δὲ αὐτοῦ καὶ φορέσαντος, καὶ ἤδη λοιπὸν μέλλοντος ἐξέρχεσθαι, ἅσπερ μεθ' ἑαυτοῦ προσφορὰς ἐβάσταζε, τῷ ὑπουργήσαντι αὐτῷ ἀνδρὶ, εὐλογίας χάριν ἐπιδέδωκε, παρακαλῶν ἀγάπης ἕνεκεν ταῦτα αὐτὸν δέξασθαι. Ἐκεῖνος δὲ πενθῶν καὶ θλιβόμενος, ἀπεκρίθη λέγων· Ἐμοὶ ταῦτα διὰ τί παρέχεις; Οὗτος ὁ ἄρτος, ἅγιός ἐστι· κἀγὼ φαγεῖν αὐτὸν οὐ δύναμαι. Ἐγὼ γὰρ ὃν θεωρεῖς, ποτὲ τοῦ τόπου κύριος ὑπῆρχον· ἀλλὰ διὰ τὰ πταίσματά μου, ἐνθάδε κατεδικάσθην. Ἐὰν δέ μοί τι παρασχεῖν ἐθέλῃς, τὸν ἄρτον τοῦτον ὑπὲρ ἐμοῦ τῷ παντοδυνάμῳ Θεῷ προσένεγκε, καὶ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν μου πρόσευξαι. Τότε δὲ ὑπακουσθῆναι γίνωσκε, ἐὰν ἐπὶ τῷ λούσασθαι ἐλθὼν, ἐμὲ ἐνθάδε μὴ εὕρῃς. Ταῦτα δὲ εἰπὼν, ἀφανὴς γέγονε. Καὶ ὅστις ἄνθρωπος εἶναι ἐθεωρεῖτο, ἀφανὴς γενόμενος, ἐδηλοποιήθη ὅτι πνεῦμα ὑπῆρχεν. Ὁ δὲ αὐτὸς πρεσβύτερος, ἑβδομάδα ἡμερῶν ἑαυτὸν ἐπιμόνως ἐν δάκρυσιν ὑπὲρ αὐτοῦ συνέσφιγξε· σωτηριώδη θυσίαν καθ' ἡμέραν τῷ Θεῷ προσκομίζων, μετὰ δὲ τοῦτο εἰς τὰ θερμὰ ὑποστρέψας, οὐδαμῶς αὐτὸν τοῦ λοιποῦ ἐκεῖσε εὗρεν.

A nit ad locum, hominem invenit, atque ex more ejus obsequio in omnibus usus est. Lavit itaque et cum jam vestitus voluisset egredi, quas secum oblationes ferebat obsequenti sibi viro pro benedictione obtulit, petens ut charitatis gratia ea susciperet. Cui ille mœrens afflictusque respondit : Mihi ista quare das, Pater? Iste panis sanctus est, ego eum manducare non possum. Ego etenim quem vides hujus loci dominus aliquando fui, sed culpis meis hic post mortem condemnatus sum. Si autem mihi quid præstare vis, omnipotenti Deo pro me offer hunc panem et pro peccatis meis deprecare. Et nunc exauditum te esse cognosce cum huc ad lavandum veneris, et me non inveneris. Et his dictis disparuit, et is qui homo esse videbatur, evanescendo innotuit quia spiritus fuit. Idem vero presbyter hebdomadam continuam se pro eo cum lacrymis afflixit, salutarem hostiam quotidie Deo offerens. Et reversus postea ad balneum, eum ibi in posterum non invenit.

B

Ζ'.

Ἐκ τούτου οὖν δείκνυται πόσον ταῖς ψυχαῖς συμβάλλεται ἡ τῆς ἱερᾶς θυσίας προσφορὰ, ὁπόταν ταύτην καὶ αὐτὰ τῶν τεθνεώτων τὰ πνεύματα παρὰ τῶν ζώντων αἰτῶνται· καὶ διὰ σημείων μηνύουσιν, ὅτι δι' αὐτῆς τῶν πταισμάτων λυτροῦνται. Ποῦ ἡ τῶν ἀμαθῶν καὶ ἀναισθήτων κακογήρων νομοθεσία, τὸ μὴ ποιεῖν θυσίας ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων; ἀλλὰ διδόναι τοῖς ἐν φυλακῇ καὶ οὐ τοῖς ἱερεῦσιν; ὅπου τὸ πνεῦμα τοῦ τεθνεῶτος, οὐ τῶν ἐν φυλακαῖς φροντίζει, ὥστε τούτοις διδόναι ἐλεημοσύνην, ἀλλὰ θυσίαν προσενεγκεῖν τῷ Θεῷ, τοῦ ἱερέως μετὰ δακρύων ἐδεῖτο. Καλὸν μὲν γὰρ καὶ θεόρεστον ἔργον ἐστὶ καὶ τὸ διδόναι ἐλεημοσύνην τοῖς ἐν φυλακαῖς, καὶ ἐν ἄλλοις εὐσεβέσιν ἔργοις· καὶ οὐδεὶς οὕτω μωρὸς, ὥστε λέγειν τὸ ἐναντίον· κρείττων δὲ πάντων, ἡ ἱερὰ θυσία ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων προσφερομένη τῷ Θεῷ. Τούτῳ καὶ ἄλλα ὅμοια καὶ μνήμης ἄξια ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ διηγήσει ὁ μακάριος οὗτος Πατὴρ καὶ διδάσκαλος παραδείγματα τίθησι, διηγούμενος τὴν τῶν ψυχῶν μετὰ θάνατον κάθαρσιν· ἃ διὰ τὸ μῆκος ἐνταῦθα μὲν οὐ τίθεμεν· ἐκεῖσε δὲ τοὺς βουλομένους ἰδεῖν παραπέμπομεν. Κἄν τις οὖν ἐπιπόνως διέλθῃ τὴν βίβλον ἐκείνην, οἶμαι πάσης φιλονεικίας καὶ ἔριδος ἑαυτὸν ἀπαλλάξειεν· αἱ γὰρ ψυχαὶ ἐξερχόμεναι τοῦδε τοῦ βίου ἀτελεῖς ἐν ἱκανοποιήσει, ἐν κολάσει καὶ πυρὶ καταδικάζονται, οὐ καυστικῷ, ἀλλὰ καθαρτικῷ· καὶ οὐκ αἰωνίῳ, ἀλλὰ προσκαίρῳ· ὅπως ἐν ἐκείνῃ τῇ μερικῇ κολάσει καὶ τῷ πυρὶ ἐκείνῳ καθαρθῶσι τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν, ὧν οὐκ ἔφθασαν ἐν τῷ παρόντι τελείαν ἀποδοῦναι τὴν ἱκανοποίησιν. Λυσιτελοῦσι δὲ αὐταῖς, καὶ τῶν δακρύων καὶ στεναγμῶν τῶν ἐν τῷ ᾅδῃ λυτροῦνται, καὶ συντέμνουσι τὸν καιρὸν καθ' ὃν ἐκεῖ ἔμελλον διάγειν κατὰ τὸ μέτρον τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν, αἱ ὑπὲρ αὐτῶν γινόμεναι λει-

VII.

Ex his igitur verbis ostenditur quantum animabus conducat sacræ hostiæ oblatio, quando eam spiritus defunctorum a viventibus petunt, signisque significant quod per eam a peccatis redimuntur. Ubinam est rudium insensatorum et misere senescentium legislatio, qui nolunt pro mortuis offerre sacrificia, sed his qui in vinculis detinentur, non autem sacerdotibus exhibere, quando defuncti spiritus nulla pro detentis in carcere sollicitudine distinebatur, ut eis eleemosynæ fierent, sed ut sacrificium offerret Deo, a sacerdote flendo petebat. Honestum enim est, et Deo acceptum opus eleemosynas etiam in eos erogare, et aliis piis operibus studere. Nemo est tam stultus, qui huic rei adversetur. Sed omnibus antecellit missæ sacrificium quod pro defunctis offertur Deo. Hæc et alia his similia memoratuque digna exempla in eadem narratione beatus hic Pater et magister adjungit, dum exponit animarum post mortem purgationem, quæ propter eorum prolixitatem huic loco non apponuntur, sed eo lectorem remittimus. Ac si quis sedulo librum perlustraverit, ab omni contentionis studio se vindicaturum confido. Nam animæ quæ ex hoc mundo minus in satisfactione perfectæ discedunt, pœnis et igni destinantur, non combustivo, sed purganti, nec sempiterno, sed temporario, ut in ea temporaria pœna et igne illo a suis criminibus purgentur, quorum in hoc sæculo integram satisfactionem persolvere non potuerunt. Prosunt autem ipsis, ut a lacrymis et gemitu inferni liberentur, tempusque abbreviant quod ibi manere debuerant secundum mensuram peccatorum, sacrificia et alia bona piaque opera quæ pro ipsis suscipiuntur, secundum divinum et sacrum decretum. Ac veluti si quis per menses sex aut annum ad carce-

C

D

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

moris et norroris, ubi aperte cum exsecratione prophetizat excidium et internecionem extremam infelicium Græcorum; in quibus post alia multa (cum convicia et probata rescisset, quæ a Græcis quotidie impudentissime jactabantur), mire et hoc dicit: « Omnes gentes decretum quod sancitum est receperunt, Græci vero neque receperunt, neque spes est eos unquam esse recepturos quæ super concordia et unione decreta sunt. Procrastinationes enim procrastinationibus ab eis semper prætexuntur, excusationes et responsiones in singulis. Neque vero Græci arbitrentur Romanum pontificem ita esse mente destitutum, omnemque Occidentalem Ecclesiam, ut non intelligat quæ in singulis dilationibus respondendo nugantur. Optime cuncta novimus; sed toleramus in Jesum, respicientes sempiternum sacerdotem et Dominum, qui sterilem illam ficum usque ad annum tertium jussit asservari, agricola jam ad excidendam arborem se accingente, quia nullum fructum ferebat. » O magnam calamitatem! Anno 1451 hanc conscripsit epistolam, et 1453 capta est Constantinopolis. Num potestis dicere hæc vera non esse? Minime gentium, cum id sit manifestum, et res ipsa aperte loquatur. « Tres, inquit, annos exspectabimus, si vos forte a schismate et separatione converteritis, et vos vere decreto adjunxeritis, secundum Salvatoris de ficu præceptum. Si vero non, exscindemini, ne terram otiosam et inutilem reddatis. Hoc miraculorum miraculum maximum, quod (ut in epistola ipsa scribit Nicolaus papa) Græcorum gens illa magna et formidabilis, sapiens, clara, fortis, terrarum domina, ob divinam ultionem ita in Barbarorum servitutem abducta sit. » Hæc enarranti mihi subit lamentari et deplorare excidium gentis nostræ, quanquam vos non intuemini.

A ἀρχιερέως μεγίστου; Καὶ οἱ παρὰ βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ λεγομένου Δραγάση πρέσβεις πεμφθέντες πρὸς αὐτὸν, ἕως τοῦ νῦν ζῶσι· πρὸς οὓς ἀπεκρίθη, καὶ ἐπιστολὴν ἔπεμψε γέμουσαν ῥήματα φόβου καὶ τρόμου· ἐν ᾗ διαῤῥήδην προφητεύει, καταρώμενος τὴν παντελῆ ἅλωσιν καὶ τὸν ἀφανισμὸν τῶν ἀθλίων Γραικῶν· ἐν ᾗ μετὰ πολλὰ ἄλλα, συνιεὶς τὰς λοιδορίας καὶ ὕβρεις ἅσπερ παρὰ τῶν Γραικῶν καθ' ἑκάστην ἀναιδῶς βλασφημεῖται, θαυμασίως καὶ τοῦτο λέγει· « Πάντα τὰ γένη τὸν γενόμενον εἰληφότα ὅρον ἐδέξαντο· Ἕλληνες δὲ, οὔτε ἐδέξαντο, οὔτ' ἐλπίς ἐστιν, ὡς ἔοικεν, οὐδεμία δέξασθαί ποτε τὰ ἐψηφισμένα ὑπὲρ ὁμονοίας τε καὶ ἑνώσεως· ἀναβολαὶ γὰρ αὐτοῖς ἐπ' ἀναβολαῖς ἀεὶ γίνονται· καὶ προφάσεις τε καὶ ἀπολογίαι αἱ αὐταὶ παντάπασιν

B ἐφ' ἑκάστοις. Μὴ γὰρ οἰέσθωσαν Ἕλληνες οὕτω παντὸς στέρεσθαι νοῦ τὸν τῆς Ῥώμης ἀρχιερέα, καὶ πᾶσαν τὴν ἑσπέριον Ἐκκλησίαν, ὥστε μηδὲν συνιέναι ἔχειν ποῖ ἄττα παρ' ἑκάστην ἀναβολὴν αὐτοὶ ἀποκρινόμενοι ῥαψῳδοῦσιν· εὖ μὲν γὰρ πάντα συνίεμεν, ἀνεχόμεθα δὲ, ἀποβλέποντες εἰς Ἰησοῦν τὸν ἀΐδιον ἀρχιερέα καὶ Κύριον· ὃς τὴν ἄκαρπον ἐκείνην συκῆν διατηρῆσαι ἄχρι τοῦ τρίτου ἔτους ἐκέλευσε· τοῦ γεωργοῦ ἀποκόπτειν ἤδη τὸ φυτὸν ἀξιοῦντος, διὰ τὸ μηδένα φέρειν καρπόν. » Ὦ τῶν κακῶν! τῷ χιλίῳ τετρακοσίῳ πεντηκοστῷ πρώτῳ ἔτει ἔγραψε τὴν ἐπιστολὴν, καὶ τῷ πεντηκοστῷ τρίτῳ ἐάλω ἡ Κωνσταντινούπολις. Ἆρα δύνασθε εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἀληθὲς τὸ πρᾶγμα τουτί; οὐμενοῦν·

C φανεροῦ ὄντος τοῦ πράγματος. καὶ τῆς συμφορᾶς διαῤῥήδην τοῦτο βιώσης. Τρία ἔτη, φησὶ, περιμενοῦμεν ὑμᾶς ἐπιστρέψαι ἀπὸ τοῦ σχίσματος καὶ τῆς διαιρέσεως, καὶ ἑνωθῆναι ἀληθῶς τῷ ὅρῳ, κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ Σωτῆρος τὴν ἐν τῇ συκῇ· εἰ δὲ μὴ, ἀποκοπήσεσθε, ἵνα μὴ καὶ τὴν γῆν καταργῆτε. Θαῦμα θαυμάτων τὸ μέγιστον τοῦτο, ὅτι καθάπερ φησὶν αὐτὸς Νικόλαος πάπας ἐν τῇ ἐπιστολῇ αὐτῇ, ὅτι τῶν Ἑλλήνων τὸ γένος, τὸ μέγα, τὸ φοβερὸν, τὸ σοφὸν, τὸ ἔνδοξον, τὸ ἀνδρεῖον, τὸ κρατῆσαν πάσης γῆς, δοῦλον οὕτω βαρβάροις κατὰ δίκην Θεοῦ ἀποδείκνυται. Ταῦτα διηγουμένῳ, ἔπεισί μοι κλαῦσαι, καὶ θρηνῆσαι τὴν ἀπώλειαν τοῦ ἡμετέρου γένους, εἰ καὶ ὑμεῖς οὐχ ὁρᾶτε.

XIV.

In primis ergo, ut inde initium sumam, in memoriam revocate, fratres et patres, qualisnam et quanta exstiterit nostra natio. Fuit enim quondam sapiens, clara, generosa, prudens, fortis, et quæ omnem terram suo subjecerit imperio. Præterea virtutis studio et sanctitate omnes gentes est supergressa, jejuniis, vigiliis, orationibus, eleemosynis, et, ut uno verbo dicam, veluti spongia hausit omnem virtutem Deo semper accepta. At in præsentia (proh dolor!) omnia interciderunt. Constantinopolis capta est; cujus rei solum recordatione cogor prorumpere in verba cum clamore et ejulatu, et ultimum effundere spiritum. Quia urbe expugnata aræ sunt profanatæ, templum concul-

ΙΔ'.

Πρὸ πάντων τοίνυν, ἵν' ἐντεῦθεν ἄρξωμαι, μνήσθητε, ἀδελφοὶ (1) καὶ πατέρες, πόσον τε καὶ ποταπὸν ὑπῆρχε τὸ γένος ἡμῶν· ἦν γὰρ σοφὸν, ἔνδοξον,

D γενναῖον, φρόνιμον, ἀνδρεῖον, πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ὑποτάξαν εἰς μοναρχίαν. Καὶ μὴν καὶ τῇ κατ' ἀρετὴν σπουδῇ τε καὶ ἁγιωσύνῃ, πάντα τὰ γένη νικῆσαν νηστείαις, ἀγρυπνίαις, προσευχαῖς, ἐλεημοσύναις· καὶ πᾶσαν ἁπλῶς ἀπομαξάμενον ἀρετὴν, καθάπερ σπόγγος τὰ νάματα, διετέλει εὐαρεστοῦν τῷ Θεῷ. Ἀλλὰ νῦν, φεῦ γε τῶν κακῶν! ἀπώλετο πᾶν· ἐάλω ἡ Κωνσταντινούπολις· ἧς μόνον ἐν τῷ μνησθῆναι, ἔστιν ἐκρῆξαι φωνὴν μετὰ κραυγῆς καὶ ὀλολυγμοῦ, καὶ πνεῦσαι τὰ λοίσθια. Ἁλούσης γὰρ, ἐμιάνθη θυσιαστήρια· κατεπατήθη τὸ ἱερόν· χύσις

(1) Verba Μνήσθητε, ἀδελφοὶ, etc., usque ad καὶ ἱλιγμιᾷ μου τὸ πνεῦμα, citat Martinus Crusius in *Turco-Græcia*, p. 100, ut partem Monodiæ ineditæ qua Gennadius Scholarius patriæ calamitates deploravit. Vide tom. CLX, col. 2 3. Edit

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αἵματος πολλὴ γέγονεν· ἐμιάνθησαν μονάστριαι· ἐφθάρησαν παρθένοι· ἀπεκεφαλίσθησαν βρέφη· ἀπέθανον μαχαίρας τῶν ἀσεβῶν, ἄρχοντες, ἱερομόναχοι, ἱερεῖς, ἡγούμενοι, ἄνδρες, γυναῖκες· γάμοι ἐχωρίσθησαν, ναοὶ κατεπατήθησαν καὶ ὑβρίσθησαν, σκεύη ἱερὰ συνεθλάσθησαν· εἰκόνες κεκοσμημέναι κατεπατήθησαν καὶ ἐνεπτύσθησαν. Οἴμοι τῷ ταλαιπώρῳ τε καὶ ἀθλίῳ! τίς ἱκανὸς ἐκτραγῳδῆσαι τὸ πάθος, καὶ ἀναγγεῖλαι τὴν συμφοράν; Φεῦ! ποῦ ἡ βασιλικὴ παράστασις καὶ παράταξις; ποῦ ἡ τοῦ παλατίου σύνταξις· ποῦ ὁ τοσοῦτος ἐσμὸς τῶν ἀρχόντων; ποῦ τὸ παιδευτήριον τῆς σοφίας; οἴμοι τῷ τάλανι! ποῦ ἡ πατριαρχικὴ διοίκησις; ποῦ ἡ τῆς Ἐκκλησίας καλλονή· ποῦ ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικοῦτος τοῦ ἀρχιερατικοῦ τε καὶ ἱερομοναχικοῦ, καὶ μοναρικοῦ τάγματος, χορός τε καὶ ἀριθμός; ποῦ τὰ τῶν μοναχῶν τάγματα καὶ μοναστριῶν; Οὐκ ἰδοὺ κατεπόθησαν ὑπὸ τοῦ Μωάμεθ τὰ πάντα; Καὶ οὐκ ἐν αὐτῇ μόνῃ τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων ἐγεγόνει τουτὶ τὸ κακὸν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰς μετ' αὐτὴν. Ἔτι πλείω καὶ χείριστα· καὶ ὁρῶμεν ἀνεῳγμένοις ὀφθαλμοῖς καθ' ἡμέραν καὶ νοοῦμεν. Τίνος ἕνεκεν ταῦτα; Ἢ ὑμεῖς εἴπατέ μοι διὰ τὸν Κύριον, εἰ μὲν εἴπητε ὡς εἰώθατε λέγειν ὅτι διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν τοῦτ' ἐγένετο, οὐκ ἔστιν οὕτως, ἐγὼ λέξω· οὐ γὰρ μᾶλλον ἡμεῖς, ἢ τὰ λοιπὰ τῶν Χριστιανῶν γένη τοῖς ἰδίαις τὸν Θεὸν παροργίζομεν ἁμαρτίαις· εἰσὶ γὰρ ἄλλα γένη πλεῖον βλάσφημα καὶ ἁμαρτωλά. Πῶς οὐ πάσχουσιν οὕτως ὡς τὸ ἡμέτερον ἀθλιώτατον καὶ ἐλεεινὸν γένος; Οὐαί μοι τῷ ταλαιπώρῳ! ὅταν ἀποβλέψω πρὸς τοῦτο, ἄλλος ἐξ ἄλλου γίνομαι· καὶ ἡ ψυχή μου ταράττεται, καὶ ἱλιγγιᾷ μου τὸ πνεῦμα· ὅτι τῶν Ἰουδαίων τὸ γένος, δύο ἁμαρτίας ποιήσαν, δίκην ἔδωκε κατὰ τὸν προφήτην· «Δύο καὶ πονηρὰ ἐποίησε, φησὶν, ὁ πρωτότοκος υἱός μου Ἰσραήλ· ἐμὲ ἐγκατέλιπε πηγὴν ὕδατος ζωῆς, καὶ ὤρυξεν ἑαυτῷ λάκκους συντετριμμένους·» καὶ ἡ Ἐκκλησία, Ἐμὲ ἐπὶ ξύλου ἐσταύρωσαν, τὸν δὲ Βαραββᾶν ᾐτήσαντο καὶ ἀπέλυσαν. Πρῶτον τοίνυν, εἰδωλολατρεῦσαν, ᾐχμαλωτίσθη εἰς Μηδίαν καὶ Βαβυλῶνα· δεύτερον, σταυρώσαντες τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν, αἰχμάλωτοι γεγόνασιν εἰς πάντα τὰ ἔθνη. Τὸ δὲ ἡμέτερον γένος, ὦ τῆς συμφορᾶς, φεῦ τῆς ὀδύνης! οὔτε εἰδώλοις ποτὲ ἐλάτρευσεν, οὔτε τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐσταύρωσε· τίνος ἕνεκεν τὰ δεινὰ ταῦτα πάσχει; Καὶ οὐ μόνον τὰ αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ χείρονα τῶν κακῶν Ἰουδαίων πάσχει. Ἐκεῖνοι γὰρ αἰχμαλωτισθέντες, πάντων ἐθνῶν γεγόνασι δοῦλοι, ὡς μισητοὶ καὶ ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ· οὗτοι δὲ, οὐ μόνον τοῖς ἔθνεσιν ἐγένοντο δοῦλοι, ἀλλὰ καὶ Ἰουδαίοις αὐτοῖς, τοῖς οὖσι δούλοις πάντων ἐθνῶν. Ὦ τῆς ἐμῆς συμφορᾶς! οὐκ ἔστι λοιπὸν κλαῦσαί τε καὶ θρηνῆσαι καὶ ἐξετάσαι, καὶ ἰδεῖν τὴν αἰτίαν, δι' ἧς ταῦτα πάσχομεν; Ἐγὼ μὲν οὐ δύναμαι συνορᾷν ἄλλην· οὐδὲ τὸ ἡμέτερον γένος χεῖρόν ἐστι πάντων γενῶν ταῖς ἀρεταῖς, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ βέλτιον. Εἴρηται γὰρ δὴ, καὶ ἀληθῶς; εἴρηται, ὅτι τὸ ἡμέτερον γένος, πάντων γενῶν

A catum, magna sanguinis effusio secuta, pollutæ moniales, virgines corruptæ, caput infantibus abscissum, impiorum manibus principes occiderunt: monachi sacri, sacerdotes, præpositi, viri, feminæ. Connubia sunt divulsa, sacra vasa confracta, imagines ornatissimæ conculcatæ sunt! ac sputis conspurcatæ. O me miserum atque infelicem! quis poterit unquam tantam cladem deplorare et verbis acerbum casum exprimere? Heu! ubi regius apparatus et comitatus? ubi ordo palatii et disciplina? ubi tot principum examen? ubi scholæ sapientiæ? væ mihi misero! ubi patriarchalis administratio, ubi ornatus Ecclesiæ? ubi tantus et talis sacrorum monachorum ac non sacrorum ordo, cherus et numerus? ubi monachorum et monialium ordines? Ecce, nonne cuncta sunt a Mahomete absorpta? Nec tantum in ipsa urbium regina ea mala obvenere, verum etiam in subjectis regionibus plura ac deteriora; perque singulos dies hæc apertis oculis intuemur et intelligimus. Quamobrem ergo hæc? vel vos mihi dicite, per Dominum. Si dixeritis, ut dicere consuestis, ob nostra delicta hæc evenisse, non ita se res habet ego dicam, quoniam non magis nos quam cæteræ Christianorum gentes nostris criminibus Deum irritamus. Sunt enim et aliæ nationes magis sceleribus et peccatis obnoxiæ; quomodo non affliguntur ut nostra infelicissima et miseranda natio? Væ mihi misero! Alius ex alio subinde fio, cum ad hæc animum converto, et cor meum conturbatur et spiritus meus æstuat, quia Judæorum gens, quæ duo crimina commisit, secundum prophetam dedit pœnas, « Duo enim mala fecit, inquit, primogenitus meus filius Israel [36]: » me dereliquit fontem aquæ vivæ, et effodit sibi cisternam dissipatam; et Ecclesia, Me in ligno crucifixerunt, Barabbam vero postulaverunt et liberarunt. Primum igitur cum idolis inservisset, in captivitatem abductus est in Mediam et Babylonem; secundo cum crucifixissent Dominum nostrum et Deum, profecti sunt captivi in omnes gentes. Nostra vero natio (proh infortunium! proh dolor!) neque idolis servivit unquam, neque Dei Filium crucifixit: qua de causa tam acerbe vexatur? Sed non solum eadem, verum etiam multo pejora quam impii Judæi perpetitur. Ii namque in servitutem abducti, omnium gentium facti sunt servi, ut omnibus invisi et Dei hostes: hi vero non solum gentium facti sunt servi, sed et Judæis ipsis, qui sunt servi omnium gentium. O meam calamitatem! Nonne reliquum est plorare et lamentari, ac disquirere causam et videre propter quæ patimur hæc? Ego vero aliam non possum invenire (neque enim virtute nostra natio cæteris gentibus pejor est, imo vero melior; nam dictum est vereque dictum, nationem nostram omnes nationes virtute et moribus antecellere) nisi schisma, et quod se subtraxerit ab obedientia et subjectione

[36] Jerem. II, 13.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Romanæ Ecclesiæ. Eam et solam decerno esse causam interitus nostræ gentis, quia postquam ab ea divisi sumus, maledictionem accepimus et patimur quæ nos patimur; nec ideo pœnitet nos, sed deteriores evadimus, et maledictis impetimus ipsam Ecclesiam, dicenda et tacenda adversus eam impudenter evomimus. Quamobrem, fratres mei, per Christum, desperationem omittamus, accedamus veræ Christianorum unioni, agnoscamus peccata nostra, ne pejores Judæis evadamus, neve falsa suasione, malitia, et præsumptione, ita aures obstruamus ut nec audiamus nec intelligamus. Audiamus Christum clamantem apostolis: « Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit; qui vero me spernit, spernit eum qui misit me [27]. » Vere ergo licet dicere, qui papam audit, Dominum audit; qui vero papam non audit, Dominum non audit: qui vero Dominum non audit, audit captivos et gladiis comminutos (1). Vidi et recte memini, cum interfuerim disputationibus cujusdam monachi Barlaam, quæ habitæ sunt Constantinopoli cum quodam legato apostolico de primatu papæ, ubi concludens legatus dicit: Ego quidem possum cunctas objectiones vestras diluere (non enim Christi Ecclesia et præses illius summus pontifex misit hominem qui nesciat vestris dubitationibus respondere), sed vos semper in nugacibus verborum argutiis versamini. Quare mihi libet dicere tibi breve ac verum verbum, quod et aliis Græcis, mihi injunctum est dicere. Hæc dicit papa: Si volueritis et audieritis me, bona terræ comedetis, secundum prophetam; si vero nolueritis, neque audieritis me, gladius vos devorabit [28]. » Num pontificis os locutum est hæc? num habes huic quid contradicas? Lege et expende an evenerit sicut ipse dixit. Si ergo evenit, debetis, imo vero potius necesse est illum audire: secundum vero opera illius non facere, si mala fuerint. Ita et nobis præcepit Dominus: « Super cathedram Moysi sederunt Scribæ et Pharisæi; omnia quæcunque dixerint vobis facere, facite, secundum vero opera illorum nolite facere [29]. » Quando ergo et hic super cathedram Petri sedet, debemus ipsum tanquam Petrum audire et imitari sermones ejus, opera vero non imitari si prava sint. Ita vos sancti docent, ita leges et canones clamant, ut antea demonstravimus, et paulo post etiam demonstrabimus. Nunc detegere volumus quod vos intus adversus papam ac Latinos injuste continetis. Dicitur enim quod propter peccatum illum vitatis. At hoc verum non est, sed causas quæritis, fratres, parum veras. Maledixit enim vobis, et vos invenit excommunicatio defetique funditus estis. Sed alius est morbus ex quo ægrotat intus anima vestra, ut antea exposuimus, non audentes palam dicere, ne forte cun-

A διαφέρει τῇ ἀρετῇ καὶ τῷ ἤθει, ἀλλ' ἡ τὸ σχίσμα καὶ ἡ παρακοὴ καὶ ἀνυποταξία πρὸς τὴν Ῥωμαϊκὴν Ἐκκλησίαν αὐτὴν καὶ μόνην κρίνω αἰτίαν τῆς ἀπωλείας τοῦ ἡμετέρου γένους. Ἀφ' οὗ γὰρ ἐσχίσθημεν ἀπ' αὐτῆς, τὴν κατάραν ἐλάβομεν· καὶ πάσχομεν ὅσα καὶ πάσχομεν· καὶ πάσχοντες οὐ μετανοοῦμεν, ἀλλὰ καὶ χείρονες γινόμεθα· καὶ βλασφημοῦμεν κατ' αὐτῆς τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας· καὶ ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα κατ' αὐτῆς ἀναιδῶς ἐμοῦμεν. Ὅθεν, ἀδελφοί μου, ἐάσωμεν τὴν ἀπόγνωσιν διὰ τὸν Κύριον, προσέλθωμεν τῇ ἀληθεῖ τῶν Χριστιανῶν ἑνώσει· γνωρίσωμεν τὸ πταῖσμα ἡμῶν· μὴ χείρονες τῶν Ἰουδαίων γενώμεθα· μὴ τῇ πεισμονῇ καὶ τῇ κακίᾳ σὺν τῇ προλήψει, κλείωμεν τὰ ὦτα τοῦ μὴ ἀκούειν καὶ συνιέναι. Ἀκούσωμεν τοῦ Κυρίου

B βοῶντος τοῖς ἀποστόλοις· « Ὁ ἀκούων ὑμῶν, ἐμοῦ ἀκούει· καὶ ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, ἐμὲ ἀθετεῖ· ὁ δὲ ἐμὲ ἀθετῶν, ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαντά με. » Ἔστιν οὖν εἰπεῖν τὸ ἀληθές· ὁ ἀκούων τοῦ πάπα, τοῦ Κυρίου ἀκούει· ὁ δὲ μὴ ἀκούων τοῦ πάπα, τοῦ Κυρίου οὐκ ἀκούει· ὁ δὲ μὴ τοῦ Κυρίου ἀκούων, ἀκούει αἰχμαλώτων καὶ κατακοπέντων μαχαίραις. Εἶδον καὶ καλῶς μέμνημαι, ἐν ταῖς διαλέξεσί τινος Βαρλαὰμ μοναχοῦ, γενομέναις ἐν Κωνσταντινουπόλει, μετά τινος λεγάτου ἀποστολικοῦ, περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάπα· ἔνθα συμπεραίνων ὁ λεγάτος φησίν· Ἐγὼ μὲν ἱκανός εἰμι πάντα τὰ ὑφ' ὑμῶν προσφερόμενα διαλύσασθαι· οὐ γὰρ ἀπέστειλεν ἡ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησία καὶ ὁ προκαθεζόμενος ταύτης ἄκρος ἀρχιερεὺς ἄνθρωπον, μὴ εἰδότα διαλύειν τὰς ὑμετέρας ἀμφισβητήσεις· ἀλλ' ὑμεῖς, ὡς ὁρῶ, ἐπ' ἐφευρεσιολογίαις

C ἀεὶ καλινδεῖσθε· ὅθεν ἔνεστί μοι εἰπεῖν πρὸς σὲ σύντομον καὶ ἀληθῆ λόγον, ὃν περ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους Γραικοὺς παρήγγελμαι λέγειν, ὅτι τάδε λέγει ὁ πάπας· Ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε, κατὰ τὸν προφήτην· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται· τὸ γὰρ στόμα τοῦ πάπα ἐλάλησε ταῦτα. Ἄρα ἔχεις εἰπεῖν τοὐναντίον τούτου; Ἀνάγνωθι καὶ ἴδε, εἰ οὐκ ἐγένετο ὡς ἐκεῖνος ἔφη· εἰ οὖν ἐγένετο, ὀφείλετε, μᾶλλον δὲ ἀνάγκη ἐστὶν, ἀκούειν ἐκείνου· κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτοῦ μὴ ποιεῖν, ἂν πονηρὰ ὦσιν· οὕτω γὰρ ἡμῖν ἐνετείλατο ὁ Κύριος· « Ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι·

D πάντα οὖν ὅσα ἂν λέγωσιν ὑμῖν ποιεῖν, ποιεῖτε· κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν, μὴ ποιεῖτε. » Ἐπεὶ οὖν καὶ οὗτος ἐν τῇ τοῦ Πέτρου καθέδρᾳ κάθηται, ὀφείλομεν αὐτοῦ ὡς τοῦ Πέτρου ἀκούειν, καὶ μιμεῖσθαι τοὺς λόγους αὐτοῦ· τὰ δὲ ἔργα αὐτοῦ μὴ μιμεῖσθαι εἰ πονηρὰ ὦσιν· οὕτως ἡμᾶς οἱ ἅγιοι διδάσκουσιν· οὕτως οἱ νόμοι καὶ οἱ κανόνες βοῶσιν, ὡς φθάσαντες ἀπεδείξαμεν καὶ ἔτι ἀποδείξομεν ἐν ὀλίγῳ. Νῦν δὲ βουλόμεθα ἀνακαλύψαι ὅπερ ὑμεῖς ἔνδον κατὰ τοῦ πάπα καὶ τῶν Λατίνων δεδίκως ἔχετε· λέγετε γὰρ ὡς διὰ τὴν ἁμαρτίαν φεύγετε αὐτόν· ἀλλ' οὐκ ἔστι

[27] Luc. x, 16. [28] Isa. i, 19. [29] Matth. xxiii, 2.

(1) Hoc dicit propter Janizeros, qui ex captivis eliguntur, et circumciduntur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοῦτο, οὐκ ἔστιν, ὦ φίλοι· ἀλλὰ προφασίζεσθε, ἀδελφοὶ, προφάσεις οὐκ ἀληθεῖς· κατηράσατο γὰρ ὑμῖν, καὶ εὗρεν ὑμᾶς ὁ ἀφορισμός· καὶ ἠφανίσθητε παντελῶς. Ἀλλ' ἄλλο ἐστὶν ὃ ἔνδον ἐν τῇ ψυχῇ νοσηλεύεσθε ὡς προείπομεν· αἰδούμενοι εἰς τὸ φανερὸν εἰπεῖν, μήπως χείρονες πάντων αἱρετικῶν ὀνομασθήσεσθε καὶ φανερωθήσεσθε· καὶ ᾔδεσθε τοῦτο μασᾶσθαι ὑπ' ὀδόντα· καὶ ἄλλο ἐστὶν ὃ τοῖς χείλεσιν ἔχετε· ὅμως εἰσί τινες μωροὶ, οἳ καὶ φανερῶς λέγουσι τοὺς Λατίνους αἱρετικοὺς, καὶ πρό γε πάντων τὸν πάπαν· καὶ διὰ τοῦτο, οὔτε τὴν ἕνωσιν θέλετε, οὔτε τὸ μνημόσυνον τοῦ πάπα ἀκούειν ἀνέχεσθε· οὔτε τοὺς ἀσπαζομένους τὴν ἕνωσιν ἱερεῖς, ὁρᾷν ἀποδέχεσθε· οὔτε τοὺς συγκοινωνοῦντας αὐτοῖς, Χριστιανοὺς ὅλως ἔχετε· καὶ εἴ πουεὑρεθείητε τὸ μνημόσυνον τοῦ πάπα ὀκούοντες, ἀντίδωρον οὐ λαμβάνετε· ἀλλὰ μαίνεσθε, καὶ τοὺς ὀδόντας κατ' αὐτῶν τῶν ἱερέων ὠμότατα βρύχετε, καὶ χείρονας τῶν Ἰουδαίων ἡγεῖσθε. Ταῦτα οὖν δειλιῶντες εἰπεῖν, θυμόν τινων φοβούμενοι, πρὸς τὸ πρόδηλον ἀποσκίασμα γενναίως ἐκφεύγετε. Μάχεσθε καὶ ὑμεῖς

A ctis hæreticis pejores voçemini, et sitis cogniti apud omnes; magisque vultis mandere sub dentibus. Sed aliud quid est quod labis premitis. Quidam tamen adeo stolidi sunt, qui aperte Latinos hæreticos esse dicunt, et papam præter cæteros omnes, ideoque unionem refugitis, neque papæ memoriam audire, neque qui unionem ex vestris sacerdotibus amplectuntur videre sustinetis: neque qui cum ipsis communicant omnino pro Christianis habetis; et si forte contingit ut in aliquod incurratis quod vos papæ commonefaciat, panem oblationis non accipitis, sed furiis agitamini ac dentibus adversus ipsos sacerdotes sævissime infrenditis, et Judæis deteriores esse putatis. Hæc igitur proferre reformidantes, ut iram quorumdam

B declinetis, ad apertum integumentum strenue confugitis, et adversus veritatem pugnatis, de asini umbra (ut fertur) decertantes.

ΙΕ'.

Ἀλλ' ἡμεῖς ἐν τοῖς πρότερον εἰρημένοις τέσσαρα βιβλία ἐκθέντες, πολλὰ περὶ τούτου εἰρήκαμεν, τὴν ἀλήθειαν ὡς ἑνὸν διαῤῥήδην κηρύξαντες, καὶ τοὺς Λατίνους ὀρθοδόξους εἶναι φανερῶς ἐν τοῖς δόγμασιν ἐτρανώσαμεν· καὶ ἀδίκως παρ' ὑμῶν συκοφαντουμένους παρεστήσαμεν μάλα γενναίως. Ἐν δὲ τῷ παρόντι, τῷ πέμπτῳ δηλαδὴ τούτῳ, οὐκ ὀλίγα εἰρήκαμεν· τὸν τῆς Ῥώμης ἀρχιερέα, διάδοχον ὄντα τοῦ Πέτρου ἀποδεικνύοντες· καὶ ἔτι ἀποδείξομεν τοῦ Πέτρου διάδοχον εἶναι αὐτὸν, καὶ τοποτηρητὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ αὐτὸν μόνον ἔχειν ἐξουσίαν πᾶσαν Ἐκκλησίαν ἁπλῶς διοικεῖν καὶ κυβερνᾷν, δεσμεῖν τε καὶ λύειν, εὐλογεῖν καὶ καταρᾶσθαι, ἐπιτιμᾷν καὶ ἰᾶσθαι· καὶ χώραν καὶ εὐπορίαν μόνον ἔχειν τὴν πίστιν καὶ τὴν ἱερωσύνην ἐξετάζειν. Αὐτίκα γὰρ ὁ μέγας Θεόδωρος ὁ Στουδίτης ἐν τῇ πρὸς Πασχάλιον πάπαν ἐπιστολῇ, τοιαῦτα φάσκει· « Ἄκουε, ἀποστολικὴ κάρα, θεοπρόβλητε παιμὴν τῶν Χριστοῦ προβάτων· κλειδοῦχε τῆς οὐρανῶν βασιλείας· πέτρα τῆς πίστεως, ἐφ' ᾗ ᾠκοδόμηται ἡ καθολικὴ Ἐκκλησία· Πέτρος γὰρ σὺ, τὸν Πέτρου θρόνον κοσμῶν καὶ διέπων. » Καὶ μετά τινα· « Δεῦρο δὴ ἀπὸ δυσμῶν ὁ χριστομίμητος ἀνάστηθι καὶ μὴ ἀπώτερον εἰς τέλος. Πρὸς σὲ γὰρ εἴρηκε Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν· « Καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας, στηρίξεις τοὺς ἀδελφούς σου. » Ἀκούεις πῶς λέγει τὸν τῆς Ῥώμης ἀρχιερέα ὁ μέγας οὗτος Πατὴρ, Πέτρον καὶ κλειδοῦχον ζωῆς αἰωνίου, καὶ ποιμένα, καὶ ἀποστολικὴν κάραν; καὶ ἐπικαλεῖται ἀρωγὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως διὰ τὰς αἱρέσεις τῶν Εἰκονομάχων; Πόθεν τοῦτο, εἰ μὴ ὅτι ἐκεῖνος εἶχεν ἐξουσίαν στηρίζειν τὰς λοιπὰς ἐκκλησίας, ὡς αἱρέσεως πάσης ἀνώτερος ὤν, καὶ ὑπερανῳκισμένος πάσης ζάλης αἱρετικῶν; Καὶ τούτου μάρτυς ὁ αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν Πασχάλιον ἐπιστολῇ λέγων· « Ὑμεῖς οὖν ὡς ἀληθῶς ἡ ἀθόλωτος καὶ ἀκαπήλευτος πηγὴ ἐξ ὀρχῆς τῆς ὀρθοδοξίας. Ὑμεῖς ὁ πάσης αἱρετικῆς ζάλης ἀνῳκισμένος, ὁ εὔδιος λιμὴν

XV.

At nos in præcedentibus, quos antea edidimus quatuor libris, multa de iis eisdem tractavimus, veritatem pro viribus aperte prædicantes, Latinosque in dogmatibus orthodoxos esse liquido ostendimus, et falsis eos premi calumniis egregie demonstravimus, et in hoc quinto profecto non pauca attulimus, scilicet pontificem esse Petri successorem et vicarium Salvatoris nostri Jesu Christi comprobando; eumque solum obtinere potestatem

C omnem Ecclesiam absolute dirigendi et gubernandi, ligandi et solvendi, redarguendi, benedicendi, maledicendi, corrigendi ac medendi, solumque illum habere facultatem de fide et sacerdotio exquirendi. Nam statim magnus Theodorus Studites in epistola ad Paschalem papam hæc inquit: « Audi, apostolicum caput, a Deo electe, pastor ovium Christi, claviger regni cœlorum, petra fidei per quam ædificata est catholica Ecclesia. Nam tu es Petrus Petri sedem exornans et gubernans; » et post quædam: « Huc ades, ab Occidente exsurge, et ne repellas in finem; tibi namque dixit Christus Deus noster, et tu quandoque conversus confirma fratres tuos. » Audis quomodo appellat pon-

D tificem magnus hic Pater Petrum, et clavigerum vitæ æternæ, et pastorem, et apostolicum caput? rogatque ut Constantinopoli subsidium ferat propter eorum hæreses qui imagines oppugnabant. Undenam hoc? Non ob aliquid aliud nisi quia is habebat potestatem cæteras Ecclesias confirmandi, tanquam qui omnibus hæresibus superior esset, longeque positus esset ab omni procella hæreticorum. Hujus rei ipsemet testis est in epistola ad Paschalem dicens: « Vos igitur vere illimis fons ac sincerus jam inde a principio veræ fidei, vos ab omni hæreticorum procella longe positi: securus totius Ecclesiæ portus, vos a Deo electa civitas ad salutis refugium. » Intelligis quo pacto securum portum appellat totius Ecclesiæ Romanum pontificem? ad

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quem ut navigia ab undis in medio maris agitata in portum profugiunt, ne foris relicta a fluctibus atque æstu mergantur; sic et omnes Ecclesiæ ab hæreticis tanquam a fluctibus vexatæ ad Romanum pontificem, veluti ad portum salutis confugiunt, ubi tranquillitatem et quietem omnem nanciscantur. Nam eo loci fidei claves Christus apud Petrum apostolum deposuit, ut Ecclesiam totam pasceret atque gubernaret, nec apud illum tantum, sed etiam apud ejus successores, ipsi dicens, « Et tu aliquando conversus, confirma fratres tuos; » quæ quidem non soli Petro contigerunt, sed et ejus successoribus. Nam Sylvester magnus papa Romanus post baptismum Constantini, Arii hæresim abolevit, et in eadem urbe Liberius ac Julius Athanasium confirmarunt, et Alexandriam remiserunt, cum ab Arianis persecutionem pateretur. Damasius papa Eunomii Constantinopolitani patriarchæ hæresim funditus sustulit. Divus Celestinus impii Nestorii et Constantinopolitani patriarchæ hæresim per Cyrillum theegorum delevit. Leo sanctissimus sacrilegam Eutychis et Dioscori hæresim damnavit. Martinus et Agatho Monothelitarum scelestam hæresim verbo et operibus sustulerunt. Gregorius magnus Dialogus impietatem eorum qui imagines oppugnabant anathemati subjecit. Deinde post inobedientiam et schisma, Nicolaus primus ipsemet Constantinopolim profectus est Photii tempore, ut tolleret schisma; quem cum non recepissent, excommunicationi ab eo suppositi sunt. Post hunc summi pontifices per temporum vices non destiterunt scribere et hortari Græcos ad Ecclesiæ conversionem et obedientiam, quousque coacta est synodus apud Lugdunum, quam Græci octavam vocant, cujus auctor exstitit Gregorius papa decimus, et unio est subsecuta. Sed iterum defecerunt, et iterum legatos Ecclesiæ receperunt. Cogitur synodus Constantinopolitana cum papæ legatis, Joannis Becci temporibus Constantinopolitani patriarchæ, et unionem amplexi sunt, ad breve tempus obedientiam ostendentes et pacem, sed postea rursus ad suum et primum vomitum reverterunt. Sed nec rursus defatigati sunt Ecclesiæ catholicæ præsides, eos ad obedientiam et pacem excitare. At illi cum semel obsurduissent, non paruerunt; protracta est igitur res usque ad nos, aspeximusque nostris oculis, quod multi ante nos patriarchæ et reges videre exoptarunt, nec viderunt. Nos vero vidimus beatissimum Eugenium IV Romanæ Ecclesiæ pontificem summum quanto studio in hoc sanctum opus incubuerit, triremibus missis et sumptibus, ut hoc magnum vulnus sanaretur; celebrataque est synodus ingens atque admirabilis Ferrariæ et Florentiæ, insignibus Italiæ urbibus magna doctorum et sapientum virorum frequentia, et theologiæ scientia ac virtute illustrium. Tandem decretum sancitum est omni sapientia et veritate conspicuum, quod ubique est promulgatum et ab omnibus gentibus receptum. Græci vero, et ex iis

A τῆς ὅλης Ἐκκλησίας. Ὑμεῖς οἱ θεήλεκτος πόλις τοῦ φυγαδευτηρίου τῆς σωτηρίας. » Ἀκούεις, πῶς εὔδιον λιμένα τῆς ὅλης Ἐκκλησίας ἀποκαλεῖ τὸν τῆς Ῥώμης ἀρχιερέα, ἵνα ὥσπερ τὰ πλοῖα μέσον τῆς θαλάσσης βασανιζόμενα ὑπὸ τῶν κυμάτων πρὸς τὸν λιμένα τρέχουσι, μὴ μείνωσιν ἔξω καὶ καταποντισθῶσιν ὑπὸ τῶν κυμάτων τε καὶ τοῦ κλύδωνος, οὕτω καὶ ἐκκλησίαι πᾶσαι κλυδωνιζόμεναι παρὰ τῶν αἱρέσεων δίκην κυμάτων, πρὸς τὸν τῆς Ῥώμης ἀρχιερέα, ὡς πρὸς λιμένα σωτήριον, τρέχωσιν· ἔνθα γαλήνην καὶ ἠρεμίαν πᾶσαν εὑρήσουσιν, ἐκεῖ γὰρ ἔθετο Χριστὸς τὰς κλεῖς τῆς πίστεως ἐν Πέτρῳ τῷ ἀποστόλῳ, ποιμαίνειν καὶ κυβερνᾶν ὅλην τὴν Ἐκκλησίαν, οὐκ ἐκείνῳ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ. λέγων πρὸς αὐτόν, « Καὶ σύ ποτε ἐπιστραφεὶς B στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου· » ὅπερ οὐ τῷ Πέτρῳ μόνῳ συνέβη, ἀλλὰ καὶ τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ. Αὐτίκα γὰρ Σύλβεστρος ὁ μέγας πάπας Ῥώμης μετὰ τὸ βάπτισμα Κωνσταντίνου, τὴν αἵρεσιν Ἀρείου κατέλυσεν. Καὶ ἐν αὐτῇ Ἰούλιος καὶ Λιβέριος Ἀθανάσιον ἐβεβαίωσαν, καὶ εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἔπεμψαν ὑπὸ τῶν Ἀρειανῶν διωκόμενον. Δάμασος δὲ ὁ πάπας τὴν αἵρεσιν Μακεδονίου πατριάρχου ὄντος Κωνσταντινουπόλεως, εἰς γῆν κατηδάφισεν. Κελεστῖνος ὁ θεῖος τὴν τοῦ δυσσεβοῦς Νεστορίου αἵρεσιν, καὶ αὐτοῦ Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχου ὄντος, διὰ Κυρίλλου τοῦ θεηγόρου ἀφανισμοῦ παρέδωκε. Λέων ὁ ἁγιώτατος, τὴν ἄθεον τοῦ Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου αἵρεσιν κατεδίκασε. Μαρτῖνός τε καὶ Ἀγάθων, C ταύτην τῶν Μονοθελητῶν τὴν μιαρὰν αἵρεσιν, λόγοις καὶ ἔργοις κατέβαλον. Γρηγόριος ὁ μέγας Διάλογος, τὴν τῶν Εἰκονομάχων δυσσέβειαν ἀναθέματι καθυπέβαλεν. Εἶτα μετὰ τὴν παρακοὴν καὶ τὸ σχίσμα Νικόλαος πρῶτος σωματικῶς εἰς Κωνσταντινούπολιν ἦλθεν, ἐν τῷ καιρῷ τοῦ Φωτίου, τοῦ θεραπεῦσαι τὸ σχίσμα· ὃν μὴ δεξάμενοι, ἀφορισμῷ παρ' αὐτοῦ ὑπεβλήθησαν. Μετὰ δὲ τοῦτον, οὐ διέλειπον οἱ κατὰ καιροὺς ἄκροι ἀρχιερεῖς ἐπιστέλλοντες καὶ καλοῦντες τοὺς Γραικοὺς ἐπιστρέψαι καὶ ἐπακοῦσαι τῆς Ἐκκλησίας, ἕως οὗ ἐγένετο σύνοδος ἐν Λουγδούνῳ, ἣν οἱ Γραικοὶ ὀγδόην καλοῦσιν· εἰς ἣν ἐξῆρχε πάπας Γρηγόριος δέκατος, καὶ ἡνώθησαν, καὶ πάλιν ἀπέστησαν· καὶ πάλιν πρέσβεις τοὺς τῆς Ἐκκλη- D σίας ἐδέχοντο· καὶ συγκροτεῖται σύνοδος ἐν Κωνσταντινουπόλει, μετὰ λεγάτων τοῦ πάπα, ἐν τῷ καιρῷ Ἰωάννου Βέκου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως· καὶ ἡνώθησαν μὲν πρὸς ὀλίγον, δείξαντες ὑπακοὴν καὶ εἰρήνην· μετὰ δὲ ταῦτα, πάλιν πρὸς τὸν ἴδιον καὶ πρῶτον ἐστράφησαν ἐμετόν. Ἀλλὰ καὶ αὖθις οὐκ ἀπέκαμον οἱ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας προϊστάμενοι, διεγείρειν αὐτοὺς πρὸς ὑπακοὴν καὶ εἰρήνην. Αὐτοὶ δὲ ἅπαξ ἐκκεκωφηκότες, οὐκ ἤκουον. Ἔφθασεν οὖν τὸ πρᾶγμα καὶ ἕως ἡμῶν. Καὶ εἴδομεν τοῖς ἡμετέροις ὀφθαλμοῖς, ὃ πολλοὶ τῶν πρὸ ἡμῶν, καὶ πατριάρχαι καὶ βασιλεῖς ἐπεθύμησαν ἰδεῖν, καὶ οὐκ εἶδον. Ἡμεῖς δ' εἴδομεν τὸν μακαριώτατον Εὐγένιον τέταρτον, τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας ἄκρον ἀρχιερέα, πόσην σπουδὴν προκατεβάλλετο διὰ τὸ ἅγιον ἔργον τοῦτο· καὶ τριήρεις

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ ἀναλώματα ἔπεμψεν, ἵνα τὸ τραῦμα θεραπεύσῃ τὸ μέγα τουτί· καὶ σύνοδος ἐγεγόνει ἐν Φερράρᾳ καὶ Φλωρεντίᾳ ἀξιολόγοις τῶν Ἰταλίας πόλεων, μεγάλη καὶ θαυμαστή· λογίους ἔχουσα καὶ σοφοὺς ἄνδρας, θεολογίᾳ κεκοσμημένους καὶ ἀρετῇ· καὶ δὴ τελευτῶντες συνέθεντο τὸν ὅρον σοφίᾳ πάσῃ καὶ ἀληθείᾳ διαλάμποντα· ὃς ἐκηρύχθη μὲν πανταχοῦ, καὶ πάντα τὰ γένη τοῦτον ἐδέξαντο· Γραικοὶ δὲ, καὶ τούτων οἱ χείρονες καὶ ἰδιῶται καὶ ἀμαθεῖς, ἀντιλέγουσι τούτῳ· εἰ δὲ καί τις μέτοχος λόγου ἀντιλέγει τῷ ὅρῳ, οὐκ ἀπὸ σοφίας, ἀλλ' ἀπὸ κακίας καὶ ψευδοῦς, καὶ ματαίας προλήψεως, καὶ κενῆς δόξης, ἣν βούλεται καρποῦσθαι παρὰ τῆς ἀλογίας τοῦ πλήθους, τοῦτα λέγει. Ὅυτινα ὅρον καὶ ἡμεῖς ἀνὰ χεῖρας λαβόντες διήλθομεν παντὶ σθένει· καὶ τοῦτον ἐκ μέσης ψυχῆς πιστεύσαντες ἀληθῆ εἶναι, προσεκυνήσαμεν καὶ κατησπασάμεθα. Ἐξ οὗ λαβόντες τὰς ἀφορμὰς, τῶν πέντε ἄρθρων αὐτοῦ ὑπεραπολογούμεθα· ὧν τὸ τελευταῖόν ἐστι τοῦτο περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάπα. Ὃ οὐ δυνήσεταί τις ἀρνήσασθαι νοῦν ἔχων.

A qui pejoris sunt conditionis, vulgares quidam homines et indocti huic contradicunt; ac si quis rationis particeps decreto contradicit, id non a doctrina proficiscitur, sed ab animi pravitate, falsa et stulta præsumptione et gloria inani, quam ex vulgi imperitia aucupantur. Quod quidem decretum et nos in manus sumentes perlegimus omni studio, idque toto ex animo verum esse credentes, adoravimus atque amplexati sumus; unde subministrata est nobis materia respondendi quinque articulis qui in eo continentur, quorum extremus hic est de papæ primatu, quem nemo mentis compos poterit pernegare.

ΙϛΊ.

Ἀλλ' οὐκ ὀρθῶς φρονεῖ, φασίν· παρὰ γὰρ τὰ τῶν κοινῶν Πατέρων καὶ διδασκάλων αὐτὸς ἐδογμάτισεν. Εἰ οὖν ἐκεῖνος ὁ θεῖος θρόνος οὐκ ὀρθῶς φρονεῖ, ψεύδεται ὁ Χριστὸς, εἰπών· « Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται· οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν· » αὐτὸς γὰρ αὐτῇ ἐπηγγείλατο μετ' αὐτῆς εἶναι, καὶ πύλας τοῦ ᾅδου οὐ κατισχύσειν αὐτῆς. Διὸ, ἵνα μὴ τὸν Χριστὸν ψεύστην φήσωμεν, ὅπερ βλάσφημόν ἐστι καὶ μόνον ἐννοηθῆναι, ἀπλανῆ τὴν τοῦ Θεοῦ λέγομεν Ἐκκλησίαν· καὶ τοῦτο πάλιν μαρτυρήσει αὐτὸς ὁ Στουδίτης Θεόδωρος, πρὸς Μιχαὴλ ἐπιστέλλων τὸν βασιλέα, ἀπὸ προσώπου πάντων τῶν ἡγουμένων, ὧδε· « Ἡμεῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνεληλυθότες κατὰ κέλευσιν τῆς θεοστέπτου ὑμῶν βασιλείας, ἐλάχιστοι ἐπίσκοποι καὶ ἡγούμενοι· » καὶ μετ' ὀλίγα φησίν· « Διελυσάμεθα πάντα τὰ ὑμῖν ἀπορούμενα· εἰ δέ τι ἀμφιβαλλόμενον ἢ ἀπιστούμενον τῇ θείᾳ ὑμῶν μεγαλονοίᾳ δοκεῖ, διαλύεσθαι παρὰ τοῦ ἀρχιερέως εὐσεβῶς· ἡ μεγάλη καὶ θεοστήρικτος αὐτῆς χεὶρ, ὡς ζηλοτυποῦσα τὰ πάντα ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ παντὸς, κελευσάτω παρὰ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης δέξασθαι τὴν διασάφησιν· ὡς ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς, πατροπαραδότως ἐξεδόθη· αὕτη, χριστομίμητε βασιλεῦ, ἡ κορυφαιοτάτη τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, ἧς Πέτρος πρωτόθρονος· πρὸς ὃν ὁ Κύριός φησι· « Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. » Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν ἑτέρᾳ ἐπιστολῇ πρὸς Ναυκράτιον, ἧς ἡ ἀρχή· « Οὐ πλησθήσεται τὸ οὖς μου ἀπὸ φωνῶν ἀκροάσεως, » φησί· « Μαρτυρῶ ἄρτι κατενώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ὅτι ἑαυτοὺς ἀπέῤῥηξαν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, τοῦ κορυφιακοῦ θρόνου ἐν ᾧ Χριστὸς ἔθετο τὰς κλεῖς τῆς πίστεως, ἧς οὐ κατίσχυσαν ἀπ' αἰῶνος, οὐδ' ἂν κατισχύσωσι μέχρι συντελείας αἱ τοῦ ᾅδου πύλαι, τὰ τῶν αἱρετικῶν δηλαδὴ στόματα, ὡς ἡ τοῦ ἀψευδοῦς ὑπόσχεσις. » Ἀκούεις ὅτι ἐκείνη ἐστὶν ἡ κορυφὴ τῆς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας, ἧς ὁ Πέτρος πρωτόθρονός ἐστι· καὶ ὅτι οὐ κατίσχυσάν ποτε αἱ πύλαι τοῦ ᾅδου, οὐδ' ἂν κατισχύσωσι ταύτης μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, τὰ τῶν αἱρετικῶν

XVI.

At non recte sentit, inquiunt, quia præter communes Patrum et doctorum sententias ea perscripsit. Si ergo illa divina sedes non recte sentit, mentitur Christus cum dicit: « Cœlum et terra transibunt, verba autem mea nunquam transibunt; » is enim Ecclesiæ pollicitus est se cum ea fore et portas inferi non prævaliturus adversus eam. Ideo ne Christum mendacem efficiamus (quod si vel cogitetur solum, est blasphemia) inerrantem Dei Ecclesiam esse dicimus. Quam rem testificabitur rursus ipse Theodorus Studites ad Michaelem imperatorem scribens ex persona omnium præpositorum hoc pacto: « Cum nos in unum convenissemus venerabilis imperii vestri jussu, minimi episcopi et præpositi, » post pauca dicit: Nos diluimus omnes dubitationes vestras. Si vero aliquid dubitare vel non credere videtur vestra divina magnificentia, ejus rei explicatio a pontifice pie est postulanda. Magna et a Deo firmata manus vestra, ut publicæ cupida utilitatis, jubeat a veteri Roma capere declarationem, ut a principio a patribus nostris est traditum. Ea, o Christi imitator imperator, inter omnes Ecclesias Dei summum et supremum obtinet locum, cujus Petrus tenuit primam sedem, ad quem dicit Dominus: « Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam. » Et iterum idem in alia epistola ad Naucratium, cujus principium est, Non implebitur auris mea a vocibus auditionis, inquit, « Testor nunc coram Deo et hominibus, divisi sunt a corpore Christi, et a suprema sede, apud quam Christus deposuit claves fidei, adversus quam portæ inferi a sæculo non prævaluerunt nec prævalebunt usque ad consummationem ejus, hæreticorum videlicet effrenata ora, secundum promissionem veracis Domini. » Audis quo pacto ea est caput Ecclesiæ Christi, cujus Petrus est primus præses; et quod nunquam prævaluerunt neque prævalebunt usque ad consummationem sæculi hæreticorum effrenata ora, secundum promissionem veracis Salvatoris? Si ergo nunquam præ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

valuerunt hæretici adversus Christi Ecclesiam, quomodo audetis dicere eam errare, quæ inerrans a doctoribus prædicatur? Id etiam ostenditur in tertia sancta synodo, in qua, allatis ab apostolica sede litteris, Arcadius episcopus cum surrexisset ad synodum dixit : « Jubeat vestra beatitudo reverendissimi Patres, allatas ad vos litteras sancti et cum adoratione vocati, Celestini papæ apostolicæ sedis episcopi, legi : ex quibus percipere poterit vestra beatitudo quanto studio prosequitur omnes Ecclesias. Eadem et horum similia Projectus episcopus protulit. » Et paulo post : « Cyrillus Alexandriæ dixit : Litteræ acceptæ a sanctissimo apostolicæ sedis episcopo Romano Celestino cum decenti honore legantur. » Audis Arcadium et Projectum, quod omnium Ecclesiarum curam gerit Romanus pontifex? Ob quidnam aliud, nisi quia caput est omnium? Quod vero Cyrillus dicit, « cum decenti honore legi quæ scripta sunt a Celestino, » comprobaverunt Patres aperiendo capita sua, et reverenter audiendo quæ dicta sunt. In quarta vero sancta synodo, ut in titulo divinæ Scripturæ apparet, talia dicta sunt. « Ut beatissimus episcopus Romanæ urbis, cujus sacerdotium super omnes antiquitas esse voluit, potestatem et facultatem habet de fide et sacerdotibus determinandi. » Ergo quia de fide et sacerdotibus determinandi facultatem habet, merito caput et magistra omnium Christi Ecclesiarum in decreto scribitur, et a nobis colitur et adoratur, atque omnis obedientia et observantia ei a nobis exhibetur et exhibebitur, donec in hac vita permanebimus, recordati illius qui dicit, « Obedite præpositis vestris et subditi estote, ipsi enim vigilant pro animabus vestris, ut rationem reddituri [40,41], » et meminisse ejus nunquam cessabimus in sacris missarum precibus secundum sanctorum nostrorum traditiones, ne impiorum erroribus obsecundantes, a firmitate orthodoxæ fidei excidamus, pro comperto habentes, quod qui ipsi non subjicitur, nunquam salvabitur, simili modo, et qui ejus non meminit, neque sacerdos est, neque sacerdotis meretur habere potestatem, ut canon 15 primæ et secundæ synodi aperte testatur. Habet enim ad verbum sic : Hæreticarum zizaniarum semina in Christi Ecclesiam spargens adversarius, videns has gladio spiritus radicitus evelli, alia via aggressus est, sumpta secum schismaticorum insania, Christi corpus dividere. Sed et has insidias sancta synodus anticipans, undecunque decrevit in posterum, ut si quis presbyter vel diaconus tanquam ob aliquod delictum suum despiciens episcopum ante synodalem cognitionem et causæ disquisitionem ab ejus communione deficere ausus fuerit, et nominis ejus in sacris missarum precibus secundum Ecclesiæ traditionem non meminerit, hunc depositioni subjici et sacerdotali omni honore privari. Qui enim in presbyteri or-

[40,41] Hebr. XIII, 17.

A δηλονότι ἀπύλωτα στόματα· κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν τοῦ ἀψευδοῦ Σωτῆρος. Εἰ οὖν οὐδέποτε κατίσχυσαν, ἀλλ' οὐδὲ κατισχύσουσιν οἱ αἱρετικοὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας, πῶς ὑμεῖς ὅλως τολμᾶτε λέγειν, ὅτι πεπλάνηται; ἥτις ἀπλανὴς παρὰ τῶν διδασκάλων κηρύττεται. Τοῦτο δὲ δείκνυται καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ τρίτῃ συνόδῳ, ἐν ᾗ προσενεχθέντων γραμμάτων παρὰ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, Ἀρκάδιος ἐπίσκοπος ἐγερθεὶς πρὸς τὴν σύνοδον ἔφη· « Κελευσάτω ἡ ὑμετέρα μακαριότης, Πατέρες αἰδεσιμώτατοι, τὰ προσενεχθέντα ἡμῖν γράμματα τοῦ ἁγίου καὶ μετὰ προσκυνήσεως ὀνομαζομένου πάπα Κελεστίνου, τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἐπισκόπου, ἀναγνωσθῆναι· ἐξ ὧν γνῶναι δυνήσεται ἡ ὑμετέρα μακαριότης, ὁποίαν ἔχει φροντίδα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν. Τὰ αὐτὰ
B καὶ ὅμοια τούτοις καὶ Πρόβεκτος ἐπίσκοπος ἔφη. » Καὶ μετὰ πάνυ βραχέα, « Κύριλλος Ἀλεξανδρείας εἶπεν· Ὑποδεχθὲν τὸ γράμμα τοῦ ἁγιωτάτου καὶ κατὰ πάντα ὁσιωτάτου τῆς ἁγίας ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας ἐπισκόπου τῆς Ῥωμαίων Κελεστίνου, μετὰ τῆς προσφόρου τιμῆς ἀναγινωσκέτωσαν. » Ἀκούεις Ἀρκαδίου καὶ Προβέκτου, ὡς πασῶν ἔχει τῶν ἐκκλησιῶν τὴν φροντίδα ὁ τῆς Ῥώμης ἀρχιερεύς; Διὰ τί ἄλλο, ἢ διότι πασῶν ἐστι κεφαλή; Τὸ δὲ εἰπεῖν Κύριλλον μετὰ τῆς προσφόρου τιμῆς ἀναγνωσθῆναι τὰ παρὰ τοῦ Κελεστίνου ἀπεσταλμένα, ἔδειξαν οἱ Πατέρες ἐν τῷ ἀνακαλύψαι τὰς ἑαυτῶν κεφαλὰς, καὶ μετ' αἰδοῦς ἀκροᾶσθαι τῶν λεγομένων. Ἐν δὲ τῇ ἁγίᾳ τετάρτῃ συνόδῳ, ὃν καὶ θεῖον γράμμα
C ἐπιγράφει, τοιάδε φησίν· « Ἵνα ὁ μακαριώτατος ἐπίσκοπος τῆς Ῥωμαίων πόλεως, οὗ τὴν ἱερωσύνην κατὰ πάντων ἡ ἀρχαιότης παρέσχε, χώραν καὶ εὐπορίαν ἔχει περὶ πίστεως καὶ ἱερέων ἀνακρίνειν. » Ἐπεὶ οὖν περὶ πίστεως καὶ ἱερέων εὐπορίαν ἔχει τοῦ ἀνακρίνειν, εἰκότως καὶ κεφαλὴ καὶ διδάσκαλος τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Χριστοῦ πασῶν ἐν τῷ ὅρῳ γράφεται, καὶ παρ' ἡμῶν τιμᾶται καὶ προσκυνεῖται, καὶ πᾶσαν ὑπακοὴν καὶ εὐπείθειαν ἔχει καὶ ἕξει παρ' ἡμῶν, ἕως οὗ ἐν τῷδε τῷ βίῳ ἐσόμεθα, μεμνημένοι τοῦ λέγοντος· « Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν καὶ ὑπείκετε· αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες· καὶ μνείαν αὐτοῦ οὐ παυσόμεθα ἀεὶ ποιεῖσθαι ἐν ταῖς ἱεραῖς τῶν λειτουργῶν εὐχαῖς, κατὰ τὰς τῶν ἁγίων
D ἡμῶν παραδόσεις, ἵνα μήτι τῶν ἀθέσμων πλάνῃ συναπαχθέντες, ἐκπέσωμεν τοῦ στηριγμοῦ τῆς ὀρθοδοξίας· καλῶς ἐπιστάμενοι, ὅτι ὁ μὴ ὑποτασσόμενος αὐτῷ, οὐχ ἕξει σωτηρίαν ποτέ· ὁμοίως καὶ ὁ μὴ μνημονεύων αὐτοῦ, οὔτε ἱερεύς ἐστιν, οὔτε μὴν ἱερέως ὀφείλει ἔχειν ἐξουσίαν· καθὼς ὁ τρισκαιδέκατος κανὼν τῆς πρώτης καὶ δευτέρας συνόδου ἀναφανδὸν μαρτύρεται. Λέγει γὰρ οὕτως κατὰ λέξιν· « Τὰς τῶν αἱρετικῶν ζιζανίων ἐπισπορὰς ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίᾳ ὁ πονηρὸς καταβαλὼν, καὶ ταύτας ὁρῶν τεμνομένας προῤῥίζους τῇ μαχαίρᾳ τοῦ Πνεύματος, ἐφ' ἑτέραν ἦκε διανοίας ὁδὸν, τῇ τῶν σχισματικῶν μανίᾳ, τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα με-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ρίζειν ἐπιχειρῶν· ἀλλὰ καὶ ταύτην αὐτοῦ τὴν ἐπιβουλὴν, ἡ ἁγία σύνοδος ἀναστέλλουσα παντελῶς, ὥρισε τοῦ λοιποῦ, ἵνα εἴ τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος ὡς δῆθεν ἐπ' ἐγκλήμασί τισι τοῦ οἰκείου κατεγνωκὼς ἐπισκόπου, πρὸ συνοδικῆς διαγνώσεως καὶ ἐξετάσεως καὶ τῆς ἐπ' αὐτῷ τελείας κατακρίσεως, ἀποστῆναι τολμήσει τῆς αὐτοῦ κοινωνίας, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν ταῖς ἱεραῖς τῶν λειτουργιῶν εὐχαῖς κατὰ τὸ παραδεδομένον τῇ Ἐκκλησίᾳ οὐκ ἀναφέρει, τοῦτον ὑποκεῖσθαι καθαιρέσει, καὶ πάσης ἱερατικῆς ἀποστερεῖσθαι τιμῆς. Ὁ γὰρ ἐν πρεσβυτέρου τάξει τεταγμένος, καὶ τῶν μητροπολιτῶν προαρπάζων τὴν κρίσιν, καὶ πρὸ κρίσεως αὐτὸς κατακρίνων ὅσον τὸ ἐπ' αὐτῷ τὸν οἰκεῖον Πατέρα καὶ ἐπίσκοπον, οὗτος οὐδὲ τῆς τοῦ πρεσβυτέρου ἐστὶν ἄξιος τιμῆς ἢ ὀνομασίας. Οἱ δὲ τούτοις συνεπόμενοι, εἰ μὲν τῶν ἱερωμένων εἴέν τινες, καὶ αὐτοὶ τῆς οἰκίας τιμῆς ἐκπιπτέτωσαν· οἱ δὲ μοναχοὶ ἢ λαϊκοὶ ἀφοριζέσθωσαν παντελῶς τῆς Ἐκκλησίας, μέχρις ἂν τὴν πρὸς τοὺς σχισματικοὺς συνάφειαν διαπτύσαντες, πρὸς τὸν οἰκεῖον ἐπίσκοπον ἐπιστραφεῖεν. Ἄρ' ἔγνως κἀνταῦθα, ὅτι τοὺς μὲν ἱερεῖς τῆς ἱερωσύνης ἀπείργει, καὶ οὐδ' ὀνομασίαν ἱερέων ἔχειν, τοὺς μὴ μνημονεύοντας τῆς ἀρχῆς αὐτῶν, τοὺς δ' ἑπομένους αὐτοῖς, καὶ τούτων τοὺς ἱερωμένους ἀνιέρους κελεύει μένειν, τοὺς δ' ἀνιέρους, οἰασδηποτοῦν τάξεως ὄντας ἀφορίζει; Σύνετε λοιπὸν ἀδελφοὶ διὰ, τὸν Κύριον, σύνετε· μηδὲ θέλετε ἀνθίστασθαι τῇ ἀληθείᾳ οὕτω φανερᾷ οὔσῃ, καὶ πρὸς τοὺς ἡγήτορας τῶν ψυχῶν ἡμῶν ἀντιφερίζειν· σκληρὸν γάρ ἐστι, μᾶλλον δὲ μωρὸν καὶ ἀνόητον γυμνοῖς ποσὶ λακτίζειν πρὸς κέντρα· ὃν γὰρ τρόπον τὰ ὠὰ τῷ λίθῳ, οὕτως αἱ κεφαλαὶ ὑμῶν τῇ Ἐκκλησίᾳ συντρίβονται. Λίθος γὰρ καὶ σκανδάλου πέτρα ἡ Ἐκκλησία, καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς παρεικάζεται. Παῦλος ὁ μακάριος οὕτω λέγει· « Ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας, ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός· οὗτός ἐστιν ὁ λίθος ὁ ἐξ ὄρους παρθενικοῦ ἀποτμηθείς. » Ὁ δὲ Χριστὸς πρὸς τὸν Πέτρον, « Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, » καὶ τὰ λοιπὰ, ὡς πολλάκις εἴρηται. Ἰδοὺ οὖν δέδεικται ὅτι πέτρα καὶ λίθος, ἡ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησία ἐστίν. Ὅς τις οὖν ἐν αὐτῇ προσκόπτει, φῶς ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν· ὁ δὲ κρατῶν τὰς ἐντολὰς αὐτῆς, οὐ προσκόπτει, τοῦ φωτὸς ἐν αὐτῷ ὑπάρχοντος τοῦ ἀληθινοῦ, ἐρχόμενον· φῶς γὰρ ἡ ἀλήθεια καὶ γνῶσίς ἐστι· καὶ φωτίζονται παρ' αὐτῆς οἱ θέλοντες καὶ μένοντες ἐν αὐτῇ· οἱ δὲ μὴ βουλόμενοι ὑποτάσσεσθαι, τὸ τῆς ἀνοίας σκότος καλύπτει τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, καὶ προσκόπτουσι καὶ συντρίβονται καὶ τέλεον ἀφανίζονται· καὶ τὴν ἀπόφασιν ἔξουσιν ἣν ὁ Κύριος ἐνετείλατο, ὅτι· « Τὰ ἐμὰ πρόβατα τῆς φωνῆς μου ἀκούει· τὰ δ' οὐκ ἐμὰ, οὐκ ἀκούει μου τῆς φωνῆς· καὶ ὁ λύκος ἁρπάζει αὐτὰ, καὶ σκορπίζει τὰ πρόβατα. » Οὕτως ἔξουσι καὶ τὰ λογικὰ πρόβατα, μὴ ἀκούοντα τῆς τοῦ ποιμένος φωνῆς· ὀλισθήσουσι γὰρ κἀσκορπισθήσονται εἰς αἱρέσεις καὶ ἀτοπίας καὶ σχίσματα.

A dine est constitutus, et metropolitanorum prævenit judicium, et ante judicium (quantum in se est) condemnat suum Patrem et episcopum, hic neque presbyteri dignus est honore nec nomine; et qui hos sequuntur, si qui fuerint ex constitutis in sacris ordinibus, et ipsi suis dignitatibus excidant: monachi vero vel laici expellantur penitus ab Ecclesia, donec, relicta cum schismaticis conjunctione, ad suum episcopum revertantur. » Nonne ex hoc loco deprehendis quod sacerdotio abdicat, neque sacerdotis nomen vult obtinere, qui mentionem non faciunt primatus eorum, eorumque sectores, et si qui sacris sunt ordinibus insigniti profanos jubet esse? Qui in sacris non sunt, cujuscunque sint conditionis excommunicat. Resipiscite tandem,

B fratres, per Deum resipiscite, nec amplius tam aperte veritati obsistatis, nec adversus pastores animarum vestrarum decertetis; durum est enim, imo vero fatui et dementis, nudis pedibus adversus stimulum calcitrare. Nam quemadmodum ova lapidibus, sic et capita vestra Ecclesia confringuntur: *Lapis* namque *et petra scandali est Ecclesia*. et Christus ipse illi se similem facit. Beatus Paulus ita scribit: « Bibebant enim de spirituali consequenti eos petra, petra autem erat Christus [42]. Hic est lapis de monte virginali absciasus [43]. » Christus vero ad Petrum: « Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam, » et reliqua, ut sæpius dictum est. Ecce igitur ostensum est quod petra et

C lapis Christi est Ecclesia; qui igitur in eam impingit, lux in eo non est; sed qui servat præcepta ejus non impingit, vera luce quæ in ipso est illuminante, « quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. » Lux enim veritas est cognitio ac illuminantur ab ea qui volunt et manent in ea. Sed qui nolunt obtemperare, insipientiæ tenebræ eorum oculos obtegunt, et impingunt, et conteruntur, ac tandem exterminantur, et responsum ferent, quod præcepit Dominus, quod oves meæ meam vocem audiunt; quæ vero meæ non sunt, vocem meam non audiunt, et lupus rapit et dispergit eas. Ita eveniet et rationalibus ovibus quæ vocem pastoris non audiunt; impingent enim et labentur in hæreses, absurditates et schismata.

ΙΖ'.

Ὅτι δὲ οὐ δυνατόν ἐστιν ἀπατηθῆναι, ἢ πλανηθῆναι, ἢ συντριβῆναι, ἢ ἀπολέσθαι τὴν Ἐκκλησίαν, ἀλλὰ μᾶλλον τοὺς μαχομένους αὐτῇ ταῦτα πάσχειν, δέδεικται μὲν καὶ πρότερον πολλοῖς καὶ καλοῖς λό-

XVII.

Quod vero non possit decipi, vel errare, vel confringi, vel perire Ecclesia, imo vero id evenire iis qui eam oppugnant, ostensum est antea multis egregiis argumentationibus; nunc efficacius quo-

[42] I Cor. x, 4. [43] Dan. II. 45.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dammodo per sacrum Chrysostomum aureæ tubæ divinum Joannem audiamus ex oratione in Pentecosten, cujus principium : « Cœlum hodie nobis facta est terra. » Dicit enim ibi post alia multa sic (1) : « Magno studio incumbit Deus in Ecclesiam, non parietibus fultam, sed gratia custoditam. Propter Ecclesiam constitutum est cœlum, terra firmata est, et mare effusum, et aer repletus, paradisus est plantatus, lex tradita, missi prophetæ, miracula facta sunt, mare dividebatur, et resarciebatur, petræ sciudebantur et rursus jungebantur, manna de cœlo descendebat, et ex tempore mensa disponebatur; propter Ecclesiam prophetæ, propter Ecclesiam apostoli. » At cur tam multa ? « Propter Ecclesiam unigenitus Dei Filius filius hominis factus est, ut Paulus ait, qui proprio Filio non pepercit, ut Ecclesiæ parceret, Filii sui sanguinem effudit propter Ecclesiam. Hic sanguis irrigat illam. Per eum non possunt illius plantæ tabescere, neque folia decidere. Non est obnoxia temporum necessariis vicibus, neque tempori inservit. Æstate quidem foliis vernat, hyeme vero non nudatur. Non enim temporum necessitates, sed gratia Spiritus eam colit; propterea non evellitur, neque mirum est eam non evelli. Quot jam inde a principio adversus Ecclesiam bellum gesserunt, cum erat planta recens, arma adversus eam sunt expedita ? At nunc Dei gratia et sancti Spiritus robore, et imperator est pius, et milites, et omnis terra fide est repleta. At in origine ejus, in exordio, reges impii, milites irreligiosi ob jussa principum. Aræ ardebant, undique fumus et nidor, aer inquinabatur, dæmones bacchabantur, diabolus saltabat, pater filium abdicabat, filius patrem non colebat, natura sciudebatur et religio. Ubi igitur qui ausi sunt adversus Ecclesiam in acie stare ? Cum erat planta recens, non tamen injuriam passa est : cum cœlum attingit, speras illam posse debellare ? Quando undecim erant apostoli, a nemine superati sunt : imo vero undecim, tot millia Ecclesiarum sunt expiscati. Nunc cum terra et mare, culta et inhabitabilis, regio et urbs, et omnes fines religione referti sunt, tunc speras ei dominari ? At tu non potes. Christus dixit, quod portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Facilius est cœlum deleri et terram exterminari, quam Ecclesiam exstingui. Quis hæc dicit ? Ipse Christus, « Cœlum et terra transibunt, verba autem mea nunquam transibunt. » Et recte. Nam Dei verbum ipso cœlo est potentius, quia cœlum est opus verbi. Dixit Deus, Fiat cœlum, et verbum fuit opus. Excurrebat natura nemine impediente, quoniam ipse Dominus est naturæ et eam immutandi. Ego eam substruxi, qui cœlum constitui; sed pro cœlo sanguinem non effudi, pro cœlo cruci non fui affixus, pro cœlo cœleste corpus non assumpsi. Sed quid dico de cœlo ? Angelorum corpus non assumpsi : ut intelligas me

A γοις· νῦν δὲ ἰσχυροτέρως πως διὰ τοῦ ἱεροῦ Χρυσοστόμου, τῆς χρυσῆς σάλπιγγος Ἰωάννου τοῦ θείου ἀκούσωμεν, ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὴν Πεντηκοστὴν· οὗ ἡ ἀρχή· « Ὁ οὐρανὸς ἡμῖν γέγονε σήμερον γῆ· » λέγει γὰρ ἐν αὐτῷ, μετὰ πολλὰ ἄλλα, ὧδε· « Πολὺ γὰρ τῷ Θεῷ περισπούδαστον ἡ Ἐκκλησία· οὐ τείχοις ἀσφαλιζομένη, ἀλλὰ χάριτι φυλαττομένη. Διὰ τὴν Ἐκκλησίαν ἐστάθη ὁ οὐρανὸς, καὶ γῆ ἐθεμελιώθη· καὶ θάλασσα ἐξεχύθη· καὶ ἀὴρ ἐπληρώθη· παράδεισος ἐφυτεύθη· νόμος ἐδόθη· προφῆται ἀπεστάλησαν· θαύματα ἐγένοντο· πέλαγος ἐσχίζετο καὶ ἐρράπτετο· πέτραι ἐρρήγνυντο, καὶ πάλιν συνήπτοντο· μάννα κατεφέρετο, καὶ ἐσχεδιασμένη παρεσκευάζετο τράπεζα· διὰ τὴν Ἐκκλησίαν προφῆται· διὰ τὴν Ἐκκλησίαν ἀπόστολοι· καὶ τί πολλὰ
B λέγω; διὰ τὴν Ἐκκλησίαν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, υἱὸς ἀνθρώπου ἐγένετο, ὥς φησιν ὁ Παῦλος· ὃς γε τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἵνα τῆς Ἐκκλησίας φείσηται· τὸ αἷμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ ἐξέχεε διὰ τὴν Ἐκκλησίαν· τοῦτο αὐτὴν ἄρδει τὸ αἷμα· διὰ τοῦτο αὐτῆς τὰ φυτὰ μαρανθῆναι οὐ δύνανται, οὐδὲ φυλλορροεῖ· οὐχ ὑπόκειται καιρῶν ἀνάγκαις· οὐ δουλεύει χρόνῳ· ἐν θέρει μὲν κόμῶσα τοῖς φύλλοις, ἐν δὲ χειμῶνι οὐ γυμνουμένη· οὐ γὰρ καιρῶν ἀνάγκη, ἀλλ' ἡ τοῦ Πνεύματος αὐτὴν χάρις γεωργεῖ· διὰ τοῦτο οὐκ ἀνασπᾶται. Ἀλλ' οὐκ ἔστι θαυμαστὸν, ὅτι οὐκ ἀνασπᾶται· πόσοι ἐξ ἀρχῆς ἐπολέμησαν τὴν Ἐκκλησίαν, ὅτε νεόφυτος ἦν ὅπλα κατ' αὐτῆς ἐκινήθησαν· νῦν μὲν γὰρ διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ
C χάριν καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος δύναμιν, καὶ βασιλεὺς ἐν εὐσεβείᾳ, καὶ στρατηλάται, καὶ ἡ οἰκουμένη πᾶσα τῆς πίστεως ἐμπίπλαται. Τότε δὲ ἐν ἀρχῇ ἐν προοιμίοις βασιλεῖς ἐν ἀσεβείᾳ· στρατηλάται ἀσεβεῖς· διατάγματα ἀρχόντων· βωμοὶ ἀναπτόμενοι· πανταχοῦ καπνὸς, καὶ κνίσσαις ἀὴρ ἐμολύνετο· δαίμονες ἐβάκχευον· διάβολος ἐχόρευε· πατὴρ ἀπεκήρυττεν υἱὸν, υἱὸ, ἠτίμαζε πατέρα· ἡ φύσις ἐσχίζετο καὶ εὐσέβεια. Ποῦ τοίνυν οἱ τολμῶντες τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀντιπαρατάττεσθαι; Ὅτε νεόφυτος ἦν, οὐκ ἠδικήθη· ὅτε τοῦ οὐρανοῦ ἥψατο, προσδοκᾷς αὐτῆς περιγενέσθαι. Ὅτε ἕνδεκα ἦσαν ἀπόστολοι, οὐδὲ εἷς, αὐτῶν ἐκράτησεν, ἀλλ' οἱ ἕνδεκα τοσαύτας μυριάδας ἐσαγήνευσαν. Νῦν, ὅτε ἡ γῆ καὶ θάλασσα, οἰκουμένη καὶ ἀοίκητος, χώρα καὶ πόλις καὶ πάντα
